

# D. ANTONII FERNANDEZ
# DE OTERO
## J. C. CARRIONENSIS,

OLIM IN PINTIANA ACADEMIA INSTITUTIONUM
Civilium Cathedræ Moderatoris; deinde in Pintiano Regio Senatu
Forenſium Cauſarum Patroni,

# TRACTATUS
# DE PASCUIS
# ET
# JURE PASCENDI,

*Cum Notis & Additionibus*

## VINCENTII BONDENI,

COMITIS, EQUITIS CHRISTI, J.C. ARGENTANI,
Præclariſſimi, & Celeberrimi.

*NOVA EDITIO, Prioribus Lugdunenſibus, Aliiſque Locupletior
& Accuratior.*




COLONIÆ ALLOBROGUM,
Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DCC. L.

NOBILISSIMO, ERUDITISSIMO,

## AC PRÆSTANTISSIMO VIRO DOMINO,

AC DOMINO SUO LICENTIATO

# JOSEPHO GONZALEZ,

à Conſiliis Potentiſſimi, & Catholici Regis noſtri Philippi IV. & in ejus Supremo Caſtellæ, & Camerali Senatu meritiſſimo Juſtitiæ Patri, & Vindici integerrimo,

ANTONIUS FERNANDEZ DE OTERO V. J. Doctor, Cliens obſequentiſſimus, dicat, & ſalutem, & fœlicitatem exoptat.

ECQUIS lucubrationum mearum ſpecimem primum, paſcuorum meorum fructum (ſi quis ſit) Tibi, Nobiliſſime, Eruditiſſime, ac omni ex parte Præſtantiſſime Mecenas, omni jure ſacrari debere, non erit ratus? En jam arida, & inculta ruſticitatis meæ Paſcua iſta, Nomini tuo libata, ejus aſpirante rore, micant, & virentia florent. Et Tractatus iſte (quem à me habere non valuit) à tua luce ſplendorem accipiet; & quam optare potuit, à tua dignitate commendationem Scopus mihi iſte, à duplici prodiit cauſa: à tuis meritis; ab officio meo latior uterque campus quàm ut hoc poſſit orationis curſu luſtrari. Dicam igitur parva de magnis, pauca de plurimis explorata omnibus, mihi probata, qui loquor (verus teſtis eſt qui laudat expertus). Quo etenim ad ſtemmatum nobilitatem, utique ex clariſſima Gundiſalvorum familia, ortus enitet tuus; ut meritò Dominus Joannes Gonçalez Veldeſius chariſſimus filius tuus inter Patritios, & nobilitatis Heroes Equeſtris Ordinis Divi Jacobi in tenera admodùm ætate, fulgente enſe, & rubeo ſtigmate fuerit inſignitus, & fœlici auſpicio cooptatus. Sed quid in hæreditarii, & gentilitii ſanguinis tui gloria decantanda cunctandum? cùm propria virtutum tuarum nobilitas, Majorum tuorum generoſitati correſpondens, & ſplendorem continuans, ita coruſcat, & fulget: Ut enim canit Ovidius 3. Metamorph.

*Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipſi,*
*Vix ea noſtra voco.*

Itaque cùm verus nobilitatis ſplendor, juxta Philoſophorum Principis placitum, in animi bonis reſideat; nempè in operationibus ſecundum habitum virtutis, in vita perfecta præſtantioribus, quis eam Te integrè aſſequutum (ita ut literarum ſtudiis, & Juriſconſulti, ac Patroni cauſarum in hoc fœliciſſimo Regali Conventu muneri te exhibuiſti) non fatetur? In Te virtutum omnium moralium, & intellectualium certatim tanquam in tutiſſimo conſortio, cohors conſpicuè adſtabat;

& indefeſſus labor tuus ( quem ingenii, & præſtantiſſimum, & fœlix acumen mirificè aſſociabat ) inter cæteros omnes diluculo ſpectabilem reddidit, & verum Juris periti, & Advocati magni typum, nobis tuis ſodalibus, & commilitonibus expoſuit : Ut inter illius ætatis Juriſconſultos Princeps meritò fueris communi voto notatus, & totius Hiſpaniæ ; quin etiam exteræ gentes, undique ad domum tuam, tanquam ad ſacrum Tripodem Apolliniſque oraculum confluerent reſponſa petentes, & aſylum protectionis implorantes. Ex quo quid mirum ? quòd protinus invictiſſimi noſtri Regis Philippi Quarti tuarum animi dotium, & tantæ literaturæ validiſſima vox & communis acclamatio, aurem perſonaret. Te ergo ( Aquila Regia digniſſimam Prædam ) ut exaudivit, in Regium criminalium cauſarum fiſcum, in hoc Pintiano Senatu evexit. Continuò in eodem munere, carceris ſuæ Curiæ Matriti collocavit : Poſt orationum tuarum, & tantæ facundiæ vim expertus ( ut præſentialiter vidit, & adſtitit ) in magno, & ſupremo Caſtellæ Senatu, idem graviſſimum continuare juſſit officium. Cùm tamen crebra perorationum tuarum ubertate totius legalis facundiæ pelagum velut exhauſtum relinqueres ; Te ejuſdem magni Senatus Vindicis Clariſſimi honore debito inſignivit, & condecoravit ; ſcitè, & concinnè Athalarici Regis ( apud Caſſiodorum ) de Advocato in Magiſtrum, ſeu Judicem promoto, ſententiam, & verba voto noſtro occurrentia ſequutus, qui ita fatur : *Advocationis te campus exercuit, te judicii noſtri culmen elegit, nunc cauſas glorioſè judicas, quas laudabiliter anteà perorabas. Aſſideat tibi propria, & exercita doctrina. Modò eſt fœlix, & certa conditio negotiorum, quando ille ſententiam dicit, qui non poteſt ignorare, quod eligit.* Sed nec meritorum tanti viri amnis affluens, in alveo cohiberi potuit, quin mentis, & magni ſui Conſilii aquis, totam ( ut Nilus Ægyptum ) irrigaret Caſtellam : & ſui Regis inhians ardenter ſervitio ( velut alter providus, ac fidelis Joſeph ) Regis ſui Patrimonium, inimicorum bellis, & temporum cladibus ferè exhauſtum reſtitueret. Et quis tunc temporis, potentiſſimo Regi noſtro, & fidum, ac miniſtrum ſolertem, & Regno neceſſarium viſum hæſitaverit ? Cùm ad generalem Gallæciæ, ac ferè maximæ Caſtellæ Regionis legationem ( ut voluntaria vaſſallorum munera expoſceret, & perquireret ) Joſephum noſtrum ( velut alterum in Ægypto ) cum plena, & abſoluta, & gratiarum, ac mercedum principali elargitione, & legum diſpenſatione Viceregem, & vicarium propoſuerit. In cujus legationis exercitio, quanta Provinciæ tibi commiſſæ ( præcipuè Regno Gallæciæ ) provideris neceſſaria, damna vitaveris, beneficia contuleris, omnes cognoſcunt. Rectè ergo potentiſſimus Rex noſter cùm ſemper ad majora Te natum exiſtimaret, & jam re ipſa expertus eſſet ; inter graviſſimos, ac prudentiſſimos ſuæ Cameræ Patres ſedem & locum tibi conſtituit. Quin etiam expeditioni Curiarum Barcenoniæ, te unum magnum Conſiliarium in ſuis graviſſimis curis, & itineris comitem ſelectum expetivit, cujus conſilio, & dexteritate maxima omnia pertractarentur, atque gererentur. Ineſt enim Tibi, qui multa præterita meminiſti, præſentia omnia exactiſſimè perpendis, divina quædam propè prudentia, quâ nemo futura acriùs conjectari valet, nemo conjecturâ minùs falli ; ineſt Tibi etiam ea verborum gravitas, & orationis dignitas, ea cogitandi profunditas, ut nemo vehementiùs, in quam velit partem animos impellere poſſit. Idque prædicta omnia faciliùs aſſequutus fuiſti & cætera conſequêris ; Quòd ingens, & maximus Dei timor omni tempore principaliter tuos, & gubernavit actus, & greſſus fœliciter duxit. Cui comes non patriæ tantùm ſed totius Regni perfectiſſimus amor, & ſingularis affectus. Quem enim latet nullis te privatis commodis obſecundare, nulla privata re unquam moveri, non amicitiis perverti, non inimicitiis perturbari ? nihil dies, aut noctes, aliud cogitare, quàm ut Regi tuo, & Regno prodeſſe poſſis.

Sed

Sed jam cùm dignitatis tuæ tantum culmen, velut reptilis attigero, & animi tui dotes, laconiſmo, & ſtrictis orationis cancellis perſtrinxero, officii mei debitum perſolvere humilis exopto : ac minutiſſima moneta, magni, & gratiſſimi cordis judicium ſubeo. Cui enim iſtius laboris munuſculum debetur, niſi Tibi cujus primum impulſu conceptum, & ſub tua benignitate perfectum eſt, & nunc demum editur ? Profectò ſi quid ullius eruditionis in me eſt, id illud, & à Te in hac Curia ( non dignus nominari Commilito, ſed humilis Diſcipulus ) accepi ? Meritò ergo, quod tuum eſt, credititio jure Tibi redditur. Et quem aveo laborum meorum fautorem habere ( cùm alio uberiori officio nequeam ) obſequio, & gratitudine, quibus poſſum vinculis tutelare Numen tuum adeſſe obſtringo. Tu audaciæ ignoſce, & ex ſublimi ſede ad quam vitæ tuæ candor, ſpectata probitas, nobilitas, eruditio magna, & comitas inſignis evexit, grato etiam animo, & hilari affatu pro dignitate, munus hoc repende ; ut labores mei ( qua Tibi voluntate dicantur ) eadem à Te foveri, & muniri videant, & invideant omnes : tantóque magis juva, & fove, quantò magis potes, & polles. Et licèt mens tua magnis conſiliis cogitationibuſque præoccupata, his ſcriptis, & interpellationibus vexari non debeat, tamen aſſueta animi tui hilaris humanitate fretus oro atque obſecro, paululum otii, à ſummis negotiis tuis velut ſubripias, & huic noſtro diſcurſui & Paſcuorum quæſtionibus lectitandis impartias, ut partem actionum tuarum, literaria ſtudia ( quæ Te ſemper aluerunt ) jure ſuo ſibi vindicari videantur. Vale.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO

## S. R. E. CARDINALI,

ET PRINCIPI CLEMENTISSIMO

# D.D. FERDINANDO DE ABDUA

*Ferrariæ, Ejuſque Ducatus*

LEGATO A LATERE

Vigilantiſſimo, ac Juſtiſſimo.

QUos *in Paſcuorum, Juriſque Paſcendi* materia, quoſve *in Aliis obſtruſioribus Legum* anfractibus labores inſumpſi, & complevi, eoſdem ante EMIN. VESTRAM, ut inclyto Tanti nominis patrocinio muniendos, humillimè procumbens, in animi mei perenne argumentum, obſequentiſſimè dimitto, Benignitatem EM. V. ſublimem, ne hujuſce meæ addictiſſimum devotionis monumentum unquàm deſpici contingat; junctimque, ut ſub EM. VESTRÆ validiſſimis protectionis potentiſſimæ effectibus, me deditiſſimum ſervari, obtineatur, ſuppliciter exoro. Ad utrumque conſequendum ſpes ipſa innixa

innixa Clementiæ incomparabili, Generoſitati admirabili, ac Nobiliſſimi animi amplitudini V. EM. firmiſſimè præſtat. Aſt unum, & alterum ab eximia Beneficentia, ſingulari pietate, & gratiarum cumulo, quibus arcto fœdere conſociatis EM. V. condecoratur: potiſſimùm verò ab innumeris dotibus, hiſque ſingularioribus, quas Natales pergrandes, & feliciſſima Sanguinis neceſſitudo cum Conjunctis Sanctiſs. INNOCENT. XI. P. O. M. præſtantes ſuggerunt, certiùs undiquè & ſuppeditantur, & infallibiliter deferuntur. Dùm interim totus Orbis, ac præ Aliis Ferrarienſis Civitas, & Legatio EM. VESTRAM Juſtitia maxima, Æquitate ſumma, Prudentia inſigni, Religione egregia, Regiminis moderatione excelſa, cæteriſque præclarioribus Virtutibus certatim confluentibus, mirabiliter illuſtratam ſuſcipit, demiratur, ac veneratur, mihi & detur Sacram Purpuram, quæ in EM. V. *Sic pulchra ante Ipſum non fuerunt talia, uſque ad originem. Gloria honoris, & Opus Fortitudinis, deſideria oculorum ornata*, humillimè venerari, & deoſculari, prout venerabundus maximo ſub obſequio revereor, atque deoſculor.

EMINENTIÆ VESTRÆ.

*Ferrariæ 25. Martii* 1698.

Humillimus, & Deditiſſimus Servus
Comes Vincentius Bondenus.

ORNATISSIMO UNDEQUAQUE VIRO,

UTRIUSQUE JURIS PERITISSIMO

# DOCTORI ANTONIO FERNANDEZ DE OTERO,

olim Inſtitutionum Juſtiniani in Valliſoletana Academia Clariſſimo Anteceſſori; nunc Egregio in Regio illius Conventu cauſarum Patrono, ſibi addictiſſimus juris Cæſarei

*Licentiatus* STEPHANUS POLO SAMANES DE VEAUMONTE, *in eodem etiam Conventu Compatronus, ſalutem.*

QUIS Hactenus tam ingratus erit, (*unice & peritiſſime Scriptor*) qui tibi grates non rependat, quod nobis *terras* in tam fœlices *paſtus* reformaris, ut jam præſens ubertas ſterilitatem longè ſuperet, quæ nos impiè uſque in præſentem diem comprimebat? In hoc volumine mirabilem te præbes argumento, cùm doctrinarum abſque te ignoratio, & caſuum creberrimus occurſus pari concurrant greſſu. Vix auctorem verearis, qui in hac materia, non dicam altiùs impreſſiſſe ſulcum, ſed nec illius veſtigia te ſequutum, meritò gloriari poſſit; aptius ergo tibi *Inventoris*, quàm *Auctoris* nomenclaturam vendicare potes: Inde tua (*ſolertiſſime Paſtor*) oves ſibila cognoſcent, quin auditis ocyſſimè obſequentur, illarum imitatrices, de quibus Apoſtolus, Chriſti deliciæ, *cap.* 10. inquit: *& oves illum ſequentur, quia ſciunt vocem ejus.* Ages quoque Paſtoris vicem, illorum (inquam) quos Hieremias *cap.* 3. promiſit, prædicens: *Dabo vobis Paſtores juxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina.* Quis enim niſi *Otherus* Clariſſima aquæ ſcaturigine tam aridum & rebelle ſolum, poterit unquam fœcundare? hæc enim dictio Græca, *Othrys*, ſive *Otheros* (ut Paſſeratius atteſtatur) Montis eſt. Quod probat etiam (interim modeſtia tua ignoſcat) inſignis, & origo, & patria, Santanderi nimirum Montana, quibus velut nitida concha pretioſus unio productus, fœlicem lucem, nataléque ſolum, quod *Mogro* nuncupatur, natalitiis tuis decoraſti. Hinc etiam vir alius pietate & juſtitia inſignis, *Dominus Hieronymus de Othero*, frater tuus Patruelis, fortiſſimum Fidei columen & propugnaculum, Eccleſiæ Atlas, incorruptus in ſacra Sardiæ Provinciæ, Barcenoniæ, quin dicere poſſim, Toleti Inquiſitione Areopagita, tanquam ex fœcundiſſimo *Monte* novum germen propagatur; cujus *Montis* vertex, caput tuum immortali literarum
lauro

lauro cingitur, præmio, & fructu laborum, quibus, vel difficilioribus, in illarum acquiſitione non peperciſti. Opus erat eminenti hujus *Montis* altitudine, ut limpidas doctrinæ lymphas, non ſolùm proximas, ſed etiam extremas orbis regiones habitantibus, ſpargeret; quibus etiam pietas tua, famæ tuba perſonans, opem foret: & meritò *pietas* ſiquidem non violenter animi tui ſcopum huic poſſumus tribuere virtuti, ſi quando circa hunc doctè peroraſti Tractatum, neceſſitatem noſtram, & illius cupiditatem prævidiſti. Impleviſti, ô Magne Juris Magiſter, melliflui Ambroſii, Doctoris maximi præceptum in *lib. de officiis*, cujus authoritas *in cap. paſce fame*, 81. *diſtinctione*, jacet illuſtrata: Ingenti tenebamur deſiderio videndi hanc ordine diſpoſitam materiam; quo tam perfectè liberaſti ut penitus ignoremus, an priùs admiremur terſum & elegantem ſtylum, & ſeriem diſpoſitionémque quæſtionum, an exactum difficultatum examen, repertáque in ſacra pagina fulcimina, originem antiquitatum, legéſque conſilii, quod apud nos *de la Meſta* vocatur, oſtendentia, quibus te ipſum, aliis alios, ſuperare videris, & nominis famam nunquam injuriæ temporum ſubjectam acquirere. Duo, ſi Marco Tullio, & experientiæ credimus, mortales immortali laude tollunt in ſydera; alterum in ſcholis viva vox, alterum libris exaratam ſcientiam poſteritati commendare. Utrumque te æternat. Hinc ſcripta tua cedro digniſſima, illinc Cathedræ, quas & magno omnium applauſu, & uberrimo fructu honoraſti. Quem latet, te nondum vigeſimo primo ætatis anno egreſſum, publicè in hac Academia *Inſtitutionum* difficultates enodare? quod non ſorte datum, ſed tuiſmet armis non anteà victis candidatis eripuiſti. Quis eſt in Heſperiæ Regnis, quem in admirationem perorationum fama non rapuerit? quarum laudes utinam ex balbutienti ore, & intemperato calamo Romanæ eloquentiæ Princeps (qui ſolus te æquare poſſet) acciperet. Igitur, quoniam invidia fortaſſe frondentium collium opima germina rodet, hac atra loligine ferventi Zoilo faceto Bilbilitani vatis ſcommate, reſpondere poteris.

*Qui ducis vultus; & non legis iſta libenter,*
*Omnibus invideas, Livide, nemo tibi.*

Sic meritas dabit pœnas invidus; tuíque vigiles labores in dies clariore luce fulgebunt, exemplúmque eris adimpletæ veritatis ſententiæ, quam eximius Periander Græcis numeris decantavit. *Quo magis utique*, inquit, *invidebis, tantò majorum fies cauſa bonorum inviſo.* Vale.

COMISSION.

# COMISSION.

EL Licenciado don JUAN DE VELASCO Y AZEVEDO, Prior de Roncesvalles, Vicario General de la Villa de Madrid y ſu partido por ſu Alteza, &c. Por el preſente cometo al Licenciado Alonſo Carranza Abogado en eſta Corte, que vea el libro intitulado *de Paſcuis & jure paſcendi*, compueſto por el Doctor ANTONIO FERNANDEZ DE OTERO, Abogado en la Real Chancilleria de Valladolid, y con ſu parecer, y cenſura me lo remita, para proveer juſticia. Dado en Madrid à diez y ſiete de Noviembre, de mil y ſeyſcientos y treynta y un años.

Licenciado VELASCO Y AZEVEDO.

*Por ſu mandado.*

GABRIEL DE ROXAS.

---

# APPROUACION.

DE orden del ſeñor Licenciado don JUAN DE VELASCO Y AZEVEDO Prior de Roncesvalles, Vicario General, y Juez Ecleſiaſtico ordinario deſta Villa de Madrid, y ſu partido, he viſto eſte libro *De Paſcuis & jure paſcendi*, compueſto por el Doctor ANTONIO FERNANDEZ DE OTERO, Abogado de la Real Chancilleria de Valladolid. La materia es de las mas inſignes, y practicas del derecho, que mas neceſſitava de illuſtracion: la que ha recebido con eſte comentario (que conſta de queſtiones muy del punto bien colocadas, y acertadamente reſueltas) conque el darſe à la eſtampa, y uſo comun, ſera de gran importancia al uſo y bien publico. Al qual, ni à nueſtra ſanta Fè y Religion no hallo coſa alguna en que ſe contravenga: porque juzgo por conviniente el darſele al Autor la licencia que pide. En Madrid, 20. de Noviembre de 1631.

*Licenc.* ALONSO CARRANZA.

---

## *LICENCIA.*

NOs el Doctor PEDRO de NAXERA Teniente de Vicario, por el Licenciado don Juan de Velaſco y Azevedo, Prior de Roncesvalles, y Vicario General en la Villa de Madrid, y ſu partido por ſu Alteza, &c. Damos licencia por lo que à nos toca, para que ſe pueda imprimir eſte libro intitulado, *De Paſcuis & jure paſcendi*, compueſto por el Doctor ANT. FERNANDEZ DE OTERO Abogado, por quanto le hemos remitido à que ſea viſto: y no ay en el coſa que deſdiga de nueſtra ſanta Fee Catolica, ni buenas coſtumbres. Dada en Madrid à 20. de Noviembre, de 1631.

El Doctor NAXERA.

*Por ſu mandado.*

EUGENIO LOPEZ Notario.

---

# APPROBATIO DOCTORIS
## GUNDISALVI A RIBERO CONSULTORIS
### Sancti Officii Regalibus in Conſiliis Advocati, Sereniſſimi Infantis Cardinalis Domini Ferdinandi, pauperum, carceratorúmque ſanctæ generalis Inquiſitionis.

MAGNI Conſilii juſſu, hunc *de Paſcuis jureque paſcendi* librum vidi, totumque legi, nil cenſura, contra probos mores, noſtrámque integerrimam, immaculatámque Fidem dignum; ſed potius multa ſcitu, notatuque digna, in totius Reipublicæ utilitatem, quod doctrina, eruditione, frui, paſcere, ſaturarique poſſit inveni. Datum Mantuæ Carpentanæ, tertio Kalendas Decembris, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo primo.

*El Doctor* GONÇALEZ DE RIBERO.

INDEX

# INDEX JURIUM

Quæ in hoc Tractatu & Libro, pro elucidatione Capitum, & Quæſtionum expenduntur, & enucleantur.

EX PRIMA PANDECTARUM parte, & Digeſto veteri.


LEX Arboribus §. Uſufructuarius, ff. de uſufruct. *cap.* 36. *n.* 3.
L. Æde ſacra 73. §. intra maceriam, ff. de contrahenda emptione. *cap.* 9. *num.* 11. & 12.
L. Æquiſſimum 17. §. proinde, ff. de uſufructu, *c.* 16. *n.* 20.
L. Eum qui 8. ff. de publiciana in rem actione. *c.* 18. *n.* 19.
L. Ei fundo 19. ff. de ſervitutibus, *c.* 18. *n.* 4.
L. Ex eo 24. ff. de ſervitut. ruſtic. præd. *c.* 24. *n.* 2.
L. Ex hac 3. ff. ſi quadrup. pauper. feciſ. dic. *c.* 13. *n.* 11.
L. Ex parte 11. ff. familiæ herciſcundæ, *c.* 29. *n.* 13.
L. Fin. §. Lucius Titius, ff. de contrahenda emptione, *c.* 18. *n.* 14.
L. Final. in fine, ff. ad l. Rhodiam, de jact. *c.* 3. *n.* 21. & 22.
L. Fin. ff. de iis qui dejecerunt, vel effuder. *c.* 13. *num.* 11.
L. Fiſtulas 78. §. frumenta, ff. de contrahenda emptione, *c.* 13. *n.* 8. & *c.* 27. *n.* 9.
L. Fundi 77. ff. de contrahenda emptione, *c.* 24. *n.* 3.
L. Grege 13. ff. de pignor. *c.* 24. *n.* 7.
L. Illud 46. ff. de ritu nuptiarum, *c.* 34. *n.* 14.
L. Imperatores 13. ff. de ſervitutibus, tit. generali, *c.* 3. *n.* 19.
L. In re communi 25. ff. de ſervitut. urban. *cap.* 34. *num.* 12.
L. Item ſi verberatum 15. §. 1. ff. de rei vindicatione, *c.* 27. *n.* 7.
L. Majorem 9. ff. de pactis, *c.* 3. *n.* 23.
L. Neceſſe 11. ff. de die in diem addictione, *c.* 30. *n.* 6.
L. 1. in fine, ff. de ſervitutibus ruſtic. *c.* 36. *n.* 5.
L. 1. §. qui autem, ff. de vi, & vi armata, *c.* 15. *n.* 7.
L. 1. §. ſi res, ff. depoſiti. *c.* 15. *n.* 7.
L. Quamvis alienum 40. ff. ad legem Aquiliam, *c.* 13. *n.* 13.
L. Quamvis 10. ff. de precario, *c.* 25. *n.* 15.
L. Qui admittitur 19. ff. pro ſocio, *c.* 26. *n.* 13.
L. Qui aliena 23. §. fin. ff. de neg. geſt. *c.* 29. *n.* 12.
L. Qui ſervandarum 15. §. fin. ff. de præſcript. verb. *c.* 13. *n.* 21.
L. Quintus 39. ff. ad l. Aquiliam, *c.* 13. *n.* 21.
L. Quoties 15. §. fin. ff. de ſervitutibus, *c.* 36. *n.* 5. & *c.* 18. *n.* 4.
L. Rutilia Polla 69. ff. de contrahenda emptione, *c.* 24. *n.* 3.
L. 2. §. cum in eadem navi ff. ad l. Rhod. de jact. *c.* 3. *n.* 21. & 22.
L. 2. §. fin. ff. ſi ex noxali cauſa agatur, *c.* 13. *n.* 19.
L. Servitutes 14. ff. de ſervitutibus, *c.* 18. *n.* 19.
L. Si aliena 10. §. fin. ff. de uſucapionibus, *c.* 18. *num.* 19.
L. Si communem fundum 10. ff. quemadmod. ſervitut. amitt. *c.* 26. *n.* 4.
L. Sicut 7. §. ſi quid univerſitati, *juncta Glo.* quod cujuſque univerſ. nom. *c.* 20. *n.* 9.
L. Si ego 13. §. 1. *juncta Glo.* ff. de Publician. in rem actione, *c.* 18. *num.* 19.
L. Si filia 20. §. ſi pater, ff. familia herciſcunda, *cap.* 3. *num.* 14.
L. Si Locus 14. cum via, ff. quemadmodum ſervitut. amit. *c.* 27. *n.* 7.
L. ſi pendentes 34. §. ſi quid cloacarum, ff. de uſufructu, *c.* 27. *n.* 8.
L. Si quid 18. §. venditor, *cum* l. ſequenti, in §. illud, ff. de ædil. edict. *c.* 35. *n.* 11.
L. Si quis diuturno 10. ff. ſi ſervit. vindicet, *c.* 18. *n.* 19.
L. Si quis ſepulchrum, ff. de religioſis, & ſumptibus fun. *c.* 27. *n.* 7.
L. Si uſusfructus 67. ff. de jure dotium. *c.* 36. *n.* 3.
L. Si ut certo 5. §. uſque adeo, ff. commod. *c.* 25. *n.* 14.
L. 3. §. ſi reddita, ff. commodati. *c.* 15. *n.* 7.
L. 3. ff. de uſufruct. *c.* 36. *n.* 5.
L. Teſtatrix 20. §. plures, ff. ſi ſervitus vindic. *c.* 3. *num.* 14.
L. venditor 14. §. ſi conſtat, ff. commun. præd. *c.* 27. *num.* 8.


Ex ſecunda Pandectarum parte, & Digeſto infortiato.


L. Denique 8. §. fin. ff. de peculio leg. *cap.* 24. *num.* 7.
L. Fundi Ebutiani 38. ff. de uſufructu leg. *c.* 18. *n.* 13.
L. Mela 14. §. fin. ff. de alimen. & cib. leg. *c.* 18. *n.* 11.
L. Peculium 67. ff. de leg. 2. *c.* 24. *n.* 7.
L. Quintus Mutius, §. argento, ff. de auro, & argent. legat. *c.* 34. *n.* 7.
L. Sed ſi pecunia, §. ſimili modo, ff. de rebus eorum. *c.* 37. *n.* 6.
L. Si is qui duos 30. ff. de liberatione legat. *c.* 26. *n.* 2.
L. Si quis ſervos 72. ff. de legat. 3. *c.* 34. *n.* 15.
L. Si uſusfructus, ff. de uſufruct. leg. *c.* 23. *n.* 1.


Ex tertia Pandectarum parte, & Digeſto novo.


L. Ait Prætor 9. §. in eum, ff. de bonis authoritate judi. poſſid. *c.* 36. *n.* 3.
L. Amplius 9. §. de his, & §. Neratius, ff. de damno infecto. *c.* 13. *n.* 18.
L. Apparet 5. verſ. ſi quis, ff. de itiner. actuque privat. *c.* 18. *n.* 19.
L. Capite quinto 25. ff. ad leg. Juliam, de ad[illegible] *c.* 13. *n.* 20.
L. Certe 4. ff. arbor. furtim cæſar. *c.* 13. *n.* 6.
L. Cotem ferro 11. §. fin. de public. & v[illegible] *c.* 31. *n.* 23. & *duob. ſeqq.*
L. damni 18. §. ſi is qui binas, ff. de damno inte[illegible] *c.* 24. *n.* 2.
L. fin. ff. de uſucap. *c.* 17. *n.* 1. & 33.
L. fin. ff. de termino moto. *c.* 28. *n.* 9. & 11.
L. fin. §. alia, ff. eodem. *dict.* *c.* 28. *n.* 10.
L. Furtim 7. ff. arbor. furt. cæſarum. *c.* 13. *n.* 11.
L. is damnum dat 130. §. quod pendet, ff. de reg. jur. *c.* 13. *n.* 7.
L. Lucius 21. §. fin. ff. ad municipalem. *c.* 32. *n.* 19.
L. Nihil 31. ff. ad municip. & de incol. *c.* 5. *n.* 5.
L. Omnis hæreditas 181. §. nunquam creſcit, ff. de reg. jur. *c.* 13. *n.* 7.
L. Plebs 237. ff. de verb. & rer. ſignific. *c.* 7. *n.* 14.
L. Prima §. fin. ff. de aqua pluvia arcenda. *c.* 18. *n.* 10.
L. Prima, §. illud, ff. de aqua quotidiana, & æſtiva. *c.* 24. *n.* 2.


L. Prima

# Index Jurium.


L. Prima ff. de privilegiis creditorum. *c.* 30. *num.* 6.
L. Prima, §. fin. ff. de jure immunit. & *referuntur* Doctores, *qui de ejus intellectu agunt.* *c.* 34. *n.* 10.
L. Qui ex vico 30. ff. ad municip. *c.* 10. *n.* 4.
L. Ratis ff. de incend. ruina, nauf. fact. *c.* 13. *n.* 18.
L. Sequitur 4. §. fin. ff. de uſucapion. *c.* 18. *n.* 18.
L. Si quiſquam 7. ff. de diverſis, & temp. præſcript. *c.* 17. *n.* 33.
L. 2. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidia. & æſtiva. *c.* 18. *n.* 23. & 25.
L. 2. ff. ſi libertus ingen. eſſe dicatur. *c.* 30. *n.* 4.
L. Viam publicam 2. ff. de via publica. *c.* 17. *n.* 1.


### Ex Juſtinianeo Codice.


AUthen. ſed Epiſcopalis dignitas, C. de Epiſcop. & Cler. *c.* 10. *num.* 20.
L. Ad officium 3. C. communi dividundo. *c.* 30. *n.* 6.
L. de pecoribus 5. C. ad legem Aquiliam. *c.* 13. *n.* 22.
L. fin. C. de ſacroſanctis Eccleſiis. *c.* 17. *n.* 35.
L. fin. C. commun. dividundo. *c.* 22. *n.* 6.
L. Præſcriptio 5. C. de operibus publicis. *c.* 17. *n.* 1.
L. Præſes 12. C. de tranſactionibus. *c.* 11. *n.* 34.
L. Præſes 6. C. de ſervitutibus. *c.* 27. *n.* 9.
L. Quinque pedum 5. C. finium regundorum. *c.* 28. *n.* 5.
L. Quarta, C. de uſuris. *c.* 24. *n.* 3.
L. 2. C. de patribus qui filios ſuos diſtrax. *c.* 30. *n.* 4.
L. 2. C. de communium rerum alienatione. *c.* 30. *n.* 6.
L. Unica, §. fin. C. de caducis toll. *c.* 30. *num.* 8.


### Ex Authenticis, & poſterioribus libris Codicis Juſtinianei.


L. Cives 7. juncta *Gloſſa* verbo *Allectio*, C. de incolis. *c.* 7. *n.* 3.
L. Congruit 4. C. de locat. præd. civil. libr. 11. *c.* 31. *num.* 26.
L. Cum ſcimus 21. §. fin. C. de agricolis, & cenſit. libr. 11. *c.* 4. *num.* 29.
L. fin. C. de vendendis rebus civitatis, libr. 11. *c.* 11. *num.* 6. & 7.
L. fin. C. de locat. præd. civil. libr. 11. *c.* 31. *n.* 23.
L. 1. & 2. C. de Paſcuis publicis, libr. 11. *in c.* 2. *n.* 2. & *c.* 6. *n.* 2.
L. 1. C. de venditione rerum fiſcalium. lib. 10. *c.* 30. *num.* 6.
L. Senatores 8. C. de incolis. *c.* 7. *n.* 3.
L. Si qua loca 2. C. de fundis, & ſaltibus rei domin. lib. 11. *c.* 17. *num.* 1.
L. Si tempora 4. C. de fide inſtrumentorum, & jure haſtæ fiſcal. libr. 10. *c.* 31. *n.* 20.
L. Uſum aquæ 4. *juncta Gloſſ.* C. de aquæductu, libro 11. *c.* 17. *n.* 4.


### Ex Inſtitutionibus Juſtinianeis.


T*Extus* in §. dominus, Inſtitut. de noxalibus. *c.* 30. *num.* 4.
*Textus* in §. inſula, Inſtitut. de rerum diviſione: *in c.* 30. *num.* 20.
*Textus* in §. Sed ſi gregis, *juncta* Glo. verb. *Legis*, Inſtitut. de rerum diviſione. *c.* 25. *n.* 21.


### Ex jure Canonico.


CAp. Apoſtolicæ de decimis, & eodem tit. *Cap.* cum ſint homines. *Cap.* Dilecti. *Cap.* in quibuſdam, §. ultimo. *Cap.* commiſſum. *c.* 35. *n.* 8.
Cap. conſtitutus 8. de in integr. reſtitutione. *c.* 30. *num.* 16.
Cap. cum Eccleſia Sutrina 3. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. *c.* 21. *num.* 19.
Cap. in tua 30. de decimis. *c.* 16. *n.* 12.
Cap. pervenit 5. de decimis. *c.* 35. *n.* 1.
Cap. 1. de decimis, *juncta Gloſſ.* *c.* 25. *n.* 2.
Cap. quanto 16. de cenſibus. *c.* 24. *n.* 5.
Cap. quia circa 22. de privilegiis. *c.* 24. *n.* 8.
Cap. quicunque in primo. 6. q. 7. *c.* 35. *n.* 11.
Cap. Rogationes 3. de conſecratione, diſtinction. 3. *c.* 7. *n.* 14.
Cap. Suggeſtum 9. de decimis. *c.* 24. *num.* 5. & *c.* 27. *num.* 9.
*Concilium Trident.* Seſſione 13. *c.* 1. & Seſſ. 24. *c.* 20.
*Concilium Tridentinum* Seſſ. 24. *c.* 20. *c.* 17. *n.* 10.
Cap. tranſlato 3. de conſtitutionibus. *c.* 10. *n.* 19.


### Ex jure Hiſpano Partitarum.


L. 9. titul. 20. part. 1. *c.* 35. *n.* 8.
L. 17. tit. 20. part. 1. *in c.* 35. *n. fin.*
L. 3. tit. 6. part. 3. *c.* 32. *n.* 20.
L. 10. tit. 11. part. 3. *c.* 29. *n.* 10.
L. 5. tit. 13. part. 3. *c.* 32. *n.* 20.
L. 21. tit. 22. part. 3. *c.* 16. *n.* 29.
L. 7. tit. 24. part. 3. *c.* 17. *n.* 1.
L. 9. tit. 28. part. 3. in *c.* 3. *n.* 17. & *c.* 4. *n.* 35. & *c.* 6. *n.* 8. & *c.* 26. *n.* 10.
L. 11. tit. 28. part. 3. *c.* 17. *n.* 6.
L. 29. eiſd. tit. & part. *c.* 6. *n.* 8.
L. 13. tit. 31. part. 3. *c.* 17. *n.* 28. *cum duobus ſeqq.*
L. 15. tit. 31. part. 3. *c.* 18. *n.* 16.
L. 26. eiſd. tit. & part. *c.* 23. *num.* 1. *juncta doctrina Greg. Lopez.* ibi. *n.* 12.
L. 55. tit. 5. part. 5. *c.* 30. *n.* 6.
L. 19. tit. 14. part. 7. *c.* 25. *n.* 21.


### Ex jure Regio, Ordinamenti, & novæ recopilat. & fori Regalis, & legum Tauri.


L. 7. tit. 4. lib. 4. fori Regalis. *c.* 19. *n.* 12.
L. 10. tit. 15. lib. 2. Ordinamenti Reg. *c.* 31. *n.* 5.
L. 4. tit. 11. lib. 5. Ordinamenti Regalis. *c.* 19. *n.* 7. & *c.* 4. *n.* 35.
L. 5. & 6. tit. 5. lib. 1. novæ Recopil. *c.* 35. *n.* 9.
L. 6. tit. 6. lib. 3. novæ recop. *c.* 28. *n.* 22.
L. 5. tit. 7. lib. 3. novæ recop. *c.* 12. *n.* 13.
L. 1. tit. 15. lib. 4. novæ recopilationis. *c.* 17. *n.* 5.
L. 1. & 3. tit. 10. lib. 5. novæ recopilat. *c.* 17. *n.* 8.
L. 8. tit. 11. lib. 3. novæ recopilat. *c.* 30. *n.* 15.
L. 13. eodem tit. & lib. *c.* 30. *n.* 6.
L. 1. tit. 17. eodem lib. *c.* 19. *n.* 18.
L. 3. tit. 5. lib. 6. novæ recopil. *c.* 10. *n.* 12.
L. 4. tit. 5. lib. 7. novæ recop. *c.* 31. *n.* 1. & 2.
L. 3. tit. 6. eod. lib. *c.* 10. *n.* 9.
L. 4. eod. tit. & lib. *c.* 23. *n.* 14. *cum tribus ſeqq.*
L. 10. l. 6. l. fin. tit. 7. lib. 7. novæ recopil. *c.* 16. *n.* 24. & 26. & 27.
L. 3. tit. 7. lib. 7. novæ recop. *c.* 29. *n.* 18.
L. 9. tit. eodem, & lib. *c.* 16. *n.* 27.
L. 12. eodem tit. & lib. *c.* 8. *n.* 20. & *c.* 16. *n.* 24. & *c.* 19. *n.* 7. & *c.* 25. *n.* 8.
L. 13. eodem tit. & lib. *c.* 1. *n.* 24. & *c.* 16. *n.* 6. *cum duobus ſeqq.*
L. 14. tit. eod. & lib. *c.* 16. *n.* 6.
L. 15. eodem tit. & lib. *c.* 12. *n.* 13.
L. 23. eodem tit. & lib. *c.* 36. *n.* 4.
L. 1. tit. 9. lib. 7. novæ recop. *c.* 5. *n.* 10. & 15. & 16.
L. 5. 6. 8. & 21. tit. 13. lib. 9. novæ recop. *c.* 31. *n.* 20.
L. 1. 12. & 13. tit. 17. lib. 9. recopil. *c.* 36. *n.* 1. & 9.
L. 1. tit. 21. eod. lib. *c.* 17. *n.* 6.
L. 1. tit. 27. eod. lib. *c.* 34. *n.* 1.
L. 11. eod. tit. & lib. *c.* 34. *n.* 3.
L. 16. eod. tit. & lib. *c.* 17. *n.* 6.
L. 74. Tauri. *c.* 30. *n.* 6.




# INDEX CAPITUM,

## Quæ in hoc Opere de Paſcuis, & jure Paſcendi continentur.


DE antiquitate, & utilitate uſus Paſcui, & rei Pecuariæ, & ejus magno quæſtu, Prolegomena Synopſis, Præfatio, ſeu Caput Procemiale.

CAP. I. De varia ac diverſa *Paſcui* appellatione, & quibus vocabulis, ac nominibus ſignificetur, & quid ſit. Pag. 1.
II. De Paſcuorum diſtinctione, & differentia. p. 3.
III. De uſu Paſcui publici in genere. p. 4.
IV. Quomodo vicinitas acquiratur, ut quis Paſcuo publico frui poſſit, & an cum vicinitate ſit neceſſaria habitatio in Oppido, cujus eſt Paſcuum, & quis in propoſito dicatur habitare. p. 7.
V. Utrùm Oppida teneantur neceſſariò recipere vicinos noviter aliundè venientes, & an poſſint eos gravare, ut per aliquod tempus vicinitatem retineant, nec ab Oppido diſcedant. p. 12.
VI. De uſu Paſcui publici, quoad dominos Oppidorum. p. 14.
VII. An Prætores, eorumque Locumtenentes, Caſtellani, cæterique Judices, & eorum miniſtri, & famuli, durante officio, Paſcuo publico uti poſſint. p. 16.
VIII. Utrùm Clerici, vel Monachi Paſcuo publico uti poſſint ad ſua pecora paſcenda. p. 18.
IX. Paſcua Oppidorum in cujus dominio cenſeantur, an Domini, an verò Univerſitatis, & quid de terris incultis. p. 22.
X. Quid de vico civitatis, & ab ea exempto, vel de Vico ei de novo aggregato, vel unito, circa Paſcuum publicum utriuſve intelligi debeat, & juris ſit. p. 25.
XI. Paſcui publici alienatio an jure permiſſa ſit, & à quibus, & qua ſolemnitate fieri valeat & de tranſactione ſuper jure paſcendi. p. 28.
XII. De ordinationibus, & ſtatutis Oppidorum circa uſum paſcui, & pœnis ſtatutis. p. 33.
XIII. De damno in alieno paſturagio à pecudibus facto, & de ejus ſatisfactione. p. 37.
XIV. De ſatisfactione damni à pecoribus facti, quando non conſtat à quibus factum ſit. p. 41.
XV. De virtute, & executione ſententiæ condemnanationis damni in alieno paſturagio facti, & de judicio æſtimatorum hujus damni, quos vulgò, *Apreciadores*, vocamus. p. 43.
XVI. Quid in præjudicium, ſeu commodum communitatis Paſcui poſſit fieri à Domino territorii, vel ab aliquo ex ſociis. p. 47.
XVII. Paſcua publica utrum in proprietate per præſcriptionem acquiri poſſint. p. 52.
XVIII. Servitus juris paſcendi an realis, an verò perſonalis ſit, & quo tempore præſcribatur. p. 57.
XIX. De cuſtodibus paſcui, & de pignorationibus (vulgò *Prendas*) earum valore, & effectu, & quomodo debeant fieri. p. 62.
XX. An ex actibus ſingularium vicinorum Univerſitati acquiratur præſcriptione jus paſcendi, vel amitti poſſit. p. 65.
XXI. De interruptione juris paſcendi. p. 69.
XXII. An diviſio Paſcuorum jure peti poſſit, & quomodo facienda ſit. p. 73.
XXIII. Si alicui Oppido paſcui jus conceſſum fuerit, quo tempore duret, & Oppido deſolato, ad quem pertineant Paſcua, & quid, ſi iterum tale Oppidum populetur. p. 76.
XXIV. Si concedatur aliquibus exteris communitas, vel jus paſcui, an debeat intelligi tantùm pro pecoribus, quæ habebant tempore conceſſionis, an verò etiam pro aliis, quæ poſtea auxerint, & acquiſierint. p. 79.
XXV. Si ex ordinatione, vel ſtatuto Oppidi, appoſita ſit pœna contra gregem pecudum depaſculantium in vetito paſcuo, & integer grex non depaſcatur, an pro pecudibus depaſcentibus debeat ſolvi pœna ſaltem pro rata. p. 81.
XXVI. Si unum Oppidum habeat communitatem in Paſcuo alterius, an vicinus pro pecudibus, in *Socidam* vulgò, *En Alparceria*, conceſſis, mercedem ſolvere teneatur. p. 84.
XXVII. An Oppidum confine, paſturagio abundans, vicino Oppido egenti communicare paſturagium teneatur. p. 87.
XXVIII. Demarcationes limitum paſcui ad quem pertineant, qua forma fieri debeant, & de pœna terminos hos, ſeu confines amoventis, vel confundentis. p. 89.
XXIX. Lites ſuper Paſcuis publicis, à quibus moveri debeant, & quorum ſumptibus agitantur, & de effectu rei judicatæ ſuper eis expeditæ. p. 91.
XXX. Paſcua publica, termini, ſeu terræ Gerbidæ (vulgò, *Valdios*,) alicujus Oppidi, aut Villæ, ſi vendantur, an pro eodem pretio in venditione præferri debeat Oppidum, ſeu villa. p. 94.
XXXI. Locatio Paſcui publici an jure permiſſa ſit, quomodo facienda, & quibus perſonis ſit interdicta. p. 97.
XXXII. Vicini alicujus Oppidi litigantis ſuper paſcuo, vel quia communitatem habent in eo, utrum ſint legitimi teſtes in paſcui lite, & de perſonis, quæ vulgò nominari ſolent à Concilio, ut poſitionibus reſpondeant. p. 101.
XXXIII. An interdictum, quod Practici vocant, *Interim*, competat pro Paſcuis, & quomodo intentari debeat. p. 103.
XXXIV. Utrùm debeatur *Montagium* pro pecudibus tranſeuntibus de ſuo Oppido ad compaſcuum commune, per alienum territorium. p. 105.
XXXV. Utrum decima Eccleſiaſtica debeatur ex Paſcuis, eorum fœno, gramine ſeu herba, vel de pecudibus in eis depaſcentibus, & quomodo, & quibus debeatur, & ſit perſolvenda. p. 107.
XXXVI. An ex locatione Paſcuorum, & venditione herbæ debeat ſolvi Decima pretii (vulgò *Gabella*) p. 110.
XXXVII. Jus paſcendi an mobile, an verò immobile reputetur, & utrùm ſuper eo conſtitui poſſit cenſus, & in ejus venditione poſſit competere jus retractus. p. 111.


Sequuntur *Capita addita huic Operi.*


XXXVIII. Afferuntur aliqua loca *Obſervationum Reverendiſſ. æquè, ac Sapientiſſ. Epiſcopi de Zaulis ad Stat. Favent.* in quibus utitur doctrina *Noſtri Oteri*: & deinde per extenſum ponitur integra *Illius Obſerv. ad ead. Stat. tom. 2. lib. 5. Rubr. 6.* in qua agitur *De damnis perſonaliter datis*, inferendo ad multa *ibidem* tradita. p. 115.

# Index Capitum.


X X X I X. Agitur *de damnis datis à Beſtiis*, *ſeu Animalibus*: & ſignanter *Locuſtis*, de quibus, earumque expulſione multipliciter practicanda plenè agitur: Necnon *de Fida*, ejuſque ſolutione: & *de Affidatis*, eorumque Privilegiis, & foro tàm *in Statu Eccleſiaſtico*, quàm in *Regno Neapol.* & alibi. Eſt *Obſervatio Epiſc. de Zaulis ad Stat. Favent. lib.* 5. *Rubr.* 7. *tom.* 2. p. 120.

X L. Univerſitati, num in ejus domaniali territorio, ſive proprio Baronis, competat jus lignandi, & paſcendi, quoad uſum tantùm, vel etiam quoad induſtriam. Eſt prima pars *Diſſertationis Forenſis D. Joſephi Speræ*, in qua continentur etiam, ultrà reſpicientia principalem materiam, plurima ſcitu digniſſima ferè ſemper innixa doctrinæ *Noſtri Oteri*, nunc *ſingularioribus Auctoritatibus* ditata. p. 137.

X L I. Sequitur altera pars *Diſſertationis forenſis D. Joſephi Speræ*: Et cognito, quando liceat Domino Caſtri edere proclamata pœnalia contra damnum dantes in ſuis prædiis, reaſſumitur materia principalis, de qua *in antecedenti Capite*, ſeu *Prima parte iſtius Diſſertationis*, ac plura circa juriſdictionem afferuntur. p. 151.

X L I I. An in territorio Baronis licitum ſit uti jure paſcendi, aquandi, lignandi, ac pernoctandi tàm quoad uſum, quàm quoad induſtriam. Eſt *Reſponſum Juris V. S. D. Fabii Supini*, *recentioribus Auctoritatibus adauctum*: Annectuntur *Duo alia Reſponſa*: Alterum *de damnis datis à Beſtiis* earumque retentione, & actione competente contra Dominos illarum: Alterum, circa *diviſionem*, *quando*, *& ex quibus* præſumendam. p. 171.

X L I I I. Emphyteuſim Eccleſiaſticam eſſe hæreditariam, & tranſire ad legatarios, & hæredes, etiam extraneos, ponderatis clauſulis in inveſtitura contentis, *pluribus DD. & Deciſionibus rejectis*, ſeu conciliatis, ac neglecta diſtinctione de acquiſitione facta à primo acquirente titulo lucrativo, non autem oneroſo, *in hoc Reſponſo* demonſtratur, & concluditur: Tacta etiam *Conſuetudine Genuæ* redigente bona emphyteutica Eccleſiaſtica, ad inſtar allodialium. Refellitur ex profeſſo *Manent. dec.* 60. In hac *cauſa* ſcripſerunt ex adverſo *DD. Petrus Joannes de Torre*, *& Aloyſius Manſ.* ut *in iſtius conſul.* 716. *&* 717. *lib.* 8. non attingentes tamen principales *Articulos Cauſæ*. Eſt *Reſponſio ad Deciſ. Rotæ Genuen. nunc impreſſ. penes ipſum D. Manſ. conſult.* 718. *eod. lib.* 8. p. 184.

X L I V. Agitur de derogatione fideicommiſſi probanda; allatis interim multis præſumptionibus pro detegenda falſitate illius: & quandonam probata, dicatur obreptitia, & ſubreptitia, deducendo multa ſuadentia obreptionem, & ſubreptionem illius: Quando corruat ex defectu poteſtatis Principis derogantis: ac plura circa hanc Principis poteſtatem deducuntur: Ac tangitur materia *Auth. res*, *quæ C. comm. de legatis.* p. 202.

X L V. Monetarum materia pertractatur; & ſignanter, an & quando ſit dandus valor *libr. Marcheſan.* currens de præſenti pro valore antiquo earum: & num ſit locus alicui reductioni, quatenus exinde inſurgeret ad favorem creditoris annuæ penſionis in iiſdem libris conſiſtentis, graviſſima læſio: Plenéque agitur de excluſione præſcriptionis centenariæ, ac immemorabilis in materia monetali, ac etiam generaliter. p. 213.

X L V I. Tractatur latè de Gabella tranſitus mercium, & de vi obſervantiæ interpretativæ in hac, & quavis alia materia. Refellitur ex profeſſo *Vot.* 6. *impreſſ. poſt Pigant. ad Stat. Ferr. in* 2. *edit.* p. 223.

X L V I I. Fundi dotalis conſtitutio, etiamſi fuerit dictum bona tradi *pro fundo dotali* inæſtimata, ex quibus, hiſque multis clauſulis, & circunſtantiis diſcuſſis, an ponderata qualitate ipſius fundi dotalis, uti proprii, & improprii excludatur: Et quandonam idem fundus dotalis poſſit validè alienari, licèt conſtitutus in bonis feudalibus: ad huncque effectum cenſeatur data facultas marito ad illum alienandum: Expenſa quoque, & examinata *Conſuetudine Mantuana*. Commutatio bonorum in dotem datorum, an, & quando fieri poſſit in fundum dotalem. Lucrum dotale delatum *ex Statut. Mant.* quibus in caſibus poſſit haberi in bonis feudalibus datis in dotem, ſeu pro fundo dotali: Nonnulla de donatione inter virum, & uxorem, tàm tacita, quàm expreſſa non ſuſtinenda afferuntur, etiam in terminis *Stat. Mant.* ac per viam ſimulationis. Hæredem teneri de evictione, ad quam tenebatur defunctus ad favorem Emptoris, quem & poſſe uti juribus venditoris, pro tuitione bonorum emptorum, concluditur. p. 247.

X L V I I I. Agitur ampliſſimè *de Societate ad Caput ſaluum*, quam initam cum ſolitis *Tribus contractibus* eſſe validam, & ſervandam, ſicque fructus conventos eſſe dandos ſocio ponenti pecuniam in rationem *quinque*, *ſex*, *ſeptem*, *& octo pro centenario*, *& anno*, latè oſtenditur; Reprobatis *Card. de Luca tit. de uſur. diſc.* 1. *lib.* 5. *& alibi*, *ac Epiſc. Rocca diſp. jur. c.* 99. *lib.* 2. *& Aliis.* Quodque ſocius, cui fuerunt ſolutæ pecuniæ, ſi eas non implicet juxta conventa, teneatur ad damna, & intereſſe, ac eorum loco ad fructus conventos erga alium ſocium, concluditur. p. 266.

X L I X. De ceſſionario, quando poſſit habere regreſſum contra cedentem; & proinde de excuſſione nominis ceſſi facienda: Et quandonam cedenti ſuffragetur beneficium *Auth. hoc niſi*, *C. de ſolut.* Declaratur *Stat. Ferrar. lib.* 1. *Rubr.* 5. *& lib.* 2. *Rubr.* 14. *ac Rubr.* 140. Agitur etiam de excuſſione facienda propriis expenſis in caſibus, in quibus fieri non debet. Ac tangitur materia *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. & l.* 2. *de pignor.* p. 277.

L. Nominis ceſſi periculum an cedenti, vel ceſſionario cedat: & quid, ſi ejuſdem nominis exigibilitas non ſit promiſſa; ſeu, ſi ſit promiſſa, quanto tempore debeat manuteneri. p. 306.

PRO CORONIDE.

MISCELLANEUM PASCUUM. Continentur in Eo plura notabilia circa *Paſcua*, *& Jus paſcendi*, brevia ſanè, aſt valdè practicabilia, & proficua, inſervientia quoque pro *APPENDICE* ad multa loca præſentis OPERIS.


DE

# DE ANTIQUITATE, ET UTILITATE USUS PASCUI, ET REI PECUARIÆ,

## *ET EJUS MAGNO QUÆSTU; PROLEGOMENA, Synopſis, Præfatio, ſeu Caput Procœmiale.*

PASCUORUM, & Rei Armentariæ, ſive Pecuariæ, quàm magnæ ſint obventiones, & utilitates, facillimè deduci poteſt, & paſſim rerum experientia indicat. Quinimo, & primo Ævo, à noſtris parentibus ſtatim atque in pœnam peccati, labori dediti fuerunt, agnitæ ſunt, ſiquidem terræ culturæ, & rei pecuariæ ſtatim ſe manciparunt. Itaque præ omnibus aliis, quæ poſtea rerum neceſſitatibus exigentibus, ingenia hominum adinvenerunt hoc exercitium, tanquam viventium alimentis magis neceſſarium, & eorum nuditati providentius, à primis mundi incolis fuit ſuſceptum. Cùm enim Dominus noſter omnia propter hominem creavit, & dominio ejus ſubjecerit, ut habetur Geneſis cap. 1. ibi: *Subjicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, qaæ moventur ſuper terram*, & ex Pſalmo 8. ibi: *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: oves & boves univerſas: inſuper & pecora campi*, & homo propter peccatum ex paradiſo fuerit ejectus: & quibus antea liberè, & abſque ullo labore poterat potiri, jam non niſi adhibita cura, & impenſo labore frui valeat: & in ſudore vultus ſui veſci debeat pane ſuo, *Geneſis cap.* 3. in primis Adamus communis Pater, quæ alimoniæ, & victui ordinario, ac eorum nuditati erant magis neceſſaria, ſolicitus providere curavit. Cùm autem ex Agricultura, & Rei pecuariæ exercitio iſtis neceſſitatibus, opportunum oriatur remedium; ſuis duobus filiis primogenitis Abel & Cain, has duas artes tanquam potiores notas fecit, & commendavit, ut habetur Geneſis c. 4. ibi: *Fuit autem Abel Paſtor ovium, & Cain agricola.* Ex quo quanta hujus exercitii fuerit antiquitas proſpicere poteris, ut rectè advertit Petrus Gregorius *lib.* 18. *ſyntagmatum juris cap.* 4. quod etiam plures poſtea fuerunt amplexi, & Adam Jabel Filius Lameth, qui fuit quartus nepos Cain, Rei Pecuariæ maximam habuit negotiationem, ut habetur dicto cap. 4. Geneſis, ibi: *Genuitque Adam Iabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque Paſtorum.* Super quibus verbis Magiſter Hiſtoriarum affirmat, quod iſte Adam Jabel, fuit primus, qui conſtruxit Tuguria & Tentoria, ut cuſtodes gregum, ab injuria temporum ſe liberarent, & primus omnium pecudum acies ordinavit, & eis marem, quod vulgò nos Hiſpano ſermone vocamus (*El manſo*,) ut eum tanquam ducem inſequerentur præpoſuit, quod ita affirmat diligentiſſimus rerum indagator Doctor Joannes Sanchez de la Plata *in ſuo generali hominis Chronico*, *lib.* 4. *cap.* 15. Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica*, *lib.* 1. *cap.* 12. §. 5. *in princ.*

Poſt hos verò Abraham, & Loth Rei Pecuariæ diligenter incubuerunt, &

 erant

erant tot eorum pecora, quòd ea capere non poterat terra, quotidie jurgia ſuper paſcuo inter paſtores excitabantur; & ſic facta fuit diviſio terræ, ut habetur *Geneſis c.* 13. quæ fuit prima circa uſum paſcui diviſio inventa (de qua ſuo loco dicemus). Unde etiam Jacob, idem exercuit miniſterium in domo patrui ſui, nimio pulcherrimæ Rachel exardens, & incenſus amore, per quatuordecim annos, & adeò dexterè paſtorali ſtudio, & curæ inſudavit, quod magnopere fuerit ditatus, eo divinali inſtructus documento, quod in canalibus, ubi fundebatur aqua, pecudibus (tempore conceptionis) virgas cortice ad partes nudatas, conſpectui objiciebat, & viſu varii coloris (ejus formata imaginatione) naturaliter pecudes concepti, pelle maculatæ naſcebantur, ut habetur *Geneſis cap.* 30. & 31. Imaginatio enim, vel alicujus rei viſus, & contemplatio, colorem animali, conceptionis tempore tribuit, ut obſervat Divus Hieronymus *in quæſtione Hebraica in Geneſ.* D. Auguſt. *lib.* 22. *de Civitate Dei*, *cap.* 25. & *lib.* 18. *cap.* 5. & Quintilianus ab incuſatione adulterii quandam mulierem (quæ cùm & ejus vir candidi eſſent coloris, Infantem omnino nigrum peperit) liberavit, eo in facto probato, quod in cubiculo, ubi concepit, Æthiopis cujuſdam pendebat pictura, & effigies, ad quam tempore conceptionis reſpicere potuit, ut obſervat Juvenalis *ſatyra* 6. qua de re plura adducuntur exempla, ut per Heliodorum *libro* 10. *Hiſtoriæ*, & Plinium *libr.* 7. *natural. Hiſtor. cap.* 12. Avicennam *lib.* 3. *ſententiarum* 21. *tractat.* 1. *cap.* 1. & 2. Galen. *lib.* 2. *de Sympto-cauſis*, & *de Theriaca ad Piſonem*, *cap.* 11. Nevizanum *lib.* 2. *Sylvæ nuptialis*, Ælianum *lib.* 8. *Hiſtoriæ Anim. cap.* 20. & *lib.* 12. *cap.* 3. Et quia Jacob principaliter paſtorali miniſterio fuit functus, & omnes ferè filii ejus, ex quo in Ægyptum fuerunt ingreſſi; paſtoritiæ gregum curæ intendebant: gubernatio illius ſæculi, fuit nuncupata *Dinaſtia paſtoralis*, ut obſervat Joſephus l. 1. *contra Apron.* Euſebius *in Chronicis*, & Cælius *lib.* 16. *antiquitatum*, *cap.* 3. quæ fuit Dynaſtia decima ſeptima, Pineda *libr.* 2. *Monarchiæ Eccleſiaſticæ*, *cap.* 7. §. 3. Sed & Moyſes in re paſtoritia verſabatur, cum à Domino Dux Populi ſui fuit vocatus, & electus. Et Gyges, Lydius, Maximinus Senior, & Juſtinus, Thraces, Tullus Hoſtilius Viriatus, Galerius, Tamborlanus, ex armentario miniſterio ad imperialem celſitudinem fuerunt provecti, ut refert Renatus Chopinus, *de privilegiis rei ruſticæ*, *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. Petrus Gregorius *lib.* 6. *ſyntag. cap.* 4. *n.* 6. & 7. & alia in propoſito congerit Joan. Raviſius Textor *in ſua officina*, verb. *Paſtores*, & *Armentarii*, & Apollo Amethi Theſſaliæ Regis armenta pavit, & Mercurius Fiſtulæ inventor etiam fuit, & Paſtor, & facit illud Poëtæ, ibi:

*Dii pecorum pavére greges, formoſus Apollo,*
*Pan doctus fauni vates, & pulcher Adonis.*

Itaque ab initio fuit agnita & uſque ad noſtra tempora ſemper obſervata, & ſummopere animadverſa, quæ ex armentaria arte naſcitur utilitas, tametſi à creatione Adæ non fuerunt animalia, ſive pecora in eſcam conceſſa, nec alimoniæ, aut viventium cibo inſerviebant, quia eo tempore uſque ad diluvium, tantum arborum fructibus, & herbis homines epulabantur, ut ſentiunt Hippocrates *de vet. med.* Plutarchus *lib. de uſu carnis*, & *lib. de capiendis Util.* Virgil. *lib.* 2. *Georgic.* Lucret. *lib.* 5. Ovidius *lib.* 4. *faſtorum*, Galenus *lib.* 2. *alimentorum*, Porphyr. *lib. de abſtin. antiq.* Cælius *lib.* 28. *antiq. c.* 2. & *lib.* 13. *cap.* 25. pro qua opinione arridere videntur verba *Geneſ. c.* 1. ibi: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & univerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, ut ſint vobis in eſcam*: in quibus ad victum hominis ſolùm fit mentio fructuum arborum, & herbarum; non autem carnium, ſeu animalium, quæ ſæculo tanta erat terræ pinguedo, quòd herbæ & arborum fructus, victui ſufficiebant. Poſt diluvium verò, cum aquarum impetu & humilitate, terræ craſſitudo deficeret, & labefactata maneret,





carnium uſus fuit neceſſarius, & ſic hominibus in eſcam fuit à Deo aſſignatus; ut habetur *Geneſ. cap.* 9. ibi: *Et terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cum univerſis, quæ moventur ſuper terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt. Et omne, quod movetur & vivit, erit vobis in cibum*; quæ verba ſatis apertè, tunc temporis novam fuiſſe eſus carnium conceſſionem factam, & facultatem conceſſam indicant. An autem antea eis homines non uſos, vel quia neceſſitas nondum carnium uſum exigebat, an verò, quia aliqua à Deo fuiſſet facta prohibitio; anceps quæſtio viſa fuit; Cujus veram reſolutionem accipere poteris ex D. Hieronymo *lib.* 1. *contra Jovinianum*, Chryſoſtomo *Homilia* 27. *in Geneſim*, Iſidoro *lib.* 1. *de officio Eccleſiæ*, *cap.* 44. Baſilio *Homilia* 11. *in Haxaëmer.* Theodoreto *in Geneſim*, Alex. *de Ales* 4. *parte*, *q.* 28. *in* 3. *art.* 1. D. Thom. 1. 2. *q.* 102. *art.* 6. & Rom. 14. *Hiſt. Scholaſt. c.* 35. Victoria *in relectione de temperantia*, Æliano 3. *variæ Hiſtoriæ*: Hippocr. 6. *de Morb. Vulg.* Caiet. *ibi*, & aliis, quos refert Soto *de juſticia & jure*, *lib.* 5. *q.* 1. *art.* 1. Pineda *dict. lib.* 1. *cap.* 18. §. 2. Eo autem tempore, quo pecudes eſui non deſerviebant, etiam magni habebantur: tùm quia Deo immolabantur; & Abel primus omnium hoſtiam ex ovili ſuo obtulit, ut habetur *Geneſis* 4. ibi: *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum*: quinimo, ut ait Joſeph *libr.* 1. *antiquit.* omnes primos fœtus immolavit, ut refert Doctor Sanchez de la Plata *ubi ſuprà*, *cap.* 15. tùm etiam, quia ex pellibus pecudum cooperiebantur, & veſtimenta fiebant, & Dominus noſter noſtrorum Patrum nuditatem pellibus animalium mortuorum (ſublatis fici foliis, quibus induti erant) operuit, *Geneſis. cap.* 3. ibi: *Fecit quoque Dominus Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos*; ut ſignum mortalitatis ſemper in conſpectu haberent, unde ſtatim homines hoc ſtudio animalia occupare cæperunt, ut ex pellibus veſtimenta formarent, & Lamech, qui fuit ſeptimus, in generatione Cain, venationi arcum, & ſagittam primus omnium præparavit, & adinvenit, & cum præ ſenectute oculorum amiſiſſet lumen, famuli cujuſdam ſuggeſtione, qui feram inter arbuſta moveri inſinuavit; ad motionis ſonitum arcum vibrans, emiſſa ſagitta, Cain, caſus ſeductus interemit. Poſt diluvium inſuper, & ad eſcam, & ad veſtimenta, & ad ſacrificia pecuariæ rei exercitatio ſemper profuit; unde Plinius *libr.* 8. *naturalis Hiſtoriæ capit.* 47. magnam pecudum virtutem; tùm in placandis numinibus, tùm in hominum ornatu, veſtitu conſiderari ait; unde per multa tempora, tam in lege Moyſis, per Hebræos, quàm per Gentilitios veri Dei ignaros animalium, & pecudum holocauſta frequentiſſima erant: poſt Adventum verò Chriſti, cùm verus Agnus immolatus eſt Chriſtus, jam holocauſtis animalium non delectatur, ſed cor contritum, & humiliatum non deſpiciet, ut habetur ex *Pſalmo David.* 50.

Ad veſtimenta autem, & calceamenta ſummoperè pecora, & animalia proſunt: cum ex eorum lanis jam tot pannos, & perutilia tegmenta, hominum ars ſolicita fabricaverit. Et quarum ovium lana ſit aptior pannorum fabricæ, recenſet Plinius *ubi ſupra cap.* 48. affirmans in noſtra Hiſpania oves cujuſdam lanæ nigræ procreari, quæ maximi habentur, ita Textor *in ſua Epitome*, verbo *Lanis*, Minervæ autem Palladi originem, lanam perpoliendi & texendi tribuerunt Diodorus Siculus, & Joſephus, & qui prius tinxerunt lanam, fuerunt Lidienſes in civitate Sardys, ut refert Doctor Sanchez de la Plata *d. c.* 31. Quinimò cùm tanta ſit utilitas hujus fabricæ, ei modum accuratiſſimè leges Regiæ præbuerunt, de quibus in *tit.* 12. & *ſeq. uſque ad* 17. *lib.* 7. *novæ recopil.*

Lanis verò demptis, & tonſis, ex pellibus nudis, plurima conficiuntur, & perutilia coriacea, & calceamenta pedibus, & cruribus tegendis, quorum primus adinventor, & qui præparamenta ſubminiſtravit, fuit Boëtius apud Plinium

*lib. 7. c. 56.* & homines in bello Troiano, coriaceis boum redimiebantur, ut ait *Homerus* apud Doctorem Sanchez *lib. 4. cap. 13.* quin etiam ex eis fuit antiquitùs cuſa moneta; & ſi credimus Plinio *lib. 33. cap. 3.* Servius Tullius Rex Romanorum (qui primus in illo Imperio Monetam cudi juſſit) eam ovis, vel pecudis effigie ſignavit; ita Plutarchus *in Publicola*, Renatus Chopinus *ubi ſupra, cap. 1. n. 3.* Unde pecunia à pecude nomenclaturam accepit; & inde ad ſignificandum rem familiarem, ſeu bonorum ſubſtantiam, Peculii nomine utimur. Tanta enim ex re pecuaria conſiderabatur utilitas, quod hinc Poëtæ ſuorum Carminum dulci ſono, oves velocinium ſeu vellus aureum ſecum ferre, & procreare fingebant, & in Hiſpania ideo vocatur vulgari nomine, *Ganado*, quia lucrum confert. Et hinc *paſcua* communiter in cenſoriis tabulis dicebantur ea omnia, ex quibus Princeps, vel Populus Romanus redditus haberet; quia diu hoc ſolum vectigal fuit: ut colligitur ex Plinio *lib. 18. cap. 3.* Quin etiam (repetita Priſcorum temporum memoria) fuit hoc præcipuum veteribus ſtudium, luculentum habere, equorum, boum aliorumque armentorum pecuarium. Nam præter quam Iphicli Boves Neleus expetivit (ut ait Pauſanias *libr. 4.*) Herculi etiam juſſit Euryſtheus, ut ex Hiſpania boves (quos egregia ſpecie ibi eſſe compererat) ad ſe abigeret. Sed & ejuſdem pecoris mira fuiſſe incenſum cupiditate Erycem Siciliæ Regem, ex eo patet, quod cùm in belli certamen cum Hercule deſcendiſſet, hinc Herculis boves, illinc Erycis Regnum, præmia victori propoſita fuerunt. Et in pecuaria re fuerunt plures ditiſſimi, ut legitur de Job Idumeo, qui habuit ſeptem millia ovium, tria millia Camelorum, quingenta juga boum, quingentáſque Aſinas. Et Amyntas numeroſos habuit greges, in quibus admodùm gloriabatur, juxta illud Martialis *lib. 11.* ibi:

*Indulget pecori nimium, dum Paſtor Amintas,*
*Et gaudet fama luxuriáque gregis.*

Et Augias Apollinis filius fuit armentorum multitudine ditiſſimus, unde profluit commune dicterium, & adagium, *Augiæ ſtabula repurgare.* Quin non inficias iri dixerim, plures nobiliſſimas Romanorum familias à re pecuaria (qua & gregum numero, maximè pollebant) nomen ſortitas; hinc enim *Ovilii* (quia Ovium) *Caprarii* (quia Caprarum) *Equitii* (quia Equorum) *Tauri* (quia Taurorum) *Vitellii* (quia Vitulorum) numero, & gregibus, alios antecellebant, fuerunt nuncupati; & alii, ut *Bubulcii, Porcii*, & ſimiles, ut ex Carolo Sigonio, *lib. de Cognominibus Romanorum*, Alexan. *lib. 1. c. 9.* noviſſimè deduxit Barnabas Moreno, Eremitæ Decurio, *in tractatu de nobilitate, diſcurſu 16. littera V.*

Ad eſcam verò, & hominum victum, quantum pecuaria animalia proficiant; ipſa communis neceſſitas dictat, & eorum tam uſitata prandia, in omnibus Regnis apertè indicant; unde omnes civitates, oppida, & municipia his victualibus, tanquam magnis utenſilibus, & neceſſariis abundare debent; in quo Prætoribus Judicibus maxima cura injungitur, & ut juſto pretio vendantur, *l. 1. §. cura carnis ff. de offic. Præfecti Urbis*, ibi: *Cura carnis omnis, ut juſto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet; ideo, & forum ſuarium ſub ipſius cura eſt, ſed & cæterorum, ſive pecorum, ſive armentorum.* Circa quod plura congerit Bobadilla *in ſuo eleganti politicorum tractatu, lib. 3. c. 4. per totum.* Pecora autem victui aptiora, & hominum ſaluti magis convenientia ſunt, arietes, ut obſervat Averroës, *5. colig. & cap. de carne*, Platea *in l. 1. C. de erogatione milit. annonæ, in princip. lib. 12.* Avendanius *in cap. 19. Prætorum, part. 1. num. 35. verſi. Et in memoria*, & communis Medicorum ſchola, dempto Galeno, qui arietis carnem execratur; de cujus opinione vide Chaſſaneum *in Catalogo Gloriæ mundi, 12. parte conſideratione 85.* Et de diverſa ſpecie arietum, & quo tempore aptius, & fœcundius gignant, Conſule Plinium *lib. 8. c. 47.* Item,

&



& ſues, vituli, & vitellæ, ex Galeni ſententia, ut proſequitur Bobadilla *ubi ſuprà.*

Sed nec pecudum carne tantùm, verum & de lacte plura condiri ſolent hominum, & ſalubria, & delectabilia nutrimenta, & caſeum, & butyrum coagulatur, & quanta ſint lactis emolumenta, vide Licentiatum Huerta *in adnotationibus ad Plinium, dict. cap. 47.* ubi plura in propoſito adducit.

Verùm non ad eſcam, & veſtitum tantùm, ſed etiam pluribus in rebus animalia paſcua homini ſerviunt, quorum miniſteria ſigillatim cenſere, cùm brevitati ſtudeamus, vanum, & futile erit: præſertim cùm in ſublevandis hominum laboribus, ipſa ſemper comitentur. Eis enim in Agricultura, tanquam inſtrumentis adſcriptitiis, laborant ruſtici, & eorum labore prædia uberiora redduntur, terræque durities contunditur, madeſcit, & diſponitur, ut accuratiſſimè proſequitur Columella *de re ruſtica, libr. 2. cap. 2. & 3. & libr. 6. cap. 1. cum duobus ſequentibus.* Unde, Æliano teſte, *libr. 5. de variis Hiſtoriis*, lege Attica cautum fuit, bovem jugo ſubmiſſum, vel plauſtro, aut aratro adſcriptum, nec capi, nec mactari: quoniam ille, & Agricola eſt, & humano generi in labore ſocius: & veteri Phrygum inſtituto, qui bovem aratorium occiderat, morti tradebatur, ut refert Renatus Chopinus *ubi ſuprà, lib. 1. cap. 7. part. 1.* & leges Regni animalia hæc ab executionibus, & ſequeſtris liberarunt, ut in *l. 3. tit. 27. part. 3.* ibi: *En bueyes de arar cuyos quier que ſean*, & plurimæ poſteà in idem fuerunt editæ legum ſanctiones, & pragmaticæ notiſſimæ. Sed quis plauſtrorum, lecticarum, curruum, quadrigarum, abſque eis eſſet uſus? Quæ vecturæ de uno loco ad alium? quarum rerum, mercium, ſeu victualium tranſportationes? quis tempore Hyemis, & ardentis Caniculæ impetu igneo, itinera, & vias calcaret? profectò hominum ceſſarent commercia.

Nec tandem ſilentio prætermittendum eſt, quantum ad rem militarem animalia Paſcua conducant, ut Equi utriuſque generis, qui nobilitate, fortitudine, dexteritate, pulchritudine, fidelitate, & animo docili, cætera bruta abſque dubio antecellunt, ut ait Plinius *ubi ſuprà*, *cap. 42.* ubi refert Alexandrum ſexdecim talentis, ex Filonici Pharſalici Grege equum quendam, adeò ſtrenuum, fortem, vivacem, aſpectui pulchrum emiſſe, quòd in eo plura naturæ mirabilia viſa fuerint. Iſte enim (vulgò, *Bucefalus* cognominatus, vel ob aſpectus ferocitatem, vel quia in dorſo, Tauri Capite erat inſignitus) dum regali ornatu erat indutus, neminem præter Alexandrum ſuper ſe equitare fuit paſſus, ſed omnes (quos tantæ rei magnitudo non decebat) ſaltibus, & recalcitrationibus, & morſibus à ſe abjiciebat, & quaſi ſuperba animi elatione reſpuebat, & cùm in Thebeo conflictu, vulnere quodam percuſſus maneret, Alexandrum ſuper alio equitare ſolicitum (quaſi alterius gloriam invidens) ab incepto conamine ſaltibus, & aliis ſui doloris evidentibus ſignis, publicè coërcuit: quod & de Julii Cæſaris Dictatoris equo etiam ſcriptum inveni. Sed & plura aliorum exempla refert Plinius, inter quos majori ratione illius ſtrenui, & fortiſſimi Hiſpani (cujus nunquam ſatis eſt commendata laus) Ruidiaz de Vibar equus (cui nomen fuit impoſitum, *Babieca*) connumerari poteſt, cujus quanta fuerit fortitudo, in pugnis dexteritas, periculorum cognitio in incurſibus, ad offendendum audax præcipitatio, in retroceſſione opportuna docilitas, heri ſui Chronica docet; & hoc tamen recenſere ſufficiat, quod Dominum ſuum defunctum equitantem, ſeptem bellorum victorem, abſque ullo corporis detrimento incolumem ſuis, & ſepulchro tradidit.

Sed & generaliter, quis omnes equos ad pugnam ſemper pronos tubæ ſigno excitari, & furore quodam naturaliter invehi non auſpicatur? tunc temporis exardeſcunt irâ, & corporis motibus, invadendi animum audacem oſtendunt. Quinimo, & pacis tempore, præſepio alligati (audita tuba) fremunt, pedibus

terram

terram iraſcibiliter excutiunt, & ad bellum, & rixam commoventur, ut non immeritò Ægyptii apud Pierium *libr.* 4. *Hieroglyph.* bellum, Equi effigie, ſignificarint, & 2. *Machabæorum, c.* 5. per æthera equorum acies apparebant ad ſignificandam Populi Iſraëlitici ſanguinolentam cladem. Et equitationis primum inventorem alii affirmant Bellerophontem Regis Glauci filium, qui in Pegaſo contra Chimeram equitavit; alii verò Neptuno hoc tribuunt, ut eſt author Diodorus Siculus *lib.* 6. alii verò ex Pelethroniis Theſſaliæ Populis equitandi uſum inſurrexiſſe opinantur, ut cum Virg. 3. *Georgic.* & Servio *ibi*: & aliis refert Doctor Joannes Sanchez *ubi ſuprà cap.* 24. & in pluribus Regnis creantur equi diverſi valoris, & bonitatis. Argos ab equorum præſtantia commendat, Horatius *lib.* 1. *carm. Od.* 7. dicens:

*Plurimus in Junonis honorem,*
*Aptum dicit equis Argos, diteſque Mycenas.*

Et antiquitùs prima laus fuit equarum Theſſaliæ: unde Strabus ait, Theſſaliam paſcendis equis eſſe commodiſſimam: ſed & alia Regna equis præſtantia, recenſet officina *Textoris.* In Hiſpania autem quàm ſtrenui, pulchri, fortes, perpoliti, agiles creentur equi; omnes agnoſcunt: & quodlibet aliud Regnum invidere poterit; ut nunquam juſtiùs à Claudiano ſcriptum ſit:

*Quid dignum memorare tuis Hiſpania terris,*
*Vox humana valet?*
*Dives equis, frugum facilis, pretioſa metallis.*

Præſertim in Provincia Bætica (quam nos *Andalucia* vocamus) & in Luſitania, in quibus, equi tam agiles inveniuntur, quòd dixerit Plinius *dicto cap.* 42. prope Lisbonam, & Ripam Taxi, equas ad ventum Favonium ore reverſas, quendam animatum concipere ſpiritum, abſque equi acceſſu, & inde Cavallum procreari: quod fabuloſum utique reor, & hyperbolicè ſcribi poſſe partum aëreum eſſe ad ſignificandam illorum velocitatem, ſicut Poëtæ de Pegaſo ſcriptum reliquêre, fingentes alatum eſſe: & ita obſervat Hieronymus de Huerta *in annotation. ad Plinium, dicto cap.* 42. ubi de equis cæterarum noſtræ Hiſpaniæ Regionum latiſſimè agit, & ſigna boni equi depingit.

Cùm autem ex re Pecuaria, tot hominibus oriantur emolumenta, quid quæſo? de paſcuis (in quibus pecora gignuntur, procreantur, & creſcunt) non erit præcipua habenda cura, & ratio? & quid ex tanta utilitate, pro uſu paſcui, erit inutilis tractatus iſte.

## NOTA.

Hunc Tractatum *Noſtri Oteri* nuncupat *Utilem, Doctum, & Praxi accommodatum Doctor Didacus Balmaſeda in tract. de Collectis q.* 120. *in princ.*





# ANTONII FERNANDEZ DE OTERO J. C. CARRIONENSIS

## TRACTATUS DE PASCUIS, ET JURE PASCENDI,

*CUM DOCTISSIMIS NOTIS*

## COMITIS VINCENTII BONDENI EQUITIS CHRISTI, J. C. ARGENTANI

Præclariſſimi.

## CAPUT PRIMUM.

### ARGUMENTUM.

De varia, ac diverſa Paſcui appellatione, & quibus vocabulis, ac nominibus ſignificetur.

*SUMMARIUM.*

1 *Terminorum, ſive aggerum, qui paſtui pecorum deſerviunt, proponuntur varia nomina.*
2 *Sylva quid ſit in genere, exponitur.*
3 *Sylvæ duplex traditur ſpecies, ælia cædua, alia paſcua.*
4 *Sylva cædua quæ ſit.*
5 *Referuntur Doctores, qui de ſylva cædua agunt.*
6 *Sylva cædua etiam Palaris vocatur.*
7 *Sylva Paſcua quæ ſit.*
8 *Sylva Paſcua etiam comprehendit Glandiariam.*
9 *Sylva Glandiaria quandoque non dicitur paſcua, ſed cædua.*
10 *Saltus quid ſit, exponitur, & ejus etymologia.*
11 *Saltus quare dicatur Æſtivus, & Hybernus.*
12 *Saltus quandoque pro agro ſumitur.*
13 *Saltuenſes fundi qui dicantur.*
14 *Saltuenſes coloni qui ſint.*
15 *Saltuarius locus quis dicatur.*
16 *Pratum quid ſit & ejus etymologiæ ratio oſtenditur.*
17 *Prati duplex differentia aſſignatur.*
18 *Pratum ſiccaneum aptius eſt fœno, quàm riguum.*
19 *Prati apud veteres magna fuit æſtimatio.*
20 *Prato prima, & potiſſima fuit attributa agricultura.*
21 *Pratum an fundi appellatione veniat.*
22 *Exitus quid ſit, & quare ſic dictus.*
23 *Defenſæ traditur qualitas, & ſignificatio, ſecundùm leges Regni.*
24 *Defenſa quare ſic dicta.*
25 *Nemus quid ſit, & quid comprehendat.*
26 *Paſcui qualitas exponitur.*

TErminorum, ſive aggerum, qui paſ- 1
tui pecorum deſerviunt, varia ſunt
nomina, & vocabula, ut ſylva, ſaltus, pratum, nemus & defenſa; quæ, etſi in ſumma unius ferè rei ſint ſignificativa, in aliquo tamen diverſam conſtituunt ſpeciem, ac peculiarem qualitatem demonſtrant.

Sylva eſt quædam arborum congeries, quam 2
nos vulgò, *Boſque*, nominamus: teſte Rebuffo
in *l. ſylva* 30. *ff. de verborum ſignificat.* Et alia 3
dicitur cædua, alia verò paſcua, ut in *dict. l. ſylva.*

Cædua eſt, quæ frequenter cæditur, ſivè ma- 4
teriæ cauſa, ſive lignorum, de qua non eſt no-
ſter ſermo; ſed de ea loquitur Cæpolla *de* 5
*ſervitutibus ruſtic. prædior. cap.* 22. *de montibus, numer.* 6. Azevedo *in lib.* 5. *tit.* 7 *lib.* 3. *Recopilat.* Molina *de Hiſpanorum primogen. lib.* 1. *cap.* 22. Joann. Garſia *de expenſis, cap.* 11. Guttierrez *de tutelis,* 3. *par. cap.* 27. à *num.* 2. Barboſa in *l. divortio,* §. *ſi fundum, num.* 2. *ff. ſolut. matrimon.* Dom. Joann. del Caſtilio *in ſuo*

6 *eleganti tractatu de uſufructu, cap.* 25. *n.* 42. Quæ
etiam alio nomine *Palaris* vocatur, ut in *l. item*
*ſi fundi*, 10. §. *inſtrumenti*, *ff. de uſufructu*, ibi:
*Niſi fortè ſalicti ejus, vel ſylvæ palaris*: quod
ita uſurpatur, prout ille qui cædit, aut utitur,
æſtimare voluerit, ut in *forma*, §. *item ſylvæ*
*caduæ*, *ff. de cenſibus.*

7 Paſcua verò ſylva dicitur illa, teſte Gayo *lib.*
*7. ad Edictum*, *in d. l. ſylva*, §. *paſcua*, quæ
paſcuis pecudum deſtinata eſt, *l.* 8. *titul.* 33. *part.*
7. ibi: *E paſcua llaman en Latin à la defeſſa*,
*è eſtremo do pacem*, & facit illud Pſalm. 73. ibi
8 *Super oves paſcuæ tuæ.* Et ſub hac continetur glan-
diaria, ſivè glandifera, quæ glandes fert, & paſ-
tui pecorum ſuppoſita eſt, & quælibet alia, quæ
9 huic uſui deſerviat. Licèt quandoque glandiaria
ſylva, cædua, non paſcua ſoleat nuncupari, ut in
*l. cum manu ſata* 80. §. *ſylva*, ibi: *Sylva cædua in*
*quinquennium venierat, quærebatur, cum glans de-*
*cidiſſet, utrius eſſet ff. de contr. empt.* in quo ſemper
attendi debet id, de quo principaliter agitur, ſeu
contenditur.

10 Saltus idem ferè eſt, quod ſylva: ſic tamen
nominatur, ut ex *D. Iſidoro* refert Lucas de Penn.
*in rubr. C. de fundis rei privatæ, ac poſſeſſionibus,*
*& ſaltibus divinæ domus*, *libr.* 11. quia eſt locus
vaſtus, & ſylveſtris, itinerantibus, ſeu tranſeunti-
bus invius, in quo & feræ ſaliunt, & arbores in
altum exiliunt: unde canit Virgilius *lib.* 3. *ge-*
*orgic.*

*Saltibus in vacuis paſcuntur plena ſecundum.*

ut docet Varro *lib.* 4. *de lingua Latina*, Pet. Greg.
11 *lib.* 3. *ſyntag. juris*, 1. *par. cap.* 15. Et, quia in
eo armenta verſantur, & æſtivare pecudes ſolent,
aut, ſi locus, aërque patiatur, hyemare, quan-
doque æſtivus, quandoque verò hybernus ſaltus
nuncupatur, ut in *l.* 1. §. *quod vulgò*, ibi: *Æſtivo-*
*rum, hybernorumque ſaltuum, ff. de vi, & vi ar-*
*mata*, *l.* 3. §. *ſaltus*, *l. peregrè*, §. *ſi.* ibi: *Nam*
*ſaltus hybernos, & æſtivos, in fin. ff. de acquir.*
*poſſeſ. l. qui ſaltum* 65. *ff. de legat.* 3. ibi: *Qui ſal-*
*tum æſtivum legavit: l.* 1. §. *duo*, & §. *æſtiva*, *ff.*
*de aqua quot. & æſtiva*, *l. teſtatrix* 20. §. 1. ibi: *Sal-*
*tum communem, ut jus compaſcendi haberent, mer-*
*cati ſunt*, *ff. ſi ſervitus vindicetur*, docet Ripa
*reſp.* 93. *n.* 12. Azeved. *in l.* 6. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recop.*
*num.* 4.

12 Interdùm ſaltus pro agro, vel fundo ſumitur
(his enim vocabulis paſſim, promiſcuè, unoque pro
13 alio utuntur Juriſconſulti:) Et inde dicuntur *fundi*
*ſaltuenſes*, id eſt, in quibus ſunt paſcua, ut ex-
ponit Gloſſ. *in l. nulli, C. de fundis patrim. lib.* 11.
14 Et coloni, qui eos conducunt, *ſaltuenſes*, nimirum
etiam appellantur; ut in *rubr. Cod. de mancipiis, &*
*colonis patrimonialium, & ſaltuenſium, & emphy-*
*teuticorum fundorum*, *lib.* 11. & in *rubr. C. de fun-*
*dis patrim. & ſaltibus rei domin. dict. lib.* 11. ex-
ponit Pyrrus in *conſuetudinibus Aurel. rubr. de feu-*
15 *dis*, *cap.* 71. Rebuff. *ubi ſup.* Inde etiam *ſaltua-*
*rium* vocamus locum, qui fructuum conſervan-
dorum gratia paratus ſit, vel finium cuſtodiendo-
rum cauſa, ut in *l. quæſitum* 12. §. *ſaltuarium*, *l.*
*in inſtrumento* 8. *in ſi. ff. de fund. inſtructo*, &
*niſtrum. leg.* ibi: *Si fundus ſaltus, paſtioneſque ha-*
*beat, greges pecorum, paſtores ſaltuarii*, *l. cum*
*quæreretur* 58. §. *fin. ff. de leg.* 3. ibi: *Saltuarium*
*autem tuendi, cuſtodiendique fundi magis, quàm*
*colendi cauſa paratum eſſe*, *l.* ſi ita 17. §. 1. ibi:
*Per ſaltuarium cuſtodire poteſt*, *ff. de uſu, & ha-*
*bit.* docet Pyrrus *ubi ſup. cap.* 71. Rip. *in tract. de*
*peſte.* 3. *p.*

16 Pratum verò, ut ait Ulpian. in *l. pratum* 31.
*ff. de verborum ſignif.* eſt, *in quo ad fructum per-*
*cipiendum falce duntaxat opus eſt, ex eo dictum, quod*
*paratum ſit ad fructum capiendum.* Et eſt in dupli- 17
ci differentia; alterum enim eſt ſiccaneum, alterum
riguum. Meliuſque habetur fœnum, quod ſuapte 18
natura ſiccoſo gignitur ſolo, quàm quod irrigatum
aquis elicitur, ut docet Columella *de re ruſtica*, *lib.*
2. *cap.* 17. & *cap. ſequenti*, unde Claudianus *de*
*nuptiis Honorii, & Mariæ*, cecinit.

*Intus prata micant manibus, qua ſubdita nullis*
*Perpetuum florent, zephro contenta colono.*

Quinimmò callidi rerum æſtimatores adeò prata, 19
& arcas magni æſtimabant, ut ei generi poſſeſſio-
num nemo nocere poſſit, ut refert Renatus Chopi-
nus *de privilegiis rei ruſticæ*, *lib.* 2. *cap.* 3. Et vete-
res Romanos primam agriculturam prato tribuiſſe 20
cum Columella, *ubi proximè*, tradit Rebuffus in
*dict. l. pratum*, *in principio*, *verſicul. duo autem.*
An verò pratum ſundi appellatione veniat, expreſ- 21
ſit Scævola in l. *Sciæ* 20. §. *Tyrannæ, ff. de fundo in-*
*ſtructo, & inſtr. leg.* ubi notat Bart. & Alber. Rebuf.
*ubi proxime*, Anton. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 2.
*num.* 13.

Exitus Hiſpano ſermone, *exido*, nomen gene- 22
rale eſt, quo ſignificari ſolet locus quilibet pu-
blicus, & uſui communi deſtinatus, ut in
*l.* 9. *tit.* 28. *ſtar.* 3. ibi: *è los otros exidos*,
& in *l.* 13. *tit.* 9. *p.* 6. ibi: *Otro ſi, las plazas, è*
*los exidos*; & puto ab hoc verbum *Exeo* ea ratio-
ne derivari, & nomenclaturam accepiſſe: quia per
talem locum uti publicum, & communem, tàm
vicinis, quàm gregibus exeundi patet facultas.

Defenſa verò, quæ noſtro idiomate, vulgò vo- 23
camus, *deheſſa*, eſt certa pars terræ frequentiùs
prati naturam habens, & paſcui uſui deſerviens in
*d. l.* 8. *titul.* 33. *p.* 7. ibi: *E paſcua llaman en Latin*
*à la defeſſa*, & in *l.* 12. *tit.* 7. *lib.* 7. *novæ rec.* ibi:
*Tienen algunas deheſſas apartadas para paſto*, &
paſſim hoc verbum in pluribus legibus Regni, &
privilegiorum *de la Meſta*, invenitur (ut ſuis lo-
cis dicemus.) Quod a verbo, *defendo*, derivatur, 24
& fluit: quia talis pars terræ, vel ab aliquibus
prohibetur, & defenditur, & uſus ejus, niſi in
certis caſibus, & temporibus, & certo pecudum
generi non permittitur, & ſuis limitibus clauditur,
& circumſcribitur, ut cæteris interdicatur aditus.
Quæ etymologia, ſeu iſtius vocabuli, & nominis
uſurpatio, & alluſio, non minus aptè colligitur ex
verbis *legis* 13. *d. tit.* 7. *li.* 7. *novæ recop.* ibi: *No los*
*puedan deheſſar, ni deheſſen, ni defender, ni defien-*
*dan la yerva.*

Nemus nomen etiam genericum eſt, quamlibet 25
arborum voluptuariam, amenamque congeriem
comprehendens, ſivè paſtui, ſivè fructibus perci-
piendis, ſivè tantùm deliciis, & amænitati applice-
tur, aut deſerviat, ut ex Laurentio Valla docet
Rebuf. *in dict. l. ſylva*, *in prin. verſ. nemus*, Pet.
Greg. 1. *par. ſyntag. lib.* 3. *c.* 16.

Ex quibus concluditur paſcuum, ſivè hoc, ſivè 26
illo ſignificetur vocabulo, eſſe locum, ſivè aream,
in qua uſus paſcendi haberi poſſit; ut in *l.* 1. *C. de*
*paſcuis publicis*, *lib.* 11. juncta Gloſ. 1. & in *l. nul-*
*la, C. de fundis patrimon. eod. lib.* Luc. de Penn.
*in rubr. C. de paſcuis publ. d. lib.* 11. eleganter
Greg. Lop. in *l.* 68. *in gloſſ. verbo*, paſtos, *tit.*
18. *part.* 3.

## NOTÆ AD CAP. I.

AGitur in *hoc. cap.* de cognitione aliquorum
terminorum opportuna ad materiam de paſ-
cuis: ac, ceteris omiſſis, ſylva paſcua, de qua
in



1 in *l. ſylva ff. de verb. ſignif.* & in iſto *c.* 1. *nu.* 3.
7. hodiernis temporibus verificatur in *ſaltibus*,
ſivè *Campaneis* ad paſcua deſtinatis, ut per
*Auctorem hic n.* 10. & *ſeqq.* ac benè deſumitur à
*l.* 1. *C. de paſc. publ. & priv. lib.* 11. ac de
ea agit *Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 6. *nume-*
*ro* 20.

2 Veruntamen ſaltus, ſecundùm *Felyn. in c. Ro-*
*dulphus. n.* 23. *de reſcript.* eſt ſylva invia, ſivè
tranſeuntibus pervia, in qua paſci, & æſtuare pe-
cudes poſſunt, & hyemare, ſi aer loci patia-
tur, ac meminit, alios adducens, *Barbat. d. c.*
*6. n.* 17.

3 Ex nomine verò *ſaltus*, ſivè *Campaneæ* derivat
aliud nomen *Saltuarius* ſivè *Camparius*, qui eſt
vir deputatus ad cuſtodiam, ne alicui liceat in-
gredi in alienum, nevè exindè damnum agris,
fructibus, & paſcuis inferatur; ac de eo in *l.*
*quæſitum.* §. *quæritur. ff. de fund. inſtr. l. ita le-*
*gatus* §. 1. *ff. de uſu, & hab. l. Divus Pius. ff. de*
*ſerv. ruſt. præd. l. per agrum C. de ſervit. Rendel.*
*de vinea, & vin. p.* 1. *c.* 10. *Gall. de fructib.*
*diſp.* 8. *n.* 31. *verſ. quinto, & ſeq. q. Pignat. ad*
*ſtat. Ferrar. lib.* 4. *rubr.* 2. *num.* 29. *tom.* 2. *cum*
*Mauſon. de cauſ. execut. ampl.* 26. *num.* 22. Et
4 de cujus Saltuarii, ſeu Camparii electione, &
officio extat *apud nos Stat. Ferrar. lib.* 4. *rubr.* 5.
*ac rubr.* 8. *ac in aliis*, ubi ſpeciatim de pertinen-
tibus ad eum, ejuſque miniſterium; & vide *Au-*
*ctorem hunc infrà cap.* 19. *ac Notas ibi appoſi-*
*tas cum D. D. recenſitis in illis.*

5 Quòd autem *Nemus*, de quo *hìc num.* 25. &
etiam nuncupatum *Lucus* à *Barbat. d. c.* 6. *n.* 26.
*cum Felin. ubi ſuprà*, importet idem, quod *Paſ-*
*cuum*, non particulare, ſed univerſale, ſuade-
tur *à* notatis *per Surd. conſ.* 59. *n.* 9. *Gall. de*
*fruct. diſp.* 3. *art.* 4. *n.* 58. 60. ubi promiſcuè u-
ſurpantur paſcua, & nemora.

6 Et generaliter *Paſcua* ſunt loca herbis affluen-
tia naturaliter natis ad paſcendum animalia, *Bar-*
*bat. de diviſ. fruct. p.* 1. *d. c.* 6. *n.* 2. *Gall. de fruct.*
*diſp.* 3. *art.* 4. *n.* 48.

7 Ac inter paſcua connumerantur etiam Prata,
ſi fænum in illis natum falce non cædatur, cum
tali caſu fœnum ibi natum non dicatur, ſed paſ-
cuum; ſecus verò, ſi fuerit cæſum, ac à ſolo
ſeparatum, cùm tunc dicatur fænum, non paſ-
cuum, *latè Barbat. d. c.* 6. *numero* 5. *quem &*
*vide n.* 16.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT II.

### ARGUMENTUM.

De paſcuorum diſtinctione, & differentia.

### SUMMARIUM.

1 *Paſcua ſunt in duplici differentia.*
2 *Publica paſcua, quæ, & ibi de l.* 1. & 2. Cod. de paſcuis pub. lib. 11.
3 *Animalia inventa in paſcuis Principis fiſco pro noxa traduntur.*
4 *Paſcua patrimonii regalis dicuntur rei privatæ.*
5 *Paſcua iſta quare publica ſoleant nuncupari.*
6 *Paſcua publica dicuntur communia civitatis.*
7 *Paſcua publica, quando vicinorum uſui non deſerviant, & vocentur* propios del Conſejo.
8 *Paſcua propria Univerſitatis quare dicantur publica.*
9 *Paſcua privata verè, & propriè quæ ſint.*

PAſcuorum alia ſunt publica: alia privata, ut 1
in *rub. C. de paſcuis pub. lib.* 11. ubi communiter 2
notatur. Publica paſcua quædam ſunt deputata
gratiâ depaſcendi animalia Principis, in quibus
nullus alius poteſt abſque Principis licentia ani-
malia immittere, *d. libr.* 1. & 2. *Cod. de paſ-*
*cuis pub. lib.* 11. Et hoc ſingulare in paſcuis 3
Principis viget, ut animalia aliena inibi inventa
fiſco adjudicentur pro noxa, ut eleganter docet
Pet. Greg. *d.* 1. *par ſyntag. lib.* 3. *c.* 15. qui rem
iſtam latiſſimè proſequitur. Et alia paſcua, quia 4
ſunt patrimonii regalis, vocantur etiam rei priva-
tæ Principis, ut in *d. l.* 1. ubi Glo. & in *rubr. C.*
*de fundis rei privatæ, & ſalibus divinæ domus*,
Gloſ. verbo, *rei privatæ*, in *l. ſi quis intrà* 8. *C.*
*de bon. proſcrip.* Ideo autem hæc bona *publica* 5
nominantur, quia illis Princeps ipſe non tan-
quam privatus, nec jure privati, ſed tanquam pu-
blica perſona, & jure publico utitur, quidquid eſ-
ſe videantur in unius poteſtate ut doctiſſimè in
propoſito advertit D. Doctor Anguiano *tract. de*
*legib. lib.* 3. *contr.* 3. *numer.* 4. omnino videndus:
quia rem iſtam accuratiſſimè perpendit, & ab-
ſolvit.

Quædam etiam paſcua dicuntur publica, id 6
eſt communia civitatis, villæ, aut oppidi, quia
in uſu publico, & communi utilitate ſunt conſti-
tuta, ut in *l.* 9. *titul.* 28. *par.* 3. ibi: *E los montes,*
*è las deheſſas, è todos los otros lugares ſemejan-*
*tes deſtos, que ſon eſtablecidos, è otorgados pa-*
*ra pro comunal de cada ciudad, ò villa, ò caſtillo,*
*ò otro lugar*, & in *l.* 7. *tit.* 29. *eadem partita*,
& in *l.* 13. *tit.* 9. *par.* 6. expreſſiùs in *l.* 15.
*tit.* 5. *par.* 5. ibi: *O lugar publico, aſſi como la*
*plaza, è las careras, è los exidos, e los rios, è*
*las fuentes, que ſon del Rey, o del comun de al-*
*gun Conceio*; *l.* 1. & *l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 7. *recop.*
& de jure communi expendi ſolent jura in *l. ſed*
*Celſus, ff. de contrah. empt. l. inter publica* 17. *ff.*
*de verbor. ſig.* ubi communiter DD. maximè Re-
buffus, Anguiano *ubi ſup. n.* 9. Alia autem paſ- 7
cua ſunt Univerſitatis, non tamen ſunt uſui pu-
blico deſtinata, nec civium, & incolarum com-
modo particulari deſerviunt, ſed propria ſunt
communitatis, velut alia ejuſdem generis, quæ
vulgò nuncupamus *propios del Concejo*, ut in
*l.* 10. *tit.* 28. *p.* 3. *d. l.* 7. *verſ. mas las otras co-*
*ſas, d. tit.* 20. *eadem part.* Et quia eorum reddi- 8
tus, vel pecunia [quæ ex eis provenit] pro com-
muni commodo erogari debet, ideo publica
(quamvis abuſivè) etiam ſolent nominari, cum
verè, & propriè privatarum rerum effectus, &
qualitatem ſortiantur in multis, ut in *d. l. inter*
*publica*, ibi: *Sed ſi qua ſunt civitatum, velut bo-*
*na, ſeu peculia ſervorum, civitatum, procul du-*
*bio publica habentur*, d. l. 10. ibi: *Mas los fructos,*
*y las rentas, que ſalieren dellas, deven ſer metidas*
*en pro communal de toda la ciudad, y villa, cuya*
*fueren:* quæ verba expreſsè confirmant rationem à
nobis in propoſito traditam, quo in ſenſu Pe-
trus Greg. *ubi ſup. numero* 13. ait: *Erant etiam*
*Romæ Paſcua publica, ex quibus etiam vectigalia*
*perveniebant ad ærarium publicum, vocabantur-*
*que agri illi ſcripturarii, in quibus pecora paſceren-*
*tur, certum æs erat: ita dicti, quia Publicanus,*
*ſcribendo conficit rationem, ut ait Sextus Pompejus,*
*& eorum, qui paſcua publica conducebant, ratio,*
*ſcriptura dicebatur, ut ait Aſconius Pedianus:*
& ita obſervant, & latiùs proſequuntur Colle-
gæ noſtri meritiſſimi hujus Regii conventus

 Advocati

Advocati, Gaſpar Rodericus *lib.* 1. *de annuis redditibus*, *q.* 14. *à n.* 67. Velazquez de Avend. *in tract. de cenſib. c.* 68. ferè per totum.

9 Privata verò paſcua, verè, & propriè dicuntur, quæ ſingulorum civium ſunt, & in ſuo dominio particulari reſident, ut in *l.* 2. *C. de paſcuis pub. d. lib.* 12. ibi: *Non minore decernenda pœna, ſi etiam prata privatorum, &c.* & in *d. l. pratum*, juncta Glo. *ff. de verbor. ſign.* Petrus Greg. *ubi ſup. d. c.* 15. ſicut & alia bona, ut in *l. in tantum* 6. §. *univerſitatis*, *ff. de rerum diviſ.* §. *ſingulorum*, *Inſtitut. eodem titul.* Glo. verbo *privata* in *l. fin. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*

## NOTÆ AD CAP. II.

1 Diſtinctio, ac differentia paſcuorum inter publica, & privata, quam latè affert *Auctor in hoc cap.* eſt de ſe ſatis nota, eamque ponunt etiam *Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 6. *num.* 8. *Gall. de fructib. diſp.* 3. *art.* 4. *à num.* 49. & de
2 paſcuis publicis, quæ ſunt omnibus communia, *Surd. conſ.* 65. *num.* 4. *Menoch. conſ.* 637. *num.* 12. agitur ab *ipſo Gall. num.* 54. *verſ. quoad alteram ſpeciem*, & *num.* 54. *verſ. quoad alteram ſpeciem*, & *num. ſeqq. Corradin. de prælat. jur. q.* 54. *num.* 3. *Balmaſeda, citato hìc num.* 6. *Noſtro Auctore*,
3 *de collect. q.* 120. *num.* 2. De privatis verò, quæ conſiderantur, ſicùt cætera bona privatorum, *idem Gallus n.* 50. & *ſeqq.*

4 Quemadmodum autem Princeps non poteſt permittere, quod in alienas vineas immittantur animalia aliorum ad paſcendum, *Rendel. de vin. & vind. c.* 1. *Gall. d. art.* 4. *ſub n.* 54.

5 Ita nec Baro, ſeù alius habens juriſdictionem in loco jus aliquod habet in paſcuis, quæ, quoad proprietatem ſint communis, ſeù Univerſitatis ipſius loci, proùt in dubio præſumitur eſſe, *Capiblanc. de Baronib. ſuper pragm.* 8. *c.* 41. *num.* 12. *tom.* 2. *Hermoſil. ad l. l. Hiſpan. l.* 15. *gloſ.* 3. *num.* 24. *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2. *Cancer. var. reſol. l.* 3. *c.* 4. *num.* 57. *Mieres de major. p.* 4. *q.* 20. *num.* 114. *tom.* 2. *Autunnez de donat. regiis l.* 3. *c.* 9.
6 *num.* 75. licèt illis, tanquam incola, uti poſſit, ſed cum moderamine, de quo *Covar. pract. q. q. c.* 37. *in princ. Molin. de juſt. diſp.* 59. *concl.* 3. 4. 5. *Monte de fin. regund. c.* 6. *n.* 12. 13. *Gall. d. art.* 4. *ſub n.* 55. 56. *Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 6. *à n.* 65. *ad* 69. *qua de re agitur infrà in c.* 6.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT III.

## ARGUMENTUM.

De uſu Paſcui publici.

### *SUMMARIUM.*

1 *Uſus Paſcui publici proponitur thema.*
2 *In modo uſus Paſcui ſemper attenditur conſuetudo.*
3 *Circà modum paſcendi varia ſunt, & diverſa in locis ſtatuta municipalia, vel conſuetudines.*
4 *Concilia oppidorum ſtatuere poſſunt, & pœnas infligere pro uſu paſcui.*
5 *Paſcui publici uſus cuilibet civium, vel vicinorum communis eſt.*
6 *Paſcua publica ſecundum indigentiam cujuſque civis, vel vicini patere debent.*
7 *Paſcuo publico, quomodo vicini uti debeant, explicatur, ad ſua pecora alenda.*
8 *Traditur ratio, quare ſecundùm numerum pecorum unicuique debeat concedi paſcuum.*
9 *Traditur, & alia ratio iſtius rationis majoris declarationis gratia.*
10 *Reipublicæ intereſt cives locupletes habere.*
11 *Paſcuo publico cives, ſeu vicinos uti, non abuti debere traditur, & comprobatur.*
12 *Paſcuis publicis non ſufficientibus ad pecora vicinorum alenda, quid faciendum.*
13 *Paſcua publica an dividi debeant inter cives, & incolas pro modo poſſeſſionum, & prædiorum, ubi de ſententia Alberici in* l. Imperatores 17. ff. de ſervitutibus, *titulo generali.*
14 *Expenditur text. in* l. ſi filia 20. §. ſi pater, *& in* l. teſtatrix 20. §. plures, ff. ſi ſervitus vind.
15 *Arbitrium ſuper uſu paſcui ex quibus in ordinatione, ſeu ſtatuto municipali formari, vel concipi debeat.*
16 *Traditur duplex ratio, quare modus poſſeſſionum attendatur circà conceſſionem uſus paſcui.*
17 *Agitur de intellectu* leg. 9. *tit.* 28. part. 3.
18 *Quomodo debeat intelligi modus prædiorum in conceſſione paſcui, an reſpectu jugerum terræ, vel eorum valoris, & æſtimationis, proponitur.*
19 *Expenditur lex* Imperatores, ff. de ſervitutibus. *pro ſentent. Alberici, & convincitur in nihilo ei favere.*
20 *Reſpondetur ad text.* in §. inſula, Inſtitut. de rerum diviſione, *intelligitur in propoſito.*
21 *Adducitur in argumentum quæſtionis text.* in l. 2. §. cum in eadem navi, *& in* l. ult. in fin. ff. ad l. Rhod. de jactu.
22 *Reſpondetur ad text.* in dict. §. cum in eadem, dict. l. 2. *& ad* dictam l. ultim. ff. ad l. Rhodiam de jactu, & intelliguntur.
23 *Intelligitur in propoſito quæſtionis text. in* l. majorem, ff. de pactis, *& ponderatio ejus, ut per Albericum.*
24 *Reſolutio quæſtionis, an ad uſum paſcui debeat attendi quantitas jugerum, an verò valor, Judicis arbitrio relinquitur.*
25 *Immittens in paſcua plures pecudes, quàm ſtatuto, vel conſuetudine fas eſt, aut morbo laborantes, puniri debet, & à paſturagio expellitur.*

Suppoſita paſcuorum diſtinctione, de qua in *cap.* 1
*præcedenti*, primo loco de uſu paſcui publici, & communis civium, & vicinorum erit noſter ſermo.
Et ſanè ſemper in modo paſcendi eſt obſervanda 2
conſuetudo, quæ in loco viget, *l.* 1. *C. De paſcuis pub. l.* 11. ibi: *Sed eam manere decernet, quam ſtatuit antiquitas*, l. 1. & 2. *Cod. de fundis limitrophis, eodem l.* ubi Gloſſ. *l.* 1. §. *denique, ff. de aqua plu. arcenda*, Bald. *in tit. de pace Conſtantiæ*, §. *mos Romanorum*, in *uſibus feudor.* docet Calcaneus *conſ.* 49. aliàs 50. incipit, *Commune*, Decius *conſ.* 550. Aymon Craveta *conſ.* 154. *n.* 1. *in fine.* Et idem conſtat ex *l.* 20. *Curiarum Matriti, anni* 1528. Burg. de Paz in *l.* 3. *Tauri, n.* 494. Petrus Nunius de Avendaño *de exequendis mand. c.* 4. *n.* 20. *part.* 1. Unde in pleriſque lo- 3
cis diſpoſitum, & conſuetum eſt nullum civem, ſeu vicinum poſſe depaſcere nemora, prata, ſeu exitus Univerſitatis, niſi tot pecudibus, vel ab illo, vel ab iſto tempore, in his, vel illis menſibus, prout commodius, & opportuniùs judicatur. Itaque in propoſito conſuetudini, vel legi municipali erit ſtandum. Nam circa modum paſcendi abſque dubio Concilia cujuſlibet oppidi facere poſſunt ſtatuta, & pœnas tranſ- 4
greſſoribus infligere; de quo latè per Laurentium Sylvanum *conſ.* 1. *n.* 70. & 73. Burg. de Paz in *l.* 1. *Tauri, à n.* 350. & nos latiùs in *c.* 12. dicemus.





5 Citrà conſuetudinem verò, vel obſervationem antiquam de jure paſcendi uſus cuilibet civium, vel vicinorum in paſcuo publico oppidi communis eſt, ut in *l. teſtatrix*, §. 1. *ff. ſi ſervitus vindic.* §. *univerſitatis*, *Inſtitut. de rerum diviſione*, & *ibi* notatur, *l. in tantum*, §. *univerſitatis*, *ff. eodem*, & tradunt Doctores in *l. ſicut, ff. quod cujuſque univerſ. nom.* ubi Gloſſ. verbo, *non debetur*, Baldus in *l. ſi municipes*, *ff. eodem titul.* & de jure Regio eſt text. in *l.* 9. *titul.* 28. *part.* 3. ibi: *Catodo ome que fuere y morador puede uſar de todas eſtas coſas ſobredichas, è ſon communales à todos, tambien à los pobres, como à los ricos*, ubi latè Gregor. Lop. Stephanus Bertrandus *conſ.* 51. incipit, *Viſo conſultationis*, *volum.* 1. Cæpolla *tracta. de ſervit. ruſt. cap. de ſervitute juris paſcendi, numero* 47. Covarruv. *in practicis*, *c.* 37. *num.* 1.

6 Sed hìc jam ſe nobis offert inquirendum, quod in praxi paſſim occurrit, qua forma, & modo vicini paſcuis publicis utantur. Qua in re, omiſſis plurium Doctorum opinionibus, affirmandum eſt, unicuique paſcua publica concedi, & permitti ſecundùm ſuam indigentiam, ut in *l. cæterum*, *ff. de uſu & habit. l. uſus pars*, cum *ibi* notatis, *digeſt. eodem*, *l. ſi quis per divinam, in fine*, *C. de aquæductu*, *lib.* 10. Albericus *in d. l. in tantum*, §. *univerſitatis*, Gregor. Lop. in *dict. l.* 9. in glo. *tambien à los pobros*, id enim ſonant verba ejuſdem legis, ibi: *Y ſon comunes à todos, tambien à los pobres, como à los ricos*, juncta *l. fin.* §. *Lucius*, *ff. de legat.* 2. & *l.* 1. *C. de apochis pub. lib.* 10. cum *ibi* notatis, Ripa *reſponſo* 22. *n.* 10. *titul. de legibus*, & *longa conſ.* Bertrandus *conſ.* 1. *n.* 12. *lib.* 3. Chaſſaneus *in conſuetud. Burgund. rubr.* 13. §. 2. *num.* 26.

7 Itaque taliter vicinus paſcuis publicis fruetur, qualiter ad omnia ſua pecora alenda opus fuerit, ſive quia dives plura pecora habet, ſive, ut pauper, & inops pauca: quia diviti non plenè conſuletur, nec pro modo indigentiæ, ſi omnium pecorum ſuorum gregi liber non eſſet aditus in paſcuis publicis, ſicut pauperi ad alendum, & depaſcendum ſuum paucinumerarium ovile.
8 Quod ex eo ſuadetur, quia, ut ait Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 61. *artic.* 2. in juſtitia diſtributiva, tanto plus alicui de bonis communibus datur, quanto illa perſona majorem principalitatem habet in communitate. Pauperi enim pro numero ſuorum pecorum, ſufficiet fortaſſis minima portio: diviti verò pro grege ampliori amplior eſt neceſſaria, argumento text. in *l. plenum* 12. §. 1. *verſicul. Jubentius*, *ff. de uſu*, & *habitatione*, ibi: *Aliquando enim largiùs cum uſuario agendum eſt pro dignitate ejus, cui relictus eſt uſus*, *l. ſed ſi ſuſceperit*, §. *ſed etſi proponas*, *ff. de jud.* ex quo Jacobus Rebuffus *in dict. l.* 1. *C. de apochis publicis*, dicebat pauperem nequaquam poſſe tot ligna exſcindere ex nemoribus univerſitatis, ſicut divitem, & docet Joannes Platea *in dict. l.* 1. Sicut enim ex bonis Reipub. vicinis e-
9 gentibus ſubvenire expedit, ut publicorum bonorum emolumentis ſuffulti neceſſitatibus ſuis provideant, & in meliorem ſtatum erigantur; ita divites, & opulentos incolas publicæ utilitatis participes fieri, ut locupletiores reddantur, & patrimonia ſua creſcant, & non decidant, æqua ratio dictat: & honor incrementi ipſius Reipub.
10 ſuadet. Cujus maxime intereſt (ut vulgò jactatur) cives locupletes habere, *authent. ut judices ſine quoquo ſuffragio*, §. *quod non aliter*, *collatione* 2. ſplendet enim Reſp. dum civibus, & vicinis conſtat ditioribus. Unde apud Navatheos ſpeciali lege, qui opes ſuas minuebat, mulctabatur; qui verò augebat honore, & dignitatibus inſigniebatur; ut ex Strabone refert Tiraquel. *de jure primogen. quæſt.* 24. *numer.* 12. propterea Tullius, 2. *officiorum*; *habenda eſt* (inquit) *ratio rei familiaris, quam quidem delabi ſinere flagitioſum eſt.* Eleganter Panormitanus in *capit. ex parte, de conſuetud. & in capit.* 1. *de donat.* Chaſſaneus *in catalogo gloriæ mundi*, 2. *par. conſideratione* 64.

Verùm ſuperior ſententia eo grano ſalis tem- 11
peranda eſt, ut tali modo divites paſcuis publicis utantur, ut non abutantur, ut docet Petrus Gregor. 1. *part. ſyntagm. capit.* 15. *numer.* 12. Franciſcus Marcus *deciſ.* 84. Mexia ſuper *l. Toleti*, *part.* 9. *fundamento* 2. *ex numero* 56. Nec tot greges, & pecora in prata, exituſque publicos immittere fas erit, ut gramina, aut herbam ſuis pecoribus omnino conſumant, & pauperum greges debita defraudentur portione: ſed unicuique pro modo indigentiæ ſine injuria cæterorum paſcua pateant, arg. text. in *l. Imperatores* 17. ibi: *Ita demum permitti duci, ſi ſine injuria alterius id fiat*, l. ſi cui 9. ibi: *civili tamen modo*, ff. *de ſervitutibus*, titulo generali, *l. in ſumma* 2. §. *fin.* ibi: *ſi tamen non ultrà modum noceat*, ff. *de aqua pluu. arc. l. arbor.* 19. §. *fin.* ff. *commun. divid.* & in ſpecie decidit tex. in *dict. l.* 2. *C. de paſcuis pub.* ibi: *Ita tamen, ut ſine læſione provincialium provideant Curiales*, ubi Albericus Bertrandus *conſ.* 229. *Etiamſi nobili*, *volu.* 2. & *conſ.* 202. *n.* 6. *eodem lib.* & *conſ.* 240. *Viſo tenore*, *n.* 10. & *ſequenti*, *volum.* 3. & *conſil.* 51. *Viſo conſultationis themate*, circa *princip. vol.* 1. Chaſſan. *in conſuetud. Burg. rubric.* 13. §. 3. *in fin.* Baldus in *l. ſi manifeſtè*, *colum.* 2. *C. de ſervi.* Angelus *in l. certo generi*, §. *ſi totas*, *ff. de ſervit. ruſtic.* Cæpol. *dict. capit.* 9. *de ſervit. juris paſ. n.* 17. Gregor. Lop. *ubi ſuprà.* Covarruv. *in pract. dict. capit.* 37. Avend. *dict. cap.* 4. *n.* 20. deciſio Avenion. 176. *n.* 8. & 9. Mexia omnino videndus ad *l. Toleti*, *part.* 9. *fundamento* 2. *ex num.* 55. ubi alios refert.

Si verò termini, & paſcua non ſufficiant, ut ad- 12
miſſis divitum numeroſis gregibus, pro modo ſuæ indigentiæ, adhuc ſuperſit paſcuum vicinis pauperibus ad ſua pecora alenda, tunc conſiderata paſcuorum qualitate, incolarum conditione, & neceſſitate, Judex arbitrabitur, & rem, prout melius populi conſervationi viderit expedire, componet, & temperabit, ut docet Bertrandus *conſ.* 37. *lib.* 1. *conſ.* 75. *num.* 15. *lib.* 2. & *conſ.* 1. *lib.* 3. Afflict. *in conſtit. Neapolit. rubri.* 85. *nu.* 8. Covarr. & Avend. *ſupr.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 245. *n.* 14.

Ex quibus exiſtimo non eſſe indiſtinctè veram 13
ſententiam Alberici in *dict. l. Imperatores* exiſtimantis paſcua eſſe dividenda inter cives, aut incolas pro modo poſſeſſionum, & prædiorum, quæ in territorio habet quiſque, quem ſequuti fuerunt Doctores in *l. ſi partem*, *ff. de ſervit. ruſtic.* Joann. de Platea *in dict. l.* 1. C. *de apochis pub. lib.* 10. Bertran. *conſ.* 51. Aymon. Craveta *conſ.* 154. & *conſ.* 60. Pro quibus
adduci ſolet text. in *l. ſi filia* 20. §. *ſi pater*, *ff.* 14
*famil. herciſc.* & in *l. teſtatrix* 20. §. *plures*, *ff. ſi ſervitus vindic.* ubi Albericus infert illos, qui minorem quantitatem pecudum habent, poſſe agere actione communi dividundo, ut unicuique juſta portio aſſignetur, Chaſſaneus *in conſuetud. Burg. rubr.* 13. §. 3. *numer.* 4. Nam, ſi verum ama-

mus, generalitas verborum dictæ legis *Partitæ* talem reſtrictionem non patitur, nec ad poſſeſſionem, ſeu prædia reſpexit, ſed ad vicinitatem, ſeu incolatum, & perſonas, ibi: *Catodo ome que fuere y morador puede uſar de todas eſtas coſas ſobre dichas, y ſon communes a todos, tambien à los pobres, como à los ricos.* nec enim quis cum non haberet prædia, habens tamen pecora, & greges, debebat paſcui commoditate carere.

15 Fateor tamen, quòd ſi ob id, quod villæ paſcua non ſufficerent ad greges, & pecora vicinorum, eſſet condenda aliqua lex, ſeu ordinatio municipalis, aut, lite mota paſcui uſu inter vicinos, eſſet ferenda ſententia ſuper adjudicatione, vel diviſione paſcui, multum debet ſuadere ſancientis, ſeu judicantis animum ad majorem paſcui portionem concedendam, plura vel pauciora pecora admittenda, poſſeſſio plurium, vel paucorum prædiorum.

16 Tùm, quia ſi paſcua reſpectu incolatus, & viciniæ conceduntur, & competunt (ut diximus) tanto magis radicata, & fixa videtur vicinitas in aliquo, quanto pluribus prædiis, & poſſeſſionibus præſtat: ac per conſequens uberiùs vicinitatis emolumento, & paſcuo frui debet. Tum etiam quia pro modo poſſeſſionum eſt opus animalibus ad culturam earum; & ſic eo reſpectu, eſt concedendus paſcui uſus. Quo in ſenſu mirabilis eſt in praxi Alberici, & ſequacium ante ſignata reſolutio. Sequitur Calcaneus *conſ.* 34. *colum.* 3. Aymon Craveta *conſ.* 60. *Ex omni capite*, *n.* 3.

17 Nec ei refragabitur dicta lex 9. *partitæ* in verbis ſupra relatis. Quia, etſi in ea conſtitutum ſit terminos oppidorum ita eſſe communes pauperibus, ſicut divitibus; non tamen ibi ſancitur, quomodo inter eos uſus ipſe dividendus ſit: in quo intelligenda veniet ex *dict. l. Imperatores*, & doctrina ſupra adducta.

18 Sed, quando hanc utilem, & quandoque obſervandam fore ſententiam dixerim, non abs re erit obiter inquirere, quomodo hic prædiorum modus in prædicto caſu intelligatur, & attendi debeat, an habito reſpectu ad jugerum quantitatem, an verò ad eorum valorem. In quo Albericus in *dict. l. Imperatores*, argumentis, & ſimilitudinibus involutus ancipiter procedit, nec veram reſolutionem innixo pede firmare fuit auſus, cùm tamen jura ab eo pro utraque parte adducta nihil ad rem faciant. Nam dicta lex *Imperatores* (quæ pro modo poſſeſſionum,
19 & jugerum, aquæ ſervitutem deberi inſinuat) profectò in argumentum hujus rei & propoſitæ quæſtionis perpendi nullatenus poteſt, cùm in diverſo caſu loquatur: Nam ſervitus ducendæ aquæ pro modo, & quantitate jugerum intelligitur per quandam connexitatem deberi; eſt enim unum propter aliud, hoc eſt ſervitus aquæ pro quantitate prædiorum: quia prædium irrigandum in omni ſui parte aqua indiget: unde ratio jugerum eſt habenda: At in caſu noſtræ diſputationis diverſa militat ratio, quoniam unum ad aliud non infert: nec enim neceſſariò ſubſequitur, quod, qui habet plura prædia, habere etiam debeat majorem partem paſcuorum, ut patet ad ſenſum, & ſuprà diximus.

Pari modo in nihilo arridere videtur tex. in
20 §. *inſula*, *Inſtit. de rerum diviſione*, quem adducit pro quæſtione Albericus, *ubi ſuprà*, dùm probat alluvionem acquiri ſingulis propè ripam poſſidentibus pro modo quantitatis prædii, quod in fronte fluminis eſt. Iſte enim caſus longe diverſus eſt. Quoniam pro modo quantitatis frontis alluvionem unuſquiſque acquirit, quia etiam propriæ terræ frontem eadem alluvione amittere poſſet. Periculum ergo amiſſionis, & lucri ſpes duo connexa ſunt, & unum ſecundùm aliud procedere, & regulari ſolet, ut in *l. ſecundùm naturam, de regul. juris.* Unde, cum frons terræ expoſitus ſit pro quantitate, & modo jugerum alluvioni, nihil mirum, quod tàm in acquiſitione, quàm in amiſſione, attendatur modus, & quantitas jugerum, cùm unum ab altero dependeat, & determinationem recipiat: Secus tamen in caſu noſtro, in quo nec datur connexitas, nec correſponſiva determinatio unius ab altero.

Sed & pro alia opinione, quòd in caſu pro- 21
poſito debeat attendi valor jugerum, aut prædiorum, non verò quantitas, aut menſura, adducebat in argumentum Albericus tex. *in l.* 2. §. *cum in eadem navi*, & in *l. ultima*, *in fine*, *ff. ad legem Rhodiam*, *de jactu*, quibus probatur unumquemque pro rata valoris mercium, & bonorum debere contribuere illi, cujus bona levandæ navis cauſa in mare projecta fuerunt.

Verùm nec iſtæ leges ad reſolutionem quæſti- 22
onis conducunt, nec pro aſſerta opinione quidquam faciunt: diverſam enim (quin potius alienam) penitùs ſortiuntur rationem: nam bona, & merces majoris ponderis, ſed minoris valoris, & pretii in mare projectæ fuerunt, ut pretioſioria bona, & majoris valoris ſervarentur. Valor ergo, non ipſa quantitas, vel pondus ibi omnino ſpectatur: id quod in caſu noſtro diverſum eſt.

Pari modo, ad id ineptè adaptatur per Alberi- 23
cum deciſio legis *majorem*, *ff. de pactis*. Nam illud, quod in ea dicitur pactum nempe majoris partis creditorum remittentium hæredi debitoris (modò hæreditatem adeat, & reſiduum ſolvat) præjudicare minori parti, intelligi debet, ut major pars creditorum ea ſit reſpectu crediti, non perſonarum, ex rationibus, de quibus ultrà Gloſſam, & Jaſonem in *dict. l. majorem*, per Afflictum *deciſ.* 288. Socinum *conſ.* 273. *colum.* 2. *lib.* 2. Benvenut. Straccam *tractatu de decoctoribus*, *part.* 6. *à numero* 4. & idem eſt, quando præſtatur ſecuritas debitori à creditoribus pro majori parte, quia etiam major pars conſideratur reſpectu intereſſe, *l. ultim. C. de his, qui bon. ced. poſſ.* Cùm ergo in *dict. l. majorem*, hæres eam ob cauſam adeat, quod major pars debiti ſibi remittitur, ideo valor, non perſonarum numerus conſideratur, quod in quæſtione noſtra ſatis longè diverſum eſt, nec ex ratione dictarum legum ad ejus reſolutionem quidquam inferri poteſt. Quare perperam, tam pro prima, ut attendatur quantitas jugerum, quàm pro ſecunda opinione, ut attendatur valor, non quantitas, adducuntur leges ſuprà relatæ per Albericum, & aliæ, quibus non eſt neceſſe, nec utile ſpecialiter ſatisfacere.

Unde, rejectis Alberici opinionibus ſuprà ad- 24
ductis, rem iſtam Judicis arbitrio dirimendam eſſe verius cenſet cum Bertrando, Afflict. Covar. Avend. & aliis, Menoch. *d. caſu* 245. quibus adde Petrum Surdum *conſ.* 65. *num.* 23. Judex itaque, penſatis tàm paſcuis, quàm poſſeſſionum qualitate, & vicinorum conditione (ut ſuprà dicebamus) vel habita conſideratione ad quantitatem jugerum, vel ad valorem, prout ex circumſtantiis cauſæ aptius ſibi viſum fuerit, paſcua taxabit, & utendi paſcuo formam præſcribet.



25 Cùm tamen uſus paſcui publici debeat eſſe moderatus pro modo debito, & ſine aliorum injuria (ut in *principio hujus Capitis* diximus) conſequens eſt, quod ille, cui communitas, vel ſervitus eſt conceſſa, vel tanquam vicino competit jus paſcui cum certo numero gregum, non poterit plures immittere, nec etiam pecudes morbo laborantes; quòd, ſi immiſerit meritò à paſturagio expelletur, ut docet Greg. in *l.* 2. *in glo.* verbo, *tam negligente*, *tit.* 17. *part.* 7. ubi refert illud Ovidii.

*Morbida facta pecus totum corumpit ovile:*

*Ne maculet ſocias, eſt ſeparanda grege.* & facit text. in *l. Julianus*, *in princip.* cum *ibi* notatis, *ff. de actionibus empti*, & in *l. ſi finita*, §. *ex hoc edicto* ubi Gl. verb. *juncta*, *ff. de damno infecto*, & in *c. pen.* ibi, *ſicut ex una ove morbida univerſus grex inficitur*, 45. *diſtinct.* & in *c. reſecandæ.* 24. *quæſtion.* 3. Cæpol. *ubi ſup. de ſervit. juris paſc. num.* 20.

## NOTÆ AD CAP. III.

1 Certum eſt, uſum publici paſcui communem eſſe cuilibet civium ſecundùm ejus indigentiam, ac juxtà numerum pecudum, & animalium paſcendorum; ita tamen, ut paſcuo publico cives non abutantur; ſed circà modum paſcendi ſervatur conſuetudo cujuſvis loci, ut plenè docet *Auctor in hoc cap.* præſupponens multa, quæ deindè *in ſeq. capitulis* proponit, & reſolvit, ac videri
2 poteſt *Car. de Luca tit. de ſerv. diſc.* 41. *ubi n.* 3. quod in jure clarum eſt civibus & incolis competere in patrio territorio aperto, & communali, ac publicis paſcuis deſtinato cum eorum animalibus depaſci; ac *dat concord. inter quos adeſt Noſter Oter.*

3 Illud non omittitur, quòd uſus prædictus penès cives, & incolas conſiderari debet, ut quædam facultas, quæ jure cujuſdam conſuetudinis univerſalis magis, quàm præſcriptionis competit iiſdem civibus, & incolis ex jure civico, & naturali depaſcendi cum eorum animalibus, nedum in dictis paſcuis publicis, ſed & in agris, & fundis apertis, & campeſtribus deſtinatis ad culturam ſegetum poſt has recollectas, quæ conſuetudo videtur ferè univerſalis per Europam ipſi juri naturæ, ſeù naturali rationi innixa, & quodammodò neceſſaria, ne cives, & incolæ inermem vitam ducant, ut ſic punctualitèr diſcurrit *Car. de Luca tit.* 37. *n.* 4. *ver. ſed agitur.* & *n.* 5. *lib.* 4. *allegans inter alios Capyc. Latro conſult.* 83. *nu.* 10. *Capiblanc. in pragm.* 11. *de Baron. n.* 30. *in fin. Novar. de gravam. vaſſallor. p.* 1. *grav.* 32. *quibus jungitur alius de Luca Melphict. ad Franch. dec.* 301. *nu.* 6. *tom.* 2. *Antunnez, de donat. regiis. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 80. *tom.* 1.

4 Cavendum eſt tamen, quod, ſi domini contradicant, iſta non habent locum. *Pigant. ad ſtat. Ferrar. l.* 4. *rubr.* 2. *nu.* 9. *tom.* 2. proùt, ſi ipſi domini poſt recollectas ſegetes indigeant herba ſpontè oriente pro ſuis animalibus, vel illam vendiderint aliis pro eorum animalibus, vel eandem clauſerint, ne à cæteris depaſcatur (prout cuique licet claudere loca ſua *l. per Provincias. C. de ædif. priv. Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 38. *nu.* 5. 8. *lib.* 4.) non pro-
5 cedunt, nec habebunt locum proximè tradita ex *eod. Capiblanc. in d. pragm.* 11. *nu.* 31. *Pigant. ad Stat. Ferrar. l.* 4. *rubr.* 2. *n.* 9. *tom.* 1. *eſtque viden. Antunnez. d. c.* 9. *ex n.* 82.

6 Sed, quid ſit dicendum in caſu, quo, ceſſantibus paſcuis publicis, dominium univerſale totius territorii ſpectet ad Baronem, quomodò ſit ſuccurrendum civibus, & incolis pro paſcendis eorum animalibus, adeas *Novar. de gravam. vaſſal. p.* 1. *grav.* 41. *Card. de Luc. tit. de ſervit. diſc.* 36. *n.* 11. 12. *l.* 4.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT IV.

### ARGUMENTUM.

Quomodo vicinitas acquiratur, ut quis paſcuo publico frui poſſit, & an cum vicinitate ſit neceſſaria habitatio in oppido, cujus eſt paſcuum, & quis in propoſito dicatur habitator.

### *SUMMARIUM.*

1 ¶ *Proponitur Capitis thema, & theſis.*
2 *Verbum hoc* vicinus *pluribus in legibus Regni invenitur.*
3 *Verbum* vicinus *pro eo, qui prope alium habitat, quandoque accipitur.*
4 *Vicinus in propoſito quæſtionis quis dicatur.*
5 *Vicinitas pluribus modis acquiritur, & primò per nativitatem.*
6 *Natus in aliquo loco, cùm fortaſſis mater per illum tranſiret, an acquirat naturalitatem, traditur remiſſivè.*
7 *Vicinitas contracta origine, & nativitate potentior eſt omni alia.*
8 *Vicinitas, & domicilium originis ſemper retinetur, etiam ſi quis in alio oppido inhabitet.*
9 *Vicinitas, ſeu domicilium per Baptiſmum contrahitur, tàm quoad ſpiritualia, quàm quoad temporalia.*
10 *Expoſitus puer in loco expoſitionis acquirit originem.*
11 *Vicinitas, & domicilium ex habitatione decennii contrahitur.*
12 *Vicinitas, utrum ex ſola decennii habitatione contrahatur abſque alio actu, traditur remiſſivè.*
13 *Vicinitas contrahitur per matrimonium.*
14 *Vicinitas ut acquiratur per matrimonium, utrum ſit neceſſarium, quòd maritus larem, & bona ſua tranſtulerit ad locum, ubi matrimonium contraxit, proponitur, & diſcutitur.*
15 *Vicinitas acquiritur per ſententiam.*
16 *Vicinitas contrahitur ex eo, quod quis ſtipendiariam militiam in aliquo oppido exerceat.*
17 *Milites in oppido, ubi commorantur, uberiori emolumento in paſcuis, quàm cæteri vicini, frui debent.*
18 *Advocati, Magiſtri, & Præceptores ſtipendiarii, ad inſtar militum vicinitatis commodis, & emolumentis potiuntur.*
19 *Vicinus verè, & propriè quis dicatur in propoſito quoad uſum paſcui.*
20 *Vicinitas, & domicilium pluribus in locis abſque actu receptionis inducitur.*
21 *Vicinus ut quis reputetur, non eſt neceſſe, quòd in oppido habitet. Sed ad hoc, ut Paſcuo potiatur, cum vicinitate requiritur habitatio.*
22 *Habitator oppidi pluribus modis quis dicitur.*
23 *Habitatio majoris partis anni eſt neceſſaria, ut quis paſcuo oppidi poſſit potiri.*
24 *Habitatio debet eſſe ſtabilis, non rara, vel momentanea.*
25 *Habitare in oppido dicitur, qui per aliquod tempus abeſt, cùm tamen animum redeundi habeat, & numero 28.*

26 *Habitator oppidi, an dicatur ſcholaris, qui cauſa ſtudiorum in eo reſidet, & quid de exule ad tempus, & de famulis dominorum, & vicinis adoptivis, traditur remiſſivè.*

27 *Habitatio principaliter conſiſtit, & conſervatur animo.*

28 *Habitare dicitur, qui per alium habitat.*

29 *Expenditur in propoſito tex. in* l. cum ſcimus, §. fin. C. de agricolis, & cenſitis, lib. 11.

30 Familiæ *verbum, quid comprehendat.*

31 *Familia an conſiſtat in uno, vel duobus famulis.*

32 *Vicinitas pluribus in locis haberi poteſt, non tamen habitatio, ut paſcuo quis uti poſſit.*

33 *Vicinus, qui habet plura prædia in aliquo oppido, cùm tamen ibi non habitet, paſcuo uti non poterit.*

34 *Animalia agriculturæ deſervientia poterunt in Paſcuo oppidi, ubi ſunt prædia, quæ coluntur, paſcere.*

35 *Intelligitur lex* 4. *tit.* 11. libr. 5. Ordinamenti, *& traditur limitatio tex. in l.* 9. tit. 28. par. 3.

36 *Vidua an paſcuo publico uti poſſit, & vicinitatis commoda retineat, traditur remiſſivè.*

1 VIcinis, & habitatoribus cujuſque oppidi paſcua publica patêre, & communia eſſe, in *præcedenti capite* diximus; quapropter in præſenti examinandum venit, quis in propoſito dicatur vicinus, & quot modis contrahatur vicinitas, quis habitator loci, & quòd pro uſu paſcui ſimul cum vicinitate neceſſario concurrere debet habitatio.

2 Et pro clariori intelligentia, præmittendum duxi, hoc verbum, *vicinus*, reperiri in pleriſque legibus Regni, ejus enim meminit *lex* 16. *titul.* 4. *libr.* 4. *Ordin. l.* 26. & 27. *tit.* 7. *Ordin. l.* 2. *tit.* 19. *part.* 3. in *l.* 8. *tit.* 8. *lib.* 2. *Fori*, & *dict. l.* 4. & 9. *tit.* 29. *part.* 3. & paſſim invenitur in *pluribus legibus, & pragmaticis.*

3 Secundò præmitto quandoque verbum hoc, *vicinus*, non ſumi pro cive, ſive incola, ſed pro eo, qui prope alium habitat, aut reſidet: quo in ſenſu accipit Cicero *lib.* 8. *Atticorum, cap.* 150. ibi: *Lepidus vicinus noſter*, facit tex. in *l. ſi vicinis* 50. *C. de nuptiis*, *l. Præſes* 2. *l. per agrum, C. de ſervitut. & aqua.* Et uſque ad quem locum, quis vicinus dicatur, inſinuat text. in *l.* 1. *§. hoc autem, ff. ad Silanian.* Bart. *in l. ſi tertius, ff. de aqua pluv. arcend.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *glo.* 9. *num.* 21. Matthæus de Afflict. *in conſt. Neapolit. lib.* 3. *rubric.* 37. *num.* 17. *lib.* 1. *rubr.* 22. *nu.* 4. Indeque, qui habet prædia proxima alteri, vocatur in jure vicinus, *dict. l. Præſes*, *d. l. per agrum*, *l.* 5. *titul.* 31. *partita* 3. ibi: *Si el vezino ſe ſirve deſta agua*, & in *l.* 12. & 20. *tit.* 32. *eadem partita*, *l.* 7. 10. 13. *eodem titulo, & partita:* & plura de ſtatuto loquente cum vicino in propoſito, ex eo, quòd bona, aut prædia contigua habeat, ultra Bart. in *l. ſi tertius, ff. de aqua pluvia arcend.* Doctores in *dict. l. ſi vicinis*, & in *l. fin. C. de his quibus, ut indignis*, tradunt Philippus Corneus *conſ.* 29. *lib.* 3. Aret. *conſ.* 77. Paulus Pariſius *conſ.* 63. *nu.* 9. *lib.* 3. eleganter, & copioſè Signorol. de Homod. *conſ.* 32. Narbona *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *novæ Recopilat. gl.* 2. *n.* 1.

4 Sed in propoſito *vicinus* dicitur ille, qui in aliqua villa habitat, ſeu in oppido commoratur, pro talique à populo eſt receptus, ſecundùm conſuetudinem regionis, *l. cum De lanionis, §. aſinam, ff. de fundo inſtructo, & inſtrumento legato*, docet Abbas, & Felinus *in cap. quoſdam, de præſumptionibus*, Oldradus *conſ.* 102. & facit textus in *l. librorum.* 52. *§. quod tamen Caſſius, ff. de legatis tertiò.* Verbo enim hoc, *vicinus*, explicatur ſecundùm communem uſum loquendi, ut in *l. ut Alfenus*, 87. *ff. de verborum ſignificatione*, docet Barthol. *in d. l. ſi tertius vicinus* 6. *ff. de aqua pluvia arcend.* Avend. *in capitibus Prætorum, c.* 3. *num.* 5. Covarruv. *in practicis, c.* 37. Burgos de Paz. *in l.* 3. *Tauri, numero* 367. Azevedo *in l.* 4. *verbo vezinos titul.* 6. *lib.* 4. *novæ Recopilat.* Aviles *in cap.* 17. *Prætorum, in principio, columm.* 1. Vicinus enim idem eſt, quod incola, ut in *l. pupillus* 239. *§. incola, ff. de verborum ſignificatione*, ubi Joann. Brechæus, & doctè, & accuratiſſimè ita advertit Narbona *in mentariis ad l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *novæ Recop. gloſſ.* 2. *ex num.* 2. *cum ſeqq.*

Acquiritur verò vicinitas, ſeu domicilium plu- 5
ribus modis. Primò per nativitatem uniuſcujuſque, ut in *l.* 1. ibi *Municipem, aut nativitas facit*, & in *l. aſſumptio* 6. ibi *Veritas originis non amittitur*, & inferiùs, *nec recuſando quis patriam, ex qua oriundus, ff. ad municipalem, l. municipes* 228. ibi: *Municipes intelligendi ſunt, & qui eodem municipio nati ſunt, ff. de verb. ſign.* tradit Alex. *in l. hujuſmodi, §. legatum, ff. de legatis primo*, Cumanus *in l. cætera, §. fin. ff. eodem tit.* Thomas Grammaticus *voto* 10. Caldas Pereyra *in quodam reſponſo pro Domino Joanne de Taſſis, numero* 6. quod invenitur poſt tractatum *de in integrum reſtitutione minorum*, Boerius *deciſ.* 13. Joannes Bota *conſil.* 10. *numero* 101. Afflict. *deciſ.* 384. *nu.* 6. Greg. Lop. *in l.* 32. *par.* 3. verbo, *naturali*, & eſt expreſſa pro hoc *l.* 1. *titul.* 20. *part.* 2. ibi. *Con todo eſſo, por mayor tuvieron los ſabios antiguos, que fablaron en todas las coſas muy con razon aquella naturaleza, que de ſuſo diximos, que los omes han con la tierra, por nacer en ella. Ca eſta les es aſſi come madre, de que ſalen al mundo, è viene à ſe romes.*

Et, an qui in aliquo loco natus fuit, cùm ma-
ter ejus per tranſitum, & ſine animo ibi perma- 6
nendi, ſed ſtatim commigrandi, & recedendi, eum peperit, videatur ibi domicilium, & naturalitatem contraxiſſe, diſputant Hieronymus Cevallos, *communium contra communes, quæſt.* 458. *numero* 17. Gaſpar Gilus Polus *in recitatione ſcholaſtica, ad titulum, ff. ad municipalem*, Ignatius del Villar *in ſua ſylva reſponſ. lib.* 1. *reſponſ.* 7. 4. *part. à numero* 11. ubi agit de vero intellectu *legis* 19. *titul.* 3. *lib.* 1. *novæ Recopilat.* noviſſimè Narbon. *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. ex numero* 137.

Et hæc vicinitas contracta ex origine, vel na- 7
tivitate potentior eſt omni alia, ut eſt Gloſ. recepta in *l. cives, verbo Allectio*, & *ibi* Joannes de Platea, *Cod. de incolis, lib.* 10. Gloſſ. in *l. in adoptionem, in* 1. *verbo in honorem, Cod. de adoptionibus*, & in *l.* 1. *Cod. de municipibus, & origina. lib.* 10. tradit plura in propoſito congerens Tiraquel. *de retract. lignagier. §.* 9. *gloſſ.* 2. *numero* 20. Alciatus *de præſumption. regul.* 1. *præſumptione* 31. & *reſponſ.* 55. *numero* 6. & 7. & ſic talis vicinitas immutabilis eſt, ut *in dict. l. aſſumptio*, & in *l. fin. §. penultim. ff. ad municipalem*, Chaſſaneus *in conſuetud. Burgund. §.* 16. *rubric.* 9. *numero* 1. & facit *l.* 5. *titul.* 24. *part.* 4. ibi: *E como eſto es deuda natura, non ſe puede deſatar*, Stephanus Gratianus *diſceptationum Forenſ. cap.* 75. Barboſa *in l. hæres abſens, §. proinde in articulo de foro ratione originis, à num.* 9. *D. de Judiciis.*

Unde,



8 Unde, licet quis extra domicilium originis habitet, ſemper domicilium originis ſtare, & durare cenſetur: etiam ſi per mille annos quis in alieno loco habitet, ut tradit Bart. *in l. quæſitum, ff. de legatis* 3. Boerius *deciſ.* 13. *n.* 4.

9 Secundo contrahitur, & acquiritur vicinitas, ſeu domicilium per Baptiſmum, ut in *l.* 2. *titul.* 24. *par.* 4. ibi: *La novena per tornarlo Chriſtiano.* Quod procedit non ſolum quoad ſpiritualia, ſed etiam quoad temporalia, *cap. debitum, de Baptiſmo*, Lucas de Pen. *in d. l. cives*, verſ. *nam præter cauſam originis*, Gratianus *ubi ſupra, d. c.* 75. *n.* 16. Hieron. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 9. *§.* 1. *n.* 108. & *n.* 113. ubi eleganter diſtinguit.

10 Quibus conſequens eſt puerum expoſitum originem, ac domicilium acquirere in loco, ubi expoſitus eſt, ut obſervat Federicus de Senis *conſ.* 254. *num.* 7. Mandoſius *de ætate minori, cap.* 1. *n.* 22. *uſque ad* 55. Stephanus Gratianus *ubi ſupra, n.* 12. Emanuel Barboſa *in remiſſione ad leges Luſit. l.* 2. *titul.* 55. *ad principium, n.* 2. Auguſt. Barboſa *de officio Epiſcop. allegatione* 151. *n.* 150. Narbona *ubi ſupra, n.* 156. & noviſſimè Alfonſus de Caranza in ſuo omnium litterarum locupletiſſimo tractatu, *de vera naturalis, & legitimi partus deſignatione, c.* 4. *de partu expoſito, num.* 53. quia expoſiti præſumuntur eſſe filii illius loci, vel parochiæ, in qua exponuntur, ut notat Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 20. *gloſſ.* 1.

11 Præterea, & ex habitatione decennii acquiritur vicinitas, & domicilium, ut in *l.* 2. *Cod. de incolis, lib.* 10. ibi: *Niſi decem annis tranſactis eo loco ſedes ſibi conſtituerint.* ubi Gloſſ. Felinus in *cap. dilectus filius, in* 2. *n.* 4. *verſi. Limita niſi aliquis*, & *n.* 12. *verſicul. Secunda declaratione*; & latè *ibid. verſicul. Tertius caſus*, Salzedo *in additione ad praxim Bernar. Diaz, ca.* 74. *n.* 33. Menoch. *de arbitrariis, caſu* 86. *n.* 3. Riccius *deciſione* 304. *n.* 2. & ita deciditur apertè in *l.* 2. *tit.* 24. *part.* 4. ibi: *La decena por morança de diez annos que fagan en la tierra, maguer ſea natural de otra*, & in *l.* 32. *tit.* 2. *partit.* 3. ibi: *La ſetena es, ſi huvieſſe ſido morador en aquella tierra diez annos*, ubi Gregor. Lopez in verbo, *diez annos*, & in *l.* 5. *titul.* 2. *lib.* 7. *Recopila-*
12 *tion.* ibi: *O que ayan ſido vezinos della diez annos*, ubi Azevedo *n.* 4. Et an ſola decennii habitatione abſque aliquo actu, ſeu ſigno aſſumpti domicilii ſignificativo, contrahatur vicinitas, ultra Abbatem *in cap. fin. de parochis*, Felinum *in cap. dilectus, in* 2. *n.* 11. *de deſcriptis*, videre poteris per Rotam *deciſ.* 130. 2. *part. noviſſimarum*, Riccium *deciſ.* 314. *n.* 2.

13 Deinde vicinitas, & domicilium acquiritur ex contracto matrimonio in aliquo loco, ex eo enim videtur quis civis, & vicinus illius loci fieri, & conſtitui, & inde vulgo jactatur maritum illius loci eſſe, cujus eſt uxor, ut in *dict. l.* 2. *titul.* 24. *partit.* 4. & in *dict. l.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. obſervat Azeved. *in l.* 19. *titul.* 3. *l.* 1. *novæ Recopilat. n.* 1. ibi: *Et tunc domicilium dicetur conſtitutum per matrimonium contractum in Regno*, & in *l.* 1. *tit.* 3. *n.* 6. *l.* 7. *Recopil.* latè Surdus *deciſ.* 330. 2. *pa.* Gutierrez *de matrim. c.* 63. *num.* 18.

14 Quod tamen intelligendum puto, ſi ibi maritus bona ſua, & larem tranſtulerit, ut in *l. ſi in patria, C. de incolis, l.* 10. ibi: *Si in patria uxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium defixiſti incolatus jure, ultro te ejuſdem civitatis muneribus obligaſti:* quæ verba, ut domicilium contrahatur, potius reſpiciunt ejus conſtitutionem, quàm matrimonii contractum, & idem colligitur ex *l.* 1. *§. domum, ff. de liberis agnoſcend.* ibi: *Illinc ubi larem matrimonio collocarent*, non enim dixit ibi Juriſconſultus, *ubi matrimonium contraxerunt*, ſed, *ubi larem matrimonio collocarent*, obſervat Barboſa omnino videndus in *l. exigere dotem* 65. *num.* 13. cum *pluribus ſequentibus, ff. ſoluto matrimonio*, quod è converſo procedit abſque dubio in muliere, quæ reſpectu mariti, cum quo contrahit, efficitur domiciliaria illius loci, in quo maritus degit; ut probat text. expreſſus in *l. mulieres* 9. *C. de incolis, lib.* 10. ibi: *Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus*, & in *l. ult. §. ita reſcripſerunt, ff. ad municipalem*, ibi: *Mulierem, quandiu nupta eſt, incolam ejuſdem civitatis videri, cujus maritus ejus eſt.* & in *d. l.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. ibi: *La tercera es por razon de caſamiento, ca la muger maguer ſea de otra tierra, deve reſponder ante aquel juzgador, que ha poderio ſobre ſu marido.* & in hoc ſenſu debent interpretari verba *dict. l.* 2. *titulo* 24. *partita quarta*, ibi: *La quinta por caſamiento*, ut hoc procedat reſpectu mulieris, non verò mariti: circa quod decepti fuerunt, & errore labuntur Alciatus *reſponſ.* 55. *num.* 2. & *conſil.* 197. *num.* 5. Menoch. *de arbitrar. dict. libr.* 2. *cent.* 1. *caſu* 86. *num.* 28. & 29. Ignatius del Villar *ubi ſup. d. reſp.* 7. 5. *part. num.* 26. dum abſque diſtinctione exiſtimant ex eo, quod maritus contrahat matrimonium cum uxore, contrahi ab eo domicilium in loco uxoris, unde meritò eos carpit Narbona *in dict. l.* 20. *glo.* 2. *n.* 178. qui argumentum hoc diffusè proſequitur.

Inſuper vicinitas, & domicilium acquiritur 15
per ſententiam, ut obſervat Bart. *in rep. l. placet* 5. *num.* 47. *C. de ſacroſan.* per tex. *in l. quotieſcumque, C. de Decurionibus.* Item, & ex eo, quod 16
aliquis ſtipendiariam militiam in aliquo loco exerceat, ut in *l. municeps* 23. *ff. ad municipalem*, ibi: *Miles domicilium habere videtur, ubi meret:* ubi Gl. verbo, *meret.* docet Bart. *in l.* 1. *nu.* 14. *ff. eod. tit.* Joan. de Plat. *in d. l. cives, n.* 2. Felinus *in d. c. dilectus filius* 2. *n.* 2. *verſic. Secunda concluſio, de reſcriptis*, Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, concluſ.* 3. *n.* 409. *d. l.* 32. *tit.* 2. *par.* 3. ibi: *La quarta, es por razon de cavalleria, ca el Cavallero, que recibe ſoldada, è bien fecho del ſeñor ante el juzgador de aquella tierra le pueden fazer demanda do vive, por razon de merecimiento de ſu cavalleria*, dict. l. 2. *tit.* 24. *part.* 4. ibi: *La quarta por caval-*
*leria.* Quinimo tales milites non ſolùm tanquam vi- 17
cini paſcuis publicis ſimpliciter, & prout alii cæteri vicini potiuntur, verum uberiori commodo perſrui debent, ex doctrina Collectarii in *cap. ad quæſtiones, num.* 5. *de rerum permutatione*, quem refert Gregor. Lopez *in l.* 9. *tit.* 28. *part.* 3. verbo, *como à los ricos:* cujus tamen opinio meritò reprehenditur per Covarr. *cap.* 27. *num.* 4. & Burgos de Paz *in d. l.* 3. *n.* 488. Collectarius enim abſque authoritate loquitur, & text. in *l. Imperatores, ff. de ſervitutibus ruſticor. prædior.* quem pro ſua opinione adducit, & in quo nititur, nihil probat.

Et ex hac militia ſtipendiaria, quæ vicinitatem, 18
& domicilium producit, infertur idem procedere in Advocatis, ex ratione text. in *l. Advocati* 14. *C. de Advocatis diverſorum judiciorum*, docet Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſula* 3. *gloſſa*

*num.*

*nu.* 16. & in Doctoribus, ſeu Magiſtris docentibus in aliqua civitate; Reputantur enim vicini, & forenſes pro eo tempore, quo Præceptorum munus ſubeunt, ex Bartolo in *l.* 1. *numero* 18. *C. de Senatoribus*, *libr.* 12. & in *dicta l. municipes*, *§. miles*, *ff. ad municipalem*, ubi Alexand. *in ejus additione*, Burgos de Paz *ubi ſupra*, *numero* 41. Quod tamen procedit abſque controverſia in Advocatis, vel Doctoribus, qui publica ſtipendia conſequuntur, vel, ſi ſunt publicè deputati, & conſtituti, ut tradit Pariſius *conſilio* 53. *num.* 90. *cum ſequentibus*, *lib.* 3. & alii, quos refert Burgos de Paz *ubi proximè*, *n.* 426. quod notanter advertit Narbona, *ubi ſupra*, *ex n.* 194.

19 Sed quoad noſtrum paſcui uſum, de quo contenditur, ille dicitur *vicinus*, qui pro tali in civitate, villa, ſeu oppido fuerit receptus, & ibi habitaverit, ut ſubeat onera vicini, ut in *l.* 1. *ff. ad municipalem*, ibi: *Recepti. in civitate*, ubi Bart. *num.* 16. Lucas de Penna *in d. l. cives*, Boerius *deciſ.* 260. *num.* 13. Angelus per textum ibi *in Authentico*, *quibus modis naturales efficiantur ſui*, Burgos de Paz *in dict. l.* 3. *Tauri*, *prima parte*, *num.* 367. Ignatius del Villar *ubi ſupra*, 7. *reſponſ. quarta parte*, *à num.* 1. Tuſcus *littera C. concluſione* 264. *nu.* 18. *& concluſione* 265. *nu.* 6. *&* 7. *& concluſione* 276. Azevedo *in l.* 4. *verbo*, *vezinos*, *tit.* 6. *libr.* 3. *Recopilat. & in l.* 1. *titul.* 1. *lib.* 6. *n.* 51. Barboſa *in l. exigere dotem* 65. *num.* 39. *ff. de judiciis*, Maceratenſis *variarum reſolutionum lib.* 2. *reſolutione* 42. *per totam*, & hoc ſolet communiter dici: *dar carta de vezindad.*

20 In pluribus tamen locis, & civitatibus illuſtribus efficitur quis *vicinus*, vel civis, etſi expreſſim receptus non ſit: dum tamen in eis habitet, & cæterorum vicinorum oneribus expoſitus ſit, quod receptionis loco habetur, argumento text. *in l.* 2. *§. conceſſiſſe*, *ff. ad municipalem*, juncta *l. qui patitur*, *ff. mandati*, obſervat Gomez de Leon *deciſ.* 20. Et quando tacitè videatur ſuſcepta, & contracta vicinitas, ultra ſupra relatos conſule Maſcardum, *concl.* 534. *volum.* 1. *de probat.* Menoch. latiſſimè *lib.* 2. *de arbitrar. caſu* 86. *per totum*, & de vicinitatis, & civilitatis commodis, ac privilegiis videndus eſt Cumanus *conſ.* 177. Alex. *conſil.* 32. incipit, *Viſa conceſſione libro* 5.

21 Et quamvis ad hoc, ut quis *vicinus*, ſeu civis alicujus loci dicatur, regulariter non ſit neceſſarium, quod ſimul in loco habitet, ut probat text. *in dict. l. cives*, *C. de incolis*, Alexand. *conſ.* 157. *libr.* 2. Boerius *d. deciſ.* 260. *n.* 10. Afflictus *deciſ.* 384. Capicius *deciſione* 162. *num.* 16. pro quibus facit de jure Regio, text. *in l.* 17. *titul.* 2. *lib.* 7. *Ordinament.* ibi: *donde fuere vezino*, *ò morador*, perpenſa illa dictione, *ò*, quæ ponitur inter diverſa, *l. ſi is qui*, *principio*, *ff. de rebus dubiis*, *l. ille*, *ff. de verborum ſignificatione*, *& in l.* 8. *titul.* 2. *libr.* 7. *Recopilat.* ibi: *Alos naturales dellas*, *que ſean vezinos*, *y moradores*, ex natura illius dictionis, y: quæ etiam ponitur inter diverſa, ut communiter notatur *in rubri. C. de juris*, *& facti ignorantia*: tamen quoad uſum paſcui, de quo agimus, non ſufficit ſola vicinitas, ſed neceſſaria eſt ſimul habitatio, ut in *l.* 9. *tit.* 28. *part.* 3. ibi: *Ca todo ome que fuere y morador*, *&c.* & ibi: *Mas los que fueſſen morador*, *&c.* & ibi: *Mas los que fueſſen moradores en otro lugar, no pueden uſar:* docet expreſsè Avend. *de exequend. mandat. cap.* 4. *num.* 24. quia illud verbum, *moradores*, præcisè de habitantibus in loco intelligendum eſt, ut in *l.* 26. *tit.* 31. *part.* 3. *l.* 12. *&* 15. *dict. tit.* 28. *ead. partita*, quibus & aliis pluribus hanc ſententiam amplectitur Burgos de Paz *in dict. l.* 3. *Tauri*, *num.* 388.

22 Eſt tamen ſciendum, quòd, licèt ut quis videatur habitare in loco, multifariam explicetur, ut per Afflict. *deciſ.* 384. ubi ejus Additionat. Tuſc. *concl.* 274. *litera C. n.* 32. *& litera D. concl.* 596. 23 & alios *infrà* referendos; Tamen in propoſito, ut quis potiatur paſcuis publicis, ille dicetur verè, & propriè habitare in loco, qui majore anni parte habitat, ut in *l. cum de lanionis*, *§. Sabinus*, *ff. de fundo inſtructo*, ibi: *Et omnia*, *quæ in eo ſolita ſunt eſſe*, *quæque ibi majore parte anni morabantur*, *& qui in eum*, *manendi cauſa*, *recipere ſe conſueverunt*, & de jure Regio eſt text. expreſſus in *l.* 8. *titul.* 27. *lib.* 9. *Recopil.* ibi: *Salvo ſi en tal lugar morare*, *y tuviere vezindad*, *y caſa poblada la mayor parte del anno.* docet Gloſ. *in l.* 1. *verbo*, *maneat*, & *ibi* Bart. *ff. de liber. agnoſcend.* & in *l.* 1. *§. habitare ff. de his qui dejecerunt*, *vel effuderunt*, Gloſſ. *in Clement. cauſa*, *verbo*, *communiter de electione*, Paulus de Caſtro *in l.* 2. *C. de juriſd. omnium judic.* Bald. *in l. ſi quis ad declinandam*, *verſic. nunc breviter*, *Cod. de Epiſcopis*, *& Clericis.* Jacobus de Butrio, & Salycetus *in l. cum filius*, *ff. ſi certum petatur.*

24 Nec ſufficit, quòd quis ibi ſit rara, vel momentanea habitatione, nam verbum, *habitare*, eſt frequentativum; & ideò non de momentanea, ſed de perpetua, & ſtabili habitatione eſt intelligendum, ſecundùm Baldum *conſ.* 61. *vol.* 1. & in *authent. habita*, *verſicul. quinto nota*, *C. ne filius pro patre*, proſequitur Ignatius del Villar. *dicto reſponſ.* 7. 5. *parte n.* 8.

25 Nec intereſt, quòd quis abſuerit per aliquod tempus, cùm tamen animum redeundi habuerit, non enim ſingula momenta habitationem faciunt, ſed animus reſidendi, ut in *l. ſi quis ita legaverit* 8. *ff. de conditionibus*, *& demonſtrationibus:* Stephanus Bertrandus *conſ.* 75. *vol.* 2. incipit: *Quis dicitur proprie habitare*, Grammaticus *deciſ.* 87. Boerius *d. dec.* 260. *numero* 33. Mandoſius *in additionibus ad Romanum conſ.* 264. Gironda *de privilegiis*, *q.* 1. *num.* 18. Narbona *ubi ſuprà*, *n.* 16. 26 Sylva reſponſorum, *ubi proximè*, à *numero* 8. qui proſequuntur, quid in hoc puncto de Scholaribus dicendum ſit, qui cauſa ſtudiorum cum familia in loco habitant, & de exule ad tempus, & de famulis Dominorum, & de vicinis adoptivis, & aliis in propoſito, quos conſule, & vide.

27 Sed & illud in ſumma perpendere eſt neceſſarium, ut ferè reſolutionem omnium quæſtionum in propoſito contingentium comprehendere valeas; quòd, ut quis verus, & proprius habitator alicujus loci habeatur, præcipuè in illo eſt inſpiciendus animus, qui eſt potiſſimus acquiſitionis domicilii modus, ita ut, eo deficiente, nullatenus quis poterit dici *vicinus*, vel habitator, ut probat Gloſſa, *verbo*, *larem*, *in d. l. cives*, *C. de incolis*, *lib.* 10. Baldus *conſil.* 313. incipit, *Præfati*, *lib.* 4. Salcedo *in additionibus ad Bernardum Diaz c.* 54. *num.* 27. verſic. *quæ communis opinio*, Barboſa *in d. l. hæres abſens*, *§. fin. n.* 112. & facit text. *in d. l. ſi quis ita legaverit* 8. *ff. de conditionib. & demonſtrat.* ibi: *Quia non omne momentum exigendum ſit*, *ut cum liberis ſit*; *ſed & ſi eam mentem*, *& id propoſitum habeat*, *ne filium à ſemet dimittat:* docet Bertrandus *conſil.* 57. incipit, *Dicitur propriè habitare*, *vol.* 2. *& col.* 167. *vol.* 3. Guillelmus Benedictus *in repetitione c. Raynuntius verbo*, domum, *n.* 37. *cum ſeq. de teſtamentis*, & conducit text. *in l. non intereſt* 25. *ff. de captivis*, *& poſtliminio reverſis*, ibi: *Nec enim ſatis eſt corpore*, *quem revertiſſe*, *ſi mente alienus eſt:* & in *d. l. cives*, ibi *Ubi rurſus non ſit diſceſſurus.*



28 Unde, qui habet domum cum familia ſua in aliquo loco, & ſi ipſe per aliquod tempus ab ea abfuerit, habitator utique dicetur, ut in *l.* 1. *§. domum*, *ff. de liberis agnoſcendis*, & in *l.* 2. *§. habitare*, *ff. de his qui dejecerunt*, *vel effuderunt*, & in *l. cum antiquitas*, *C. de uſufructu*, docet Bald. *conſ.* 234. *n.* 1. *lib.* 1. ubi ait, quòd ſtatutum loquens de habitatore in civitate, intelligitur etiam de illo, qui habitat per alium: docent Afflict. *deciſ.* 401. & plures relati à Gironda, *de privileg. à n.* 34. & facit text. *in l. ſi verò*, *in principio*, *ff. de his*, *qui dejecerunt*, *vel effuderunt*, Bart. *conſ.* 42. *lib.* 1. *n.* 4. Card. Tuſcus *practicarum concluſionum*, *litera H. concl.* 7. *n.* 10. & facit text. *in l. cum ſci-* 29 *mus*, *§. fin. C. de agricolis*, *& cenſitis*, *lib.* 11. ibi: *Satis acerbum nobis videtur domino præjudicari colonorum abſentia*, *qui in rure nati*, *& poſtea abſentes*, *per ſuos patres*, *vel fratres*, *vel cognatos agriculturam peragebant: cum enim pars quodammodo corporis ejus per cognationem in fundo remanebat*, *non videtur nec abeſſe*, *&c.* Boerius *deciſ.* 272. *n.* 2. ibi: *Interpretati fuerunt cives eſſe*, *qui ſtarent ad civitatem per majorem partem anni*, *vel etiam abſentes à civitate*, *in qua habent fratres*, *ſorores*, *vel cognatos ſupportantes onera civium*, proſequitur Bald. *in conſ.* 198. *lib.* 2. Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 384. *n.* 4. Gironda *ubi proximè*, *num.* 34.

30 Et licèt *familiæ* verbum ſit corpus plura ſub ſe comprehendens, ut in *l. pronuntiatio*, *§. familiæ*, *ff. de verborum ſignificatione*, *l. ædiles* 25. *§. familiæ*, & in *l. quod ſi nolit* 31. *§. idem Pædius*, *ff. de ædilitio edicto*, & in *l.* 1. *§. familiæ*, *ff. de publicanis*, *& vectigalibus*, & in *l.* 2. *§. familiæ*, *ff. de vi bonorum raptorum*, de quo latè per Fontanellam *de pactis nuptialibus*, *clauſula* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 2. *num.* 68. Stephanum Gratianum *deciſ.* 10. *num.* 9. & *diſceptationum forenſ. c.* 340. *n.* 16. & de jure noſtro Regio, eſt text. *in l.* 6. *tit.* 33. *part.* 7. ibi, *Ca familia dicha es aquella en que viven mas de dos omes al mandamiento del ſeñor*, 31 *è dende en adelante*, *è no ſeria fazia à ſuſo.* Et inde, qui habet unicum tantum famulum in domo, non videatur per eum habitare, cùm familiam non habeat, ut in *l. deteſtatio* 40. *§. unicus*, *ff. de verb. ſignific.* ibi *Unicus ſervus familiæ appellatione non continetur*, *nec duo quidem familiam faciunt.* Per quem textum obſervat Alciatus *conſ.* 163. *t.* 5. dominum, qui in aliquo loco cum uno, vel duobus famulis habitat, non dici verum habitatorem, nec habitare cum familia, quem ſequitur Hippolytus de Bonacoſſa *in tract. de famulis*, *q.* 154. Tamen hoc procedit, & erit intelligendum, ſi alibi uxorem, filios, & alios de familia ſua habuerit ex adductis à Gironda *de privileg. n.* 36. Cæterùm, ſi quis extra illum unicum famulum, vel duos per quos, & cum quibus habitat in aliquo loco, non habeat in alio domum, vel majorem familiam, utique habitator dicetur iſte talis in illo loco, in quo per unum, vel duos famulos habitat, & domum habet, cum nihil amplius in familia ſit ut in *l.* 1. *§. familiæ*, *verſi. proinde*, *ff. de publicanis*, *& vectigalibus*, docet Baldus in *l. jubemus*, *§. ſin autem*, *in fine*, *C. ad Trebellianum*, Albertus Brunus *in tractatu ſtatutorum*, in verbo, *Familia*, quos ſequitur Rebuffus *in dict. §. unicus*, *verſic. unde ſit data*, Narbon. *ubi ſupr. n.* 111. *cum ſeq.*

32 Quibus illud annecto, quòd, licèt quis pluribus in locis poſſit vicinitatem, & domicilium habere, ut in *l. aſſumptio* 6. *§. juris prudentibus*, & in *l. ſi quis* 7. *ff. ad municipalem*, cum *aliis*, quorum meminit Burgos de Paz in *d. l.* 3. *Taur. n.* 518. Gironda *de Gabellis*, *n.* 24. Gratianus *diſcept.* 623. *n.* 24. Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici*, *deciſ.* 305. Narbona *ubi ſuprà*, *n.* 23. *& n.* 58. *& n.* 211. *& n.* 226. tamen, cum ad hoc, ut quis paſcuis publicis utatur, non ſufficiat ſola vicinitas de per ſe, ſed ſit neceſſaria habitatio in loco, cujus ſunt paſcua, & quod hæc fiat in majore parte anni; non poterit potiri paſcuis tanquam vicinus, & habitator, niſi in uno loco, in quo majorem partem anni habitaverit, ut rectè advertit Gratianus *d. diſcept.* 623. *n.* 25. ibi: *Sic etiam poteſt quis eſſe civis plurium civitatum*; *nemo autem poteſt eodem tempore*, *& continuò habitare in duobus locis:* comprobat Menoch. *conſ.* 1129. *n.* 54. *& ſeqq.*

33 Præterea ex eadem ratione illud venit neceſſariò dicendum habentem vicinitatem in aliquo oppido, domum, prædia, aliaque immobilia, cùm tamen ibi non habitet, paſcuo uti non poſſe. 34 Quod tamen limitatur, quò ad animalia tantum prædiorum culturæ deſervientia, iſtis enim paſcua illius oppidi conceduntur, & ſi dominus in eo non habitet, ut *in l.* 2. *C. de paſcuis publicis*, & in *l.* 4. *tit.* 11. *lib.* 5. *Ordinamenti* 35 (quæ eſt *l.* 12. *tit.* 7. *lib.* 7. *novæ Recopilat.*) ibi: *Salvo ſolamente con los dichos bueyes*, *y beſtias de aradas*, *con que labran en los tales lugares los herederos*, *y vezinos*, *y moradores en ellos*, *ò otro por ellos:* & ita in hac Regali Cancellaria deciſum fuiſſe tradit Burgos de Paz in *d. l.* 3. *Taur. n.* 391. quem ſequitur Azevedo *in d. l.* 12. *n.* 2.

36 Et an viduæ, quoad uſum, & emolumentum paſcuorum, vicinæ reputentur, deducere poteris ex textu *in l. filii* 22. *§. vidua*, *ff. ad municipalem*, & ex his, quæ tradit Bart. *in l. Imperatores*, *§. item reſcripſerunt*, *ff. eodem*, & facit text. *in authent. de nuptiis*, *§. ſoluto*, & in *l. ult. C. de bonis matern.* ubi expreſsè advertunt Bart. & Salycet. quòd mulier, mortuo marito, adhuc dicitur durare in matrimonio, obſervat Bart. *in l. de emancipatis*, *C. de legitimis hæredibus*, & in *l. fin. C. de verbor. ſignific.* ubi quòd, mortuo viro, dicitur de familia mariti, & in *l. ultim. C. de privile. ſchol. lib.* 12. ubi quòd retinet adhuc forum, & omnia privilegia, & immunitates viri mortui; Alex. & Decius *in l. cum quædam puella*, *ff. de juriſdict. omn. jud.* Socinus loquens de privilegio fori, *conſ.* 12. *Quoniam in præſentiarum column.* 6. *verſic. & non ſolum*, & *conſil.* 36. *Rectè*, *& maturè*, *column.* 1. *in fin. vol.* 1. Bald. *in l. fin. C. de fideicom.* & *conſ.* 459. *Quidam*, *volum.* 1. Angelus *conſil.* 142. *Super primo*, Philippus Corneus *conſ.* 11. *Licet videamur*, *in princip.* Guido Papa *quæſt.* 379. Rolandus à Valle *conſ.* 14. *n.* 46. *& conſ.* 15. *n.* 11. Petrus Surdus *deciſ.* 61. *n.* 6. Tiberius Decianus *reſponſ.* 33. *n* 6. *volum.* 1. Et ex noſtris plura in propoſito cumulant Aviles *in cap. Prætorum*, *in procœmio n.* 18. *cum ſeſequentibus*, Burgos de Paz *in procœmio legum Tauri. n.* 6. Joan. Garcia *de Nobilit. gl.* 1. *§* 1. *ex n.* 44. Dom. Pichardus vir in utraque ſchola approbatiſſimus, & Magiſter communis, *in explicatione legis ingenuæ*, 3. *& legis Edicimus*, 7. *de murilegulis l.* 11. *n.* 55.

## NOTÆ AD CAP. IV.

1 AGit *Auctor in iſto cap.* de modis, quibus acquiritur vicinitas, ſeu civilitas, incolatus, & habi-

habitatio, ad hoc, ut quis paſcuo publico uti poſſit, & de iiſdem modis plurima haberi poſſunt *in mea colluct. legal.* 44. *vol.* 1. *& collect.* 31. *vol.* 2. *Card. de Luca tit. de præbem. diſc.* 37. *lib.* 3. *ac pluries alibi. D. Præſes Senatus Mantuæ Gobius conſult.* 45. 110. 113. *Sabell. in ſumma verb. civis tom.* 1. *& aliis in locis. Viſcont. ad Franch. deciſ.* 197. *tom.* 1.

2 Ultrà modos acquirendi civilitatem *hìc* recenſitos *à Noſtro Otero*, ad quem reſpectu filii expoſiti in loco, ſe remittit *Balmaſeda de collect.*
3 *q.* 57. *n.* 14. *in fin.* adeſt & proveniens à legitimatione; etenim legitimatus, licet in loco forenſi natus, efficitur civis loci patris legitimantis, cùm per legitimationem ipſe agnaſcatur patri, & patriæ. *gloſ. in l.* 1. *ver. parentibus, & ibi Bart. n.* 22. *ff. ad municip. D. Gobius conſult.* 9. *n.* 19. *ubi etiam allegat Rotam coram Merlin. deciſ.* 832. *n.* 13. *t.*2.

4 Circà pluralitatem domiciliorum ejuſdem perſonæ quoad plura, & diverſa loca, adſunt *Palma conſ.* 95. *numer.* 5. *Gobius conſult.* 116. *n.* 90. *Manſ. conſult.* 38. *numer.* 96. *Giurb. obſ.* 78. *n.* 4. *Card. de Luca tit. de præbem. d. diſc.* 37. *num.* 5. *Alii in d. Mea colluct.* 31. *num.* 58. *vol.*2. *Rota in rec. dec.* 172. *n.* 11. *p.* 8. *& coram Burat. dec.* 804. *n.* 3. *tom.* 3.

5 An verò civis unius territorii ſubjecti uni, & eidem Principi debeat conſiderari, reſpectu alterius territorii pariter ſubjecti ipſimet Principi, ut civis, vel, ut forenſis, tradunt *Cephal. conſ.* 309. *à num.* 80. *Bertazzol. conſ.* 23. 24. *Menoch. conſ.* 165. *Gobius conſult.* 110. *ſub num.* 65. 66. 67.

6 Sanè in dubio pronunciandum eſt quem eſſe civem, & in favorem civilitatis, *Rim. jun. conſ.* 23. *n.* 19. *D. Manſ. conſult.* 245. *n.*26. *Gobius conſult.* 116. *n.* 106. *ubi addit Giurbam obſ.* 78. *num.* 5. *& Thomaſ. dec.* 7. *n.* 21. *tom.* 1.

7 De uxore, & etiam vidua retinente civilitatem viri ſui prædefuncti, *ut hìc n.* 36. agitur à *Gabr. conſ.* 29. *lib.* 2. *Altograd. conſ.* 97. *lib.* 1. *Galeot. contr.* 30. *lib.* 2. *Cyriac. Contr.* 292. *Gratian. diſcept.*886. *Marin. reſol.* 22. *lib.*1. *ac ad Utrumque. de Luca Melphict. & Card. de Luca tit. de teſtam. diſc.* 29. *n.* 5. 7. *lib.* 9. *Theſ. dec.* 123. *Surd. dec.* 330. *Rovit. dec.* 75. *Poſt. deciſ. Bonon.* 45. *num.* 47. 48. 49. *Rota coram Merlin. dec.* 878. *tom.* 2. *& coram Roxas. dec.* 157.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT V.

### ARGUMENTUM.

Utrum oppida teneantur neceſſariò recipere vicinos noviter aliunde venientes, & an poſſint eos gravare, ut per aliquod tempus vicinitatem retineant, nec ab oppido diſcedant.

### *SUMMARIUM.*

1 *Vicinos noviter venientes admittere an teneatur oppidum quodlibet, proponitur quæſtio, & in Curia Regia fuit anceps reputata.*

2 *Quæſtionis hujus (nempe quod oppidum teneatur recipere vicinos de novo venientes) affirmativa pars argumentis comprobanda præmittitur.*

3 *Publica jura, & quæ Reipublicæ expediunt, derogari non debent.*

4 *Reipublicæ intereſt civibus, & vicinis quamlibet civitatem, ſeu villam repleri, & ampliari.*

5 *Expeditur pro hac parte affirmativa text. in* l. nihil, ff. ad municipalem.

6 *Vicinos, & cives non admittere iniquum, & contrà rationem reputatur.*

7 *Vicinitatem denegare, ex avaritia, & ambitione procedit.*

8 *Vicinos, & cives quoſdam admittere, alios reprobare, videtur eſſe monopolium.*

9 *Vicinos non admittere jure reprobatur, & ſpeciem ſervitutis continere videtur.*

10 *Expenditur pro affirmativa parte hujus quæſtionis text. in* l. 1. titu. 9. libr. 7. novæ Recopilat.

11 *Proponitur argumentum contrariæ opinionis, nempe quòd poſſit denegari vicinitas.*

12 *Reſpondetur, & ſatisfit huic argumento.*

13 *Intelligitur doctrina Baldi* in cap. 1. colum. fin. de forma fidelit. *in* uſibus feudorum.

14 *Vicinus, ſeu civis de novo veniens, & admiſſus, non poteſt gravari pacto, ſeu fidejuſſione adſtringi, ut vicinitatem conſervet, & in oppido neceſſario maneat, nec ſub tali prætextu ei vicinitas differri, aut denegari poteſt.*

15 *Expenditur pro hac opinione text.* in dict. l. 1. tit. 9. lib. 7. Recopilat.

16 *Conventio de reſidendo in certo oppido (quamvis jure communi valida ſit) jure tamen Regio, attenta dict. l.* 1. tit. 9. l. 7. Recopil. *admitti non debet.*

QUæſtio hujus capitis frequenter occurrere 1
ſolet, & cùm in curia noſtra de ea ageretur, anceps Senatoribus fuit viſa, & ad ſecundam Aulam in gradu remiſſionis pervenit, uti teſtatur Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, n.* 514.

Cujus tamen affirmativa pars (nempe, quòd 2
civitas, villa, aut quodlibet oppidum teneatur vicinos de novo venientes, ſeu cives recipere) ſequentibus nititur fundamentis.

Primò ex eo, quòd ea, quæ reipublicæ expe- 3
diunt, ſecludi, aut renui minimè poſſunt, *l.* 2. *§. jus Reipublicæ, ff. de adminiſtratione rerum ad civit. pert. l. jus publicum, ff. de pactis, l.* 1. *§. quod ſi nemo, ff. quod cujuſque univerſit. nomine:* ſed Reipublicæ intereſt civitatem, aut villas civibus, aut vicinis ampliari, *l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, melior 4
tex. *in l.* 2. *C. commun. de manumiſſionibus*, ibi: *Ut ſint omnes cives Romani conſtituti: ampliandam enim magis civitatem noſtram, quàm minuendam eſſe cenſemus.* & in *l. fin. §. penultimo, ff. de bonis damnatorum*, & in *l.* 2. *C. de indicta viduitate*; unde interrogatus Homerus, quis eſſet maximus civitatis ornatus, inquit, *Pueros, & Turres*: per pueros, populi amplitudinem ſignificans, Mieres *de majoritatibus*, 1. *part. quæſt.* 57. *num.* 3. Gironda *de privileg. num.* 34. Ergò nullo modo civitas, aut villa poterit ſe excuſare à receptione civium, nec vicinitatem denegare.

Secundò pro hac parte urget text. *in l. nihil,*
*ff. ad municipalem*, ibi: *Nihil eſt impedimento,* 5
*quominus quis, ubi velit, domicilium habeat, quod ei interdictum non ſit.*

Tertiò, quia iniquum, & contra ratio- 6
nem eſt populos non admittere vicinos, vel cives, ut in *Authen. de quæſtoribus, poſt principium, collatione* 6. cujus Baldus memi- 7
nit in *cap.* 1. *de pace Conſtantiæ.* Et ex avaritia, & ambitione procedere videtur civilitatem, ſeu domicilium, ac ejus privilegia volenti denegare. Quod omnino debet eſſe alienum à civitate, vel villa, argumento text. in *l. ambitioſa, ff. de decretis ab Ordine*



*dine faciendis*, & in *l. ſub prætextu* 2. *ff. de extraordinariis criminibus*, Innocent. *in c. cum acceſſiſſent, de conſtitutionibus.*

8 Quartò, quia videtur monopolium quoſdam in cives admittere, quoſdam verò reprobare, ut in *l.* 1. *C. de monopoliis*, & in *cap. conſpiratorum* 11. *quæſt.* 1. *cap.* 1. *§. conventicula, de pace juramento firmanda*, ubi Baldus *in uſibus feudorum, l. titul.* 7. *partit.* 5. Bart. *in l. fin. colum.* 4. *de collegiis illicitis*, & conducunt notata per Plateam in *l. in agro, C. de profeſſoribus, & Medicis, lib.* 10. late, & copioſè Laurentius Sylvanus *conſilio* 1. *n.* 135. *cum ſequentibus.*

9 Quintò firmatur hæc ſententia, quia aliàs induceretur quædam ſervitus, per quam vicinorum infringeretur libertas: ſi enim quis non poſſet civitatem, aut villam compellere, ut illum reciperet in civem, vel vicinum, neceſſariò maneret in ſuo oppido, quod ſervitutis ſpeciem continet, & nullatenus ferendum eſt: juri etenim apertè repugnat, ut in *l. Titio centum, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*, tradunt Burſatus *conſilio* 204. *numer.* 18. *libr.* 2. *& conſilio* 207. *num.* 5. Matthæus de Afflictis *in conſtitutionibus Neapolitanis, lib.* 3. *rubrica* 9. *folio* 261. & quòd non valeat pactum in contractu matrimonii, quod quis teneatur habitare in aliquo loco, contra Antonium de Butrio, & Abbatem *in cap.* 1. *qui matrimonium accuſare poſſunt*, tenaciter defendit Antonius Gomez, *tom.* 2. *variarum, c.* 10. *n.* 24. quem refert Mieres *de majoritatibus* 1. *part. quæſtione* 57. *num.* 2. in nova impreſſione.

10 Sextò, & ultimò pro hac opinione eſt textus apertus, qui cavillari non poteſt, in *l.* 2. *titul.* 9. *lib.* 7. *novæ Recopilat.* cujus hæc ſunt verba: *Qualeſquieras perſonas que viven, y moran en qualeſquier ciudades, y villas, lugares deſtos nueſtos Reynos, y ſeñorios, aſſi de Realengo, como de Abadengo, Ordenes, y Señorios, y Behetrias, que ſe quiſieren paſſar à vivir de ellos à otros lugares, y partes con ſus bienes, y haziendo lo puedan hazer, y ſe avecindar en ellos, y ſacar ſus ganados, y pan, y vino, y otros mantenimientos, y todos los otros ſus bienes muebles que tuvieren en los lugares donde primeramente vivian, y moravan, y los paſſar, y llevar à los otros lugares; y partes donde nuevamente ſe avezindan, y ningun Grande, ni Cavallero no gelo empache, ni perturbe, y los dexen que vendan ſus bienes rayzes ſi quiſieren, ò los arrienden à quien quiſieren, y no empachen à los que los quiſieren comprar, y arrendar, que los compren, y arrienden.* Cujus legis authoritate hanc partem, ut receptiſſimam, & juri tàm communi, quàm Regio conſonam expreſsè amplectitur Azevedo, & *ibi* Burgos de Paz in *dict. l.* 3. *ex n.* 114.

11 Nec huic reſolutioni quidquam obſtabit, quod aliàs, ſi non eſſet in poteſtate villæ, aut civitatis admittere, vel reprobare cives, & vicinos, fruſtratoria, & ſupervacanea videretur diſpoſitio *legis* 1. *ff. ad municipalem*, cùm materia de receptione civium, de qua per Antonium Rubeum *conſilio* 9. incipit: *In cauſa quæ vertitur*, num.8. ut in *l. fin. ff. ne quid in loco publico*, ibi *Alioquin inane, & illuſorium Prætoris imperium erit.*

12 Quia reſpondetur, quòd etſi ex *dicta l.* 1. & Bart. & ſequacium ſententia conſtet nullum civem, aut vicinum dici, niſi à civitate admittatur tacitè, aut expreſsè: non tamen exinde ſequitur civitatem, aut villam vicinitatem petitã alicui denegare poſſe.

Nec etiam obſtat ſententia Baldi *in c.* 1. *columm.* 13
*final. de forma fidelitatis, in uſibus feudorum* dicentis venientibus de novo ad patriam alienam ingreſſum interdici optimo jure poſſe, ex text. *in l. Quintus, ff. de ſervitutibus ruſticorum prædiorum:* Quia Baldus loquitur in diverſo caſu, & ideo ad noſtrum protrahi ejus ſententia non debet: quinimmò, & ſi in ſpecie noſtra loquutus eſſet, ab eo recedere deberet, ſi quidem apertè prædictis rationibus, & fundamentis adverſatur.

Ex qua ratione illud deducitur, quòd nec etiam 14
poterit civitas, aut villa gravare civem, aut vicinum de novo venientem poſtulare, ut ſe obliget, vel fidejuſſionem, cautionem, aut ſecuritatem præſtet conſervandi vicinitatem, & manendi præciſè in illa civitate, aut villa per certum tempus; nec ſub hoc prætextu poteſt retardari, aut differri, vel denegari vicinitatis conceſſio: quia hæc debet liberè, & abſque aliquo impedimento fieri, & concedi, etiam ſi ſtatutum, vel ordinatio quælibet fuerit in contrarium, ut patet 15
ex *dicta lege Regia*, ibi: *Y ſi algunos eſtatutos, ò ordenanças, ò mandamientos contra eſto tienen hechos, y dados, mandamos que los revoquen, y anulen luego*, & ibi: *Y nos por la preſente los revocamos, y anulamos, y queremos que no vallan, ni ayan fuerça, ni vigor de aqui adelante. Y les mandamos, y defendemos que no uſen dellos, ſalvo ſi por concordia, y por comun conſentimiento de los Concejos, donde primeramente vivian las tales perſonas, y donde nuevamente ſe van à vivir, eſtuviere hechayguala, y expreſſa conveniencia en la forma, y con la ſolemnidad que ſe requiere, para que los vezinos de un lugar no ſe puedan paſſar à vivir à otro.*

Quinimmò, & ſi vicinus de novo veniens (cum 16
tamen ad id compelli non pôſſit) per pactum ſe obſtrinxerit, & obligationem fecerit de reſidendo per tempus certum in eo loco, conventionem ſervare non tenebitur. Quamvis enim de jure communi valida ſit conventio ab aliquo facta habitandi in certo loco, ut in *l.* 2. *C. de agricolis, & cenſitis, libr.* 11. & in *l. originarios*, & in *l. ſervos, eodem titul.* & in *leg.* 89. *titul.* 18. *partita tertia*, ibi: *Otro ſi prometio por ſi, y por ſus hijos, de morar en tal ſu heredamiento para ſiempre jamas*; quem textum dicit notabilem ibi Gregorius Lopez adverſus notata in *dicto §. Titio centum*; tamen talis conventio reprobata eſt, ex *lege tertia, dict. tit.* 9. *lib.*7. *Recopilat.* ibi: *Porque algunas perſonas de nueſtro Señorio Real, ſe van à morar à algunos lugares de ſeñorios por las exempciones que les conceden, y hazen allà obligaciones de guardar vezindad ſo ciertas penas. Nueſtra merced, y voluntad, es, que los tales paguen por los bienes que tuvieren en lo Realengo, y que ſe vinieren à la tierra Real, que ſean quitos de tales penas que ſobre ſi otorgaren, aunque ayan fecho juramento: mandamos que no ſean prendados por ellas los bienes que en el ſeñorio tuvieren.*

### NOTÆ AD CAP. V.

CIrcumſcripta *lege Hiſpana*, cui innititur 1
noſter *Oter*, qui illam adducit *num.* 10. reſolutio *ibi* capta, ut neceſſariò Oppida teneantur recipere petentes ſe admitti ad civilitatem, ſeù viciniam, etſi aliundè venientes, nullatenus in praxi recipitur; cùm paſſim ſit invulnerabilis libertas oppidanorum recipiendi, ſeù rejiciendi ab eorum vicinia, & civilitate quoſcum- 2
que

que aliundè venientes, & eam petentes: hicque
eſt uſus communis, & univerſalis Italiæ, & alio-
rum Principatuum, & immò eſſe etiam de jure,
poſt allegatos *text. in l. aſſumptio. ff. ad municip. &*
*in l. Cives. C. de incol. lib.* 10. firmat *Laderch. conſ.*
61. *n.* 5. *verſ. ſicut enim*, *de quo in Mea colluct.*
*legal.* 44. *n.* 27. 28. *vol.* 1. Auctorem tamen No-
ſtrum *in hoc cap.* collaudat *Balmaſeda de collect. q.*
61. *ubi alios de materia agentes congerit.*
3 Ac ſententia *hic* ſub n. 9. poſita, quòd non va-
leat pactum in contractu matrimonii, ut alter
ex conjugibus teneatur habitare in aliquo loco,
non eſt tuta, cùm adverſarios, & fortè meliùs
ſentientes habeat, *viden. penes Roſignol. de ſponſal.*
*Pont. de matrim. lib.* 12. *c.* 20. *n.* 8. *ſequutos à Rota*
*poſt Contr. diſcept. dec.* 167. *n.* 2. ubi, quod eſt cer-
ta concluſio, *coram Roxas. dec.* 437.
4 Sed nec etiam recipitur *apud Nos*, *& Alios*,
quòd non poſſit adſtringi civis de novo veniens
5 ad habitandum, ut *hic n.* 14. 15. 16. dum immò
non aliter recipitur regulariter, niſi ſub condi-
tione, ſeu modo, ut veniat ad habitandum, ac
de facto habitet: uti videri poteſt penes *D. D.*
*ſuperiùs allegatos* tangentes inſuper, quid ſit
6 cenſendum, quando eidem Civi fuit adjectum
onus ædificandi, ſeu acquirendi aliquid; diſtin-
guendo inter modum, & conditionem, uti pri-
mo caſu non amittatur civilitas, non adimpleto one-
re, niſi præceſſerit interpellatio, & præfixio ter-
mini ad adimplendum; ſecundo verò caſu non
acquiratur civilitas, niſi priùs adimpleto onere.
*Menoch. conſ.* 131. 132. *Gratian. diſcept.* 124. *n.* 11.
*Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 98. *n.* 54. ubi
de onere habitandi, *tom.* 1. *Leoncil. dec.* 27. *Cy-*
*riac. contr.* 153. *à n.* 54. *ad* 60. *tom.* 1. *Card. de Lu-*
*ca tit. de præhem. diſc.* 38. *n.* 9. *lib.* 3. *Add. ad Bu-*
*ratt. dec.* 811. *n.* 11. *Rota coram Duran. dec.* 333.
*in fin. tom.* 2. *Card. de Luca tit. de matrim. diſc.* 10.
*lib.* 14. *Rota coram Celſo. dec.* 9. *& in ead. cauſa in*
*rec. deciſ.* 35. *p.* 11.
7 Benè verum eſt, quòd, ſuperveniente aliqua
juſta cauſa, puta infirmitatis, non attenditur hoc
pactum, quo non obſtante, Uxor tenetur ſequi
virum, *cum pluribus* fuit reſolutum *penes Capi-*
8 *blanc. d. pragm.* 9. *n.* 52. *& à Rota coram Celſo d. dec.*
9. *n.* 23. *ac per tot.* quamvis etiam idem pactum fu-
iſſet juramento firmatum, ut *ibid. n.* 4. *cum Pont.*
*de matr. c.* 20. *n.* 8. *in fin. verſ. limitanda tamen*,
*lib.* 2.
9 Et in dubio ſentiendum eſt, quòd Uxor te-
neatur ſequi virum, *Rota ead. dec. n.* 9. 11.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT VI.

### ARGUMENTUM.

De uſu paſcui publici quoad dominos oppi-
dorum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Domini oppidorum in eis non habitantes, an paſcuo uti poſſint, proponitur quæſtio.*
2 *Expenditur pro affirmativa parte in favorem dominorum, text.* in l. 2. C. de paſcuis publicis, lib. 11. *n.* 10.
3 *Expenditur hujus partis ſecundum fundamentum, & in eo quòd Domini oppidorum per Gubernatores Judices, Officiales, ſeu miniſtros à ſe conſtitutos, habitare in ſuis oppidis dicuntur.*
4 *Dominus vaſſallorum, & in oppido ſuo habitantium caput eſt.*
5 *Dominus oppidi majora ſubſtinet onera, quàm quilibet alius vicinus.*
6 *Dominus oppidi contributioni ad inſtructionem pontium, & murorum, æquè cum ſuis vicinis obnoxius eſt.*
7 *Dñs territorii, etſi in aliquo loco particulari habitet, in omni parte territorii habitare cenſetur.*
8 *Expenduntur pro contraria ſententia tex.* in l. 9. *& in l.* 29. tit. 28. p. 3. *& alia jura in propoſito.*
9 *Dominorum alicujus oppidi, & incolarum, ſeu vicinorum magnum eſt diſcrimen.*
11 *Traditur ratio, propter quam conceditur habitantibus in oppido uſus paſcui.*
12 *Referuntur Doctores, qui defendunt Dominos oppidorum in eis non habitantes paſcuo uti non poſſe.*
13 *Reſpondetur remiſſivè fundamentis contrariæ opinionis.*
14 *Conſuetudo in uſu paſcui ſemper attenditur, præſertim immemorialis.*

VIcinitatem, & habitationem ad uſum paſ-
cui publici requiri *ſuprà* firmavimus: unde
conſequens eſt, & ſuccedanea diſputatio, an li- 1
ceat Dominis oppidorum paſcuis publicis eorum
uti, & de ratione, ac modo iſtius paſcui aliqua
prænotare. Et ſanè dubium iſtius capitis non ver-
ſatur circà Dominos in loco paſcui habitantes,
quibus utique non ſolùm patere debent pro ſuis
gregibus alendis paſcua publica; verùm duplex
portio, & veluti duobus vicinis competit, ut
ex doctrina *Collectarii* tradit D. Præſ. Covarr. *in*
*pract. c.* 37. & pluribus relatis opinionibus, fir-
miter concludit Bur. de Paz *in l.* 3. *Tau.* 1. *p. ex*
*n.* 495. *uſque ad num.* 510. Verſabitur igitur
circà Dominos in ſuo oppido non habitantes, quos
etiam paſcuo publico uti poſſe ſequentia inducunt
juris argumenta.
Primum deducitur ex *l.* 2. *C. de paſcuis publicis*, 2
*lib.* 12. per quem textum ita docent Joannes de
Platea, Andreas de Barul. & Jacobus Rebuffus,
affirmantes Baronibus, & Comitibus in territoriis
ſuorum oppidorum eſſe paſcua concedenda.
Secundò, quia ex quo Domini in oppidis 3
ſuis Prætores, & Gubernatores habent eorum re-
præſentantes perſonam, ac vicem gerentes, ut
in *cap. non putamus*, *de conſuetudine*, *in* 6. alioſ-
que adminiſtratores ſuorum fructuum & redituum
collectores, qui caſtruum, ſeu domum ſuam in-
habitant, quodammodo, mediantibus his vi-
dentur habitationem continuam conſervare, ut
in *l. cum antiquitas*, *C. de uſufructu*, ubi proba-
tur, quem in loco habitare eſſe cenſendum, etiam
ſi per alium habitet & in *l. ſi mulieri*, & *ibi* Gloſſ.
*ff. quibus mod. uſusfructus amittatur*, & in *c. is*
*qui habet*, *de ſepult. lib.* 6. docet Felin. in cap. *quo-*
*niam*, *de Offic. Ordin.* Carol. Ruinus *conſ.* 18. *lib.*
5. & nos *ſuprà* diximus *c.* 4. *n.* 28. *&* 29.
Tertium fundamentum (nec parvi ponderis) 4
deſumitur ex eo, quod Dominus vaſſallorum,
& in oppido habitantium caput eſt: Ergò, &
civis, & vicinus, argumento text. in *dict. leg.*
*cives*,



*cives*, *C. de incolis*, *libr.* 11. & expreſsè firmat
Baldus in *l. obſervare*, *§. proficiſci*, *ff. de officio*
*Proconſulis*, *nu.* 12. *in fine.* Cum igitur non liceat
à capite membra diſcedere, ut *in c. cum non li-*
*ceat*, *de præſcriptionibus*, conſequens erit Domi-
num, & vaſſallos, quoad uſum paſcui eodem
5 jure eſſe judicandos. Maximè, quia Domi-
nus oppidi majora ſuſtinet onera, quam quili-
bet ipſius vicinus, civis, aut incola. Guber-
nationis enim cura, onuſque regiminis ab eo
pendèt, ejus expenſis Judices creantur, viſita-
tores mittuntur, *cap. procurationes*, *cap. ſopitæ*,
14. *de cenſibus*, & alia pleraque oneroſa eorum
ſolicitudini ſubjacent, de quibus Guido Pap.
*quæſt.* 63. Avend. *de exequend. mandatis*, *c.* 9.
6 Præterea, quia Dominus cujuſlibet oppidi contri-
butioni ad inſtructionem pontium, reparationi
murorum cum ſuis vaſſallis obnoxius eſt, ut pa-
tet ex *l.* 5. *tit.* 4. *libr.* 4. *ord. l.* 18. *tit.* 1. *lib.* 7.
*ejuſdem ord.* & obſervat Petr. Antib. *de muneribus*,
*& honoribus*, *num.* 39. ubi etiam diſputat, an ad
alias collectas teneatur *n.* 95. Guido Papa *quæſt.*
385. & in tuendis ſuis territoriis etiam oneratur,
*l. in nomine Domini*, *§. in Sardinia*, *C. de officio*
*Præfecti Prætoris Africæ:* igitur ſecundùm natu-
ram eſt eum ſequi paſcui, & emolumenti publi-
ci commoda, quem ſequuntur incommoda, & o-
nera, ex vulgari regula *legis. ſecundùm naturam.*
*ff. de regulis juris.*
7 Quartum hujus aſſertionis tutamen ea inſidet
conſideratione, quod Dominus territorii, etſi
in aliquo loco particulari domicilium habeat,
cenſetur in omni parte territorii habitare, &
vicinitatem habere, ut argumento textus in *cap.*
*omnis*, *de majoritate*, *& obedientia*, juncta Gloſſ.
*ibi* affirmat Bartolus in *l. aſſumptio*, *§. penultimo*,
*ff. ad municipal.* Baldus *in l. ſi quis ad declinan-*
*dam*, *C. de Epiſcopis*, *& Clericis*, Socinus *in cap.*
*fin. de foro compet.* Andreas Iſernia *in titul. quæ*
*ſit prima cauſa beneficii amit. colum.* 4. *verſi. fin.*
*quorum intuitus*, Paris de Puteo *in tractatu de*
*ſyndicatu*, *verbo*, *ſtatutum*, in cauſa cujuſdam
civitatis, quæ ex conſuetudine, ſive privilegio
uſum paſcui gratuitum habebat in alio oppido,
reſpondit ſimiliter Dominum civitatis prædicto
paſcuo gratis uti poſſe, ſicut & cæteros cives.
8 Contraria tamen ſententia verior, & ſecurior eſt,
præſtantioribuſque juris fulcimentis vallata. Et
pro ea expendi ſolet *text.* apertus, qui cavillari
non poteſt, in *d. l.* 9. *tit.* 28. *par.* 3. ibi: *Mas*
*los que fueſſen moradores en otro lugar*, *no pueden*
*uſar dellos*, & in *l.* 29. *ſequenti*, *ejuſdem titali*,
*& partitæ*, ibi: *Y como quier que ſean comunal-*
*mente de todos los moradores de la ciudad*, *ò de*
*la villa*, & paſſim in pluribus aliis legibus, idem
exprimitur, ut in *l.* 5. *&* 7. *tit.* 29. *par.* 3. &
verbum illud, *moradores*, de quo in *dictis legi-*
*bus Regiis*, debet intelligi propriè, & verè, ut
cum Avend. *lib.* 1. *de exeq. cap.* 4. *num.* 24.
*& c.* 14. *num.* 20. *& aliis* contendit Ignatius del
Villar. *d. lib.* 1. *ſylvæ reſponſorum*, *reſponſo* 7.
4. *par. numer.* 3. *&* 5. Nec convenit Dominis
non habitantibus in eorum locis, quia is pro-
priè dicitur in villa morari, aut habitare ad com-
modum paſcui, qui in ea reſidet, & commora-
tur majore parte anni, ut diximus in *cap. præce-*
*denti*, & qui cum familia ſua ibi inhabitat, fo-
cum illic faciens, & omnia alia, quæ incolæ
facere conſueverunt, & licèt Dominus habeat
dominium ſuorum oppidorum non tamen ex
hoc, ejus incola, vicinus, & habitator dici poteſt,
ut in *l. libertus*, *§. ſola*, *ff. ad municipalem*, & in
*l. cum nec*, *C. de incolis*, *lib.* 10. Stephan. Ber-
trandus *conſ.* 51. *Viſo. conſultationis*, Thomas
Grammat. *conſ.* 5.
Secundò inter incolas alicujus oppidi, & Do- 9
minum ejus, diſcrimen in jure noſtro ſolet præ-
notari, ut *in c. ex parte tua*, *de clerico ægrotan-*
*te*, ibi: *Princeps terræ illius*, *ac cives civitatis*
*ejuſdem à te poſtulant*, ubi notat *Ant. de But.*
quinimò ratione dominii domicilium Dominum
loci non ſortiri expreſsè deducitur ex *Clem.*
*Paſtoralis*, *§. denique*, *de re judic.* ibi: *Deni-*
*que licet Rex ipſe terras aliquas ab Imperatore*
*enere dicatur in feudum*, *non tamen in eis*, *ſed*
*in Regno præfato domicilium ſuum ſolvebat*, *&*
ultra Joan. de Imol. *ibi*, ita pungit Corſetus in
*tractat. de poteſtate Regia*, *num.* 64. *quæſt.* 18. *in*
*duodecimo volumine tractatuum Doctorum*, & fa-
cit elegans tex. in *l. lex Cornelia*, *§. ſi tamen in*
*fundum*, *ff. de injuriis*, ibi: *Quia non poſſit ibi do-*
*micilium habere*, *hoc eſt per omnes villas ſuas*,
quæ verba ita in propoſito intelligit Bart. *illic ver-*
*ſic.* 1. qui ita inquit, *dico quod Labeo*, *qui dicit*
*quem non poſſe habere domicilium per omnes villas*
*ſuas*, *intelligitur de habitatione*, *quia non poteſt*
*quis habitare in pluribus villis*, & conducit text.
*in cap. ex parte*, *de foro compet.* juncta Gloſ. *in*
*verbo*, *Andegavenſi*, ubi probatur, Baronem, ſeu
Dominum terræ, non eſſe habitatorem, ſeu inco-
lam ejuſdem, nec intuitu ſolius dominii dici poſſe
in ea commorari, niſi verè, & realiter habitet, &
idem deducitur ex *l.* 11. *tit.* 20. *par.* 1. & videndus
Thom. Gram. *deciſ.* 103. *num.* 111.
Tertiò pro hac parte facit tex. in *l.* 2. *C. de paſ-* 10
*cuis publicis*, *libr.* 11. per quem expreſsè docet
Paulus Caſtrenſis *conſilio* 376. *Licet Judex*, *in*
*fin. libr.* 1. quod paſcua civitatis non ſunt in do-
minio ipſius Domini Univerſitatis, ſed ipſius
Univerſitatis, & probatur *in l. in tantum*, *§.*
*univerſitatis*, *ff. de rerum diviſione* (& nos *ſuo ca-*
*pite* dicemus) Craveta *conſil.* 154. *Viſo proceſſu*,
*colum.* 1. Covarr. *in practicis*, *cap.* 37. Petrus
Antibolus, *in tractatu de muneribus*, *num.* 193.
*cum ſequenti*, qui ait ex hoc dominum oppidi,
ut potè non habentem dominium paſcuorum, non
poſſe concedere exteris, ſeu forenſibus caſtri,
aut oppidi ſui nemora prece, vel pretio, etſi
ipſe Dominus habeat dominium, & juriſdictio-
nem ipſius oppidi, quod *ibi* pluribus confirmat
rationibus.
Quartò & ultimò ex eo, quòd ratio, propter 11
quam uſus paſcui publici conceditur habitanti-
bus in oppido, utique eſt, ut oppida populen-
tur, & augeantur, & habitatoribus abundent,
ut in *l.* 2. *in fine*, *C. communia de manumiſſioni-*
*bus*, ibi: *Ampliandum enim magis civitatem no-*
*ſtram*, & in *l.* 2. *C. de indicta viduitate tollenda*,
Rubeus *conſ.* 9. *in fine*, *In cauſa quæ vertitur*,
*num.* 5. Gironda *de privilegiis*, *num.* 34. ibi: *Ratio*
*eſt*, *ut oppida habitatoribus abundent*, & ſuprà di-
ximus *cap.* 5. *num.* 4. quæ quidem ratio, & legis
mens in Dominis populorum in eis non habitanti-
bus utique deficit, & labefactatur, ergo per con-
ſequens deciſio ex vulgata regula *capituli*, *cum*
*ceſſante*, *de appell.* & *l. adigere* 6. *D. de jure patron.*
Quibus, & aliis fundamentis hanc ſententiam, 12
ut veriſſimam tuentur, & latiſſimè comprobant
Burgos de Paz *in d. l.* 3. *Tauri*, *par.* 1. *concl.*
3. *à n.* 462. Greg. L. op. *in dict. l.* 9. *tit.* 28. *par.*
3. Didac. Covarr. *d. cap.* 37. *pract.* Petrus de
Avend. *d. tracta. de exequendis manda. cap.* 4. *nu.*

20. *verſi. Ex quo dicebant*, Narbona *ubi ſup.*
226. *cum ſequenti.*

Et ea retenta, non oberunt fundamenta con-
trariæ opinionis, in quorum ſolutione, & ſa-
13 tisfactione non immorabor, quia eis ſigillatim
reſpondet *Burg. de Paz* omninò videndus, *ubi*
*proximè, ex n. 486. verſi. & hanc partem*, cum
*pluribus ſequentibus, uſque ad n. 493.*

Illud tamen noſſe oportet, quod, cum in paſ-
cuis antiqua conſuetudo ſervanda ſit, ut in *di-*
14 *cta l. 1. in fine, C. de paſcuis publicis, l. 11.*
docet Laurentius Calcaneus *conſ.* 49. incipit,
*Commune contra commune, col.* 2. & idem col-
ligitur *ex l.* 20. Curiarum *Matriti anni* 1528.
ſi Domini oppidorum probaverint uſum paſcui
per tempus immemoriale, licet in oppidis non
habitaverint, poterunt utiquè virtute immemo-
rialis temporis, & præſcriptionis abſque habi-
tatione jure paſcui publici frui, ut cum Franciſ-
co Balbo *in tractat. de præſcript. 2. part. quartæ,*
*3. q. principali*, & Cæpola *in tractatu de ſervitu-*
*tibus, cap. de ſervitute juris paſcendi, verſic. ſed*
*dubium poteſt eſſe*, & tradit Burgos de Paz *d.n.*493.

## NOTÆ AD CAP. VI.

TActum fuit *ſuprà in Not. ad c.* 2. *§. nec Ba-*
*ro*, quod in tantum Baro, ſeù alius habens
1 juriſdictionem loci, poteſt uti Paſcuis Univerſi-
tatis, in quantum ſit incola ipſius loci, & *hunc*
*locum affert Balmaſeda de collect. q. 40. num.* 3.
Auctor Noſter *in hoc cap.* latè fundat Baronem
non poſſe uti paſcuo publico, niſi habitet, nec
2 ſufficiat habitare per ſuos agentes, & miniſtros,
hancque ſententiam ſecuriorem, veriorem, ac
veriſſimam nuncupat *n.* 8. 12. *ubi dat concordan-*
*tes.* Quod tamen intelligas, juxtà diſpoſitionem
*Legis Hiſpan.* cujus *textum* in hoc non poſſe ca-
3 villari, inquit *Auctor. n.* 8. & videatur *Hermoſil.*
*ad l. Hiſp. l. 15. gloſ. 2. à n. 3. ubi plenè tit. 5. p. 5. t. 2.*

Cæterùm de jure communi res non eſt tàm
quieta, ac videri poſſunt, præ aliis *Barbat. de*
4 *diviſ. fruct. p. 1. c. 6. n. 65. & ſeqq. Capiblanc.*
*de Baron. in pragm. 11. to. 1. à Ponte de poteſt.*
*Proreg. tit. 3. de elect. official. §. 2. Franch. dec.*
*197. & 301. ac utrobiquè Omnes Adden.* & ſi-
gnanter, quod ſit dubitandum de dictis *per Aven-*
*dan.* cujus auctoritate moventur *Cæteri*, & cum iſtis,
*Auctor noſter*, ut ſcilicet Baro tantum uſum ha-
5 bet, quatenus habitat, cum immò ſufficiat abſque
habitatione habere Terræ dominium, quod cau-
ſat civilitatem, obſervat *à Ponte d. §. 2. ſub n.* 13.
ubi, quod ſic practicatur, & hoc jure utimur.
*Capiblanc. pract. qq. ſuper pragm.* 12. *de Baro-*
6 *nib. c.* 84. *n.* 5. ubi rejicit, ſeu declarat *contra-*
*rios*, veluti loquentes in perſonis, quæ habent
juriſdictionem temporaneam, qua durante, du-
rat civilitas, & in non habentibus perpetuum do-
minium, & auctoritatem *tom.* 2.

7 Hincque fortè invaluit, quòd, ſicuti in materia
uſus paſcuorum antiqua conſuetudo eſt ſervanda
*ad l. 1. in fin. C. de paſc. publ. l.* 10. *& Noſter*
*Oter. hìc n. 14. & prius c. 3. n.* 2. eoque citato,
*Rocca diſp. jur. c. 168. n. 22. l. 2. ubi addit Card.*
*de Luca tit. de regalib. diſc. 94. n. 10. l. 2. ac alibi*
*tangitur ſæpè*, ita eadem conſuetudo militat pro
8 Barone, uti Patre Univerſitatis, uti & ſingulorum;
uti cive primo inter Omnes, & uti Capite aliorum,
ne exigatur in eo illa ſtricta cenſura habitationis
in loco ad hoc, ut etiam abſens frui valeat paſ-
cuis publicis, quæve, ſi adſit, indubitanter ſer-
vari debet, in puncto *Hermoſil. ad ll. Hiſpan.*
*l. 15. gloſ. 2. n. 84. tit. 5. p. 5. Caldas de empt.*
*& vendit. c. 21. nu. 10. facit Antunnez. de do-*
*nat. regiis l. 3. c. 9. ſub num. 78. tom.* 2. pro cu-
jus conſuetudinis probatione, etiamſi tractaretur
de immemorabili, cum ſuis operandi effectibus 9
videri poſſunt ea, quæ latè traduntur *per Me in*
*collect. legal. 4. & 47. vol. 2. ac alibi, de Luca*
*Melphiclen. ad Franch. d. dec. 301. ex n. 13. to.* 2.

Collaudatur *Noſter Auctor in hoc c. 6. num.* 5.
à *Balmaſeda de collect. q. 43. ſub n.* 8.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAP. VII.

### ARGUMENTUM.

An Prætores, ſuorumque Locumtenentes, Ca-
ſtellani, cæterique Judices, & eorum Mini-
ſtri, & famuli ſui, durante officio, paſcuo
publico uti poſſint.

### *SUMMARIUM.*

1 *Prætor, Magiſtratus, & Judex utrum, duran-*
*te officio, paſcuo publico uti poſſit, & vicinus*
*reputetur, diſputationi ſubmittitur.*
2 *Prætor, Magiſtratus, & Judex vicinorum oppi-*
*di caput eſt.*
3 *Expenditur text. in* l. cives, *juncta expoſitione*
Gloſſæ, *verbo*, allectio, *& in* l. Senatores, C.
de incolis, l. 10.
4 *Cives vocantur* Municipes, *& Magiſtratus*,
Municipales.
5 *Magiſtratus, & Judex frequenter in oppido ha-*
*bitat, & reſidere debet.*
6 *Referuntur Doctores, qui defendunt Prætores,*
*Judices, & Magiſtratus, durante officio, vi-*
*cinos reputari, & paſcuis potiri debere.*
7 *Referuntur Doctores, qui contrariam opinio-*
*nem ſunt ſequuti.*
8 *Adducitur ratio hujus opinionis.*
9 *Prætores, Magiſtratus, & Judices per tempus*
*officii videntur animum habitandi habere.*
10 *Reſpondetur, & ſatisfit objectioni contrariæ opi-*
*nionis.*
11 *Prætores, Magiſtratus, Judices, & cæteri Offi-*
*ciales, an teneantur ad onera aliorum vicino-*
*rum, traditur remiſſivè.*
12 *Famuli mercenarii, & ſervitores Prætorum, &*
*Magiſtratuum, cæterorumque Officialium vici-*
*ni, & habitatores dicuntur, & paſcuo pu-*
*blico in loco, ubi commorantur, frui debent.*
13 *Famuli mercenarii, ſicut cæteri vicini à mune-*
*ribus publicis non excuſantur.*
14 *Expenditur text. in* cap. rogationes, de con-
ſecratione, diſt. 3. *juncta* l. plebs, ff. de ver-
bor. ſignific.
15 *Expenditur text. in* l. 1. & 2. C. de Epiſcopis,
& Clericis.
16 *Famuli mercenarii, nec ad vicinitatem reci-*
*piuntur, nec munera publica ſubeunt.*
17 *Famuli mercenarii frequenter nec animum per-*
*manendi in oppido habent, nec ullam bono-*
*rum ſubſtantiam.*
18 *Famuli, & Dominus unius tantùm perſonæ lo-*
*co habentur.*
19 *Famuli (ſecundùm diſtinctionem quæ traditur)*
*hìc vicini, vel cives reputantur.*

HUjus capitis deciſio & propoſiti dubii reſolutio
ab ea profectò depēdet quæſtione, an Magiſtra-



tus, vel Judex electus, durante officio, civilita-
tem habeat, & vicinitatis commoda, ac privilegia
conſequatur.

2 In qua pro affirmativa parte illud in primis ad-
duci ſolet, quòd Judex, Prætor, ſeu Magiſtratus,
vicinorum Caput eſt, ſicut dicebamus *ſuprà, in cap.*
*præcedenti* de Domino oppidorum, authoritate
Baldi in *l. obſervare, §. proficiſci, n. 12. ff. de officio*
*Proconſulis.* Unde non minus, quàm cæteri cives,
& vicini publicis commodis gaudere debet, argu-
mento text. in *l. quoad ſtatum, ff. de teſtamento*
*militis*, obſervat Bart. *in l. municipes, §. fin. ff. ad*
*municipalem*, Petrus Surdus *deciſ. 330. n. 24. verſ.*
*Et vidimus, volum.* 2.

3 Secundò ex *dict. l. cives, C. de incolis, l.* 10. jun-
cta expoſitione *Gloſſ.* verbo *allectio*, & in *l. Sena-*
*tores in ſacratiſſima urbe domicilium dignitatis*
*habere videntur.*

4 Tertiò, quia cives vocantur *municipes*, & è
contra, *l. 1. ff. ad municipalem*, Judex verò ex ea-
dem ratione vocatur *Magiſtratus municipalis* in *l.*
*Lucius, & l. filius, §. Senatores, l. municeps, ff. eod. tit.*

5 Quartò, quia ſi ad habitationem reſpicimus
(quæ quoad uſum paſcui neceſſaria eſt, ut *ſuprà*
diximus) quis tam continuò, & frequenter in lo-
co habitat, quàm Magiſtratus durante officio?

6 Quibus, & aliis fundamentis hanc partem, &
juri, & rationi conſonam dicunt ultra Doctores
in *legibus ſuprà relatis*, Gloſ. in *c. fin. de parochis*,
verbo *habitatores*, Gloſſ. *in l. penultima, C. de inco-*
*lis, l.* 10. Platea *in dict. l. cives*, Puteus *de ſyndicatu*,
*verbo civilitas c. 1. & 2.* Cathald. *eodem tractatu, q.*
20. *n.* 17. Amadeus *eodem tractat. n.* 258. Aviles
*in c. 1. Prætorum, gloſſ. ni conſentiran, n.* 16. Boe-
rius *deciſ.* 260. *n.* 18. Menochius *de arbitrariis, caſu*
86. *n. 27. & ſequentibus*, (licèt tandem reſolvat
id relinquendum arbitrio Judicis, ut, aliquibus
inſpectis conjecturis, quarum nonnullas retulit
ibi, ex rerum, & perſonarum qualitate rem iſtam
decernat) Petr. Surd. *conſ.* 106. *n.* 6. Bobadilla *in*
*ſuo eleganti Politicorum tractat. lib. 5. cap. 1. n.* 58.
Burg. de Paz *in l. 5. Tau. n.* 397. Zerola *in praxi*
*Epiſcopali, 1. par. verbo Judex, verſi. decimo quin-*
*to*, Mod. Piſt. *illuſtrium quæſtionum part. 2. q. 85.*
*num.* 4. Gironda *tractatu de privilegiis, num.* 11.
Stephanus Gratianus 1. *tom. diſcept. forenſ.*
*cap.* 184. *num.* 50. Seſſe *deciſ. Aragon. 9. n.* 6.
*part.* 1.

7 Quæ reſolutio veriſſima eſt, & abſque du-
bio amplectenda; licèt contrariam amplexi fue-
rint Alciatus *reſp. 55. num.* 9. Menoch. *de arbitra-*
*riis caſu* 86. *n.* 8. Gratianus *diſceptationum, dict.*
*cap.* 181. *num.* 4. Ignatius del Villar obiter,
& nullum adducens fundamentum, *ubi ſuprà,*
*d. reſp. 7. 5. parte, num.* 22.

8 Qui tamen ea poſſunt ſe inniti ratione, quòd
Correctores, ſeu Officiales miſſi, cùm temporale
frequenter ſit eorum officium, vel exercitium
commiſſum, videntur habere animum redeundi,
& non permanendi, ſicut dicimus vulgò de ſcho-
laribus cauſa ſtudiorum in urbe Academica ha-
bitantibus, quorum habitatio domicilium, nec
vicinitatem non tribuit, ut in *dict. l. lex Cornelia*
*5. §. ſi tamen, ff. de injuriis*, ibi *Ponamus enim ſtudio-*
*rum cauſa Romæ agere, Romæ utique domicilium*
*non habet. &c.* ubi *Bart.* Socinus *in cap. ultim.*
*ad finem, verſic. ſi verò ſigna, de foro compe-*
*tenti*, Cephalus *conſil. 431. num.* 127. Ruinus
*conſ. 18. num. 12. lib.* 1. & facit text. *in l. quæ-*
*ſitum 76. in princip. de legat.* 3. & in *l. nihil,*
*in principio, ff. de captivis, & poſtlimin. re-*
*verſ.* & in *l. ex facto, la ſegunda, §. re-*
*rum, ff. de hæred. inſtituendis.*

Sed tamen fundamentum hoc facilè proſterni- 9
tur, ſi conſideres Correctores, ſeu Officiales,
aut Caſtellanos, ſaltem pro tempore officii ne-
ceſſariò cenſeri habere animum habitandi, ſeu
permanendi in illo loco: quinimmo ex injuncti
officii, ſeu miniſterii obligatione, & onere ad
id teneri, ut in *lib. 6. tit. 5. lib. 3. & in lib. 6. tit.*
*3. l. 7. novæ Recopil.* & utrobique notat *Aze-*
*vedo.*

Illa autem conſideratio, quòd officio finito, 10
poterunt diſcedere & ad patriam ſuam ſe revo-
care, in nihilo obeſt: ſi quidem id ipſum po-
terit conſiderari in quolibet vicino, cui ex *l.*
*Regia*, & ex his, quæ *ſuprà, in cap.* 5. addu-
ximus, & prænotavimus, libera manet facul-
tas recedendi, nec aliquo pacto poteſt obſtrin-
gi à loco, in quo vicinitatem habet, non diſ-
cedendi, novumque in alio oppido quærendi
domicilium, & ita reſpondet, & contrariæ opi-
nioni ſatisfacit Burgos de Paz *ubi ſuprà, d. n.*
397. *verſ. cui ſententiæ non officiunt.* Narbona
*in d. l. 20. gloſ. 2. ex num.* 26. An verò Cor-
rectores, Officiales, ſeu miniſtri ad onera alio- 11
rum vicinorum teneantur, diſputat Gratian. *d.*
*c. 181. n.* 52.

Utrùm verò famuli mercenarii iſtorum Cor- 12
rectorum, vel Officialium cives reputentur, &
vicini, ut paſcuis publicis, & cæteris commo-
ditatibus uti poſſint, diſputari, & in dubium
revocari frequenter ſolet. Nam & vicinos cenſeri,
& vicinitatis emolumentis frui debere non ine-
ptè ſuadetur ex doctrina Bartoli *conſ. 42. num.* 3.
*volum.* 1. ubi ait ſtatuta loquentia de habitan-
tibus civitatem obtinere, & procedere in eo,
qui eſt famulus alterius in eadem civitate habi-
tantis, quem refert Thomas Gram. *deciſ.* 87.
*num.* 4.

Quinimmò hos famulos, ut potè oppidanos, 13
& vicinos à muneribus non excuſari probatur in
*l. libertus 17. in principio, ff. ad municip.* &
conducit Gloſſ. verbo *ante ſiete teſtigos* in *l.* 1.
*tit. 1. par. 6. poſt medium*, quæ ait, quòd fa-
mulus poterit eſſe teſtis in teſtamento nùncupa-
tivo, in quo, ut notum eſt, neceſſariò teſtes
debent eſſe cives, ſeu vicini, ex *l. 3. Tauri.*

Deinde & facit text. in *cap. rogationes, de* 14
*conſecratione, diſt.* 3. ibi *De populo eſt*, juncta
*l. plebs, ff. de verbor. ſignific.*

Accedit pro hac parte textus in *l. 1. & 2. C.* 15
*de Epiſcopis, & Clericis*, & quod tradit Bal-
dus in *dict. l. obſervare, §. proficiſci, ff. de offi-*
*ciò Proconſulis*, ubi ait hos famulos, quemad-
modum & Dominos vicinos reputari.

Contraria tamen ſententia eo poterit vallari 16
fundamento, quòd famuli iſti non recipiuntur
ad vicinitatem, ſeu incolatum, nec populi one-
ra ſubeunt: unde conſequens eſt pro vicinis
non haberi, ut *l. 1. ff. ad municip.* ubi Bart.
*à n.* 16. & in *l. cives, C. de incolis, l.* 10. latè
Pariſius *conſ. 17. vol. 1. n.* 3.

Maximè, quòd iſti famuli frequentiùs ſine 17
animo diù permanendi, & abſque ulla bono-
rum ſubſtantia, domo, ſeu re familiari inve-
niuntur, & communiter degunt, & vivunt;
quare in eis non poteſt conſiderari talis habitatio
in oppido, quòd ejus intuitu paſcuis debeant
frui, ut argumento text. in *dict. l. nihil, ff. de*
*captivis, & poſtlimin. reverſis*, ut in *l. 2. &*
*in l. verum, Cod. de incolis, & originariis,*
*lib.* 10. & ex aliis fundamentis contendit Paulus
Pariſius *conſ. 53. n. 91. volum.* 3.

18 Tandem, quia famuli, & dominus una perſona reputantur, non autem diverſi vicini, nec diverſa capita, ut in *l. ſi vero, in principio, ff. de his, qui dejecerunt, vel effuderunt*, ubi notat *Baldus*.

19 Sed tamen hujus controverſæ quæſtionis vera reſolutio ea profectò diſtinctione præcluditur, nempe, quòd ſi iſti famuli domum ſuam de per ſe habeant, aut ſicut vicini fuerint recepti ſecundum ſtatutum municipale, aut conſuetudinem loci, & ibi cum uxore, vel filiis, aut bonis habitaverint, & muneribus, & oneribus publicis, ac communibus ſint expoſiti, ſine dubio, utpotè cives, & vicini habebuntur, & paſcuis publicis, & aliis emolumentis ſicut cæteri cives, & vicini, fruentur. Sin verò tales famuli, aut mercenarii ſint, quòd in eis non concurrant, quæ proximè diximus, ſed tantùm Dominis ſuis in eadem domo inſerviant abſque propria domo, & bonis, ut vulgò id contingit, & videmus in illis ſervitoribus, quos Hiſpano ſermone vocamus *Pajes, y otros criados ſemejantes, que aſſiſten en caſa*, in iſtis nulla poteſt conſiderari vicinitas, ſeu habitatio, ut paſcuo publico, & cæteris emolumentis uti valeant. Et ad hanc diſtinctionem reducenda ſunt, quæ in propoſito latè adducunt, & perpendunt, ultra *ſuprà* relatos Menochius *de arbitrariis, libro ſecundo, centuria 6. caſu* 572. Burgos de Paz *ubi ſuprà, concluſ.* 3. *num.* 411. *uſque ad num.* 420. Bonacoſſa *in tract. de famulis, quæſt.* 176. Gironda *dict. quæſt.* 1. *de privil. à numero ſeptimo uſq. ad n.* 25. Seſſe *deciſion. Regni Aragon.* 10. *num.* 8. Narbona *ubi ſuprà, num.* 222. *cum ſequenti.*

## NOTÆ AD CAP. VII.

IN Officialibus, & Miniſtris, de quibus agitur *in hoc cap.* quod ſingulariter, *Auctore allegato*, approbat *Balmaſeda de collect. q.* 43. *nu.*
1 40. concurrit civilitas (quæ ratione officii, ac miniſterii acquiritur. *Capiblanc. ſuper pragm.* 12. *de baronib. c.* 61. *num.* 9. *& c.* 84. *num.* 2. *& ſeqq. Viſcont. ad Franch. dec.* 197. *§. Officialis Doctor. ubi concord.*) & inſimul concurrit habitatio, ut
2 non ambigitur: Undè videtur eoſdem poſſe frui paſcuis publicis Univerſitatis locis, in quo ſunt Officiales & Miniſtri; prout reſolvit *Noſter Oter*, nuncupans hanc reſolutionem veriſſimam, & abſque dubio amplectendam. *numero* 7. eſtque vi-
3 dendus *Hermoſilla ad ll. Hiſpan. l.* 15. *gloſ.* 2. *num.* 56. ubi de Doctore conducto ad legendum, de Advocato, & de Medico ad curandum *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2.

*Et Noſter Auctor hìc num. 9. allegatur à Balmaſeda de collect. q. 40. numero 16. verſ. videndus noſter.*

Verùm obſtare fundamentum tactum. *ibid. nu.* 8. de permanentia temporali horum officialium in
4 loco, ita ut nec poſſit indè dici ipſos contraxiſſe domicilium, nec acquiſiviſſe civilitatem (quidquid ſanciatur *in Lege Hiſpana*, qua *Oter* utitur *n.* 9. ad diſſolutionem objecti) certiùs exiſtimatur; ſi *hìc* advocentur ea, quæ traduntur à *Capibl. de baron. c.* 84. *ſub n.* 5. *tom.* 2. *allegato in Notis ad præcedens cap. longè latiùs à Me ipſo in Colluct. legal.* 31. *n.* 60. *cum multis ſeqq. vol.* 2. ubi plenè oſtendi, quòd (dempta civilitate, reſpectu
5 eorum, quæ ex cauſa dignitatum, & officiorum geruntur, verè inſita Officialibus, & Miniſtris *ad l.* 2. *§. legat. & §. Omnes ff. de judic. Surd. conſ.* 106. *ſub n.* 38. 39. *Gratian. diſcept.* 184. *num.* 52. 53. 54. *tom.* 1, de quibus *in ead. colluct.* 31. *num.* 85.) iſtimet Officiales, ac Miniſtri non contrahunt do- 6
micilium, non acquirunt civilitatem, nec debent haberi pro civibus locorum, in quibus degunt: ac videantur, inter plurimos *Card. de Luca tit. de regalib. diſc.* 104. *ex num.* 5. *lib.* 2. *tit. de juriſd. diſc.* 89. *num.* 7. *& tit. de præbem. diſc.* 37. *à num.* 9. *lib.* 3. *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. diſc.* 9. *n.* 4. *& diſc.* 20. *n.* 6. *ac tit. de renunc. diſc.* 18. *n.* 7. *lib.* 11. *Barboſ. de Epiſc. alleg.* 4. *n.* 29. *p.* 2. *Antonel. de temp. legal. lib.* 2. *c.* 75. *n.* 5. *D. Manſ. conſult.* 60. *lib.* 1. *Rota in rec. dec.* 436. *n.* 16. *p.* 5. *cor. Merlin. dec.* 63. *num.* 15. *tom.* 1. *cor. Papa Alex. VIII. dec.* 145. *n.* 31. *ac alibi.*

Et ſi hæc dicuntur de Officialibus, & Mini- 7
ſtris, magis dici debent de eorum ſervis, & famulis, qui ſint forenſes; cum ſecta iſtorum regu- 8
lariter mala, *Tot enim hoſtes, quot ſervi*, non debeat eſſe melioris conditionis, quàm ſint eorum domini; cum immò, tanquam membra, non debeant diverſificari (ſervata portione) ab illorum capitibus, ſeu dominis *ad l. ſi verò, ff. de his, qui dejec. vel effud.* ac tangit *Noſter Auctor hìc n.* 9
18. qui *num. ſeq.* ità etiam reſolvit, quoad famulos forenſes non habentes bona in locis, nec receptos in cives.

De famulis verò mercenariis Civium ſunt hinc indè opiniones, quarum negativa, reſponden- 10
do omnibus contrariis, defenditur à *Flores de Mena lib.* 1. *q.* 1. *n.* 9. Sed, omnibus relatis, *Hermoſilla d. gloſ.* 2. *nu.* 59. *in fine* ait in hoc ſtandum eſſe conſuetudini, eſtque videndus *Balmaſeda de col-* 11
*lect. noſtrum Auctorem allegans, quæſtione* 63. ubi *n.* 10. refert verba *hujus cap. numero* 19.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT VIII.

### ARGUMENTUM.

Utrùm Clerici, vel Monachi paſcuo publico uti poſſint ad ſua pecora paſcenda?

### *SUMMARIUM.*

1 *Clerici, vel Monachi, an ſicut cæteri cives, & vicini, paſcuo publico uti poſſint, proponitur diſputandum.*

2 *Affirmativæ partis quæſtionis propoſitæ ſequaces Doctores referuntur.*

3 *Statutum favorabile laicorum etiam ad Eccleſiaſticas perſonas extenditur.*

4 *Clerici, & Monachi, licèt civitatis munera non ſubeant, onera tamen ſpiritualia ſubeunt.*

5 *Clericis quare Decima fructuum perſolvatur, traditur breviter.*

6 *Clerici, & Monachi cives, reputantur, & quare?*

7 *Clerici, & Monachi utrum obſtricti ſint legibus, & ordinationibus circà uſum paſcui conditis, ſicut cæteri vicini, & cives, diſputationi exponitur, & reſolvitur n. 9.*

8 *Clericorum, vel Monachorum pecora in paſcuo vetito inventa, an detineri poſſint, & quis Judex hujus rei notionem habeat, ſæcularis, an verò Eccleſiaſticus, & n. 12.*

9 *Expenditur* lex Regia 12. titul. 3. libr. 1. novæ Recopil.

10 *Clerici, & Monachi, quemadmodum pro ſuis pecoribus alendis paſcuo publico potiuntur, ita & pœnis, & ordinationibus uſus paſcui obnoxii ſūt.*



11 *Clerici, & Monachi contribuere tenentur in collecta, vel ſalario cuſtodis terminorum.*

12 *Judex ſæcularis (ſecundùm aliquos) adeundus eſt pro exactione pœnarum contra Clericorum pecora.*

13 *Referuntur Doctores, qui putant Judicem Eccleſiaſticum de hoc cognoſcere debere.*

14 *Traditur diſtinctio, qua opinionum diſſidium ad fœdus, & veram intelligentiam reducitur.*

15 *Monaſteria in oppidis, ubi habent domos culturæ deſignatas, vulgò,* granjas, *utrùm paſcuo (ſicut alii vicini) frui poſſint.*

16 *Negativa pars propoſitæ quæſtionis ſecurè obſervatur.*

17 *Monaſteria tantùm in loco, in quo ſunt conſtructa, vicinitatem conſequuntur, & paſcuis publicis potiri poſſunt.*

18 *Habitare propriè non dicitur in oppido, & loco, qui unum, vel duos ſervos tantùm ibi habet.*

19 *Monaſteria paſcuo utuntur, quoad animalia culturæ, vulgò,* de ſu labranca, *in terminis & paſcuis illius loci, & oppidi, ubi habent domos culturæ, quæ noſtro idiomate dicuntur,* granjas.

20 *Expenditur, & intelligitur text.* in l. 12. titul. 7. lib. 7. novæ Recopilat.

1 CUm vicinis, & civibus in villa habitantibus paſcui uſum concedi, ex *l.* 29. *tit.* 28. *part.* 3. *ſuprà adducta*, diximus; opportunè quæri poteſt, utrùm Clerici, & Monachi, quoad uſum paſcui, vicinorum, & civium loco habeantur.

2 Et quòd Clericis, & Monachis non minus, quàm cæteris civibus, & vicinis paſcua Univerſitatis patere debeant, defendit Oldradus *conſ.* 32. quem refert & ſequitur Boerius *deciſ.* 26. *&* 260. *numero decimo octavo.* Chaſſan. *in conſuetud. Burg. rubric.* 13. *des foreſts §.* 8. *num.* 15. Albericus *in l.* 1. *ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, Joan. Veſian. *in conſuetud. Avern. charta*
3 235. *columnn.*2. Quia ſtatutum favorabile laicorum etiam extenditur ad Eccleſiaſticas perſonas, ut tradit Joann. Andr. *in cap. fundamenta, §. ne autem, de electione libro ſexto.* Domin. de ſancto Gemin. *in cap. fin. de officio delegat. in* 6. Abbas antiquus *allegat.* 101. incipit: *In civitate Florentiæ, colum.* 5. Baldus *in l. cunctos populos, Cod. de ſumma Trinitate, n.* 10. Anton. de Butrio *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutionibus*, Alexand. *conſ.* 111. *n.* 8. *lib.* 7. Abb. *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, eod. titul. n. vigeſimo quinto*, ubi Felinus *n.* 28. idem Abb. *in capit. conſtitutus*, per textum ibi *de in integrum reſtitutione*, & in *cap. ex literis, de vit. & honeſt. Clericor.* Decius *conſ.* 283. *n.* 8. *& conſ.* 114. *num.* 2. Cardin. *in Clement. in pleriſque, num.* 2. *de electione*, & *ibi* ejus Additio, *litera D.* Oſaſcus *deciſ.* 181. Sarmiento *lib.* 7. *ſelect. cap.* 13. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri n.* 403. Ignatius del Villar *in ſua ſylva, reſp.* 7. *par.* 5. *per totam*, Salgado *de Reg. protect.* 1. *part. c.* 1. *prælud.* 2. *nu.* 58. *& ſeqq.* quidquid Ancharanus *in c.* 1. *de conſtitut.* verſic. *opinio*, Baldus, & Mattheſilan. *conſ.* 441. *&* 442. contrarium inaniter velint tentare.

4 Et ratio eſt, quia, licèt Clerici, & Monachi munera civitatis, ejuſque onera, ſicut cæteri cives non ſubeant, ſubeunt tamen onera ſpiritualia, jejuniorum, orationum, & ſacrificiorum, quibus quotidiè pro populo vacant, ut expendit Anchar. *conſ.* 40. incipit, *Iſta quæſtio*, &
5 facit *lex* 3. *tit.* 10. *par.* 2. Qua ratione, Decimæ Clericis perſolvuntur, juxta illud *Numeror. cap.* 18. *Filiis Levi dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſſionibus pro miniſterio, quia ſerviunt mihi in tabernaculo Fœderis*; Innocent. *in cap. fin. de parōch. num.* 8. Unde rationi naturali conſonum eſt ſtatuta civitatis favorabilia, & lucroſa eis favere, qui nobis ſpiritualia condonant, ac onera animæ quodammodo ſuſcipiunt, juxtà illud *Pauli* 1. *ad Corinth. cap.* 9. ibi *Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* & illud *Numer. c.* 35. ibi *Præcipe filiis Iſrael, ut dent Levitis de poſſeſſionibus ſuis urbes ad habitandum, & ſuburbana earum per circuitum, ut ipſi in oppidis maneant*, & *Deuteron. cap.* 28. *v.* 6. ibi: *Si exierit Levites ex una urbium tuarum ex omni Iſrael, in qua habitat, & voluerit venire, deſiderans locum, quem elegerit Dominus, miniſtrabit in nomine Domini Dei ſui, ſicut omnes fratres ejus Levitæ, qui ſtabunt eo tempore coram Domino. Partem ciborum eandem accipiet, quam & cæteri, excepto eo, quod in urbe ſua ex paterna ſucceſſione ei debetur*, quibus ſacræ Scripturæ divinis elogiis ſuadetur parem portionem, æqualemque ſortem in publicis emolumentis, commoditatibus, & obventionibus, Clericos, Monachoſque, ac cæteros cives ſortiri debere. Et conducunt in propoſito adducta per Tiraq. *de retract. linag. §.* 9. *gloſ.* 2. *numero* 36. Petrum de Ancharano poſt Lapum *in cap. fin. de officio delegat. lib.* 6. Surd. *conſ.* 2. *nu.* 39. & in propoſito plura notabilia tradit doctiſſimus Anguianus *lib.* 2. *de legib. controv.* 14.

Adde, quòd Clerici, vel Monachi cives repu- 6
tantur, ut notat Alvarus Valaſcus *conſult.* 100. *n.* 2. Vincentius de Franchis *deciſ.* 49. *n.* 4. Feſtaſius *tractatu de Collectis*, 4. *part. cap.* 1. *num.* 44. ubi de collecta impoſita pro ſingulis animalibus Clericorum depaſcentibus.

Sed hìc pulchrum dubium eſt, an, quemad- 7
modum cæteri cives ordinationibus; & pœnis, circà paſcui uſum, & modum ſubjacent; ita Cle-
rici, vel Monachi ſubjacere debeant; ſi quidem 8
quoad emolumentum, æquale eis in paſcuo publico jus *ſuprà* tribuimus: Et an eorum animalia detineri, & capi poſſint, & quis ad ſatisfactionem damni Judex competens ſit, an Eccleſiaſticus, an verò ſæcularis.

Et ſanè ordinationibus, populique ſtatutis, eorumque pœnis Clericos, ſeu Monachos ſubjici
apertè indicat lex Regia 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* 9
ibi: *Y ſi en algunos lugares de nueſtros Reynos fuere ordenado, que ſe guarden los panes, y las viñas, y los otros frutos de las heredades comunes del pueblo, y fuere hallado que hazen danno las beſtias, y ganados de los Clerigos, que en razon da pagar las penas, y lo que anſi fuere ordenado, todos anſi Clerigos, como legos lo paguen, yguales penas ſe cobren, anſi de los unos, como de*
*los otros.* Et meritò; eos enim debet prohibitio, & 10
pœna ſectari, quos commoditas ſequitur; & hinc eſt regulariter Clericos conſuetudinibus populi ligari, ut advertit Lucas de Penn. *in l.* 2. *C. de navibus non excuſ. lib.* 10. Avend. *d. c.* 4. *Prætorum, num.* 30. *verſ. item in propoſito, lib.* 1. & in
*cap.* 13. *nu.* 7. *eod. libro.* Unde contribuere te- 11
nentur, ſicut & cæteri vicini, aut cives in collectis, ſeu tributis pro conſervatione, ſeu cuſtodia terminorum ex *d. l. Reg.* notat Avend. *ubi ſup. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 13. nec debet ſolvi ex pecunia publica, & *cap.* 4. *Prætorum, n.* 35. *verſ. & ſicut, lib.* 1. Azevedo *in l.* 15. *tit.* 7. *lib.* 7. *n.* 5.

Pœnarum verò exactio, ſeu animalium captura, 12
an per Eccleſiaſticum, an verò per ſæcularem Judicem fieri debeat, & quis eorum competens ſit,

maxime controverſum eſt inter Doctores. Alii namque Judici ſæculari in hoc caſu jurisdictionem tribuunt eo ducti fundamento, quòd ſtatuta, quæ reſpiciunt bonum publicum totius communitatis, comprehendunt tàm laicos, quàm Clericos, & Religioſos, ut obſervat Jaſ. *in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Vulpellus *de libertate Eccleſiaſtica, 3. par. num.* 15.

13 Alii autem contra putant, ea perpenſa ratione, quòd aliàs libertas quodammodo infringitur Eccleſiaſtica, contra text. *in cap. non minus, cap. adverſus, de immunitate Eccleſ.* ita obſervant Avendanus *de exequend. mand. cap.* 4. 1. *par. num.* 30. Gregor. Lop. per text. *ibi, in gloſſ. verbo, el ganado*, in *l.* 24. *tit.* 15. *part.* 7. Caſtillo *in l.* 70. *Tauri, n.* 10. Aviles *in capitibus Prætorum, c.* 17. *gloſ.* 1. *num.* 12. & conducunt tradita per Çovar. *in pract. c.* 33. *n.* 7.

14 Verum hanc opinionem, & adverſantium Doctorum diſſidium, eo diſtinctionis fœdere, conciliare intendit Gutierr. *in practicis quæſt. l.* 1. *quæſt.* 4. quòd, aut Judex ſæcularis procedit contra perſonas Eccleſiaſticas, ſeu Religioſas pro executione pœnæ ſtatuti, ſeu ordinationis, ſatisfactionève damni, & in hoc caſu Eccleſiaſtico, non verò ſæculari lis ſit dirimenda judicio. Aut procedit contrà pecora, & paſtores, qui fuerunt reperti in loco prohibito, paſcuo alieno, aut vetito tempore, & in hoc caſu Judicis ſæcularis competens eſt judicium: quam diſtinctionem, & caſuum bipartitam ſectionem, Dom. Auditorum hujus Regalis Pintiani Senatus pluribus in litibus admiſſam eſſe recenſet Gutierr. *ubi ſuprà*, Cævallos *lib.* 4. *communium, q.* 1. *à num.* 621. expreſſiùs *tom. ultim.* & *tractatu de cognitione per viam violentiæ, q.* 11. *à num.* 4. qui alia ſcitu digna in propoſito refert. Et aliam. noviſſimamque diſtinctionem Marthæ *de juriſdictione, 4. parte, centuria* 1. *caſu* 8. *à n.* 5. adjecit, & refutat.

15 Sed, cùm monaſteria pro ſuis pecoribus alendis, paſturagio publico uti poſſe *ſuprà* dixerim, conſequenter antè dictis annecti poterit, quod frequenter in controverſiam deduci ſolet, an in oppidis, ubi habent domos culturæ deſtinatas, vulgò dictas *granjas*, ubi frequenter ſolet adeſſe quidam Monachus, vel Donatus ab Abbate, vel Prælato monaſterii deſignatus, eorum paſturagio, pro portione unius civis, vel vicini, uti valeant.

16 Qua in re negativam partem ſecurè amplector. Pro qua facit text. expreſſus in *l. ejus qui manumiſit, §. ſi quis negotia, ff. ad municipalem*, (pro cujus *tex.* intellectu videndus eſt noviſſimè Narbona *in l.* 20. *gloſſ.* 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil. num.* 103.) ibi *Si quis negotia ſua, non in colonia, ſed in municipio ſemper agit, in illo vendit, emit, contrahit, & in foro, balneo, ſpectaculis utitur, ibi feſtos dies celebrat, omnibus honoribus, denique municipis commodis, nullis coloniarum, fruitur, ibi magis habere domicilium, quàm ubi colendi ruris cauſa verſatur, videtur.* Quibus verbis ſatis apertè ſuadetur habentem domicilium principale in illa, ſeu civitate, vel municipio, ejus tamen commodis, & emolumentis, non verò coloniæ frui debere: unde cùm Monachi principale domicilium in loco, ubi ſitum eſt monaſterium, habere videantur, conſequens eſt ejus tantùm paſturagio perpotiri poſſe.

17 Secundò, quia Monaſterium, Eccleſia, vel Capitulum civilitatis commodo tantùm utitur in loco, in quo fuit conſtructum, vel tranſlatum, juxtà doctrinam Bart. *in l.* 1. *num.* 12. *ff. ad municip.* quem in propoſito refert, & ſequitur Gregor. Lopez in *l.* 9. *tit.* 28. *part.* 3. Gloſſ. *in verbo, como à los ricos, prope finem*, Buiza Llamazares *in expoſit. conſt. Legion. §.* 19. *num.* 45. expendit Narbona *in l.* 20. *gloſſ.* 2. *num.* 20.

18 Tertiò, quia non dicitur propriè habitare in loco, qui habet unicum, vel duos ſervos propoſitos in eo, cùm potiſſimam partem familiæ, domus, & rei familiaris in alio retineat, ut eleganter tradit Rebuffus per text. *ibi* in *l. deteſtatio* 40. *§. unicus, verſicul. ad hæc domicilium, ff. de verbor. ſignif.* Cum ergo vicinis, & habitatoribus oppidorum paſcua tantùm competant, ex *d. l.* 9. *tit.* 28. *part.* 3. ibi *Ca todo ome que fuere y morador, &c.* ſequitur manifeſtè Monaſteria, quæ habent colonias, cùm in eis propriè non habitent, paſcuo oppidorum, in quorum terminis ſunt conſtructæ, potiri non poſſe. Cui argumento adjunge text. in *l.* 8. *tit.* 27. *lib.* 9. *Recop.*

19 Quoad animalia verò culturæ agrorum neceſſaria habebunt Monachi uſum paſcui publici illius vici, ſeu loci, ubi domum, vulgò, *granja*, poſſident, ut in *l. ſi partem, in fin. ff. de ſervitu. ruſt.* docet Albericus *in l. Imperatores, ff. eodem*, & in *l. teſtatrix, §. fin. ff. ſi ſervitus vindicetur.* Cravetta *conſ.* 60. *num.* 3. & *conſ.* 154. Ariſminus Tepatus *tit.* 570. *de paſcuis, c.* 8.

20 Nec obſtabit tex. *in l.* 4. *tit.* 11. *lib.* 5. *Ordinamenti*, quæ eſt *l.* 12. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recop.* ibi *Salvo tan ſolamente con los dichos bueyes, y otros ganados con que labran en los tales lugares los herederos, y vezinos, y moradores en ellos*, quatenus requirit, quòd ut quis poſſit cum animalibus culturæ deſtinatis paſcuis loci frui, eſt neceſſarium, quòd ſit vicinus, & habitator, nec ſufficere, quòd habeat bona, & ſit *heredero de aquel lugar.* Quia reſpondetur *ibi* dictionem illam *Y* non poni copulativè, ſed alternativè; ſicut plerumque conſtitui ſolere *ſuprà* diximus, *c.* 4. *num.* 21. Et iſte intellectus apertè colligitur ex verbis ſequentibus *ejuſdem legis*, ibi *E las tales penas ſean para qualquier de los herederos, y renteros, lobradores que labraren las dichas heredades*, & paulò inferiùs, ibi *Y que puedan hazer prendas por las tales penas en los dichos ganados, que anſi fueren hallados, en las dichas debeſſas por qualeſquiera herederos, ò renteros, o otros labradores.* Nam illa dictio *qualeſquier* in uno ex iſtis verificatur, ut in *capit. ſolitæ, de majoritate, & obedientia*, & per iſtam legem ſuppleri debet *dicta lex* 9. *tit.* 28. *partitæ* 3. ut alibi diximus, & ita obſervat Burgos de Paz *ubi ſuprà, dict. l.* 3. *Tauri, num.* 392. *cum duobus ſequentibus*, Avend. qui teſtatur, & affirmat ita Regiis conventibus deciſum fuiſſe in *cap.* 1. *Prætorum, n.* 13. Azeved. *in d. l.* 2. *n.* 12.

## NOTÆ AD CAP. VIII.

1 De contentis *in hoc cap.* reſpectu Clericorum, quo ad paſcua publica Univerſitatis, tractant *D. D. cumulati à Viſcont. ad Franch. dec.* 197. *§. an clericus.* Cumque omnes ſentiant Clericos eſſe cives, ac gaudere omnibus privilegiis civium Loci, prima quæſtio *hic* propoſita, ac pro illis reſoluta nullam habet difficultatem, *Beltram. conſ.* 92. *l.* 3. *Frec. de ſubfeud. auth.* 46. *n.* 4. *ad fin. Gall. de fructib. diſp.* 3. *art.* 4. *n.* 83. & *diſp.* 5. *art.* 4. *n.* 60. *Hermoſil. ad l. l. Hiſpan. l.* 15. *gloſ.* 2. *n.* 57. & *n.* 90. *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2. *Panimol. dec.* 26. *ad not.* 2. *n.* 29. *tom.* 1.

Ita



2 Ità tamen, quòd ipſimet Clerici volentes cum eorum animalibus depaſci, teneantur ſolvere paſcui pretium, quod aliter aliis in locis nuncupatur, *Card. de Luca tit. de juriſd. diſc.* 66. *num.* 6. *ubi concord. l.* 3. *Rocca diſp.* 170. *à n.* 2. *ad* 6. *l.* 2. *ubi cum Cohel. de bono regim. c.* 35. *n.* 27. *&c.* 50. *n.* 59. quod *ſic fuit deciſum à S. Congr. Boni Regiminis*, & ſi agatur de paſcuis reſervatis, & banditis, recurratur ad tradita *per Card. de Luca in miſcel. Eccleſ. diſc.* 41. *n.* 25. ubi, quòd banditæ, ſeù defenſæ, ſi ſint licitæ, ac moderatæ, adeo ut aliis civibus, & incolis remaneat in aliqua parte territorii ſufficiens moderatus uſus civicus, non debet Clericis permitti violatio: ſecùs, quando eſſent immoderatæ, ac indiſcretæ per ſpeciem tyrannidis, ſi tamen non timeantur ſcandala, & inconvenientia *l.* 14.

3 Aſt cætera *ibidem* tradita extrà materiam indigent caſtigatione, & potiſſimè ea, quæ dicuntur poſt *allatas D. D. ſententias*, ac repetuntur *infrà in c.* 13. *num. fin.* circa juriſdictionem
4 Judicis laici contrà animalia Clericorum; Cum illam abſolutè ceſſare, nec pro damnis datis ab ipſis animalibus competere, nec locum habere, ſit hodiè concors Catholicorum concluſio per *S. Congr. Immunit.* paſſim admiſſa, ac demandata, *Pigant. ad Stat. Ferrar. l.* 4. *rubr.* 2. *n.* 3. 4. *tom.* 2. *cum Barboſ. ad Conc. Trident. ſeſſ.* 25. 6. 20. *n.* 13.

5 Et licèt *Card. de Luca d. diſc.* 60. *num.* 8. non approbans rationes *Guttier. pract. qq. l.* 1. *q.* 4. & *aliorum Hiſpanorum* approbet tamen modum retinendi animalia Clericorum, non ratione juriſdictionali, & auctoritate publica, ſed in ratione privata, ſeu privatæ facultatis, quæ domino fundi damnificati, ſeù paſcuivi conceditur arreſtandi, ac detinendi animalia ibi depaſcentia, ſeù damnificantia pro ſolutione pretii paſcui, vel refectionis damni, dicatque hoc à communi praxi penè *totius Orbis* comprobari, & cum eo alter *de Luca ad Gratian. diſcept.* 80. *num.* 3. *Romaguerra ad Conciol. in Stat. Engub. l.* 6. *rubr.* 6. *n.* 8. *ubi addit Pignatel. conſult. canon.* 112. *n.* 1. *tom.* 4.

6 Non tamen infert ad quæſtionem tangentem juriſdictionem Judicis Laici in re iſta, quinimmò eam præſupponit excluſam, prout & expreſ-
7 ſè excluſit priùs *in eod. diſc.* 66. *num.* 3. quamvis ſubdat *n.* 4. ſecùs eſſe, quod ad cuſtodes, & paſtores Laicos animalium Clericorum, ubi damnum datum eſſet ſtudioſum, ſeù aliàs culpoſum, & punibile, quoad eorum nempè perſonas, & bona ſine aliquo Clericorum præjudicio, & tanquàm ex proprio delicto punibili de jure *Pigant. ad d. rubr.* 2. *num.* 4. ubi ſic ex mente, & Reſolutione *Sacræ Congr. immunitatis* ſequentis
8 tenoris. *S. Congr. Immunit. ſeù ſuper Contr. Juriſdic. In una Terracinen. die* 16. *Nov.* 1627. *Cenſuit cauſas damnorum datorum per Clericos, & Eccleſiaſticos, ſeù per eorum animalia, nec non per familiares. Miniſtros, & Colonos Epiſcoporum, & Menſæ Epiſcopalis, etiam laicos, ſeu eorum animalia in bonis quibuſcumque, tam Eccleſiarum, quàm etiàm laicorum ſpectare ad Curiam Epiſcopalem privativè; ſi vero laici, eorumque Miniſtri, & animalia damnificent bona Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, Curiam Epiſcopalem procedere poſſe, tanquam ut cauſis mixti fori. At quando Coloni, & miniſtri Eccleſiarum, Clericorum, & Eccleſiaſticorum cum animalibus propriis bona laicorum damnificant, cognitionem, tàm quo ad bona, perſonas laicorum, & eorum animalia ſpectare ad Judicem laicum privativè; ſed, ſi cum animalibus Eccleſiaſticorum vel Eccleſiarum, quoad perſonas ſpectare ad laicum, quo verò ad animalia ſpectare ad Curiam Eccleſiaſticam.*

9 Quam reſolutionem refert *Pignatel. conſult. canon.* 167. *n.* 1. & antè eum *Aldan. in compend. Can. reſol. tit.* 8. *n.* 21. & *Barboſ. in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 20. *num.* 13. *Diana poſt p.* 5. *ſuarum reſol. moral. tit. declarat. Sac. Congreg. num.* 19. *de quibus Panimol. Dec.* 12. *adnotat.* 8. *num.* 14. *ubi pariter eandem Reſolutionem regiſtrat. tom.* 1.

10 Supervenit poſteà *alius Ordo* ampliativus immunitatis in hac materia *Sanctiſſ. Innocent. XI.* circulariter per *Eminentiſſ. Carpineum Vicar. General. Suæ Sanctitatis* per litteras tranſmiſſus *tenoris ſequentis.*

11 *Molto Rev. Sig. La Santità di N. Signore non intende, che li Miniſtri, è Lavoratori di perſone Eccleſiaſtiche per le pene de danni dati ſiano convenuti altrove, che nel tribunale Eccleſiaſtico, ne che intorno à dette pene ſoggiaccino à Statuto laicale: Mà, perche la Santa Mem. di Clemente VIII. concedette gl' emolumenti di tal pene alle Communità dello Stato Ecllеſiaſtico per una certa riſpoſta annua, che le medeme fanno alla R. Camera (à fin che reſti proviſto all' indennità loro) hà ſua Beatitudine comandato, che ella per editto publico dichiari le pene, nelle quali devano incorrere li Miniſtri, e lavoratori delle Perſone Eccleſiaſtiche per li danni, che fanno con gl'animali de medemi, e venendo il caſo del danno dato, proceda ſommariamente alle pene comminate per editto, applicandole ſempre à beneficio di coteſta Communità, ò ſuo Aſſittuario, regolandoſi al ſolito nella quantità della pena, in modo, che la Communità non riceva alcun pregiudicio, così dunque eſſeguiſca; e Dio la guardi. Roma 6. Luglio.* 1680.

*Al piacer ſuo.*
*G. Card. Carpogna.*

*I. Patriarcha d'Antiochia Segretario. Al Molto Rev. Sig. Il Vicario Generale de Paleſtrina.*

12 Haſce litteras, uti ad ſe directas regiſtrat *idem Panimol. d. adnot.* 8. *ſub n.* 13. ac earum etiam meminit *in deciſ.* 55. *n.* 1. *quinimmò n.* 11. *verſ. nec ad firmandum cum ſeqq.* declarat dictam Reſolutionem in una *Terracin. cum Vermigliol. conſ.* 339. & *Pignatel. conſult. canon.* 96. *nu.* 7. *tom.* 1.

13 Videas tamen, ſi placet, *Doctores*, quos plenè allegat *Romaguerra*, nihil reſolvere volens *ad d. rubr.* 10. *n.* 9. *Gall. d. art.* 4. *ad num.* 83. *Sabel. in ſumma verb. animal. num.* 2. *verſ.* quòd ſi animalia & *ſeq. tom.* 1. *adde Delben. de immun. Eccleſ. c.* 9. *dubit.* 20. & *c.* 10. *dub.* 35. *ſect.* 5. *tom.* 2. *Balmaſeda de collect. q.* 19. *ſub n.* 22. *ubi allegat Noſtrum Oterum.*

14 Sed, ſtante *dicto Decreto Sacræ Congr.* nec non *Reſolutione præfata* de ordine *Sanctiſſimi* univerſaliter injuncta, de contradicentibus, veluti contrà ſtimulum calcitrantibus, & contrà *Oracula Sanctæ Sedis Apoſtolicæ* loquentibus, non eſt curandum.

*Comes Vincentius Bondenus.*

CAP.

## CAPUT IX.

### ARGUMENTUM.

Paſcua oppidorum in cujus dominio cenſeantur; an Domini, an verò Univerſitatis, & quid de terris incultis.

### *SUMMARIUM.*

1 *Oppidi cujuſlibet pertinentiæ ex Principis aſſignatione, vel ex conſuetudine, & uſurpatione communi deducuntur.*

2 *Oppida ſemper deſtinationem territorii, & pertinentiarum ſolent habere.*

3 *Deſtinatio territorii cujuslibet oppidi ad Regem ſpectat.*

4 *Deſtinatio territorii facti eſt; & ſic non præſumitur, ſed de ea debet conſtare.*

5 *Deſtinatione territorii facta, quidquid intrà limites ejus invenitur, & comprehenditur, illius oppidi (cujus eſt territorium) præſumitur eſſe.*

6 *Oppida in rebus contentis in territorio ſuo habent pro ſe præſumptionem juris, non ſolùm quoad dominium univerſale, verùm etiam quoad particulare. Et idem in poſſeſſione, n. 7.*

8 *Feudale præſumitur, quidquid eſt intrà fines feudi.*

9 *Extremis verificatis pro aliquo, media incluſa ejuſdem præſumuntur.*

10 *Oppido donato, & conceſſo, omne illud, quod in territorio comprehenditur, & limitibus clauditur, conceſſum, & donatum intelligitur.*

11 *Limitatur regula* leg. æde ſacra, §. intrà maceriem, *cum* concordantibus, *ut non procedat contrà exiſtentem in poſſeſſione. Et num.* 12. *exemplificatur.*

13 *Dominus oppidi, qui in eo juriſdictionem habet, paſcuorum dominium ex eo non cenſetur habere.*

14 *Dominus loci in paſcuis regulariter nihil aliud habet, niſi ut duplex vicinus.*

15 *Juriſdictio oppidi, & dominium ejus, vel paſcui, res prorſus diverſæ ſunt, nec de una infertur ad alteram.*

16 *Terræ gerbidæ, & montuoſæ vulgò,* valdios, *in cujus dominio cenſeantur, an Univerſitatis, an verò Domini oppidi, proponitur.*

17 *Rex noſter invictiſſimus in toto Regno iſto, & omnibus ejus finibus fundatam habet intentionem, & num.* 19.

18 *Traditur vera diſtinctio ad dignoſcendum, quando terræ gerbidæ, vulgò,* valdios, *intelligantur eſſe Domini oppidi, an verò Conſilii.*

20 *Dominus Oppidorum non aliter cenſebitur habere dominium terrarum gerbidarum, niſi vel ex poſſeſſione, vel deſtinatione id probaverit.*

21 *Oppido, ſeu caſtro conceſſo cum ſuis pertinentiis, utrum veniant paſcua, traditur remiſſivè.*

1 UT perfectè hujus capitis materia nota fiat, animadvertendum eſt, quòd oppidis, caſtris, ſeu villis de jure nihil eſt deputatum, quod de ejus pertinentiis ſit; niſi quatenus ex Principis privilegio, conſuetudine, vel hominum diſpoſitione reperitur conceſſum, ut notabiliter concludit Innocent. *in apoſtilla, ſuper verbo pertinentiis, in cap. cum ad ſedem, de reſtitutione ſpoliatorum,* & *ibi* Joannes Andreas, & Abbas, Dominicus *in cap. ſi civitas, de ſententia excommunicationis in ſexto,* Baldus *in l.* 1. *num.* 12. *C. de emancip. lib.* Ancharan. *conſil.* 142. *in principio,* Alexand. *conſil.* 43. *libr.* 1. Curt. Jun. *conſil.* 158. *num.* 23. Alciatus *in l. verbum pertinere, ff. de verborum ſignific.* ubi dixit, quòd petens caſtrum cum ſuis pertinentiis ſolummodò videtur petiiſſe illud, quod probatum fuerit ad tale caſtrum uno ex prædictis modis pertinere, eleganter Cephalus *conſil.* 250. *nu.* 13. Roland. à Valle *conſil.* 33. *nu.* 27. *cum ſequentib. lib.* 4. Rodericus Suarez *allegatione* 7. *num.* 13. Burgos de Paz *conſil.* 6. *num.*
1. Et in id tendunt plura jura tàm *Digeſtorum*, 2
quàm *noſtri Regni*, quæ hanc deſtinationem, ſeu applicationem ſupponunt, ut in *l. non tantum, §. univerſitatis, ff. de rerum diviſione,* & in §. 1. *Inſtitut. de inutilibus ſtipul.* ibi: *Quæ uſibus populi perpetuò expoſita ſunt,* & in *l. inter publica, ff. de verbor. ſignificatione,* ibi: *Nec quæ publicis uſibus ſunt deſtinata,* & in *l.* 9. *titul.* 28. *par.* 3. ibi: *Que ſon eſtablecidos, y otorgados para pro comunal de la ciudad, villa, ò caſtillo, ò otro lugar.* ubi in paraphraſis verbo, *que ſon eſtablecidos*, expreſsè notat Gregor. Lopez & in *l.* 7. *titul.* 29. *eadem partita*, ibi: *Que ſea en uſo communal del pueblo*, & in *l.* 1. *titul.* 5. & *l.* 1. *titul.* 7. *libr.* 7. *nova Recopilat.* ibi: *Que fueron apropriados à las dichas ciudades*, & in *l.* 10. *titul.* 11. *part.* 3. & in *l.* 23. *in eadem partit.* ibi: *Que ſon comunales de las ciudades, e villas*; nam illud relativum, *que* (cùm ſit reſtrictivum, ut in *l. Stichum, qui meus erit, ff. de legat.* 1. & in *l. cunctos populos*, ubi communiter notatur, *C. de ſumma Trinitate,*) denotat non aliàs bona oppidi, civitatis, aut villæ dici, niſi conſtet de appropriatione, *l. à filio, §. teſtator*, ubi Bartol. ut in §. *Titia, ff. de alimentis, & cib. leg. l. ſi quis ita, ff. de auro, & argent. leg. l. ea tamen adjectio, ff. de leg.* 3. notat Covarr. *d. c.* 37. *pract. ſæpiùs allegat. numer.* 8. Petrus de Avend. *de exeq. mandat. num.* 4. *verſi. dixi autem, nu.* 4. *& in cap.* 12. *à num.* 19. Et hæc deſtinatio ad Regem ſpectat, ut in *l.* 2. *tit.* 1. *part.*
2. ibi: *Y ſolo otro ſi es poderoſo de partir los termi-* 3
*nos de las Provincias, y de las villas:* latè Mexia *ad l. Tol.* 2. *par. fund.* 9. *nu.* 53. Juriſdictio verò terminorum paſcui ad quem pertineat, explicat Rota Avenion. *deciſ.* 128. Covarr. *d. c.* 37. *pract.*

Cùm autem hæc deſtinatio, vel applicatio facti 4
ſit, non præſumitur, *leg. in bello, §. factæ, ff. de captiv. & poſtlimin. reverſis*, & ſic debet concludenter probari à villa, ſeu oppido intentante ad ſe paſcua, vel terminos, de quibus contenditur, pertinere, Alexand. *conſilio* 187. *nu.* 9. *libr.* 2. latè Aymon *conſilio* 293. *num.* 5. Socinus *in lege* 1. *num.* 7. *ff. de rebus dubiis.*

Deſtinatione verò facta, vel approbatione ter- 5
minorum (quæ ſemper oppidis ſolet fieri, ut ſeminent, atque plantent, ut notat Gregor. Lopez, verbo, *aver vida de aquella tierra*, in *l.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. & *in l.* 4. per textum ibi, *tit.* 18. *part.* 3. & concedi territorium, ut notat Bald. per text. ibi, in *l. ſi teſtamentum, C. de inſt. & ſubſt.* Innocent. *in d. c. cum ad ſedem,* Florianus *in l. ſed & loci, §. fi. ff. fin. reg.* Bald. *conſ.* 420. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 16. *lib.* 4. & facit text. *in l.* 2. *C. de fund. limitrop. lib.* 11. Avend. *ubi proxime*) quidquid intrà fines, vel maceriem illius territorii aſſignati inventum fuerit, in dubio videtur ad oppidum, civitatem, ſeu villam pertinere, & ſuper eo
fundat intentionem ſuam Univerſitas, non ſolùm 6
quoad dominium univerſale, ſed etiam particulare, ex Socino in *l.* 1. *num.* 27. *ff. de acquirend. poſſeſ.* ubi allegat tex. *in cap. cum Bertoldus*, verbo, *cum de univerſitate, de re judicata,* & in *c.* 1. *§. item ſi quis, quibus modis feudum amittatur*, eruditè Andreas Knihen *de jure territorii, cap.* 3. *ex n.* 90. quinimmò etiam quoad poſſeſſionem, quia
7 poſſidens caput etiam pertinentia videtur poſſidere, ut docet Caſtr. *in l.* 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & in *conſ.* 259. antiquioris impreſſionis, incipit, *In cauſa quæ vertitur*, Bald. *in rubrica, C. de contrahenda emptione, verſ. vigeſimo ſecundo quæro*, pro communiter adduci ſolet text. *in l. æde ſacra, §. intrà maceriem, ff. de contrahend. empt.* & in *l.* 1. *§. cum urbem, ff. de offic. Præfecti urbi*, tex. *in cap. fin. de offic. Archidiaconi*, ibi: *Cum monaſterium intrà metas ſui Archidiaconatus ſit ſitum*, docent plures, quos congerit Ant. Gabr. *lib.* 1. *commun. tit. de præſumptionib. præſumpt.* 9. *num.* 8. *verſ. contrarium*, Alvar. Valaſ. *de jure emphyt. quæſtione* 8. *n.* 38.

8 Et eadem ratione, quidquid eſt intrà fines feudi, præſumitur feudale, ut reſolvit Pacianus *de pro-*
9 *bationibus, lib.* 1. *c.* 7. *n.* 89. Et facit, quod tradit Hieronymus de Monte *in tract. finium regundorum, cap.* 93. quòd, verificatis extremis, præſumuntur media eſſe ejuſdem domini, *l.*
10 *tria prædia, ff. de ſervitut. ruſticor.* Et inde etiam provenit, quòd conceſſo, vel donato oppido per Principem cum ſuis confinibus, omne incluſum videtur datum, *l. locus* 60. *l. fundi appellatione, ff. de verb. ſign. l. qui fundum, §.* 1. *ff. de contrahend. emptione, l. fundi, ff. de actionibus empti, d. cap. cum Bertoldus de ſententia, & re judicata,* & omne, quod intra limites invenitur, dummodo ad donantem, ſeu vendentem pertineret, videtur conceſſum, *l. ſi fines, C. de evictionibus*, Aymon. *conſil.* 105. n. 1. Alexand. *conſ.* 54. *n.* 1. *lib.* 3. Romanus *conſ.* 5.

11 Verùm hæc regula non procedit, nec habet locum contra privatum, ſeu quemlibet alium exiſtentem in poſſeſſione: nam præſumptio generalis dominii, quæ oritur ex incluſione, ſeu comprehenſione confinium, vincitur prorſus ex ſpeciali poſſeſſione, ut in regula, *generi, de reg. juris, in* 6. & ita in ſpecie concludunt Hoſtienſ. Joan. Andr. & Abb. *in cap. nimis, de jurejurando,* & in *cap. ſi diligenti, in principio, de præſcriptionibus*, Bartol. Aret. & Jaſon, & communiter Doctores *in l. rem quæ, ff. de acquir. poſſeſſione*, Socinus *in l.* 1. & *ibi* Aret. 2. *notabili, ff. eodem,* ubi etiam Alciatus, *num.* 15. & 16. & in paſcuis, Bertrand. *conſil.* 241. *n.* 1. *libr.* 1. & *conſil.* 39. *columnn.* 1. *lib.* 2. & *conſ.* 138. *num.* 1. *eod. lib.* Gregor. Lopez *dict. l.* 9. *tit.* 28. *par.* 3. verbo, *ſon eſtablecidas*, Afflictus *deciſ.* 267. *num.* 4. Rolandus à Valle *conſil.* 46. *num.* 33. *libr.* 3. Burgos de Paz, qui loquitur in terminis, & alios refert *conſilio* 16. *n.* 3. Undè in prædiis particularium, & vinetis, olivetis, & aliis fundis cultis ceſſat præſumptio, quæ alias
12 urget pro Conſilio, ſeu Univerſitate cujuſlibet oppidi in rebus ex communi deſtinatione, applicatis, quas *leges* Regni ſuprà citatæ ſpecificè referunt, inter quas, ad paſcuum potiſſimè ſunt exitus, & defenſæ, vernaculo ſermone, *deheſſa, y exido*, nullus enim populus eorum expers invenitur, & paſcuorum publicorum juriſdictio, ad quem pertineat, tangit Coſta *de ratione ratæ, & quotæ, c.* 59. *num.* 14.

13 Dominus verò loci, cui juriſdictio in eo cum mero, & mixto imperio fuit conceſſa, paſcuorum publicorum dominium non habet, nec in eis fundatur de jure communi, niſi quatenus privilegio, & præſcriptione acquiſierit. Et an tale privilegium debeat continere certos limites, vide *legem* 2. *tit.* 28. *part.* 3. Quia, licèt ju-
riſdictionem in toto territorio exercere poſſit, ut 14
in *l. pupillus, §. territorium, ff. de verbor. ſignific. l. bene à Zenone, C. de quadriennii præſcriptione*, tradit Coſta *in tract. de ratione ratæ, & quotæ, cap.* 59. *n.* 14. non tamen quoad paſcua, & terminos publicos quid juris habet, Abbas, & alii *in d. c. nimis, de jurejurand.* & in *d. c. ſi diligenti, columna de præſcript.* niſi prout duplex vicinus, & incola, ut in *c.* 6. *ſupr.* ſpecialiter, & latius diximus, & ſic Dominus oppidi non poteſt ejus terminos publicos locare, aut exteris concedere, nec de eis quomodolibet diſponere, ut in *l. Imperatores, ff. de ſervitut. ruſticor. prædior. l. communi dividundo, §. cum de uſufructu, ff. communi dividundo*, Albericus *in leg. nemo, §. flumina, ff. de rerum diviſione*, nam publicarum rerum adminiſtratio apud ipſam Univerſitatem reſidet, & ſub ejus dominio, *l.* 2. *C. de operibus publicis, leg. Duumvirum, C. de Decurionibus, l. omne territorium, Codice de cenſibus*, Afflictus *in conſtitutionibus Neapolitanis, in rubrica* 81. *n.* 8. & alibi diximus.

Et quia, ut in *cap.* 19. *infrà* firmiter oſtende- 15
mus, diverſa eſt omninò juriſdictio à dominio terminorum ex Socino *conſ.* 95. *num.* 8. *cum ſequenti, vol.* 3. & Bald. *in l. à procuratore, C. mandati*, Oldrado *conſil.* 27. Natta *conſil.* 672. *num.* 42. *libr.* 4. Covarruv. *in practic. cap.* 1. *num.* 10. *verſi. decima concluſio*, & in *regul. peccatum*, 2. *par. §.* 9. *numer.* 8. *de regu. jur. in* 6. Bobadilla *libr.* 2. *Politicorum, cap.* 11. *num.* 70. Rota ſacri Palatii, *deciſione* 462. *num.* 2. *par.* 1. & id ipſum innuere videtur Gloſſ. *in cap. ne Romani, §. ſanè, verbo, diœceſim, de electione, in ſexto*, ibi: *Quia extante diœceſi, diſtrictus facilè variantur quandoque per conceſſiones Imperiales, quandoque per occupationes Principum, vel civitatum.*

Sed circà terras gerbidas, vacuas, & mon- 16
tuoſas, vulgò, *valdios*, frequenter dubitari ſolet, in cujus dominio præſumantur.

Et ſanè, ſemota deſtinatione, vel conceſſione, aut præſcriptione, ut *ſuprà* diximus, in dominio Univerſitatis manere plures fuerunt arbitrati, ut Paulus de Caſtro *conſil.* 377. *Licèt Judex, l.* 1. Craveta *conſ.* 154. *n.* 1. Socinus *in l.* 1. *ff. de acquiren. poſſeſſ.* & alios refert Valaſcus *de jure emphyteut. dict. quæſt.* 8. *à n.* 40. Cancerius *libr.* 1. *variarum reſolutionum, cap.* 11. *de jure emphyt. num.* 34. *& tom.* 3. *capit.* 4. *de ſervitut. n.* 57. *cum ſequentibus.*

Verùm cæcutire eos, & à veritate prorſus diſ- 17
cedere manifeſtè apparet: ſi quidem invictiſſimus Rex noſter in toto iſto Regno, in ejus confinibus, & territorio fundatam habet dominii intentionem, cùm Regna iſta è faucibus inimicorum eruerit, ut rectè advertit Avendanus *dict. cap.* 4. *num.* 5. *verſic. patet ergo*, & *capit.* 12. *num.* 19. *verſi. in tali caſu*, & conducit text. *in l.* 1. *titul.* 11. *part.* 2. Paulus de Caſtro *in l. continuus, §. cum quis, n.* 4. *ff. de verborum oblig.* & *ibi* Bart. *num.* 5. Humada *in ſcholiis ad Gregor. Lopez in lib.* 5. *titul.* 26. *gloſſ.* 6. *numero* 4.

Unde, hoc ſuppoſito, ex ſup. dictis fluit ve- 18
ra reſolutio hujus dubii. Si enim oppidum, de quo quæritur, habuerit aliquem Dominum, aut Baronem, & ex deſtinatione, vel conſuetudine immemoriali Univerſitas non fuerit uſa talibus

talibus terris gerbidis, vulgò, *valdios*, utique præſumentur eſſe Domini loci, cui à Rege facta fuerit conceſſio, ſeu gratia, aut venditio loci cum ſuis montibus, & pertinentiis, dummodo ſint intrà confines oppidi, ut tradit Antonius Gabriel *de præſumptionibus*, *concluſ. 9. n.* 11. Menochius *libr. 3. præſumptione* 100. *per totam*, Peregrinus *de jure fiſci*, *libro 4. titu. 3. de bonis vacantibus*, *num.* 29. Raudenſis *deciſione Piſana* 18. *num.* 4. Mieres *de majoratibus*, 4. *part. quæſtione* 20. *ex num.* 19. qui limitat *n.* 66. quando ineſt præſumptio, quòd Dominus per violentiam occupaverit, quem in propoſito vide, & Cancerium *lib. 1. variarum reſolut. cap.* 11. *n.*40. ubi ait, quòd ſi major pars, ſeu portio terrarum unius territorii probatur eſſe Domini, cæteræ in illo confinio incluſæ præſumentur ejuſdem qualitatis, pro quo vide Afflict. *deciſ.* 267. *numer.* 3. Nattam *conſ.*460. *num.* 6. Menochium *ubi ſuprà*, *præſumpt.* 101. *n.* 11. qui alios refert repetit idem Cancerius *tom.* 3. *variarum*, *capit.*4. *de ſervitut. n.* 59. & idem dicendum eſt, quando populus ſe ipſum emit.

19 Si autem populus ſub corona Regia ſit, præter ea bona, quæ ex deſtinatione, vel uſu, & præſcriptione à populo fuerint poſſeſſa, in dominio Regis noſtri utique erunt, & manebunt, ex *Peregrino*, & aliis proximè relatis, docet Greg. Lopez *in l.* 15. *tit.*5.*p.*5. *in glo.* verbo, *ſon del Rey*, Mexia *in l. Toleti*, *fundamento* 2. *par.*9.*n.*49 Azeved. *in l.*1. *n.*16. *tit.*7. *lib.*7. *Recop.* Guttier. *lib.* 4. *practicarum*, *q.* 60.

20 Itaque villa, civitas, ſeu univerſitas, non aliter domina harum terrarum cenſebitur, niſi ſit in earum poſſeſſione, ut potè quod homines de dicta univerſitate conſueverint in dictis terris, aut ligna ſcindere, aut pecora depaſcere, ut *ſuprà*, *in principio*, diximus, & cum Menochio *dict. præſumptione* 100. *num.* 9. concludit Cancerius *dict. cap.* 4. *num.* 61. ubi dubitat, quid juris erit, quando Dominus loci, & cæteri vicini ſimul reperiuntur poſſidere nemus, vel paſcuum, & reſolvit præſumi tale nemus, vel pratum de Univerſitate, & Dominum non jure dominii, vel proprietatis, ſed ut vicinum, & aliorum incolarum caput pro ſua portione poſſidere; ad notata per Vincentium de Franchis *deciſ.* 197. Utrùm verò, caſtro, ſeu oppido conceſſo cum ſuis pertinentiis, veniant paſcua, diſputat Surdus *conſ.* 311. *num.* 36. *volum.* 3. Tiberius Decianus *reſponſ.* 123. *num.* 29. *vol.* 3. Et an paſcua ad uſum fundi deſtinata (licèt ſint ſeparata, & diſtincta) quando eodem nomine nominabantur à teſtatore, veniant in conceſſione, ſeu legato fundi, diſputat D. Joann. del Caſtil. noviſſimè *tom.* 5. *controv. c.* 62. *n.* 4.

## NOTÆ AD CAP. IX.

1 Multa continentur in *hoc cap.* ſed paucis verbis fuit dictum *ſuprà in Notis ad c.* 2. *ſub §. ità nec Baro*, quòd in dubio paſcua, quo ad proprietatem, præſumuntur eſſe Univerſitatis Loci, in quo reperiuntur *cum Capiblanc. de Baron. pragm.*8. *c.*41. *n.*12. *tom.*2. *& aliis*, ac meritò, quia

2 quidquid infrà fines, vel materiam territorii aſſignati invenitur, in dubio videtur ad Oppidum, Civitatem, ſeù Villam pertinere, & ſuper eo fundat intentionem ſuam Univerſitas, quoad dominium univerſale, & particulare, *ut hìc Auctor Noſter n.* 6. *ſubdens num.* 7. quinimmo etiam,

3 quoad poſſeſſionem, cum poſſidens caput, videatur & pertinentia poſſidere. *Gabr. tit. de præſumpt. concl.* 9. *ſub num.* 8. *Valaſc. de jur. emphit. q.* 8. *n.* 38.

Hincque ſit manutentionem competere Univerſitati, ac ei dandam eſſe in quaſi poſſeſſione paſculandi in territorio Baronis, *Poſt. de manut. obſ.*44. *ſub n.* 60. *cum Capyc. dec.* 189. 4

Circà quæſitum factum *hìc in fin. à Noſtro Auctore*, num paſcua ad uſum fundi deſtinata (licèt ſeparata, & diſtincta) quandò eadem nominabantur à teſtatore, veniant in conceſſione, ſeù legato fundi, *Caſtil. quem allegat. contr. tom.* 5. *cap.* 62. *ex num.* 4. *ad* 50. *per tot.* ponit, & fundat affirmativam juribus, & auctoritatibus amplè relatis, inter quas præcipuè *Gratian. diſcept.* 126. *ubi de Luca Melphict. in animad. tom.*1. *Surd. deciſ.*241. *ubi Hodierna in addit.* ac ulteriùs ſunt videndi *Fabius de Anna conſ.* 10. *Rovit. conſ.* 101. *& ibi Altimar. lib.*2. *à Ponte conſ.*63. *lib.*1. *D. meus Manſ. conſult.* 575. *lib.* 6. *Galeot. contr.* 22. *lib.* 1. ſed præ omnibus *Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.*74. *n.* 10. 11. 16. *lib.* 4. *tit. de legit. diſc.* 35. *ſub num.* 6 10. *l.*9. *tit. de legatis diſc.*7. *n.* 11. 12. 13. ubi parvi pendet diſtinctiones, quæ in materia ſolent dari, niſi quando afferantur ad finem regulandi voluntatem concedentis, ſeu teſtatoris. *lib.* 11. *Rota cor. Bichio*, quæ admittit hanc affirmativam, ſi diſtinctio, & ſeparatio conſiſtant in pluribus mil- 7 liaribus, ut tribus, *deciſ.* 506. *tom.*2. *in recent. dec.* 249. *p.* 11. *dec.*228. 295. *&* 389. *p.* 14. *quæ poſterior eſt etiam poſt Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.*111. 5

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT X.

### ARGUMENTUM.

Quid de vico civitatis, & ab ea exempto, vel de vico ei de novo aggregato, vel unito circà paſcuum publicum, an utriuſque intelligi debeat, & juris ſit.

### *SUMMARIUM.*

1 *Vicanei, vulgò*, los aldeanos, *an paſcuis civitatis, cui ſubjacent, potiri poſſint, & quid è converſo de civibus circà paſcua vicorum.*
2 *Vicaneorum, & civium æqualis, & reciprocus debet eſſe paſcuorum ſuorum uſus.*
3 *Termini civitatum dicuntur termini vicorum.*
4 *Expenditur tex.* in l. qui ex vico, ff. ad municipalem, *cum concordantibus.*
5 *Vici, ſeu caſtra dicuntur membra, & pars civitatis.*
6 *Civitatis ſtatuta, & conſuetudines comprehendunt vicaneos, & commitatenſes.*
7 *Civitate condemnata, etiam ſuburbia in condemnatione videntur comprehenſa.*
8 *Vicus abſque licentia civitatis, cui ſubjacet, compromittere, ſeu tranſigere ſuper paſcuis non poteſt.*
9 *Expenditur tex. in* l. 3. tit. 6. libro 7. novæ Recopilat. *& traditur ejus ratio.*
10 *Vicus tenetur ad contributionem, ad quam Civitas tenetur.*
11 *Litis cujuſdam, in quo patrocinium præſtabant Licentiatus Lezana, Dominus Alphonſus de Aguilar, & Doctor Bonilla, una cum Authore, & jurium, quæ in propoſito expendebantur, ſit mentio.*
12 *Expenditur text. in* l. 3. tit. 5. novæ Recop.
13 *Lex quando aliquid diſponit ſub aliqua qualitate, ſeu præſuppoſito, qui ſe fundat in ea, debet*



*priùs præſuppoſitum, & qualitatem probare.*
14 *Vici quando dicantur membra civitatis, traditur remiſſivè.*
15 *Vici paſcuis civitatum non potiuntur, nec earum ordinationibus, pœnis, & ſtatutis gubernantur, quando ex deſtinatione, conſuetudine, aut præſcriptione, ſeparationem, & diſtinctionem habent.*
16 *Paſcui jus an varietur, quando vicus à civitate eximitur.*
17 *Proponitur primum fundamentum illius opinionis, nempe quòd per exemptionem vicus non amittit jus paſcui in terminis civitatis, nec deſinit eſſe pars ejus.*
18 *Additamentum alicujus rei non mutat ejus qualitatem.*
19 *Expenditur in propoſito tex. in* cap. tranſlato, de conſtitutionibus.
20 *Ponderatur text.* in authentica ſed Epiſcopalis dignitas, C. de Epiſcop. & cler.
21 *Referuntur Doctores, qui defendunt jus paſcui non variari, nec amitti regulariter, ex eo quòd vicus eximatur à civitate.*
22 *Opponitur prædictæ reſolutioni quædam objectio, & ei ſatisfit, num.* 23.
24 *Vicanei, ſeu vicini villæ exemptæ non ſubeunt opera realia, ſeu perſonalia civitatis.*
25 *Vicus unitus, an paſcuis civitatis, cui unitur, utatur, & an civitas ejus paſcuis uti debeat, diſputationi exponitur.*
26 *Unionis natura, & vis expenditur.*
27 *Augmentum ſemper ſequitur naturam, & qualitatem rei, cui adjicitur.*
28 *Connexorum idem eſt judicium, & eadem reputatur qualitas.*
29 *Diverſum eſt in propoſito oppidum alteri æquè principaliter, vel acceſſoriè adjungi, vel aggregari.*

1 Cum paſcui uſus vicinis, & habitatoribus cujuſſibet oppidi in terminis publicis ſit communis, ut in *dict. l.*9. *tit.*28. *part.*3. & in privatis, collectis fructibus, etiam patere debeat, ut in *pluribus capitibus* ſæpius per nos eſt repetitum, meritò dubitari ſolet, quid juris ſit circa uſum vicaneorum in terminis civitatis, aut villæ, cui ſubjiciuntur, & quid in vicorum terminis civibus circà paſcuum commune ſit.

2 Et ſanè, quòd tàm vicaneis, quàm civibus in omnibus paſcuis debeat eſſe æqualis, & reciproca communio eorum, patet ex eo, quòd habitator vici dicitur habitator civitatis, cui vicus ſubjacet, ex Bart. *in l.*1. *ff. ad municip.* ubi ait civem Peruſinum illum dici, qui in comitatu Peruſino naſcitur, quem ſequitur Caſtrenſ. *in l. nulli n.*7. *C. de Epiſc. & Clericis*, idem Bart. *in l. C. de municipibus*, *& originariis l.* 10. *n.*2.

3 Eo quia termini civitatis ſunt termini vicorum, ſeu caſtrorum, *l.*1. *§. cum urbem*, *& l.* 1. *§. cum urbem. & l. fin. ff. de officio Præfecti urbi*, *l.* 6. *tit.* 6. *libr.* 3. *novæ Recopilationis*, & tradit Aviles *in capite* 6. *Prætorum*, verbo *tierra*.

4 Deinde conducunt, & expendi poſſunt in propoſito plura jura, ut eſt text. *in l. qui ex vico*, *ff. ad municipalem*, ibi *Qui ex vico ortus eſt*, *eam patriam intelligitur habere*, *cui Reip. vicus ille reſpondet*, per quem dicit Joan. de Imol. *in l. ſi opus*, *§. deinde*, *ff. de oper. novi nunciatione*, quem ſequitur *ibi* Jaſon *nu.* 3. quòd villæ, ſeu vici ſunt membra civitatis, *text. in cap. ſuper eo*, *de cognatione ſpirituali*, ubi conſuetudo, quæ obſervatur in Eccleſia matrice, extenditur ad alias Eccleſiaſticas ei ſubjectas, *text. in c. fundamenta*, *§. fin. de elect. in* 6. ibi *qui in ipſa*, *ejuſque territorio*, quem textum in propoſito adducit Bart. *in dict. l. qui ex vico*, & in *l.* 1. *num.* 5. *ff. ad municipalem*, & commendat Abb. *in cap. Rodulphus*, *de reſcriptis*, ubi Felinus, *num.* 9.

5 Rurſus, quia vici, ſeu caſtra pars, ſeu membra civitatis, aut villæ, cui ſubjacent reputantur, *l. inſulæ Italiæ*, ubi Doctores, *ff. de judiciis*, *l. pupillus*, *§. territorium*, *ff. de verborum ſignificatione*, Belluga *in ſpeculo Principum*, *§. reſtat videre*, *n.* 6. tradit Caſtrenſ *in dict. l. nulli*, *num.* 7. *C. de Epiſcop. & Clericis*, & in *authent. qua in Provincia*, *num.*4. *C. ubi de criminibus agi oporteat*, Bart. *in l. fin. §. penult. num.* 6. *ff. ad municipalem*, Petrus Gregor. *ſyntagmatum* 1. *part. libr.* 3. *cap.* 8. *ex num.* 5. *&* 2. *parte*, *lib.* 8. *cap.* 20. *nu.* 10. Schraderus *de feudis* 3. *part. cap.*4. *n.* 26. Nicolaus Loſæus *de jure Univerſitatis*, *c.* 13.

6 Et ex hoc provenit, quòd civitatis ſtatuta, & conſuetudines comprehendunt vicos, teſte Bart. *in l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuetudo*, *nu.* 41. qui ad hoc allegat textum in *§. fin. Inſtitut. de ſatiſdation.* ubi Angelus, & Aretinus, Caſtr. 307. *n.* 1. *volum.* 2. Jaſon. in *l. hujuſmodi*, *§. legatum*, *n.* 10. *ff. de legat.* 1. & in *l. omnes populi n.* 39. *ff. de juſt. & jure*, ubi Bald. & facit text. *in c. olim*, *de conſuetudine.*

7 Quin immò condemnata civitate, etiam ſuburbia videntur in condemnatione comprehenſa, ut reſolvit Bart. *in l.* 2. *ff. de verborum ſignificatione.* Cujus doctrina juvatur ex Gloſſa *in cap.* 1. *de uſuris*, *l.* 6. Alexand. *in additione ad Bart. in l. ſi convenerit*, *§. ſi nuda*, *ff. de pignoratitia actione*, Aviles *ubi ſuprà*, *num.* 6. *in fine*: quamvis Panormitanus repugnet in *in dict. cap. Rodulphus*, *n.* 6. qui hanc comprehenſionem, vel (ut ille ſentit) extenſionem, tantùm admittit in re favorabili, non autem in odioſa: cum tamen vicos, ſeu caſtra partes eſſe, ſeu membra civitatis, vel villæ firmaverimus, æquale jus conſtituere debemus ex *l. quæ de tota*, *ff. de rei vindicatione.*

8 Ex quo & illud oritur, quòd vicus, qui civitati ſubeſt, ſine ejus permiſſu, & licentia nec compromittere, nec tranſigere poteſt ſuper paſcuis, & aliis juribus publicis, ut communiter notatur in *l. civitas*, *ff. ſi certum petatur*, & in terminis tradit Paulus Caſtrenſis in *l. nulli*, *columm.* 2. *ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, Socinus *conſ.* 95. *In cauſa communis*, *n.*8. *lib.* 3. ubi allegat in propoſito text. *in cap. edoceri*, *de reſcript.* docet Bartolus *in l. acta*, *ff. rem ratam haberi*, & in *l.* 2. *verſic. eſt tertia univerſitas*, *ff. de damno infecto*, & facit tex. *in l. unica*, *C. de metropoli Berito*, *l.* 11. Burgos de Paz *conſil.* 10. *n.* 15.

9 Præterea eadem conſideratione nititur deciſio *legis tertiæ*, *tit.*6. *l.* 7. *novæ Recopilationis*, ibi *Que en tal repartimento contribuyan*, *y paguen todas las aldeas*, *y lugares que ſe acogen à la tal ciudad*, *villa*, *ò lugar*, *ò ſe aprovechan de ſus paſtos*, *y terminos*, *como quier que el tal lugar ſea de ſeñorio.*

10 Et quod vicus teneatur ad contributionem, ad quam Civitas tenetur, docet Glo. *in Authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi*, *§. ſi quis igitur*, quam in propoſito commendat Gregor. Lopez *in l.* 5. *titul.* 15. *part.* 4. ubi limitat in contributione parva, non in magna, ex Platea *in l. fin. C. de immunitate nemini concedenda*, *lib.*10. Quæ, & alia jura doctiſſimè, & ad-

modum ingenioſè perpendebant Licentiati Leza-
11 na, & Dominus Alfonſus de Aguilar, ac Doctor Bonilla Cathedræ *Sexti* hujus Academiæ Valliſoletanæ meritiſſimus moderator, & omnes pluribus rationibus commendatiſſimi Advocati in hoc Regio Conventu in lite mota inter oppida, & vicos terræ de Almacan contra villam, cui ſubjacent, ſuper eo, quòd contribuere tenerentur pro pecunia expenſa in reparatione murorum ipſius villæ de Almacan : Ego autem oppidorum illius territorii tutelam, & patrocinium agebam, in quorum defenſione, etſi fundamenta ſuperiùs adducta fortiſſima agnoſcebam, & maximè dictæ legis Regiæ deciſione premebar.

12 Eam tamen ex alia lege poſteriori, videlicet, *l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 6. *ejuſdem Recopilationis* derogatam fuiſſe, vel ſaltem intelligendam fore inſtabam, quæ ita ait : *Mandamos que los caſtillos, y fortalezas de las fronteras, ſe reparen de nueſtros dineros : y que las torres, y muros de las nueſtros ciudades, villas, y lugares, mandamos que los reparen, y labren los vezinos, y moradores dellas, ſegun que ſon tenudos à ello, y à coſta de los que han coſtumbre de contribuyr en los dichos reparos.* Et cum ex *hac l.* murorum reparatio fieri debeat expenſis illorum, qui ſunt in conſuetudine, & uſu contribuendi, contendebam hanc conſuetudinem, & uſum contrà vicos, & oppida terræ neceſſariò eſſe verificandam à villa, ut
13 legis deciſione cauſam contributionis (de qua agebatur) firmaret. Quia quando lex aliquid diſponit ſub aliqua qualitate, vel præſuppoſito, qui ſe fundat in ea, debet probare ſuppoſitum, & qualitatem, ex notiſſima Gloſſ. ad hoc communiter commendata in *l. mancipia, C. de ſervis fugitivis*, & facit text. *in Clem. fin. de ſententia excommunicationis*, & in *l. magis puto*, §. *non paſſim, ff. de rebus eorum*, Hippolytus *in rubrica C. de probat. num.* 436. Tiraquel. *de utroque retractu, lib.* 1. §. 8. *gloſſ.* 7. *n.* 2. Tiber. Decian. *reſponſ.* 19. *volum.* 2. *num.* 8. Gironda *de privileg. num.* 394. Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 1. *num.* 49. quia tamen ex actis non extitit probata per villam hæc conſuetudo, ſeu qualitas, ſententiam in favorem vicorum obtinui, ſed & alia pleraque pro intellectu dictarum legum Regni prædictæ litis determinationi conducibilia expendi, quæ noſtri propoſiti non ſunt.

14 Ut tamen ad propoſitum, unde digreſſi ſumus, revertamur, ad hoc, ut vici reputentur pars civitatis, plura tradit Menochius *lib.* 1. *de arbitrar. quæſt.* 99. *per totam*, Pariſius *conſ.* 25. *lib.* 4. Caccialupus *in dict. l. omnes populi, q.* 9. Suarez *allegat.* 6. Aviles *in proœmio capitum Prætorum, glo. Iſtas*, Mexia *in pragmatica taxæ panis, n.* 75. *fol.* 23. *concluſ.* 1.

15 Itaque & vicaneis, & civibus æqualem, reciprocum, ac communem eſſe paſcui uſum, ex ſuprà dictis firmare debemus, ac eiſdem ordinationibus, pœnis, & ſtatutis metiri, ac gubernari debere, niſi vicus ex deſtinatione, vel conſuetudine, aut præſcriptione in terminis, ſeu jure paſcendi, ſit diſtinctus, & ſeparatus, ut tradit Menochius *conſ.* 80. *num.* 19. *libr.* 1. Seſſe *deciſ.* 8. *& deciſ.* 60. *num.* 12. Aviles, & Mexia, *ubi ſuprà.*

16 Sed an hoc jus circa paſcuum, variationem recipiat, quando vicus à villa, ſeu civitate eximitur, frequenter controverti ſolet.

In qua quæſtione firmiter obſervandum eſt vicum exemptum à juriſdictione civitatis adhuc retinere uſum, & communitatem paſcui, quod ex ſequentibus fulcitur fundamentis.

Primò ex doctrina Bartoli *in l. hoſtes, co-* 17
*lumna* 2. *ff. de captivis, & poſtliminio reverſis*, ubi aſſerit vicaneos, & incolas vici exempti in juriſdictione, quoad privilegia, & cætera omnia, cives illius civitatis (à qua eximuntur) manere, & ejus legibus ſubditos eſſe, Bart. *in l. ſi convenerit*, §. *ſi nuda, num.* 6. *ff. de pignoratitia actione*, ubi aſſerit, quòd, etſi caſtrum eximatur ab aliqua civitate, dum tamen alteri non uniatur, ejuſdem civitatis ſtatutis regi debet, & conſuetudinibus; ubi additio Alexandri *litera Y*, & id ipſum repetit Bart. *in tractat. de repræſaliis, quæſt.* 5. *principali, num.* 3. *verſ. ad ſecundum*, Oroſcius *in l. nam & Demoſthenes, numer.* 8. *ff. de legibus*, quam doctrinam ſequitur, & commendat Caſtrenſ. *conſ.* 307. *lib.* 2. Curtius Junior *conſ.* 10. *num.* 12. Alexand. *conſ.* 151. *libr.* 2. *num.* 5. &, eis relatis, ita in propoſito Covarruv. *in practicis, cap.* 37. *num.* 7. *verſic. hæc verò*, qui quatenus cum Curtio aſſerit, vicum exemptum non debere gubernari ſtatutis, intelligi debet de factis, ſeu conditis poſt exemptionem, quia tunc datur defectus poteſtatis, & juriſdictionis; non verò de antea factis, ut colligitur ex Baldo in *d. l. cunctos populos, numero decimo quarto*, & Alexand. *dicto conſilio* 101. *n.* 13.

Secundò ſuadetur ex eo, quòd, quamvis ali- 18
quid alicui rei ſuperadditum ſit, non tamen ex hoc priſtina qualitas, ſeu nomen immutari debet, ut in §. *in perſonam*, ubi notat Angelus Aretinus, *Inſtitut. de actionibus*, quem ſequitur Jaſon *ibi numero nono.* Ergo commoditas illa paſcui, quod caſtrum, ſeu vicus habebat in civitate, ab eo auferri non intelligitur per exemptionem.

Tertiò pro hac parte conducit text. *in cap.* 19
*tranſlato, de conſtitu.* cum *ibi* notatis, ubi tranſlato ſacerdotio, fit etiam legis tranſlatio; ut non abs re dicere poſſimus, quòd, tranſlata juriſdictione in vicum, ſeu caſtrum, debeat ſimul fieri tranſlatio communitatis paſcui, conſuetudinum, ſive cæterarum qualitatum, quem textum in id expendit Alexand. *in dict. additione ad Bartol. in dict.* §. *ſi nuda.*

Quartò facit text. celebris *in authentica, ſed E-* 20
*piſcopalis dignitas, C. de Epiſcopis, & Clericis*, ubi, licèt ex dignitate ſuperveniente liberetur filius à patria poteſtate, id tamen non ad damnum, ſed ad commodum intelligi debet : ita ut nulla ſtatus diminutio ſubſequi valeat, quem *text.* in id commendat Bart. *dict. tract. de repræſaliis, q.* 5. *n.* 3. Baldus, Paulus, & Salicetus *ibi*, Dinus in *regula, decet, de regulis juris*, tex. ſingularis *in l. municeps, ff. ad municipalem*, ubi qualitas, ſeu dignitas ſuperveniens ab oneribus eximit, & non tollit commoditatem : Alex. *conſ.* 32. *in principio, vol.* 5. Surd. *conſ.* 54. *n.* 10.

Quibus, & aliis fundamentis hanc partem cir- 21
cà uſum paſcui expreſsè tuentur Regnicolæ noſtri, ut extrà *ſuprà* relatos, videre licet per Gregor. in *l.* 5. *tit.* 2. *gloſſ.* 3. *par.* 1. & in *l.* 12. *gloſſ.* 2. *in fin. tit.* 1. *part.* 1. Caſtillo *in l.* 6. *Tauri, gloſſ. verb. el fuero de la tierra, in additionibus, verſ. utrum tamen :* Azevedo *in l.* 14. *tit.* 6. *glo. las haran, num.* 9. *in fin. & verſ. notandum, libr.* 3. *Recopilationis*, Bobadilla *libr.* 5. *Politic. cap.* 10. *num.* 29. ubi ait, quòd in tantum hoc procedit, quòd frequenter in litteris, ſeu privilegio exemptionis de ſtylo ſolent apponi, & inſeri verba ſequentia :



*Que dandoſe toda via el termino uno en quanto à los paſtos, y à provechamientos, ſegun y como eſtavanantes y al tiempo do la exempcion.*

22 Neque prædictis obſtat idem eſſe caſtrum, ſeu vicum ab ejus juriſdictione eximi, vel extraneum à territorio conſtitui, ut, pluribus adductis, contendit Hippolytus *in repetitione legis fin. ff. de juriſdictione omnium judicum, num.* 5. & facit textus *in cap.* 1. *in fin. de ſtatu regul. lib.* 6. ubi Glo. *verbo exempto*, in cujus paraphraſi ita advertit *Anchar.* in *c. ut animarum, de conſtitutionibus, eodem libro*, quem *ibi* ſequitur Dominicus, *n.* 17. text. *in cap. luminoſo* 18. *q.* 2.

23 Quia reſpondetur illud procedere quoad actum juriſdictionis, & alios ab ea dependentes, non verò quoad alia commoda, & emolumenta. Unde, facta emptione vici, & jam conſtituta villa, *eximida*, utique exiſtimo pignorationes, quæ fiunt in ejus paſcuis, & pœnas judicari debere per Judices ipſius vici exempti; cum hoc, juriſdictionis uſum, & exercitium ſapiat, ut dicemus in *cap.* 19. & hoc ſenſiſſe Covarru. *ubi proximè, dict. n.* 7. in quo tamen prædictas pœnas non debere ſolùm applicari vicinis villæ exemptæ, ſed apud Oeconomum, vel ſyndicum civitatis deponi debere, & in libro publico, ſeu *æſtimo* propriorum ejus ſcribi, & ipſa communitatis paſcui permanentis ratio dictat, & ſatis utiliter tradit Bobadilla *ubi ſup. n.* 31.

24 Nec iterum oberit, ſi inſtes, quòd vicanei, vel vicini villæ exemptæ non ſubeunt onera realia, vel perſonalia civitatis, quia id operatur exemptio, nec officia Reipublicæ illis tribuuntur, quæ tantùm habitatoribus ſunt impartienda, ut in *Authentico, de defenſoribus civitatum*, §. 1. & ſecundùm naturam eſſe eos debere ſequi commoda, & emolumenta, quos ſequuntur incommoda, & ſic non debere potiri paſcuis, qui oneribus gravari non poſſunt, ut in *regula, ſecundùm naturam, ff. de reg. jur.* & in *l. is qui in poteſtate*, §. *fin. ff. de legatis præſtandis*, Hippolytus *ſingul.* 264. Quia huic objectioni ſatisfit ante ſignatam *regulam* non procedere circà diverſa, vel diverſis reſpectibus conſideratis, ut in *cap. cum capella*, ubi poſt Glo. expreſsè advertunt Innocent. Abb. & communiter *ſcribentes.*

25 Sed de vico civitati, aut villæ unito, vel aggregato, quod paſcuis civitatis, vel villæ, cui unitur, debeat potiri, & è converſo civitas, aut villa ejus terminis, facilior eſt reſolutio, quam fovent & jura, & rationes, quæ *ſuprà in principio iſtius capitis* perpenduntur.

26 Et unitas, rerum natura, ac conditio, id ipſum ſuadent, ut in *cap. recolentes*, §. *ult.* ibi *Domus illa, quæ de aliis inſtitutionibus ad veſtrum Ordinem ſe tranſtulerit, veſtris omnino ſe ſatagat uſibus conformare, de ſtatu Monach.* ubi Eccleſia, vel Monaſterium alteri unitum aſſumit naturam, privilegia, conſuetudines, ſtatuta, vel qualitates loci, cui ſe univit, & in *l. item ſi fundi*, §. *huic*, ubi Bald. & Angel. *ff. de uſufruct.* Glo. *verbo uniendo*, in *c.* 1. *Ne ſede vacante*, Bar. in *d. l. ſi convenerit*, §. *ſi nuda, ff. de pignoratitia actione*, & in *l. Senatores, C. de dignitatibus, lib.* 12. Baldus in *l. etiam, num.* 7. *C. de jure dotium*, Rebuffus *ad conſtitutiones Gallicas, tom.* 1. *tit. de litterarum obligationibus, artic.* 2. *gloſ. unic. numer.* 5. Boërius *deciſ.* 50. *num.* 17. Mantua *conſ.* 89. *numer.* 14. *lib.* 1. Mandoſius *conſ.* 88. *num.* 3. Cephalus *conſ.* 309. *num.* 34. Oldradus *conſ.* 257. *num.* 16. Menoch. *conſ* 26. *num.* 26. *vol.* 1. Tuſchus *concluſion.* 242. *litera V, per totam*, quod latè proſequitur Narbona in *l.* 20. *titul.* 1. *lib.* 4. *novæ Recopil. glo.* 32. *à n.* 34. ubi plura in propoſito notatu digna cumulat.

Et quia augmentum ſemper ſequitur qualita- 27
tem illius rei, cui adjungitur, ut in *l. inter*, §. *cùm inter, ff. de pactis dotalibus*, ubi Alberic. *l. ſi conſtante*, ubi Bald. *C. de donationibus ante nupt.* latiſſimè Tiraquel. *in l. ſi unquam, verb. donatione largitus, n.* 226. *C. de revocand. donat.* & in *tract. de retract. lignag.* §. 1. *glo.* 18. *n.* 51. Gemin. *in c. fin.* §. 1. *de conceſ. præbend.* Undè, quòd Regnum unitum, & incorporatum debeat uti legibus, & conſuetudinibus alterius Regni, cui ſubjungitur, & adjicitur, tradit Angel. *conſ.* 242. Alex. *conſ.* 114. *n.* 20. *vol.* 4. Guid. Papa *deciſ.* 265. *& conſ.* 134. *n.* 1. *p.* 2. & pro Regno Navarræ annotavit Olanus *in concordia antinomiarum juris, in præfat. verſic. item, quia Regnum*, ſub *n.* 20. Burg. de Paz *in l.* 1. *Tauri, n.* 451.

Inſuper ex eo, quod annexorum idem eſt judi- 28
cium, & una inſpectio, ut in *c. eam te, de ætate, & qualitate*, & in *l. plerumque, ff. de ædilitio edicto, l. eum actum, ff. de negot. geſt. l. quid ergo*, §. *ſufficit, ff. de contrario judicio tutelæ :* unde vicus civitati annexus non debet diverſo jure æſtimari : deinde, quia res alteri adjecta, ſeu mixta à digniori, ſeu potentiori cauſa debet metiri, & gubernari, ac eſſentiam, ſive ſubſtantiam ſumere, ut in *l. quæritur, ff. de ſtatu hominum, c. quòd in dubiis, de conſecrat. Eccleſiæ, vel altaris*, Baldus *in l.* 2. *C. communia de legatis*, Joan. de Amicis *conſ.* 1. *à num.* 49.

Quod tamen in dubio ſic æſtimandum eſt, præ- 29
ſertim, quando aliquod oppidum alteri acceſſoriè adjicitur, vel unitur, ex doctrina Bart. *in d. l. ſi convenerit*, §. *ſi nuda, num.* 2. non autem quando æquè principaliter unitur, & adhæret, ut tradit Guiliel. Bened. *in c. Rainuncius, verb. & uxorem, n.* 496. *de teſtamentis*, Aviles *in c. Prætorum, in proœm.* verb. *Iſtas*, Joan. Guttier. *l.* 3. *pract. quæſt.* 17. *n.* 219.

Cæterùm pluries diverſo modo, & ſub certis legibus, & conditionibus ſolet fieri unio, & regna debellata colla ſubmittunt : & illa potiſſima ſolet eſſe, ut fori ſui leges, & conſuetudines nullatenus pereant, ut in Comitatu Flandriæ contigit, cujus exempli meminit Oroſius in *dict. l. Nam & Demoſthenes, num.* 9. *ff. de legibus* : nam licèt illius Provinciæ potentiſſimo noſtro Philippo deditæ ſint, ſuis tamen peculiaribus, ac priſtinis legibus, & conſuetudinibus gubernantur, ut tradit latiſſimè Rolandus Natin Miritheus *in ſua peculiari Hiſtoria Galliæ Belgicæ libro primo*, quam noſtro Hiſpano ſermone inſtauravit Dominus Rodericus de Medina, & Marcilla. Et in Regno Aragonio id ipſum experti ſumus, cujus originarios, & incolas, quantam intuitu, vel colore quæſito obſervantiæ ſuarum conſuetudinum, & Regni legum cladem expetiiſſe tempore Antonii Perez, ſatis novo æſtro eſt notum : & videre licet ex Chronicis ſapientiſſimi noſtri Regis Philippi Secundi, & peculiariter hoc expreſſiùs colligitur in *hiſtoria Aragonii* diligentiſſimi Doctoris Blaſii de Lanuza Canonici Pœnitentiarii Eccleſiæ Sanctæ Syracuſanæ, *tom.* 2. *libro ſecundo, exceptione* 6. *cum ſequentibus*, Doctor Ramirez *de lege Regia*, §. 25. & plures refert noviſſimè Carrillo *in ſuis annalibus lib.* 6. *anno* 1541.

*fol.* 421. Regni autem Navarræ unio Coronæ Caſtellæ fuit facta anno 1515. ſub Catholico Rege Ferdinando, ut tradit Pater Mariana, 2. *tom. hiſtoriæ Hiſpaniæ, lib.* 3. *cap.* 34. ubi poteris videre, qua forma fuerit unio facta. Et Regni Portugalliæ, qua forma facta fuerit unio, & deditio, ultrà Hiſtoriographos Regis noſtri Philippi II. vide noviſſimè Emmanuelem de Faria, & Souſa *in epitome Luſitanæ hiſtoriæ, anno* 1598. *c.* 1. *fol.* 572.

## NOTÆ AD CAP. X.

1 QUòd paſcuis publicis Univerſitatis uti poſſint æquè cives, ac vicanei, ut firmat *Auctor in hoc cap.* dicens *n.* 16. uſum horum paſcuorum debere eſſe inter illos æqualem, reciprocum, & communem cum *Menoch. conſ.* 80. *numer.* 19. *lib.* 1. *Seſſe dec.* 8. *&* 60. *numer.* 12. *ac aliis*, fulcitur fundamentis præcedenter jactis, quæ in ſubſtantia reducuntur ad id, quòd dici-
2 tur de civitate, dici etiam debet de vicis eidem ſubjectis in omnibus, ſed maximè in favorabilibus, qua de re videantur *Valenz. conſ.* 79. *lib.* 1. *Ciarlin. contr.* 149. *Capon. diſcep.* 107. *Pacichel. de diſtant. c.* 12. *& ult. Antunnez de donat. regiis p.* 3. *c.* 43. *tom.* 2. *Romaguerra ad Conciol. in Stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 49. *numer.* 11. 12. *Barboſ. cum allegatis ab eo de appell. verb. jur. ſignific. appell.* 49. *numer.* 1. *& ſeq. q.* ubi etiam de ſuburbiis,
3 diſtrictu, & comitatu, *Ricc. collect.* 1387. *&* 2680. *Dian. reſol.* 123. *tract.* 4. *p.* 4. *Sabel. reſol.* 49. *& & in Summa verb. appellativa num.* 35. *& verb. Civis. num.* 11. *tom.* 1. *Gizzarel. deciſ.* 23. *ubi omnes, Add. Leoncil. dec.* 163. *Gratian. diſcept.* 217. *ubi de Luca & dec.* 96. *& ibi Scoppa, & de Luca, ubi concord. Cabed. dec.* 16. *p.* 2. *Rota in rec. dec.* 58. *&* 489. *p.* 9. *dec.* 199. *à n.* 15. *p.* 12. *dec.* 188. *p.* 17. *deciſ.* 695. *p.* 18. *poſt Urceol. de tranſact. dec.* 86. *n.* 8. *& in Burgen. præc. min.* 8. *Febr.* 1677. *cor. Bourlemont.*

*Noſter Auctor in hoc cap. commemoratur à Balmaſeda de collect. q.* 59. *n.* 2. 3. 16. 27. *quem vide, ſi placet.*

Et de concluſione poſita *hìc n.* 7. rursùs *Balmaſeda de collect. q.* 69. *n.* 12. Prout & aliam poſitam *hìc n.* 10. *collaudat idem Balmaſeda de collect. q.* 59. *n.* 16.

4 Quoad Vicum ſeparatum, & exemptum à Civitate, quidquid dicant *D. D. Hiſpani hìc per Auctorem n.* 21. *relati, & ab eo ſequuti*, verior eſt reſolutio, ne in futurum poſt ſeparationem poſſit uti paſcuis Univerſitatis, quando ampliùs illam cum cæteris non conſtituunt, cum nunc optimè intret argumentum à contrario ſenſu *à juribus, & rationibus allatis*, pro comprobando uſu paſcui competente Vico ex cauſa, & capite ſuæ unionis cum Civitate; dum illicò, quòd datur illius ſeparatio, contrarium ſuadeatur ex eo, quòd unio, & ſeparatio tanquàm ſe invicem collidentes ſint contrariæ, juxtà ea, quæ de natura contrariorum dicuntur *à Me cum multis in colluct. legal.* 38. *n.* 74. *vol.* 1. *Colluct.* 5. *n.* 103. *& ſeqq. ac colluct.* 47. *n.* 59. *vol.* 2. *Rota cor. Bichio dec.* 437. *n.* 26. *tom.* 2. *cor. Dunoz. jun. dec.* 875. *num.* 11. *tom.* 2. *& in recent. dec.* 536. *num.* 58. *ubi de ratione p.* 14. *ac deciſ.* 204. *n.* 3. 4. *p.* 16. & per conſequens dictum argumentum validiſſimè operatur
5 perindè, ac ſi adeſſet textus legis ità diſponentis *Barboſ. loc. comm.* 27. *ſub. n.* 1. *Ego ipſe in colluct. legal.* 50. *n.* 63. *vol.* 2. *Rota cor. Duran. deciſ.* 445. *n.* 55. *tom.* 2.

Ac verè in terminis iſtis non videntur ſatis reſ- 6
ponſiones datæ per *Auctorem* ad motiva elevata contrà ejus ſententiam *hìc n.* 22. 23. 24. Cum in illis præſupponatur adhùc aliquid unionis, circà uſum paſcui publici vigere inter Vicum, qui præſupponitur ſeparatus, & Civitatem, à qua dicitur ſeparatus, quo caſu res eſt extrà quæſtionem, & extrà difficultatem; tanquàm ſi uſus ille expreſsè, vel tacitè fuiſſet reſervatus, intrantibus viribus clauſulæ *ſalvo*, ſeù alia præſervativa *ſine præjudicio*, ad notata per *Barboſ. clauſ.* 139. *n.* 3. 4. 5. *& clauſ.* 157. *nu.* 8. *ac utrobiquè concord. Rubeus in ſingul. Rot. p.* 4. *clauſ.*
693. *&* 757. *ubi latè tom.* 2. *Ego ipſe colluct. legal.* 7
17. *n.* 12. *vol.* 1. *& colluct.* 44. *n.* 202. *vol.* 2.

De Vico autem de novo aggregato, de quo
*hìc n.* 25. *& ſeqq.* non eſt multùm immorandum, 8
quoniam, ſtante concurſu conſenſus tàm Civium, ac Civitatis aggregantis, quàm Vicaneorum Vici aggregati, certum eſt uſum paſcui publici ipſis Vicaneis, & Vico aggregato competere per ea, quæ (ultrà *hìc* ponderata) de Civibus aggregatis de novo traduntur *ſuprà à Noſtro Auctore in cap.* 4. 5. *& meliùs à Gratian. diſcept.* 559. *Capiblanc. de baron. prag.* 11. *n.* 109. *tom.* 1. *Ricc. col-*
*lect.* 3290. *& pluribus aliis apud Sabel. in ſumma* 9
*verb. civis. n.* 4. & ſpecialiter, quoad uſum paſcui, *ibid. verſic. quòd aggregatus. tom.* 1. *cum Sanfælic.*
*dec.* 75. 76. *tom.* 1. 10

Videas de materia *Roxas de incompatib. p.* 7. *c.* 2. *numer.* 14. *ubi in fin. allegat Noſtrum Auctorem.*

*Comes Vincentius Bondenus.*

## CAPUT XI.

### ARGUMENTUM.

Paſcui publici alienatio an jure permiſſa ſit, & à quibus, & qua ſolemnitate fieri valeat, & de tranſactione ſuper jure paſcendi.

### *SUMMARIUM.*

1 *Bona publico uſui deſtinata, Domini loci Univerſitatis, & ſingulorum vicinorum formaliter non ſunt.*

2 *Ampliatur regula ſuprà poſita, ut procedat in bonis publicis cujuſcumque ſpeciei.*

3 *Libera bonorum alienatio regulariter competit eorum dominis.*

4 *Paſcua publica, nec ab Univerſitate, ſeu oppido, nec à Domino, nec ejus vicinis alienari regulariter poſſunt.*

5 *Expenduntur plura jura, quæ hanc alienationem prohibent.*

6 *Intelligitur in propoſito tex.* in l. fin. C. de vendendis rebus civitatis, lib. 11. *& ei ſatisfit, & num.* 7.

8 *Bona publica, ſeu paſcua alienari poterunt, Regia licentia accedente.*

9 *Traditur, & aſſignatur ratio, ob quam, Regia facultate accedente, poſſunt paſcua, ſeu bona publica alienari.*

10 *In alienatione paſcui publici neceſſariò debet facultas Regia præcedere.*

11 *Facultas regia ad alienandum, ſi in eadem die appareat confecta, in qua alienatio, prior intelligitur facultas.*

12 *Facultas Regia an præſumatur, ubi de ea non conſtat.*

13 *So-*



ſono tubæ, vel alio conſueto modo vicini vocati ſint ad concilium, ex Bart. *in l. fin. C. de prædiis curial. lib.* 10.

Et quòd debet dari terminus ad deliberandum, Abb. *in cap. cum in veteri, notabili* 7. *de electione*, & in *cap. cum nobis, n.* 10. *eod. tit.* Curia Piſana *lib.* 2. *c.* 9.

22 Et quòd duæ partes ex tribus vicinorum ad minus conveniant, *l. nulli*, ubi Doctores, *ff. quod cujuſque univerſitatis nomine, l. nominationum, C. de Decurionibus, libr.* 10. Ruinus *conſ.* 189. *volum.* 1. Rolandus à Valle *conſ.* 90. *nu.* 19. *vol.* 1. omnino videndus, qui plurima in propoſito ſcitu digna, & in praxi contingentia congerit, & facit *lex* 24. *tit.* 4. *part.* 3. ibi *Pero ſi todos,*
23 *ò la mayor parte dellos.* Et quòd in actis ſcribantur nomina eorum, *dict. l. fin. C. de vendendis rebus civitatis*, Bart. *in l.* 1. *ff. de albo ſcribendo*, Alexand. *conſ.* 1. *vol.* 4. Decius *in cap. cum omnes.* 1. *lectura, ad fin. verſ. non omitto, de conſtit.* Baldus *in l.* 1. *ff. de magiſtratibus conveniendis, verſi. conſulto tamen.* Oldradus *conſ.* 100. Capicius *deciſ.* 4. *num.* 4. Rodericus Suarez *allegatione* 14. *nu.* 2. & in alienatione montium, & paſcui publici Joann. Garcia *de nobilitate, gloſ.* 3. *§.* 2. *n.*
24 8. Quod non procedit, ut ibi ait, in civitatibus magnis, & populoſis, etiam in rebus magni præjudicii, quia vicini facilè conveniri non poſſunt, & inde ſecundùm eum oritur praxis obſervata in ſupremo totius Hiſpaniæ Senatu, ubi dantur mandata Regia, vulgò: *Proviſiones de diligencias para los pueblos, ſi piden licencia para vender, arrendar, cotear proprios paſtos parabazer deheſſas coteadas, y otras coſas deſta manera, y las proviſiones ſe dan para diligencias à Concejo abierto, ſi es en aldeas, ò pueblos pequeños. Pero para ciudades, y villas populoſas, jamas ſe da para diligencias à concejo abierto, ſino parael Ayuntamiento*, obſervata deciſione *cap. fin. de procu-*
25 *ratoribus.* Et quorum conſenſus debeat intervenire in alienatione paſcui publici, eleganter diſſerit Capycius *dec.* 152. Petrus Surdus *conſ.* 59. *per totum.*

26 Nec has duas partes vicinorum ex tribus conveniſſe, niſi expreſsè Tabellio de hoc in actis fidem dederit, præſumitur, ut obſervat Joann. de Imo, *in cap. quanto à n.* 9. *verſic. Nec obſtat dictum Petri de iis, quæ fiunt à Prælato.* Oldradus *d. conſ.* 100. *n.* 4.

27 Hæ tamen ſolemnitates in qualibet alienatione minori tempore, & faciliùs quàm licentia Regia præſumentur in favorem ejus, qui in poſſeſſione invenitur, ex obſervantia ſubſequuta. Quia cùm hæ omnes reſpiciant conſenſum, vel actus vicinorum, ex eorum acquietatione, ſcientia, & permiſſione poterunt ſuppleri, & contractus ratificari, ut in *cap. contingit, de tranſactionibus.* Ant. de Butrio *in c. ea noſcitur, ad finem, de iis quæ fiunt à Prælat.* Jaſon. *in d. l. ſciendum, n.* 15. *&* 16. *ff. de verborum oblig.* ubi ex diuturna poſſeſſione probant ſuppleri has ſolemnitates extrinſecas.

28 Et facit, quod regulariter, & quaſi per manus fertur, quòd obſervantia ſubſequuta ſupplet omnes defectus ſolemnitatis, ut oſtendit Speculator, *tit. de Syndicatu, num.* 7. Alexand. *conſ.* 127. *à num.* 1. *& ſeqq. lib.* 5. qui loquitur in contractu ſyndicorum univerſitatis ſine mandato inito. Aim. Craveta *conſ.* 852. *num.* 10. *lib.* 5. immò, quòd ſola ſcientia, & patientia ſufficiat ad exceſſum mandati confirmandum, idem Craveta *conſ.* 924. *num.* 11. & ſic ſcripturæ minus ſolemnes ex diuturna obſervatione tranſeunt in perpetuam fidem, Bald. *conſ.* 402. *vol.* 5. *in fine* Jaſon *conſ.* 161. *nu.* 14. *vol.* 2. Corneus *conſ.* 19. *lib.* 2. Decius *conſ.* 36. Calcaneus *conſ.* 90. *nu.* 5. Maſcardus *concluſione* 399. *n.* 1. *&* 3. Dom. Joan. del Caſtillo.

Cùm autem *alienationis* verbum tàm latè pateat, 29
& generale ſit, ut in *l. alienationis, verbum,* 28. *ff. de verbor. ſignificatione, l. fin. C. de rebus alien. non alienandis*, paſcua publica quemadmodum ſine licentia Regia non poſſunt alienari, ſimiliter cenſui ſubjici prohibentur, quod latè proſequitur ultrà Follerium, Felicianum, & alios, quos refert Rodericus *de annuis redditibus lib.* 1. *quæſt.* 14. *à n.* 67. Velaſquez de Avendano *dict. cap.* 68. *per totum.*

Sed an ſuper paſcuo publico poſſit oppidum cum 30
alio, vel cum privatis abſque Regia facultate tranſigere, ſæpiùs occurrit, & plures maximæ authoritatis viros in hac re ancipites cerno. Et, cùm quæſtio hæc proximè dictis adeo conveniat, eam qua potuero (licèt ad partes diſſertam) brevitate comprehendam.

Et quòd abſque Regia facultate talis tranſactio 31
nullius ſit momenti, eo primo loco ſuadetur fundamento, quòd tranſactio ſpeciem continet alienationis, & ideo ſuper rebus alienari prohibitis, nec tranſigi, nec compromitti poteſt, ut in *cap. cum tempore, de arbitris*, ubi communiter notatur, *l. non ſolum, Cod. de prædiis minorum.* Capicius *deciſ.* 93. *n.* 3. *&* 4. Afflict. *deciſ.* 138. *nu.* 2. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 8. Pinellus *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 44. *C. de bon. mater.* cùm igitur paſcua publica (ut *ſuprà* diximus) abſque Regia facultate alienari non poſſint, conſequenter nec tranſactioni ſubmitti.

Secundò, quòd tranſactio non *alienationis* tan- 32
tùm, ſed *donationis* nomen, & effectum, quandoque in jure noſtro ſortitur, ut in *l. ſi hæredes*, ubi Baldus *notabili* 23. *C. de fideicommiſſis.* Mieres *de majoratibus*, 4. *part. quæſt.* 22. *n.* 1. Quòd autem paſcua publica donari non poſſint, ſatis notum eſt, nec comprobatione indiget, igitur nec tranſactio admittetur.

Tertiò, quia id ipſum videmus in rebus Eccle- 33
ſiæ, quæ, cùm earum dominium non ſit apud Prælatos, ſed tantùm nuda adminiſtratio, ut *ſuprà in principio hujus capitis* diximus, quemadmodum alienare prohibentur, ut in *cap. nulli*, cum vulgatis, *de rebus Eccleſiæ*, ita neque ſuper eis tranſigere licet, ut *in cap.* 1. *& in dict. cap. contingit, de tranſactionibus*, & id ipſum procedit in rebus minorum, & aliis alienari prohibitis.

Contraria tamen ſententia, nempe, quòd abſ- 34
que Regia facultate poſſit fieri talis tranſactio, ſuadetur primò ex text. celebri *in l. Præſes* 12. *C. de tranſactionibus*, ubi dicitur in qualibet re dubia, aut lite ad civitatem pertinente, fas eſſe Præſidi, ſeu Gubernatori ejus, tranſactionem facere, ubi Alexand. Baldus, Salicetus, & com-
muniter Doctores. Quin immò ſolus ſyndicus cu- 35
juslibet oppidi tranſigere ſuper re dubia poterit, obſervat Decius *conſ.* 297. *col. ultim.* 2. *dubio.* Socinus *conſ.* 95. *poſt medium, lib.* 3. quos refert, & ſequitur Craveta *conſ.* 238. *n.* 4. *vol.* 1.

Secundò, quia tranſactio non ſemper alienatio- 36
nem continet, cùm poſſit res, de qua agitur, apud Rempublicam, vel communitatem remanere, quo caſu, fruſtra de facultate Regia agitur, ut in *l. ſi pro fundo*, ubi Bart. Paulus, Baldus,

 Jaſo,

Jaſo, & communiter Doctores, *C. de tranſactionibus.* Gloſſ. communiter recepta *in l. nulli, verbo tranſigere, ff. eodem tit.* Jaſo *in l. fin. n.* 122. *C. de jure emphyteut.* Alciat. *conſ.* 17. *n.* 8. plura in propoſito congerit Tiraquellus *de utroque retractu, lib.* 1. §. 1. *gloſſ.* 14. *n.* 60.

37 Tertiò, quia ſuper alienari prohibitis, pluribus in caſibus admittitur tranſactio, ut in rebus feudalibus, ex text. *in cap.* 1. §. *ſi vaſſallus, in ultimo, ſi de feudo fuerit controv. in uſibus feudorum,* ibi: *Nam tranſigere rectè poterit.* text. *in c.* 1. *de controverſia inter vaſſallum, & alium de beneficio,* & utrobique ſcribentes, *cap.* 1. §. *ſi inter, de lege Conradi.* Pariſius *conſ.* 118. *n.* 22. *part.* 1. Molin. *d. lib.* 4. *de primog. cap.* 9. *n.* 5. & in rebus minorum, vel Eccleſiæ.

38 Verùm hanc argumentorum phalangem, ſequentis diſtinctionis fœdere conciliari poſſe ſum arbitratus. Nam, aut loquimur de tranſactione ſuper lite, in qua de dominio, & proprietate paſcui publici agitur, & tunc, cùm hoc tangat Principem univerſalis territorii, verum Dominum, ejus licentia expectanda eſt ex his, quæ *ſuprà* diximus. Dummodo hæc tranſactio, etiam ſi per eam fiat alienatio, non cedat in favorem alterius oppidi, quòd in omnibus ſubſit, & dominio, & juriſdictioni Regis noſtri, quia tunc, cùm ſemper ejuſdem Domini maneat, licentia Regis non deſideratur, ex his quæ advertit Lucas de Penna *in l.* 1. *Cod. de diverſis prædiis urb. lib.* 11. Et idem juris erit, quando poſſeſſio ſemper, & proprietas rei manſit apud Univerſitatem, & privato, cum quo tranſactum fuit, ſolùm aliqua quantitas, & pecunia erogatur, ut in *dict. l. ſi pro fundo, C. de tranſactionibus,* cum aliis adductis in *ſecundo fundamento affirmativæ opinionis,* Mieres 4. *par. quæſt.* 22. *numer.* 10. Aut tranſactio non fit ſuper ipſo termino, & territorio, ſed ſuper commoditate, & uſu communitatis ipſius, & tunc, cum in hoc tantùm damnificentur vicini, & incolæ, ad quos pertinet eorum conſenſus, vel eorum nomine, Præſidiis civitatis, ſeu ſyndici mandatum habentis ſufficiet authoritas, & conſenſus, ſine Regia licentia, ut in *dict. l. Præſes,* & ideo oppidum unum cum alio citrà litem, vel tranſactionem ſuper communitate, & uſu paſcui, reciprocas ſolent facere conventiones, ſeu comparationes, quæ nuncupantur, *yguales,* nec pro eis deſideratur Regia licentia, ut in terminis obſervat Gregor. Lopez *in l.* 24. *tit.* 4. *part.* 3. *verbo, eſtonce bien lo podrian,* & in *l.* 15. *titul.* 5. *par.* 5. verbo, *los exidos,* Socinus *conſ.* 127. *volum.* 1. Bobadilla *lib.* 3. *Politicorum cap.* 8. *num.* 83. quidquid contrarium præſupponat, & deciſum affirmet Afflict. *deciſione* 254. *Neapol.* cujus fundamenta ſatis inania ſunt.

39 Unum tamen non omittam pro coronide *hujus capitis,* quod ſingulariter advertit Vincentius de Franchis *deciſ.* 197. *par.* 1. quòd Univerſitas pro ſolutione fiſcalium functionum poteſt vendere nemora, & paſcua, etiam contradicentibus vicinis divitibus, quorum animalia conſueverunt depaſci diutiſſimè. Quod tamen ut de jure procedat, intervenire, & concurrere debent, quæ *ſu-*
40 *prà* diximus, & cum Vincentio ita commendat Coſta *in tractatu de ratione ratæ, & quotæ, quæſt.* 160. *n.* 12.

## NOTÆ AD CAP. XI.

1 TOtus eſt Noſter Auctor in hoc cap. à n. 1. (cujus meminit *Balmaſeda de collect. q.* 120. *num.* 2.) *uſque ad* 30. in oſtendendo poſſe Univerſitatem vendere, & alienare paſcua publica cum licentia Principis (non autem Baronis, ſivè Domini Vaſſallorum *ut hìc n.* 9. *& eo allegato Balmaſeda de collect. q.* 4. *num.* 13. *ubi concord.*) non præſumenda, niſi concurrente centenaria, & cum aliis ſolemnitatibus *ibid.* recenſitis, *ac in l. fin. C. de vend. reb. Civit. lib.* 11. *& apud Actolin. reſol.* 110. *Cobel. de bono regim. c.* 32. *ex n.* 17. *Card. de Luca tit. de regalib. diſc.* 156. *n.* 1. *lib.* 2. *Urceol. de tranſact. q.* 32. *ſub n.* 1. *& infrà, plenè Hermoſil. ad ll. Hiſp. l.* 15. *gloſ.* 2. *n.* 21. *cum multis ſeqq. tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2. *Sabel. in ſumma verb. univerſitas n.* 11. *tom.* 4. *Rota in rec. dec.* 447. *ex n.* 2. *p.* 5. *dec.* 62. *n.* 2. 3. *ac dec.* 193. *p.* 14. *cor. Card. Celſo dec.* 383. *ex n.* 2.

2 Eamdem concluſionem, ut poſſit Univerſitas ad ſe ſublevandum ab ære alieno, vendere paſcua, in quibus Cives habent uſum, etiam aliquibus ex ipſis reluctantibus, cum publica utilitas præferatur privatæ, quæ ineſt in publica, edocent *Capiblanc. de baronib. in pragm.* 11. *n.* 4. *tom.* 1. *allegans à Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 10. §. *de alien. Barbat. de diviſ. fruct. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 70. *Franch. deciſ.* 197. *ubi Addentes.*

3 Verùm, quòd non præſumatur licentia Principis, niſi concurrente centenaria, non eſt in praxi admittendum, cùm ſufficiat decurſus longiſſimi temporis ſuprà annos triginta, ſpecialiter (omiſſis multis conſimilibus) in venditione bonorum Communitatis, poſt *Præt. conſ.* 79. *& alios notatur à Rota penès Pacichel. de diſtantiis deciſ.* 27. *n.* 5.

4 Ac conferunt alia, quæ itidem dicuntur de licentia Principis præſumenda poſt dictum longiſſimum tempus, ut quoad licentiam in venditione feudalium *D. Præſes Gobius conſult.* 60. *n.* 37. *& de permiſ. feud. alien. q.* 3. *ex n.* 62.

5 Quoad licentiam Principis pro valida ceſſione facienda ad repulſam fiſci *D. Gobius conſult.* 8. *n.* 10. *ubi concord.*

6 Quoad licentiam Principis, ut forenſis valide acquirat, non obſtante Statuto contrarium diſponente, ſi idem forenſis diù poſſederit *Plot. conſ.* 108. *n.* 86. 87. *Cephal. conſ.* 47. *à n.* 1. *Bero. conſ.* 175. *n.* 58. *lib.* 1. *Rimin. jun. conſ.* 630. *n.* 26. 27. *Torniol. conſ.* 36. *n.* 41. *ubi concord.*

7 Quoad licentiam Principis pro diſtrahendis bonis, quorum immiſſionem quis fuit aſſequutus ex Salviano interdicto, *Senatus Mant. in Cauſa Mantuan. reintegrat. pro D. D. Comitibus Ferrariis.* 1. *Junii* 1680. *Referente D. Senatore de Caſalibus in actis Cancellar. Sivelli.*

8 Quoad licentiam Principis, ſeù confirmationem ſtatutorum loci ſubjecti, quam interveniſſe præſumitur à diuturna obſervantia 30. annor. *Rota cor. Burat. dec.* 6. *num.* 4. *& in Nepeſ. ſucceſſ. mox alleganda,* & generaliter quoad alias confirmationes Principis, *D. D. in c. illud de præſumpt. & in c. ſicut de re judic. Rota in rec. dec.* 329. *num.* 10. *cor. Dunozet. jun. dec.* 507. *num.* 3. *& dec.* 526. *num.* 3. *ac in Nepeſ. ſucceſſ.* 17. *Maii* 1669. §. *fruſtra autem. in fin. cor. Calataju.*

Et quidem, non obſtante, quòd dictæ licentiæ debeant dari in ſcriptis, ac requirant ſcripturam, ut pro ſuo fundamento ponderat *Noſter Auctor*



13 *Solemnitas extrinſeca actus non præſumitur ex diuturnitate temporis, quotieſcumque actui jus reſiſtit.*
14 *Paſcui publici alienationi regulariter jus reſiſtit.*
15 *Solemnitas actus non præſumitur ex tempore, ubi de ea debet conſtare per ſcripturam.*
16 *Facultas Regia ex communiori ſententia ſcripturam requirit.*
17 *Solemnitas ſubſtantialis, & principalis actus ex diuturnitate temporis non præſumitur.*
18 *Facultas Regia in ſcriptura, vel alienatione, quæ excedit centum annorum metas, præſumitur præceſſiſſe, etiam ſi per ſcripturam non enuncietur.*
19 *Solemnitates extrinſecæ, quæ ſcorſum, & in inſtrumento ſeparato intervenire poterant, ex tempore immemoriali abſque dubio præſumuntur interveniſſe.*
20 *Solemnitas extrinſeca actus ex decennii curſu, ubi non adeſt præjudicium Tertii, ubi verò adeſt, ex triginta annorum curriculo ex aliquorum ſententia præſumitur.*
21 *Sono tubæ vocandi ſunt vicini ad concilium, & eis aſſignari debet terminus ad deliberandum, an velint conſenſum præſtare alienationi paſcui publici.*
22 *Duæ partes ad minus ex tribus vicinorum oppidi debent convenire, ut alienatio paſcui publici fiat, & n.* 26. *ubi quòd Tabellio de hoc fidem facere debet.*
23 *Nomina vicinorum, qui congregantur in concilio, & conſentiunt alienationi, in actis ejus debent inſcribi.*
24 *In civitatibus, ſeu oppidis numeroſis non convocantur vicini, ut vulgò dicimus,* à concejo abierto; *ſed tantùm Decuriones, & Officiales conſilii.*
25 *In alienatione paſcui publici, quorum ſit neceſſarius conſenſus, traditur remiſſivè.*
27 *In alienatione paſcui publici facilius præſumuntur cæteræ ſolemnitates, quàm Regia facultas.*
28 *Obſervantia ſubſequuta ſupplet omnes defectus ſolemnitatis.*
29 Alienationis *verbum latè patet.*
30 *Tranſigere ſuper paſcuo publico, an unum oppidum poſſit cum alio abſque Regia licentia, diſputationi exponitur.*
31 *Tranſactio ſpeciem habet alienationis.*
32 *Tranſactio quandoque donatio dicitur.*
33 *Tranſigere de rebus Eccleſiaſticis Prælati regulariter non poſſunt.*
34 *Expenditur in propoſito text.* in l. Præſes 12. Cod. de tranſaction.
35 *Syndicus cujuſlibet oppidi ſuper re dubia ejus tranſigere poteſt.*
36 *Tranſactio non ſemper continet alienationem.*
37 *Tranſactio etiam in rebus alienari prohibitis quandoque admittitur.*
38 *Traditur diſtinctio, ſecundùm quam reſolvitur quæſtio.*
39 *Univerſitas poteſt pro ſolutione fiſcalium functionum vendere nemora, etiam renitentibus vicinis.*
40 *In hac tamen alienatione aliqua concurrere debent, quæ remiſſivè traduntur.*

1 BOna publica, licèt communi uſui deſtinata ſint, non tamen in vero, & proprio, ac formali dominio Univerſitatis, nec Domini loci, nec ſingulorum habentur, ut ex *Placentino* Doctore antiquo refert Accurſ. *in* §. *univerſitatis, Inſt. de rerum diviſ.* ubi ait, quòd talia bona tantùm in uſu Univerſitatis ſunt, Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de executione ſententiæ,* §. *ſequitur, verſ. Sed quid ſi univerſitas, n.* 5.

Quòd non ſolùm de bonis, in quibus ſinguli vicini uſum communem, & publicum habent, intelligi debet, veluti plateis, ſtadiis, theatris, fontibus, horreis, & aliis id genus paſcuis, & montibus, quorum meminit Juſtinian. *in d.* §. *univerſitatis,* text. in *l. non tantum,* §. *univerſitatis, ff. de rer. diviſ.* & in *l. apud Julianum* 39. §. *conſtat, ff. de leg.* 1. & in *l.* 19. *tit.* 28. *part.* 3. & in *l.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. & in *l.* 13. *tit.* 9. *part.* 6. Verùm etiam in aliis bonis publicis alterius ſpeciei ipſius Univerſitatis, quæ vulgò vocantur, *proprios del Concejo,* ut ſunt molendina, & alia prædia, hæreditates, & bona abuſivè dicta publica, de quibus in *l. ſed ſi hac,* §. *qui manumittitur, ff. de in jus vocando, l. ſed Celſus, ff. de contrahenda emptione, l. inter publica, l. bona civitatis, ff. de verborum ſignificatione, l.* 30. *tit.* 28. *partita* 3. *& l.* 2. cum *ſequentibus, titul.* 5. *lib.* 7. *novæ Recopilationis,* & in *capite* 2. *ſuprà* diximus; quia harum rerum dominium non ineſt populo, Domino ejus, vel vicinis, ſed nuda adminiſtratio, ut ſimiliter videmus in rebus Eccleſiaſticis circà Prælatos, & in *cap.* 2. *de donationibus,* ubi Abbas *numer.* 5. Innocent. *in cap. cum ſuper, de re judicata,* Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. n.* 4. 2

3 Unde, cum libera rei alienatio ei, qui verè dominus ejus eſt, tantùm competat ex vera definitione dominii, de qua per Bart. *in l. ſi quis vi,* §. *differentia, n.* 4. *ff. de acquir. poſſeſ.* Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. mater.* 2. *par. in princip.* Greg. Lopez
*in l.* 1. *tit.* 1. *part.* 3. *verb. dominium.* Conſequens 4
erit, quòd nec Univerſitas, nec Dominus loci, nec ſinguli de Univerſitate poſſint alienare bona hæc, vel paſcua publica, quorum dominium non habent, ſed tantùm uſum, & adminiſtrationem, ut tradit Bald. *in rubric. C. de contrahen. empt.* Alexand. *conſ.* 43. *n.* 11. *vol.* 4. per text. *in l. con-*
*tinuus,* §. *cum quis, ff. de verb. oblig.* Et ſic talem 5
alienationem expreſsè prohibent plura jura, ut tex. in *l.* 1. *ff. de adminiſtrat. rerum ad civitatem pertinentium,* & in *l. ſplendidiſſimè, C. de oper. publi.* & in *l. fi. C. de vectig. l.* 4. *tit. fin. par.....* & facit text. in *l.* 1. *& 6. tit.* 7. *lib.* 7. *recopil.* ubi populi prohibentur vendere terminos publicos, & ita communiter tradunt Aviles in *c.* 30. *Prætorum, n.* 31. Avend. 2. *par. Prætorum, n.* 31. Avend. 2. *par. Prætorum, c.* 12. Azeved. *in Curia Piſana, cap.* 24. *&* 26. & in *l.* 22. *tit.* 3. *lib.* 3. *novæ recopil.* & in *l.* 4. *& 5. tit.* 7. *lib.* 7. eleganter ex prædicta ratione motus Bartholomæus de Ahumada *in additionibus ad Greg. Lop. in l.* 5. *titul.* 26. *p.* 2. *glo.* 6. *n.* 8. Bobadilla *in ſuo eleganti Polit. opere, lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 153.

6 Quibus non oberit tex. *in l. fin. C. de vendendis rebus civitat. lib.* 11. ubi harum rerum venditio, & alienatio, ſervatis ſaltem ſolemnitatibus de quibus *ibi,* permiſſa eſt, quia ejus deciſio, jure Regio attento, antiquata eſt ex *d. l.* 1. *& l.* 11. *d. tit.* 7. *lib.* 7. *Recop.*

7 Et in terminis juris communis non procedit generaliter in omnibus bonis civitatis, ſed tantùm in his, quæ civitati titulo hæreditatis, aut legati, aut donationis obvenerunt, ut patet ex ejus verbis, ibi: *Si quæ hæreditatis, vel legati, ſeu fideicommiſſi, aut donationis titulo, domus, aut annonæ civiles, aut quælibet ædificia, vel mancipia ad jus inclytæ urbis, vel alterius cujuslibet civitatis pervenerint, ſuper his licebit Civitatibus venditionis pro ſuo commodo inire contractum,* & ita in-

ita intelligit hanc legem Gregor. Lopez in l. 15. tit. 5. part. 5. gloſſ. 2. & in alienatione bonorum prædictæ qualitatis debent concurrere, & obſervari plura requiſita, de quibus per Menochium conſ. 80. à num. 22. Follerium in pract. cenſuali, verſ. cenſus enim, num. 36. Calcaneum conſil. 45. nu. 3.

8 Suprà dicta tamen ſententia (quæ publicarum rerum alienationem prohibet) limitatur, quando licentia Regis intervenit, cujus virtute quælibet alienatio ſuſtinetur, ut eſt tex. juncta Gloſ. in d. l. continuus, §. cum quis, ff. de verbor. oblig. dict. l. 11. ubi Azevedo, Avend. d. c. 12. Prætorum, nu. 22. Greg. in dict. l. 15. dict. gloſſ. 2. & in l. 26. tit. 3. partita 3. gloſ. 4. ad finem, & in l. 2. glo. 2. tit. 19. par. 6. Bobadilla d. lib. 2. c. 16. n. 153.

9 Quod ea ratione procedit, quia, cum dominium publicarum rerum ſit penès Principem, ut latè diximus ſuprà in cap. 9. ita ut Univerſitas, vel ejus incolæ tantùm cenſeantur habere uſum, & emolumentum, ad quamcunque alienationem, præter eorum conſenſum, veri Domini, nempe invictiſſimi Regis noſtri permiſſio, ſeu licentia expetenda eſt. Et conſequenter ex eadem cauſa provenit licentiam Domini Univerſitatis non ſufficere ad talem alienationem, quidquid in contrarium voluerit Avendan. 1. part. de exequend. mand. c. 12. num. 24. cujus opinionem meritò reſpuit Azevedo in dict. l. 11. titul. 7. lib. 7. num. 5. Bobadilla ubi ſuprà dicto cap. 16. n. 153. Rodriguez de annuis redditibus, lib. 1. q. 14. nu. 67.

10 Quæ licentia, ſeu facultas Regia neceſſariò præcedere debet, ut in l. ſi quis mihi bona, §. juſſum, ubi Bart. ff. de acq. hæred. Baldus in l. 1. n. 45. C. qui admitti, Molina (aliud agens) lib. 2. de
11 Hiſpanor. primogen. cap. 7. n. 5. Et ſi eadem die apparet expedita, qua alienatio bonorum fuerit facta, ſemper viget præſumptio, quòd licentia præceſſerit, ad notata per Doctores in l. cum in teſtamento, §. hæc verba, ff. de hæredibus inſtituendis, l. 2. §. prius, verſ. ſi quis ita, ff. de vulgari. Felinus in c. Paſtoralis, n. 5. de præſcriptionibus. Iaſo, qui plura refert in l. fin. n. 30. C. de edicto Divi Hadriani tollen. Alciatus de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 42.

12 Si autem de licentia per ſcripturam non conſtiterit, dubitari frequenter ſolet, an ex diuturnitate temporis præſumatur, ſicut & quælibet alia extrinſeca actus ſolemnitas, ut in l. ſciendum, ff. de verborum obligat. & in l. ſi filius, C. de petitione hæreditatis. Felinus in cap. ſicut, de re judicata. Innocent. in cap. veniens, de verborum ſignificatione, & in terminis alienationis rerum publicarum Alexand. conſ. 1. num. 2. vol. 4. & bonorum Eccleſiæ, Ancharanus conſ. 136. num. 2. Alexand. conſ. 79. num. 4. cum ſeqq. lib. 1. Decius conſ. 409. num. 8. Gozadinus conſ. 73. num. 25. & 19. Menchaca lib. 2. Illuſtrium, cap. 63. num. 14. & bonorum cujuſdam Commendæ ſancti Joannis, Mohedanus deciſ. Rotæ 52. in nova impreſſione, & Jacobus Puteus deciſ. 365. n. 3. lib. 1. & bonorum majoratus Molina lib. 2. cap. 6. n. 74. Velaſquez de Avendano in l. 41. Tauri, n. 13. & generaliter circà alia bona Maſcardus de probationibus, concl. 1316. cum ſequenti. Flores de Mena, qui plures refert, lib. 3. variar. q. 23. per totam.

13 Cæterùm verius exiſtimo licentiam Regiam non præſumi, quia regula ſuprà dicta, nempe, quòd ſolemnitas extrinſeca ex diuturnitate temporis præſumitur (de qua ſuprà) non procedit quotieſcumque alienationi jus reſiſtit, ex cujus reſiſtentia excluditur omnis temporis præſumptio, ut tradit Boërius conſ. 114. nu. 28. lib. 1. Anguiſſola conſ. 97. num. 4. & conſ. 17. & 32. vol. 1. Bellamera conſ. 10. verſic. & ſi dicas, Craveta de antiquitate temporum 3. part. principali, in principio num. 10. Anton. Gabriel, titul. de præſumptionibus, præſumptione 1. Menochius lib. 14
3. præſumptione 133. num. 91. Unde, cum alienationi paſcui publici jura expreſsè reſiſtant, conſequens eſt, mediante juris oppoſitione, & reſiſtentia, Regiam licentiam ex ſolo tempore non præſumi.

Præterea ex eo, quòd prædicta regula limi- 15
tatur, quando ſolemnitas (de qua quæritur) debet conſtare per ſcripturam, quia tunc diuturnus temporis curſus eam non præſumit, ut reſolvit Ruinus conſ. 68. numer. 18. volum.... in licentia Romani Pontificis, & aliis ſolemnibus actibus ſcripturam requirentibus Beroius conſ. 19. num. 14. & conſ. 90. num. 4. vol. 3. Rota Lucana deciſ. 52. part. 1. num. 25. Cavalcan. deciſ. 8. n. 23. part. 2. & deciſ. 46. n. 28. Cùm autem licentia Regia (à qua actus ſubſiſtentia dependet) ex communiori ſententia ſcripturam requirat ex 16
his, quæ doctiſſimè tradit Molin. dict. lib. 2. cap. 7. ex n. 51. cum ſequentibus, neceſſariò ſequitur prædictam licentiam ex temporis diuturnitate non præſumi.

Denique, quia actus principalis, & ſolemnia 17
ſubſtantialia ex temporis curſu non præſumuntur, ut reſolvit Antonius Natta conſ. 162. num. 24. Aimon. Craveta ubi ſuprà num. 22. Menoch. præſumpt. 133. num. 77. lib. 3. Unde in licentia Regia, ſeù Pontificia expreſsè ita obſervant Baldus in l. 2. C. de legitimis hæredibus, Alexand. conſ. 9. vol. 2. & conſ. 17. col. 2. vol. 4. Afflict. deciſ. 107. num. 7. Decius conſ. 409. num. 13. Maſcardus, qui plures refert, concl. 1317. num. 30. & ex iſtis, & aliis fundamentis Velaſquez de Avend. de cenſibus, cap. 83. ex num. 3. cum ſeqq. ubi ampliat, & ſi in inſtrumento enuntientur ſolemnia, & refert Alex. conſ. 12. Viſo proceſſu, num. 8. & conſ. 74. Viſo puncto, Maſcard. & alios.

Si verò ſcriptura alienationis paſcui publici 18
ita antiqua fuerit, quòd excedat centum annorum metas, licentiam Regiam eam præceſſiſſe procul dubio præſumere debemus; etiam ſi per ſcripturam non enuncietur, nec alio modo de ea conſtet. Et idem de aliis ſolemnitatibus ex- 19
trinſecis, cùm potuerint ſeorſim, & in ſeparato inſtrumento confici, quæ ex immemoriali temporis curſu abſque dubio inducuntur ex doctrina Innocentii ſuprà adducta in dict. cap. veniens, num. 2. de verborum ſignific. Molin. lib. 2. de Hiſpan. primog. cap. 6. num. 61. Velaſquez de Avendano in l. 41. Tauri, gl. 1. num. 13. & dict. cap. 83. de cenſibus, numer. 5. Rejecta 20
aliorum diſtinctione, qui exiſtimabant, quòd quando Tertii præjudicium non interveniebat, ſolum decennium ſufficiebat, præjudicio verò interveniente, tempus triginta annorum tantùm deſiderari, ut in cap. pervenit, juncta Gloſſ. verbo fatigari, de emptione, & venditione, Gratus conſ. 142. num. 18. & 19. Hieronymus Gabriel conſ. 36. num. 52. lib. 1. Ancharanus 21
conſ. 36. nu. 2. Sed præter Regiam facultatem ſunt & aliæ ſolemnitates neceſſariæ ad quamlibet paſcui publici, (ſicut & cæterorum Univerſitatis bonorum) alienationem; ut potè, quòd ſono



Auctor hìc n. 15. 16. Cùm in ipſis terminis ſic tradatur per Omnes prœcitatos ac convenit, quod dicitur de licentia Ordinarii requiſita in renunciatione Monialis, juxtà Conc. Trident. ſect. 25. de regular. c. 16. ut nempè ea præſumatur poſt longiſſimum temporis curſum à Cammerat. reſponſ. 21. n. 37. 38. t. 1. & Ventrigl. in prax. c. 2. de renunc. adnot. 26. c. unic. n. 21.

Circà tranſactionem (de qua hìc n. 30. & ſeqq.)
11 permiſſam, nec ne ſuper paſcuis, proùt & ſuper aliis bonis Univerſitatis, & cum quibus ſolemnitatibus, & quando etiam ſine illis, ſunt videndi latè agentes Valeron. de tranſact. tit. 4. q. 3. & Urceol. cod. tract. q. 32. ubi concordantes plurimi habentur.

Noſtrumque Auctorem hìc n. 39. 40. affert Balmaſeda de collect. q. 120. n. 18.

Comes Vincentius Bondenus.

---

## CAPUT XII.

### ARGUMENTUM.

De ordinationibus, & ſtatutis oppidorum circa uſum paſcui, & pœnis ſtatutis.

### SUMMARIUM.

1 *Civitates, villæ ſeu cœtera oppida circà uſum paſcui ſtatuta, & ordinationes facere poſſunt.*

2 *Quod procedit etiam ſi juriſdictionem circa alias res non habeant.*

3 *Statuta, ſive ordinationes à civitate factæ, quæ iniquitatem continent, obſervari non debent.*

4 *Statutum, quo paſcui uſus fœminis interdicitur, iniquitatem continet.*

5 *Statutum circà paſcui uſum à majori parte populi factum an noceat vicinis abſentibus, & ignorantibus, remiſſivè.*

6 *Statutum, ſive ordinatio municipalis, utrum confirmatione Regia indigeat, proponitur.*

7 *Statutum, ſive municipalis ordinatio regulariter ad ſui obſervantiam Regiam confirmationem requirit, ubi expenditur* lex 14. tit. 6. lib. 3. novæ Recopilat.

8 *Dominorum oppidi confirmatio ſufficit ad validitatem ſtatuti, vel ordinationis pro uſu paſcui factæ.*

9 *Statutum, ſive ordinatio municipalis circà utenſilia, & cætera omnia, in quibus periculum eſt in mora, vel ab antiquo cuſtodita, & obſervata, confirmatione non indiget.*

10 *Statuta, ſive ordinationes municipales ab oppido factæ, & à Rege confirmatæ, utrum ab ipſo oppido revocari, & aboleri poſſint, traditur remiſſivè.*

11 *Ordinatio per tempus immemoriale cuſtodita, & obſervata confirmatione Regia non indiget, quia præſumitur.*

12 *Pœna frequenter in ordinationibus pro uſu paſcui ſolet apponi.*

13 *Expenditur in propoſito tex.* in l. 15. tit. 7. lib. 7. *& in l.* 5. tit. 7. lib. 3. novæ Recopil.

14 *Paſcuantes in paſcuo prohibito, an ultrà pœnam à ſtatuto, vel ordinatione municipali impoſitam, ad damni ſatisfactionem teneantur, diſputandum proponitur.*

15 *Referuntur Doctores, qui quæſtioni propoſitæ ſatisfaciunt, & reſpondent.*

16 *Pœna quinque ovium, ſeu cæterorum animalium in vetito paſcuo, ſeu termino depaſcentium, an ſtatuto, ſeu ordinatione municipali imponi poſſit, diſputationi exponitur.*

17 *Pœna Quinti ſemper exoſa, & rigida viſa eſt.*

18 *Expenditur in propoſito text.* in l. 24. tit. 15. par. 7.

19 *Pœna Quinti ex immemoriali conſuetudine pluribus in locis viget, & ſuſtinetur.*

21 *Pœna Quinti ex conſuetudine juſtificatur.*

22 *Conſuetudo, ſeu ordinatio municipalis pro uſu paſcui ligat etiam forenſes.*

23 *Pœna contrà paſcuantes in paſcuo vetito an ceſſet, quando animalia non ſunt ibi apprehenſa, quod noſtro Hiſpano ſermone idem ſignificat,* ſi les vale la huyda.

24 *Traditur in propoſitò pro vera reſolutione ſingularis diſtinctio, & ſubdiſtinctio.*

25 *Pœnæ impoſitæ contrà paſcuantes in termino vetito cui applicentur.*

26 *Pœnæ pro uſu paſcui condemnatio, & exactio exequibilis eſt abſquè metu, & periculo attentati.*

27 *Sublata appellatione, non intelligitur ſublatus effectus devolutivus.*

28 *Expenditur in propoſito Concilium Tridentinum,* ſeſſ. 13. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 20.

29 *Refertur quidam ſtylus Curiæ, qui in aula Judicum criminalium cauſarum quandoque irrepſit, & obtinuit, quod à ſententia, in qua jubetur ſinè obſtaculo appellationis condemnationem perſolvi, ſupplicari non liceat, & quod in duabus litibus diverſimodè fuit practicatum.*

30 *Pœnæ contrà paſcuantes in paſcuo, vel tempore vetito, utrùm augeri, minui, vel remitti poſſint, & n. 31. & 32.*

QUòd civitates, villæ, ſeu quælibet oppida 1
poſſint circà uſum, & modum paſcui ordinationes, ſeu ſtatuta municipalia facere; nullus ambigere poteſt, ſiquidem circa bonorum ſuorum gubernationem libera eſt eis ſtatuendi poteſtas, ex Bart. in l. omnes populi, num. 3. circà finem, ff. de juſt. & jur. & ibi Oroſcio, qui dicit communem, num. 14. Gregor. Lop. in l. 12. tit. 1. part. 1. glo. magna, ubi additio Humadæ. Bellon. conſ. 13. Tiraquel. de jure primog. q. 16. num. 4. Alberico in tractat. ſtatut. 1. p. q. 7. Avend. c. 19. Prætorum, num. 5. libr. 1. docet Laurentius Sylvanus conſ. 1. n. 70. cum ſeqq. Afflict. in conſtit. Neapol. q. 3. Burgos de Paz in l. 1. n. 342. & 350. qui loquuntur in paſcuis. Matienzo in l. 4. per illum text. tit. 14. lib. 5. novæ Recop. gloſſ. 4. num. 1. Joan. Garcia de nobilitate in inſcriptione. num. 10. cum ſequenti. Azevedo in l. 1. tit. 1. n. 18. lib. 4. recop. Quod procedit etiam ſi talia oppida juriſ- 2
dictione careant, prout oppida iſtius Regni carent, cum tota penes Principem reſideat, ut in l. 4. tit. 1. lib. 2. Ordinamenti, & l. 18. tit. 4. part. part. 3. & ita obſervat Imola in c. cùm acceſſiſſent, columnn. 1. de conſtitut. & docent ſuprà citati, præcipuè Burgos de Paz, ubi proximè, num. 350. Guttierr. libr. 3. practicar. quæſt. 23. in principio; doctiſſimus Anguianus unus ex ſexdecim hujus Regalis Cancellariæ meritiſſimus Senator in ſuò eruditiſſimo tractatu de legibus, lib. 2 controv. 4. & controv. 12.

Limitatur tamen hæc ſententia, ut non procedat 3
quando ſtatuta, ſeu ordinationes iſtæ iniquitatem in ſe continent, ut in l. ambitioſa, ff. de decret. ab ordin. faciendis. Et à talibus ſtatutis appellare licet, ut in l. 1. §. ſolent, ff. quando appellandum ſit. Ripa lib. 1. reſponſ. c. 9. num. 8. & cap. 22. colum. 2. qui reputat ſtatutum iniquum illud,

illud, per quod pauperes arcentur à paſcuis, & eorum commodis, ut reſerventur tantùm perſonis habentibus curam excolendi terras, ea ratione, quia paſcua omnibus communia eſſe debent, ut in *l.* 9. *tit.* 28. *part.* 3. ibi *Y ſon communales à todos, tambien à los pobres, como à los ricos.*
4 Ex quo inſuper fundamento Burgos de Paz, *ubi ſuprà, num.* 354. meritò contrà Sylvanum *dict. conſil.* 1. *num.* 70. affirmat iniquitatem continere ſtatutum factum à populo, quo fœminis paſcui communis denegantur emolumenta, nec eſſe ob-
5 ligatorium. Et an ſtatutum, vel ordinatio facta à majori parte vicinorum circa uſum paſcui noceat aliis vicinis abſentibus, vide Capicium *deciſ.* 152.

6 Sed an ad validitatem iſtarum ordinationum municipalium jure Regio ſit neceſſaria confirmatio Principis, ſæpe ſæpius ſolet dubitari. Non tamen in hujus quæſtionis elucidatione immorabimur, cùm eam ad partes egregiè diſcutiat Joan. Guttier. *lib.* 3. *practic. quæſt.* 23. *per totam*, ubi plures refert, & ultrà ab eo relatos, videndus eſt Magiſter Salas *de legibus, quæſt.* 95. *tract.* 14. *diſp.* 7. *ſect.* 14. Vaſquez *diſp.* 153. *c.* 2. *n.* 27. *& ſequenti, & c.* 3. *n.* 37.

7 Ex quorum dictis firmiſſimè teneas ſtatuta municipalia, niſi à Regia Majeſtate confirmentur, non obligare, nec eis eſſe judicandum, ut expreſsè indicant verba *l.* 14. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ Recopil.* (quæ cavillari non poſſunt) ibi *Las ordenancas que aſſi enmendaren, ò de nuevo hizieren, embien à nos el traſlado dellas, para que nos las mandemos ver, y proveer ſobre ellas.* Et eſt alia aperta deciſio in *l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 7. *novæ Recop.* ibi *Mandamos que cada y quando que à las juſticias de las ciudades, y villas pareciere que conviene hazer algunas ordenancas, para la buena governacion, antes y primero reciban informacion de las partes à quien toca, ſi ſon utiles, y neceſſarias, y convinientes, y las embien à nueſtro Conſejo con las contradiciones que huviere, y las dichas ordenancas, para que alli ſe provea lo que ſe deve mandar guardar, ò confirmar*: docet Aviles in *c.* 17. *Prætorum*, glo. *prover ſobre ello.* Menchaca *controverſiarum illuſtr. libr.* 1. *c.* 102. *num.* 10. Guttier. *de juramento confirmatorio*, 1. *par. c.* 38. *numer.* 1. *&* 2. contrà Avend. *c.* 8. *Prætorum, num.* 6. *lib.* 1. *& c.* 19. *numer.* 5. qui confirmationem Regiam non eſſe neceſſariam conatur defendere: ejus tamen opinio commu-
8 niter improbatur. Et in ſtatutis, ſeu ordinationibus factis in locis, ſeu oppidis temporalium Dominorum, Comitum, Ducum, vel Marchionum, cæterorumve Dominorum, eorum confirmatio ſufficit, ut poſt alios tenet Guttier. *d. q.* 23. *num.* 13. Similiter in ſtatutis vicorum ſufficiet confirmatio civitatis, cui ſubjacent, ut tenet Bart. *in l. ſi quid, n.* 5. *C. de legation. lib.* 10. Bal. *in l. omnes populi, n.* 3. *ff. de juſt. & jure.* Montalvo *in l.* 1. *titul.* 7. *lib.* 1. *fori* glo. *en el Concejo.* Aviles *in c.* 17. *Prætorum, num.* 2.

9 Verùm enim verò non ita indiſtinctè amplectenda eſt ſupra relata aſſertio: ſi enim ordinationes non confirmatæ ſint circà utenſilia, vel aliquas res, in quibus eſſet periculum in mora petendi confirmationem, vel factæ eſſent per aliquod tempus, vel uſu populi antiquo eſſent communiter receptæ, tunc obligant omni caſu abſque Regia confirmatione, ut cum Menchaca, Azeved. & aliis obſervat Gut. *d. q.* 23. *in fin.* Bob. *in pol. l.* 2. *c.* 6. *n.* 130.

10 Utrum verò ſtatuta municipalia Regia authoritate confirmata poſſint à Communitate aboleri, & remitti, maximam diſputandi cauſam nunc nobis offerebat; ſed, cùm tàm latè, quàm ingenioſè quæſtionem hanc ad partes diſſeruerit D. Anguianus *lib.* 3. *de legibus, controv.* 6. lector ad eum recurrat.

Si tamen ordinationum obſervatio per tempus 11
immemoriale probetur, etiamſi in libro (quo ſcriptæ ſint) non inveniatur confirmatio, ſemper obſtringunt, quia confirmatio præſumitur, ut *alio in loco* per nos dictum manet *ſupr. c.* 11. *n.* 18. *& ſeq.*

Sed frequenter oppida, dum ſtatuta municipa- 12
lia circà uſum paſcui ſanciunt, pœnam contravenientibus infligunt, & de nihilo ſervirent, ſi pœna aliqua non adjiceretur, cum pœna ſit, quæ homines à malo cohibet, ut ait Horat. *Oderunt peccare mali formidine pœnæ*, & Ariſtot. 10. Ethicorum, c. 9. *Multitudo neceſſitati potius, quàm rationi, & pœnæ, ac honeſtati paret*, facit text. *in cap. exigit, de cenſibus*; quod rectè facere poſſunt in tuitionem paſtus territorii ſui, ut obſervat Lucas de Pen. & Rebuff. *in l.* 2. *C. de paſcuis publ.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 13. *§.* 5. Salas *de legib. diſput.* 15. *de lege pœnali, ſect.* 1. *n.* 17. *verſ. tertia concluſio.* Et de jure noſtro Re- 13
gio eſt text. expreſſus, qui hanc in propoſito imponendi pœnas circà uſum paſcui facultatem oppidis concedit in *l.* 15. *tit.* 7. *lib.* 7. *novæ Recop.* ibi *puedan poner las penas neceſſarias*, ubi *Azeved.* & in *l.* 5. *tit.* 7. *lib.* 3. *n.* 4. Gutier. *lib.* 2. *canonicarum q. c.* 27. *n.* 10.

Et ſuppoſito, quòd in his ſtatutis, ſeu ordi- 14
nationibus pœnalibus debeat intervenire Regia confirmatio, ut *ſup.* diximus, illa in propoſito ſe offert diſputanda quæſtio, utrum in paſcuo vetito animalia ſua immittentes, ultrà pœnam in ordinatione, ſeu ſtatuto municipali deſignatam ad damni ſatisfactionem, vel aliquid aliud teneantur, an verò ſolvendo pœnam prorſus immunes ſint.

Et quòd ultrà pœnam ordinationis, ſeu ſtatu- 15
ti, etiam damnum perſolvere teneantur, latè comprobat Joan. de Medina *de reſtitut. q.* 12. *verſ. Eſt tamen dubitatio, in fin.* Alfonſ. de Caſtr. *lib.* 1. *de pot. leg. pœnal. c.* 10. *verſ. Ex hac probata concluſione.* Avendan. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 28. *in principio, & verſicul. ſed mihi*, & in *cap.* 13. *n.* 11. Soto *l.* 4. *de juſt. & jur. q.* 6. *art.* 4. *verſ. Dubium autem.* Didac. Perez *q.* 10. *procemiali, verſic. Ex quo infero etiam*, & in *verſ. Dato igitur.* Cordova *in ſua ſumm.* de caſos de conciencia, *q.* 71. *per totam*, ubi poſt Avend. *d. loco* loquitur in paſcuis, Molin. *de juſt. & jur. diſput.* 58. *concluſ.* 5. & in paſcuis meliùs *diſput.* 59.

Sed, an valeat ſtatutum, vel ordinatio, quòd 16
ex ovibus, vel aliis pecoribus in paſcuo vetito inventis loco pœnæ poſſit unum ex quinque deduci, & capi, quod vulgò dicimus, *quintar*, diffi- 17
cile eſt firmare, cum talis pœna ſatis rigida appareat, & communiter magnam importare poterit ſummæ, vel pecuniæ quantitatem, & condemnatio ſemper debeat eſſe æqualis damno commiſſo. Et quia ex *l.* 24. *titul.* 15. *part.* 7. tantummo- 18
do pecudibus ex malitia, vel ſcienter in paſcua vetita immiſſis dupli fit condemnatio, eis verò oberrantibus, vel ex negligentia, vel non fida cuſtodia paſtoris in termino, vel agro vetito depaſcentibus, in æſtimatione damni ſimpliciter domini eorum damnantur. Unde ex ejus diſpoſitione pœnam Quinti exoſam juri, & penitùs explodendam cenſet Avendanus *d. c.* 13. *num.* 3.

Quod



19 Quod tamen intelligit, & limitat, niſi ex antiqua conſuetudine, vel immemoriali fuerit obtentum inter illius territorii incolas, & data ſcientia univerſitatum ejus, & probata, ut docuit Bertrandus *conſ.* 24. *par.* 1. & ita ſcio pluribus in oppidis hanc Quinti pœnam ſolitam eſſe, & uſu, ac municipalibus ſtatutis corroboratam, ut in villa, & territorio de Molina de Aragon. Uti mihi conſtitit ex
20 actibus proceſſus in lite, quæ in hoc Pintiano Regali conventu (me cauſam dictæ villæ agente, & patrocinante) fuit diſcuſſa contrà Julianum Catalam, & de Ocon: & in tantum, quòd etſi hoc jure (quod iniquum appellat *Avendanus*) utantur vicini ſeu conſiliarii alicujus univerſitatis, non tamen eo uti debent, & poſſunt adverſus vicinos alterius territorii, ut notat Jaſ. in *l.* 1. *ff. quod quiſque juris.*

21 Itaque, exiſtente conſuetudine, ſeu obſervatione antiqua, ſemper in propoſito eſt primo loco attendenda, *ex l.* 2. ubi Rebuſ. *C. de paſcuis, lib.* 10. *& l.* 2. *de noxalibus*, Bald. *in tit. de pace Conſtantiæ, §. mos Romanorum, in uſibus feudor.* & in *l.* 1. *§. denique, ff. de aqua pluvia arcend.* Quæ abſ-
22 que dubio ligat forenſes, ut tradit Alberic. *in* 1. *par. ſtatu. q.* 15. *poſt medium, verſ. Ex quibus colligitur*, & allegat text. in *l.* 1. *§. habitare, ff. de his qui dejecerunt*, qui profectò id non probat. Sed adduci poterit pro Alberico illud *Levitici c.* 24. ibi *Sive peregrinus, ſive civis peccaverit*, quod in hanc ſententiam refert Boer. *deciſ.* 260. Bald. *in l.* 3. *C. de nautico fœnore*, quia in culpa dicitur forenſis, qui in paſcuo alieno ſe intromittit, & poſtea ſtatuti ignorantiam allegat, argumento *text. in l. fin. §. Divi, ff. de publicanis*, Craveta *conſil.* 115. *n.* 3. & videndus eſt Anguianus *lib.* 4. *de leg. controv.* 8. & etiam ligat minores, de quo latè Sylv. *reſp.* 15. *l.* 1. *n.* 45.

Quòd ſi pecudes, aut quælibet animalia contrà vetitum ordinem inveniantur in defenſis publicis, vel ſaltibus (qui communiter dicuntur *deheſſas boyales*) pro quolibet capite pœna, ſeu mulcta de jure noſtri Regni indicitur quinque marapetinorum, ut in *l.* 4. *tit.* 11. *libr.* 5. *ordinamenti*, in aliis verò privatis fundis, aut agris viget pœna *dictæ l.* 24. *tit.* 15. *par.* 7. cum diſtinctione ibi propoſita, *an damnum deliberatè, ſeu appenſatè factum ſit; an verò ex aliqua contingenti, vel inevitabili cauſa*, ut per Alber. *in tract. de ſtatut.* 2. *par. q.* 76. Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr.* 1. *§.* 6. gl. *en me luſage, n.* 17.

23 Diſputari tamen ſolet, an ad incurrendam pœnam jure municipali, ſeu conſuetudinario inductam, ſit neceſſarium, quòd animalia in loco vetito capiantur, an verò, eis ex loco fugientibus, vel jam extra locum ante apprehenſionem, & capturam egreſſis, ceſſet pœnæ exactio, & ut vernaculo ſermone utamur, *ſi les vale la huyda.*

24 In qua quæſtione ſequentem diſtinctionem adhibendam eſſe cenſeo. Aut enim loquimur de paſcuo alieno alicujus privati, & ſuſpicor fugam non præſtare luitionis pœnæ exemptionem, Avend. *in c.* 4. *Præt.* 1. *p. n.* 27. Aut verò contendimus de paſcuo communi, & publico alicujus villæ, ſeu oppidi, & in hoc caſu etiam ſubdiſtinguere debemus; nam ſi cives, aut vicini illius oppidi (cujus eſt paſcuum) contrà vetitum ordinem paſcuaverint, eis utique fuga proficiet: & ſi non capiantur intùs animalia, pœnam evadent, ut tradit Soto *lib.* 4. *de juſt. & jur. q.* 6. *art.* 4. *verſ. dubium autem*, niſi magnam, & notabilem ſtragem in paſcuo fecerint. Oppidum enim videtur ſuis oppidanis illa lege paſcua diſtribuere, ut qui capiatur, pœnam luat; alter verò immunis ſit: & qui evaſerit, gratis ſibi prædam acquirat, Corduba *d. q.* 71. *in* 2. *dicto*, & cum Angles, Molina, & aliis, Gutier. *d. c.* 27. *numer.* 19. *in fine.* Si verò domini pecudum ſint exteri ab illo oppido, cujus eſt paſcuum, etiam ſi non capiantur, tenebuntur ad reſtitutionem damni, & pœnam incurrent; cùm nulla ſit cauſa, vel ratio, quæ talem actionem à furto excuſet, ex *Doctoribus proximè adductis.*

Pœnæ verò regulariter domino fundi, ſeu ag- 25
ri damnificati, vel Communitati applicari ſolent ex *l.* 2. *C. de noxalibus*, docet Platea *in l.* 1. *C. de paſcuis public. lib.* 11. Avend. *ubi ſup. dict. cap.* 13. *n.* 6. & regulariter fit diſtributio per partes, ſicut vel ordinatione, vel conſuetudine eſt receptum.

Et condemnatio ſimilium pœnarum exequibi- 26
lis eſt abſque metu attentati, etiam ſi ab ea in tempore appelletur, ut expreſsè cautum extat in *dict. l.* 15. *tit.* 7. *lib.* 7. *novæ Recop.* ibi: *Mandamos que de lo que por las dichas juſticias y regidores fuere mandado ſobre lo ſuſodicho para la dicha conſervacion, no puede aver, ni aya apelacion, ni reclamacion para ante nos, ni para ante los del nueſtro Conſejo, Preſidente, è Oydores de las nueſtras Audiencias, ni para otros Ivezes algunos, ſino que aquello ſe cumpla, y execute, è ſegun, è come fuere ordenado, y mandado, ſegun dicho es: y eſto porque anſi nos lo ſuplicaron los dichos procuradores: y porque es bien univerſal al bien y por comun de las dichas ciudades, y villas, y lugares*, & ita advertit Matienço *in l.* 4. *titul.* 14. *glo. fin. num.* 3. *l.* 5. *Recopilat.* Gironda *de gabellis*, 1. *parte, §.* 2. *num.* 19. Gutierrez *dict.* 1. *part. de juramento confirmatorio, cap.* 38. ubi allegat *Pragmaticam* 47. quæ habetur *in volumine* 1. *earum*, & conducunt ab ipſo Gutierrez tradita *conſil.* 31. *num.* 28. *in fine*, ex deciſione text. *in l.* 6. *titul.* 18. *libr.* 4. *novæ Recopilat.* quia in his caſibus appellationis effectus devolutivus tantummodo invenitur, non ſuſpenſivus: & ideo, etiam ſi differatur negotium ad Curiam, non datur inhibitio contrà inferiorem. Et licèt videatur ſublata omnimodò appellatio ex illis verbis, ibi *No pueda aver, di aya apelacion, ni reclamacion para ante nos, &c.* quia, ubi appellatio prohibetur, quoad utrumque effectum 27
interdicta cenſetur, ex Decio *in rubrica, de appellat. num.* 5. Rolando à Valle *conſ.* 77. *num.* 16. *lib.* 2. Lancelloto *de attentatis*, 2. *part. cap.* 12. *limit.* 25. *num.* 29. Cæſare Contardo *in repet. l. unic. C. ſi de moment. poſſeſ. q.* 7. *num.* 3. tamen verius eſt, quod devolutivus effectus ſemper admittitur, niſi expreſsè ſit ſublatus, ut in *c.* 1. *de reſcript. capit. Paſtoralis* 53. *de appellation.* quod & innuunt verba finalia *d. l.* 6. *tit.* 18. *lib.* 4. ibi *Pero bien queremos que en tales pleytos come eſtos ſepueda querellar, y proſeguir ſu derecho aquel que entendiere, que es agraviado por el Alcalde*: nam licet *in principio illius legis* proviſum eſſet in caſibus ibi expreſſis exequendam eſſe ſententiam, ob hoc non prohibetur, quòd, mediante effectu devolutivo, negotium ad Cu- 28
riam per appellationem adducatur. Eſt res ſine controverſia, cujus notum exemplum ſubminiſtrat text. *in cap.* 1. *ſeſſ.* 13. *Concilii Trid.* & *cap.* 20. *ſeſſ.* 24. ubi in caſibus viſitationis, & correctionis morum appellatio interdicitur:

quod

quod ( ut ſacra Cardinalium Congregatio ibi declaravit ) intelligi debet de effectu ſuſpenſivo, non verò devolutivo, uti expendit Marcilla *dictis Triden. locis*, Cævall. *de cogni. per viam violentiæ*, 2. *par. q.* 123. *num.* 12. Narbo. ſuus concivis Toletanus *in l.* 59. *tit.* 4. *l.* 2. *Re-*
29 *copil. gloſ.* 1. *num.* 119. Cùm autem ſupplicatio eiſdem juris vinculis, ſicut appellatio metienda ſit; & æqua lance procedat, miror valde magnorum Judicum criminalium cauſarum hujus regalis conventus maximam in toto jure literaturam, & peritiam, qui in prætextu cujuſdam, quem intendunt ( neſcio qua ducti ratione ) adinveniſſe ſtylum, hac ipſa hebdomada, in qua hoc caput ſcribebam, ex eo quòd per viam attentati, condemnatione ab eis facta contrà Judicem ordinarium civitatis de Alfaro ſexaginta marapetinorum, quia, ſpreta appellatione, quemdam famoſum, latronem torturæ ſubjecit. Quam rei pecuniariæ condemnationem exequi ſine obſtaculo ſupplicationis præceperunt, quod vulgò dicimus, *ſe execute ſin embargo*, ab ea ſupplicavi ( cum licitum ſit in Curia à qualibet ſententia etiam interlocutoria ſupplicare ) me ex Advocato reum conſtituerunt: & repulſa ſupplicatione à me, & ab alio collega, qui ſimul ſupplicationi ſubſcripſit, per viam mulctæ viginti aureos extrahere juſſerunt. Et licèt inſtanter uterque pugnavimus contendentes, appellatione ſublata, nunquam impediri cognitionem quoad effectum devolutivum, ex ſuprà dictis, idemque debere intelligi in ſupplicatione, ut hæc non cenſeatur ſublata ad hoc, ut audiatur, & defendatur reus in ſecunda reviſione, nam præcipere, quòd exequatur ſine aliquo obſtaculo, ut dicimus, *ſin embargo*, ſolùm deſervit, ut fieret executio, & prætextu ſupplicationis non impediatur, ut verba talia poſita in ſententia ſonant, & hoc pluries in Curia eſſe ſancitum; & à me, & cæteris venerandis meis collegis in ſimilibus caſibus eſſe ſupplicatum, & hoc omni jure fieri poſſe apertiſſimè demonſtravi: tandem viginti aureorum ſumma, & condemnatione ad duos aureos unicuique limitata, & reducta, conſtanter Judices in ſua opinione manſerunt, ſupplicationem in caſu ſimili reſpuentes, quorum ( prout decet ) reverenter authoritatem, & doctrinam amplexus unuſquiſque noſtrum mulctam indictam perſolvit. Fateor tamen, quòd paucos poſt dies in alia lite Joannis Diez Gonzalez ſoceri mei, ſtylus iſte violatus, & interruptus penitùs fuit: cum enim à condemnatione pecuniaria ei facta ( quam in certa parte abſque præjudicio ſupplicationis ab eo extrahi fuit juſſum ) ſupplicationem interpoſuiſſem: & ſupplicatio fuit admiſſa, & condemnatio moderata.

30 Sed ut ad noſtrum pœnarum propoſitum redeamus, pro *hujus capitis* complemento advertendum eſt, quòd etiam ſi ex ordinatione municipali, vel immemoriali tempore contrà depaſcentes in vetito, vel contrà ordinem ſolitum, & permiſſum ſint inſitæ pœnæ cum certa marapetinorum quantitate pro una vice, vel pro uno, aut tot capitibus: ſi tamen ex novis temporis, vel rerum accidentiis, & cauſis ſupervenientibus expediat eos augere, utique id abſque novo decreto populi communitatis, vel Officialium, poterunt facere Judices, præſertim ſuperiores, ut expreſſè notavit Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 26. *par.* 2. *in glo. verbo*, *crecer*, ibi *Facit*, *ut pœnæ*, *quæ imponuntur pro pecoribus*, *& aliis damnificantibus ſaltus*, *& prædia aliena*, *poſſint creſcere*, *& agri*, *ſi pœnæ non ſint ſufficientes*, *ſeu ſi qualitas temporis hoc exigit.* Et ſæpius in hac Curia Pintiana practicari vidi, & nominatim in lite inter oppidum de Aldeanueva, cujus partes ſolvebam, & domin. Joan. de Bugedo domus de la Laſtra, quem D. Alfonſus de Aguilar meritiſſimus Advocatus, ſuo acerrimo ingenio tuebatur, omnes pœnæ, quæ ex antiquiſſimo tempore in uſu compaſcui inter prædictos litigantes vigebant, ex eo quia moderatiſſimæ viſæ ſunt, fuerunt in ſententia reviſionis adauctæ. Augmentum tamen fieri debet, ea habita conſideratione, quòd communitas non reſtringatur, ſeu fiat metu magnæ quantitatis inutilis, ſed illa ſolùm quantitas augeatur, quæ potius communitatis, & juris quæſiti conſervationem, quàm deſtructionem redoleat. Nec enim novum 31
in jure eſt ex aliquibus circumſtantiis antiquas immutari ſanctiones, ut in *cap. non debet*, *de conſanguinitate*, *& affinitate*, & quælibet diſpoſitio debet intelligi, *rebus ſic ſtantibus*, cap. *cum inter*, *de renuntiatione*, Gloſſ. *in cap. ne quis arbitretur*, *verbo*, *furens*, 22. *quæſt.* 2. Craveta *conſ.* 95. *num.* 4. Burgos de Paz *conſ.* 40. *num.* 19. Guttierrez *de juramento confirmatorio*, 1. *par. cap.* 71. *num.* 6. Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 120. *art.* 1. Similiter etiam, ſi ſit aliqua lex pœnalis, vel ordinatio rigidior circà uſum paſcui, quæ in certa quantitate condemnet, poterit ejus fieri ex juſta cauſa moderatio. Et quæ debeant concurrere in iſto caſu, & à quibus fieri poſſit Judicibus, conſule Felinum *in cap.* 1. *numer.* 49. *de conſtitutionibus*, Doctores *in l. quid ergo*, *§. pœna gravior*, *ff. de iis*, *qui notantur infamia*, & in *l. & ſi ſeverior*, *C. ex quibus cauſis infamia irrogetur*, *& in cap. de cauſis*, *§. illis*, per illum textum, ibi, *eandem inſligas*, *de officio delegat.* & in *l. ſi hominem*, *ff. mandati*, Menoch. *de arbitr. jud. quæſt.* 96. Boſſium *in praxi*, *tit. de pœnis*, *à num.* 8. Clarum *in praxi*, *§. ultimo*, *quæſt.* 85. *à num.* 10. Ferdinandum Menchaca *illuſtr. quæſt. cap.* 14. *à numer.* 2. Tiraquel. *de pœnis temperandis*, *in præfatione*, *à num.* 1. Covarruv. 2. *variar. cap.* 9. *num.* 8. Alfonſum de Caſtro *de leg. pœnali*, *cap.* 1. 12. *&* 13. Bobadilla *lib.* 4. *Polit. cap.* 5. *num.* 65. & plenè Anguiano *lib.* 2. *controverſ.* 5. *per totam.* Et an remitti poſſit pœna ordinationis, ſeu ſtatuti municipalis, & utrum Conſilium, vel univerſitas poſſit facere gratiam ejus, vide Baldum *in l. Præſes*, *C. de tranſact.* Azeved. *in Curia Piſana*, *l.* 1. *c.* 20.

## NOTÆ AD CAP. XII.

SIcuti non dubitatur poſſe fieri ſtatuta ab Univerſitate circà uſum paſcui publici, ità non ambigitur, quòd, ea facta, veniant omninò ſervanda, niſi contineant iniquitatem, & ſint confirmata à Principe, ſeù alio vices illius tenente (ſola etiam confirmatione generali, cum tractetur de Statutis publicam utilitatem reſpicientibus, nec odioſis, ſaltem odio irrationabili, *Rota cor. Ubald. dec.* 170. *n.* 8. *cor. Penia dec.* 349. *n.* 4. *cor. Card. Celſo. dec.* 225. 1
*n.* 10. *& in Nepoſin. ſucceſſ.* 17. *Maii* 1669. *§. fruſtra* 2
*autem. cor. Calataiu.* ( de qua confirmatione generali, ſeù generica, prout & de alia ſpeciali, ſeu ſpecifica tractatur *à Me de jure municip. l.* 1. *obſ.* 2.)

Doctrina *Noſtri Auctoris hìc n.* 3. ſpeciatim ap- 3
probatur, eo allegato, à *Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 41. *n.* 4. 5. 6. 7. *lib.* 4. *&* de ea agitur à *Capyc.* 152. *& ibi Petra in Addit.*





Sed id, quod ponitur *hìc n.* 8. ut ſufficiat confirmatio Statutorum facta à Barone, diſplicet, *Auctore Noſtro citato*, *Balmaſedæ de collect. q.* 4. *n.* 14. *ubi ſequitur Hermoſill. ad ll. Hiſp. l.* 15. *gloſ.* 2. *n.* 15. *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2.

*Idem Balmaſeda q.* 5. *num.* 21. *admittit doctrinam Noſtri Auctoris hìc num.* 9. *licèt ad alium effectum.*

5 De forenſibus ſubjectis hiſce pœnis ſtatutariis *hìc num.* 12. vel quia pœnis levibus, vel quia non difformibus à jure communi, vel quia non admittentibus ignorantiam, quæ ſemper eſt craſſa, immò culpoſa in damnificandis bonis alienis, videantur tradita *à Cabal. reſol. crim.* 129. *Conciol. verb. arma. reſol.* 4. *Raynald. ad Bannim. Bonon. c.* 14. *§.* 12. *n.* 12. *& ſeqq. tom.* 1. *Franch. dec.* 521. *& ibi de Luca.*

6 Circa quæſtionem poſitam *hìc num.* 23. reſolutam cum diſtinctione *num.* 24. videtur etiam & fortè magis practicè reſolvi, ſi perpendantur diligenter verba, quibus concepta ſint ſtatuta,
7 nam, ſi abſolutè prohibeant damnum, ſeù paſcuum in aliquo vetito loco, fuga non proficiet, & poterit procedi ad pœnam, etiamſi animalia non capiantur in eodem loco: ſi verò puniant animalia inventa, ſeù reperta in ipſo loco, tunc fuga proderit, ſed non evitabitur refectio damni dati: videas in ſimilibus *à Sole q. legal.* 35. *Cæval. q.* 65. *Urſel. concl.* 143. *num.* 65. *Farinac. in prax. q.* 108. *& nu.* 132. *Viv. opin.* 763. *Maſſin. de conſiſc. q.* 8. *num.* 13. *Conciol. verb. arma. reſol.* 11. *num.* 4. *& in Addit. Panimol. deciſ.* 32. *n.* 46. *tom.* 1.

8 De utraque appellatione, quoad ſuſpenſivum, &, quoad devolutivum, de qua *hìc num.* 26. 27. videatur *Card. de Luca tit. de judic. diſc.* 37. ubi latè, *lib.* 15. Prout, & de alia tacta *hìc nu.* 28. circà *Conc. Trident. in eod. diſc.* 37. *nu.* 54. *& tit. de regular. diſc.* 22. *in Miſcellan. Eccleſ. diſc.* 1. *n.* 37. *& in Annot. ad Conc. Trident. diſc.* 5. *lib.* 14. *Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. alleg.* 92. *apud quem concordan.*

9 Et concluſio *hìc* poſita *n.* 27. affertur, *Noſtro Auctore allegato*, ut ſcilicèt in cauſis, in quibus non admittitur appellatio, intelligatur quoad effectum ſuſpenſivum, non verò quoad devolutivum, *Balmaſeda de collect. q.* 106. *n.* 1. *& n.* 2. *meminit de tactis hìc n.* 29.

10 Pro augmento, ſeù diminutione pœnarum, juxta temporum viciſſitudines, & caſuum magis, vel minùs frequentium contingentes, ut *hìc num.* 30. 31. recurre *ad Omnes tractantes* ſuper axiomate *Quæ de novo emergunt*, *novo indigent auxilio*, de quibus *Gambſ. in theſaur. juriſpr. lib.* 1. *c. ult. axiom.* 1. *& lib.* 5. *c.* 10. *per tot. tom.* 1. *Barboſ. axiom.* 81.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XIII.

### ARGUMENTUM.

De damno in alieno paſturagio à pecudibus facto, & de ejus ſatisfactione, & pœna.

### *SUMMARIUM.*

1 *Dominus pecudum ad damni ſatisfactionem in alieno paſturagio facti omni jure obſtrictus eſt.*
2 *Damni ſatisfactio*, *quomodo fieri debeat*, *ponitur.*
3 *Pro ſatisfactione damni à pecudibus in alieno paſturagio facti plures actiones competunt*, *& quibus in caſibus quælibet ipſarum ſit intentanda*, *refertur remiſſivè. n.* 4.
5 *Damnum à pecudibus in paſturagio factum an debeat ſatisfieri*, *habito reſpectu ad tempus damni præſtiti*, *an verò futuri temporis ſit conſideratio habenda*, *diſputandum proponitur.*
6 *Tempus damni dati ad ejus ſatisfactionem inſpici debere probatur*, *& in propoſito expenditur text.* in l. certè, ff. arbor. furtim cæſarum.
7 *Secundum hujus partis adducitur fundamentum*, *& expenduntur jura in* regula, is damnum dat, §. quod pendet, *& in* l. omnis hæreditas, §. nunquam creſcit, ff. de regul. juris.
8 *Expenditur tertium fundamentum*, *& quod ſpes*, *niſi de præſenti ſit formata*, *æſtimari non debet*; *& in propoſito adducitur tex.* in l. fiſtulas, §. frumenta. ff. de contrahenda emptione.
9 *De futuris certum judicari non poteſt*, *& damnum*, *quod contingit*, *non venit in conſideratione*, *quando à principio actus ita ſe habet ad lucrum*, *ſicut ad damnum.*
10 *Dubius eventus quando æſtimabilis ſit.*
11 *Expenditur text.* in l. ex hac, ff. ſi quadrupes paup. feciſſe dicatur, *& in* l. furtim, ff. arborum furtim cæſarum, *& in* l. fin. ff. de his, qui dejecerunt, vel effuderunt, *& eis ſatisfit remiſſivè.*
12 *Animalia in alieno paſcuo apprehenſa*, *utrum à domino paſcui detineri poſſint*, *& includi.*
13 *Expenditur in propoſito text.* in l. quamvis alienum 40. ff. ad l. Aquil. *& in* l. 24. titul. 15. part. 7.
14 *Retentio regulariter eſt prohibita*, *nec una res pro alia detineri poteſt.*
15 *Advocati non poſſunt retinere ſcripturas partium*, *vel acta proceſſus pro ſolutione patrocinii.*
16 *Retentio animalium majus periculum continet*, *quàm cæterarum rerum.*
17 *Referuntur Doctores*, *qui affirmant animalia retineri non poſſe pro ſatisfactione damni in paſturagio facti.*
18 *Adducitur primum fundamentum illius aſſertionis*, *nempe*, *quod animalia retineri poſſint pro ſatisfactione damni in paſturagio præſtiti*, *& in propoſito expenduntur jura in* l. Ratis, ff. de incend. ruina, naufrag. *& in* l. hoc amplius, §. de his, & §. Neratius, ff. de damno infecto.
19 *Expenditur in propoſito text.* in l. 2. §. fin. ff. ſi ex nox. cauſa agatur, *& in* l. de pecoribus, C. ad l. Aquil.
20 *Adducitur tertium fundamentum*, *& in eo expenditur text.* in l. capite quinto, ff. ad l. Jul. de adult.
21 *Traditur reſolutio quæſtionis propoſitæ cum certa diſtinctione*, *& intelliguntur plura jura præſertim tex. in* l. qui ſervandarum, §. fin. ff. de præſcriptis verbis, *& in* l. Quintus, ff. ad l. Aquil. *cum ſimilibus.*
22 *Intelligitur in propoſito text.* in l. de pecoribus, C. ad l. Aquil. *& de ejus genuino ſenſu agitur remiſſivè.*
23 *Dominus*, *qui animalia retenta ab eo*, *qui damnum in paſcuo fuit paſſus*, *tranſportaverit*, *furti tenetur.*

24 *Conſuetudini, ſeu ordinationi municipali circà detentionem, vel incluſionem animalium eſt ſtandum.*

25 *Retentio, ſive incluſio animalium in vetito paſcuo depaſcentium, jure Regni indiſtinctè cuſtodibus paſcui eſt permiſſa.*

26 *Retentio animalium pro alimentis, & paſcuo eis præſtito, tempore retentionis, vel incluſionis, licita eſt.*

27 *Pro impenſis factis animalibus detentis, & incluſis pignoratitia actio competit, & ex eo, quod quis retinuit, cenſetur impendiſſe.*

28 *Pecudibus, ſeu animalibus detentis, quidquid lactis, lanæ, vel alterius emolumenti præſtiterint, in alimentis eorum compenſandum venit.*

29 *Paſturagio locato, competit pro mercede conventa hypotheca in pecudibus.*

30 *Damnum, quod pecudes tempore detentionis receperint, perſolvi debet à detentore, ſive pignorante.*

31 *Clericorum, & Religioſorum pecora in paſcuo vetito inventa, utrum pignorari, & detineri poſſint, & quis Judex ſit adeundus, pro exactione pœnæ.*

1 QUod dominus pecudum in alieno paſturagio, ſeu fundo depaſcentium ad damni ſetisfactionem obſtrictus maneat, & Civili, & Canonico jure expreſsè cavetur: iſtius enim aperta, & evidens eſt deciſio in *cap. ſi læſerit* 4. *de injuriis*, cujus verba ex *c.* 22. *Exodi* tranſlata ita ſe habent: *Si læſerit quiſpiam agrum, vel vineam, & dimiſerit jumentum ſuum, ut depaſcat aliena, pro damno æſtimationem reſtituet*: illius in *l. fin. C. ad l. Aquiliam* ibi *De jis, quæ per injuriam depaſta contendis, ex ſententia legis Aquiliæ agere minimè prohiberis.* facit text. *in l. qui ſervandarum*, §. *ſi glans, ff. de præſcriptis verbis*, & in *l.* 24. *tit.* 15. *par.* 7. ibi *Demande delante del juzgador emienda del danno*, Menochius *conſ.* 118. *num.* 24. Et iſtius damni ſatisfactio in utroque foro obligat, ut cum Alfonſo de Caſtro *lib.* 1. *de poteſtat. legis pœnalis cap.* 10. *verſic. primo ex hac probata concluſione* obſervat Petr. Nunius de Avendan. *in c. Prætorum* 1. *part. c.* 13. *verſic. decima concluſio, n.* 11. Soto *de juſt. & jur. lib.* 4. *artic.* 4. Gutier. *in practicis canonicis, lib.* 2. *c.* 27. *per totum.*

2 Quo modo autem debeat fieri iſta damni ſatisfactio, ancipites reddit Interpretes, ſed ex eorum documentis ſequentem diſtinctionem amplectendam (ut veriſſimam) utique reor, ut in foro contentioſo, ſi in illo oppido, in cujus territorio eſt ager, fundus, vel paſcuum (ubi apprehenduntur animalia) ſit aliqua pœna certa, vel per ordinationem, aut conſuetudinem inducta, dominus animalium tenebitur eam perſolvere, quia hæc eſt primo loco attendenda, *l.* 21. *C. de noxalibus*, notat Baldus *in titul. de pace Conſtantiæ*, §. *mos Romanorum, in uſibus feudorum*, & in *l.* 1. §. *denique, ff. de aqua pluv. arcend.* Sin verò nulla ſit taxata pœna,
3 ad juris diſpoſitionem recurrendum eſt. Quo attento, ſi ad jus Civile reſpiciamus, ſatisfactio damni cujuſcumque eſt præſtanda, vel per actionem de paſtu pecoris, *dict.* §. *ſi glans*, vel per actionem legis Aquiliæ, *dict. l. fin. C. ad l. Aquiliam.* Vel ſi animalia dederunt damnum alio modo, faciendo foveas in prato, per actionem de pauperie, ut in *l.* 1. *ff. ſi quadrup. paup. feciſſe dicatur*, vel per actionem ad exhibendum, ut in *l. Julianus*, §. *glans, ff. ad exhibendum.* Et appellatione *glandis*, intellige omnem fructum, *l. unica, ff. de glan. legenda.* Vel in aliis caſibus, per actionem in factum, ut cum Speculat. 4. *part. tit. de injuriis*, §. *ſequitur, circà medium, verſicu. ſi autem in aliis*, advertit Henricus de Bohic *in dict. cap.* 4. *de injuriis, à num.* 2. *cum duobus ſequentibus.* Et quibus in 4
caſibus quælibet harum actionum ſit exercenda, docet Speculator *d.* §. 2. *à numer.* 17. *uſque ad num.* 20.

Sed in propoſito dubitari ſolet, an damnum, 5
quod à pecudibus in prato, paſcuove alieno, ſive ſegetibus fit, debeat æſtimari, habito reſpectu ad tempus, in quo fit, an verò reſpectu temporis futuri, in quo bladum eſſet maturum.

Et ſanè, quòd attendi debeat tempus damni 6
dati, videtur probari ex *l. certè, ff. arbor. furt. cæſarum*, ibi *Certè non dubitatur, ſi adhuc adeò tenerum ſit, ut herbæ loco ſit, non debere*, per quem *text.* ita ibi obſervat *Joann. de Aretio.*

Secundò facit tex. in *regula, is damnum dat*, §. 7
*quod pendet, ff. de regul. juris*, ubi illud, quod pendet, non eſt quaſi ſit, nec ex futuro creſcere poteſt damni præteriti æſtimatio, *l. omnis hæreditas*, §. *nunquam creſcit, ff. eodem titulo.*

Tertiò, quia, ex quo lucrum non eſt factum, 8
ſed in fieri, licèt præceſſerit apparatus ad lucrum, & iſtud ceſſaverit, non dicitur damnum, ut in *l. ſi pecuniam, ff. de condictione cauſa data, & non ſequuta*, per quem *text.* ita decidit in propoſito Bald. *conſ.* 182. incipit *In Chriſti nomine locata fuit.* Non enim debet conſiderari, quòd ſpes poterat pluris vendi, niſi ſpes eſſet formata de præſenti; puta, quia frumentum erat in herbis, nam tunc quantum valeret in herba, tantum æſtimaretur, & non plus, ut *Baldi* verbis utar. Porrò multa accidere poſſunt, quæ impediunt fructus ad maturitatem, & effectum perduci, ut pote nives, grandines, incurſus hoſtium, & ſimilia, *l. fiſtulas*, §. *frumenta, ff. de contrahend. empt.*

Quartò, quia de futuris non poteſt certum ju- 9
dicari, ut in *l. ſi ea pactione, C. de uſuris*, notat Bart. *in l. cotem.* §. *qui maximos, ff. de publicanis.* Et regulariter nunquam venit in conſideratione damnum, quod contingit, quando à principio actus ita ſe habebat ad lucrum, ſicut ad damnum, *l. ſi pater puellæ, C. de inofficioſ. teſtam. l. fideicommiſſo*, ubi Caſtrenſ. Alexan. Jaſon, Decius, & alii, *C. de tranſact.*

Quintò, quia circa damna data non debet ha- 10
beri conſideratio temporis futuri, *l. ait lex, l. inde Neratius*, §. *ſi infans, ff. ad l. Aquil.* & tamen dubius eventus eſt æſtimabilis, *l. propter ſpem, ff. familiæ herciſ. l. ſi jactum retis, ff. de act. empti*, quo argumento ita obſervat Additionator ad Speculat. *dict.* §. 2. *n.* 21. *littera A*, & in propoſita quæſtione hanc ſententiam amplectuntur ultra *ſuprà* relatos, Boërius *in conſuetudines Bituricenſ. in verbo, des couſtumes prediales*, §. 1. *columna* 2. Craveta *conſ.* 40. *n.* 20. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 149. *num.* 21. Cancerius *tom.* 1. *var. c.* 13. *n.* 9. *in fine.*

Nec his obſtabit text. *in l. ex hac, ff. ſi quadrup.* 11
*paup. fec. dic.* & in *l. furtim*, & ibi Gloſſ. *ff. arbor. furtim cæſar.* & in *l. fin. ff. de his, qui dejecer. vel effud.* ubi Albericus, proſequitur Burſatus *conſil.* 70. *n.* 31. *volum.* 1. quia loquuntur in diverſo caſu, & eis juribus reſpondent ſuprà citati Doctores.

Verùm, utrum animalia in alienis paſcuis inven- 12
ta



ta pro damno paſturagii, poſſint à domino detineri, opportunè venit inquirendum.

13 Et ſanè pro negativa parte primo loco arridere videtur text. in *l. quamvis alienum* 40. *ff. ad l. Aquil.* ibi *Itaque, qui pecus alienum in agro ſuo deprehenderit, non jure id includit.* Conſonat text. *in l.* 24. *tit.* 15. *part.* 7. ibi *Nin lo liſie, nin lo fiera, nin lo encierre.*

14 Secundò, quia retentio regulariter eſt prohibita, nec una res poterit pro alia retineri, ut eſt *text.* ubi notant Doctores in *l. fin. Cod. commod.* & in *l. ſi non inducta, C. in quibus cauſis pig. tac. contrah. l.* 5. *titul.* 8. *par.* 5. *l. ſi non ſortem*, 5. *ſi centum, ff. de condictione indeb.* ubi regulam conſtituunt, quòd creditor non poteſt pro ſuo credito
15 rem debitoris penès ſe retinere, ubi *Albericus*, & *Fulgoſ.* advertunt non poſſe Advocatos, vel Procuratores retinere ſcripturas, vel inſtrumenta clientum pro ſatisfactione mercedis, ſeu ſalarii. Et ratio eſt, quia hoc eſſet ſibi propria authoritate jus dicere contra *l.* 1. *C. ne quis in ſua cauſa jus ſibi dicat*, præſertim cum pignora capere ſit ſpecies juriſdictionis, *l.* 1. *ff. ſi quis juſdic. non obtemper.* & in ſpecie, concludit Collerius *in cap. illud, de præſcript. num.* 23. *verſiculo, Circa quod tamen.*

16 Et quia majus periculum eſt in retentione animalium, quàm in aliis rebus, cùm faciliùs pereant, Bart. *in l. amplius*, §. *de his autem*, ubi Additio, *verbo, majus, ff. de damno infect.* Cæpolla *de ſervit. ruſtic. cap.* 9. *n.* 30. Bart. *in l. ratis, ff. de incend. ruina.*

17 Tertiò hanc opinionem amplectitur Bart. in *l. hoc amplius*, §. *de his, n.* 3. *ff. de damno infecto*, Abbas in *c. ſi læſerit, nu. fin. de injuriis*, Coraſius *in rubric. de ſervit. n.* 40.

18 Pro contraria tamen opinione, nempe, quòd in hoc caſu competat retentio, quo uſque pro damno illato ſatisfiat, vel caveatur, urgent expreſſa *Neratii*, & *Ulpiani* reſponſa in *l. ratis, ff. de incend. ruin. nauf.* & in *l. hoc amplius* 9. §. *de his*, & §. *Neratius, ff. de damno infecto*, quibus apertè probatur, quòd ſi ratis vi fluminum in alienum agrum inciderit, & impetuoſo adventu, ſeu caſu, damnum agro intulerit, dominus ejus poterit ratem detinere, quouſque damnum ſibi reſarciatur, vel pro ſatisfactione idonea cautio offeratur.

19 Secundò facit text. *in l.* 2. §. *fin. ff. ſi ex noxali cauſa agatur*, ubi ſervus, qui damnum dedit, domino abſente, & nemine ipſum defendente, tradendus eſt juſſu Prætoris petitori damnum paſſo, quouſque dominus compareat ipſum defenſurus, & facit tex. *in l. de pecoribus, C. ad l. Aquil.* qui agit de pecoribus incluſis, & tamen concedit actionem domino, caſu quo fame perierint propter negligentiam detinentis, unde ſupponit poſſe includi, ſeu detineri.

20 Tertiò ex *l. cap. quinto, ff. ad l. Jul. de adult.* ubi malefactorem licet retinere.

21 Sed hujus dubii vera reſolutio eſt, quòd, ſi dominus agri ſcit, cujus ſunt animalia in ſuo agro deprehenſa, non poteſt ea detinere, cùm tunc illicò poſſit ſuas movere actiones contra dominum animalium pro damno, ſcilicèt pro paſtu pecorum, ut legis Aquiliæ, juxta textum in *l. qui ſervandarum*, §. *fin. ff. de præſcriptis verbis*, & ita debet intelligi dicta *lex.* Non enim cenſetur habere actiones efficaces, cùm neſciat contra quem eas poſſit dirigere, *l. nam is, ff. de dolo*, cùm priùs quærendum ſit de perſona, quàm de jure, *l. quidam referunt, ff. de jure codicillorum*, ibi *Eſſe enim debet, cui detur, deinde ſic quæri, an datum conſiſtat, ut non ante juris ratio, quàm perſona quærenda ſit. dict. l. quamvis*, ibi *Cùm ſuas actiones habeat paratas.* Quid enim conducere, aut cujus effectus eſſe poterit, quòd alicui competat actio, ſi ignoratur, aut eſt incognita perſona, contra quam eſt dirigenda, ut rectè in propoſito advertit Henricus Bohic. *in capit.* 4. *de injur. numero ſexto*, Chaſſaneus *in conſuetudinibus Burgundiæ, rubric.* 1. *des juſtices*, §. 6. *numero undecimo.* Boërius *in conſuetudinibus Bituricenſibus, rubric. des Couſtumes prediales, in principio.* Si verò dominus prædii ignorat cujus ſint animalia, quouſque ſciat, licita eſt eorum retentio, ut in *l. Quintus, ff. ad l. Aquil.* Bald. *in leg.* 2. *ad medium, verſicul. & prædicta ſunt vera, Codic. de ſervis fugitivis*, Petrus Surdus, qui teſtatur de communi, *conſilio* 561. *num.* 26. *lib.* 4. Cancerius *tom.* 2. *variarum, cap.* 10. *num.* 60. Quo diſtinctionis fœdere has inter ſe pugnantes opiniones ad concordiam reducit poſt Speculatorem, *titul. de actione*, §. 1. *verſic. Sed pone, invenio pecudem tuam, num.* 59. Bald. *conſ.* 35. *volum.* 4. & in *dict. l.* 2. *C. de ſervis fugitivis*, Joan. Faber *in principio Inſtitut. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, in principio*, Angelus de Aretio *in tractatu de maleficiis, in gloſſ. verbo, & cæleſtem veſtem, colum.* 1. Gandinus *in tractat. de maleficiis, titul. de furibus, verſi. Sed pone, num.* 11. Albericus *in d. l. de pecoribus, C. ad l. Aquil.*
Boërius *ubi ſuprà*, Cæpolla *de ſervitute juris paſ-* 22
*cendi, quæſt.* 6. Surdus *de alimentis, titul.* 8. *privilegio* 62. *num.* 2. eleganter Doctor Pichar. *in* §. *cæterùm* 10. *ex num.* 13. *cum pluribus ſequentibus, Inſtitut. ad l. Aquil.* ubi intelligit in proprio, & genuino ſenſu textum in *d. l. de pecoribus*, de qua etiam egerunt Gedeus *ad l. pratum* 31. *ff. de verborum ſignificat.* Oſualdus ad Donellum *lib.* 15. *c.* 44. *in notis, litera F.*

Et tali modo reputatur juſta & legitima deten- 23
tio, & incluſio animalium, quòd ſi dominus animalia ſic incluſa tranſportaverit, furti tenebitur, ut docet Afflictus *in conſtitutionibus Siciliæ, dict. rubrica* 36. *numer.* 11. Et de hac incluſione, & detentione pecudum videndus eſt Avend. 1. *part. cap. Prætorum, cap.* 13. Capycius *deciſ.* 45.

Si tamen extat ordinatio, ſeu conſuetudo, quòd 24
animalia ſic inventa in paſturagio vetito detineantur, utique ei indiſtinctè erit ſtandum, nec de valore talis ſtatuti, aut conſuetudinis dubitari poteſt, ut docet Salicetus in *l. Graccus, colum.* 2. *verſi. ex prædictis, C. ad leg. Jul. de adulter.* ubi etiam addit, quòd ſi animal in fundo repertum fugiat, poteſt fundi dominus illud perſequens occidere etiam extra fundum, quod etiam probat Decius *conſ.* 199. *col. fin.* Cæpolla *in d. tract. de ſervitut. titul. de ſervitute juris paſcendi, colum.* 12. *verſi. Supereſt alia quæſtio*, & notanter ita firmat Gregor. Lopez *in d. l.* 24. *titul.* 15. *par.* 7. *in verbo encierre* verſic. *item limita.* Stephanus Gratianus *diſceptationum Forenſ. tom.* 1. *cap.* 80. *num.* 8. Azevedo *in l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 5. *Recopilation. numero ſexto*, ubi ſine diſtinctione aliqua id licere agricolis terram colentibus per ſe, vel per famulos advertit, & allegat *legem* 12. *titulo ſeptimo, lib.* 7. *Recopilat.* Avendannus *ubi ſuprà, d. cap.* 1. *n.* 13. *in principio.*

De jure verò Regio iſta pignoratio, ſeu anima- 25
lium incluſio, & retentio montium cuſtodibus indiſtinctè, & omni caſu permiſſa eſt, ut in *l.* 1. *titul.* 17. *libr.* 5. *novæ Recopilat.* ibi *Pero que los guardadores de los montes, y del pan, y del vino, y de los paſtos, y de los terminos, porque ſon perſonas* *publi-*

publicas, que puedan prendan ſegun ſus fueros, y coſtumbres que han, ſin la pena deſta ley, & alibi diximus.

26 Quin immò non ſolùm competit retentio pro damno dato, verùm & pro alimentis tempore ipſius detentionis receptis, ut affirmat Guido Papa *tractat. præſumpt. charta* 4. Alciatus *dict. præſumptione* 50. Sola *in conſtitution. Pedemont. in decret. de captu. debit. in glo* 3. *part. num.* 6. Et ratio eſt, quia quælibet res detineri poteſt pro impenſis in ea factis, Gloſſ. *in l. ſi non ſortem*, §. *ſi centum*, *ff. de condictione indebit.* ubi Bartol. & Jaſon *numero decimo*, *l. Colonus*, juncta Gloſſ. *verb. propter*, *ff. de vi*, *& vi armata. l. ſi neceſſarias*, *ff. de pignoratitia actione.* Joannes Garcia *de expenſis*, *cap.* 1. *numer.* 16. *& in cap.* 4. *numero vigeſimo octavo*, unde Baldus *in dict. l. fin. C. commodat.* ait poſſe ſartorem retinere veſtes, donec ei ſolvatur merces, Neguſantius *de pignoribus* 3. *membro*, 5. *part. princip. numero octavo*, proſequitur utiliter, alia plura in propo-
27 ſito cumulans. Surdus *de alimentis*, *privilegio* 62. ubi ampliat, quòd hoc caſu ſimul cum retentione competat pignoratitia actio pro iſtis alimentis, & impenſis, ex *dict. l. neceſſarias*, & quòd pro eis præfertur omnibus anterioribus creditoribus, ex doctrina Bart. *in l. interdum*, *numer.* 1. *ff. qui potior. in pignor. habeantur*, ubi dicit hoc eſſe notandum ſpecialiter in alimentis; quia ſi is, qui equum habet pignoratum, impendit in alimentis illius, vel ſervi cuſtodientis, quòd in eis præfertur omnibus anterioribus, quam doctrinam amplectitur Neguſantius 3. *membro*, 7. *parte*, *numer.* 16. ubi ſubdit, quòd repetens talia alimenta non tenetur probare, quòd ea præſtiterit, cùm præſumptio ſit præſtitiſſe, ex quo retinuit penes ſe, Bartol. Imol. & Alexand. *in l. cum ſervus*, *ff. de verborum obligat.* & quòd ſi is, qui præſtitit alimenta, commodavit, vel dedit equum ad vecturam, imputare debet in alimenta, quid-
28 quid exegit, vel lucratus fuit ex ea cauſa. Quod maximè conducit ad eum caſum, quando pecora detenta, veluti oves, capræ, aut vaccæ, illo tempore lacte ſpoliantur, quidquid enim emolumenti attulerint, compenſari debet cum alimentis ex Baldo *in leg.* 2. *C. de partu pign.* Alex. *in l. ſi ſervus*, *ff. de pignorat. actione.*

29 Simili modo, ſi quis locaverit paſturagium pro mercede conventa, competit ei hypotheca in pecudibus, & habet prælationem præ omnibus creditoribus, ut ex *leg. hujus*, *ff. qui potior.* obſervat Anton. de Fano *de pignoribus prima parte*, 3. *membro*, *num.* 14. *& ſequent.* & in *ſecunda parte*, 4. *membro*, *numer.* 133. *& num.* 114. Sebaſtian. Monticellus *in* §. *item Serviana*, *num.* 43. *Inſtitut. de actionibus*, Menochius *de recuperanda poſſeſſione*, *remedio* 11. *num.* 8. Plotus *in l. ſi quando*, *num.* 874. *verſicul. Tertiò quæro*, *C. unde vi*, Cavalcanus *deciſione* 23. *numer.* 31. *& deciſione* 44. *num.* 47. Surdus *de alimentis*, *privilegio* 62. *num.* 19. Gigas *de penſion. quæſtione* 39. *numer.* 10. Natta *conſil.* 536. *num.* 8. *&* 9. *&* 10. *volum.* 3.

30 Cùm autem animalia detenta, ſeu pignorata neceſſariò ali debeant, ne pereant, ut in *l.* 4. *titulo* 15. *partit.* 7. Afflictus *in conſtitutiones Siciliæ*, *libr.* 3. *rubrica* 36. *numer.* 12. conſequenter, ſi in detentione, vel incluſione damnum paſſa fuerint, detentor, vel qui ea incluſit, tenebitur perſolvere, ut in *dicta l.* 4. *partitæ* proſequitur Chaſſaneus *in conſuetudinibus Burgund. rubric.* 1. §. 5. *n.* 13.

Illud pro coronide meminiſſe libuit pecora, & 31
animalia quælibet, etiam Clericorum, & Religioſorum pignorari, & detineri poſſe, ſi inveniantur in paſcuo alieno, vel prohibito, quemadmodum aliorum privatorum, ex textu expreſſo *in l.* 12. *titul.* 13. *libr.* 1. *Recopilation.* ibi *Y fuere ballado que hazen danno las beſtias, y ganados de los Clerigos, que en razon de pagar las penas, y lo que anſi fuere ordenado, todos, aſſi Clerigos, como legos, lo paguen.* & in eis poteſt fieri executio condemnationis à Judice laico pro ſatisfactione damni dati, vel pœnæ incurſæ. Quin immò ſi judex Eccleſiaſticus laicum à tali cognitione, vel proceſſu inhibere tentaverit, vim facit, ut tradunt Gutierrez *libr.* 1. *practic. quæſt.* 4. Azeved. *in d. l.* 12. *titul.* 13. *lib.* 1. *Recopilat.* Ahumada *in ſcholiis ad Gregor. Lop. in l.* 45. *titul.* 6. *part.* 1. *gloſſ.* 2. *n.* 19. Cevallos *in tractat. de cognitione per viam violentiæ*, *quæſtione* 11. & ita frequentiſſimè in hoc Regio conventu practicari vidi, & alibi etiam aliquid in propoſito notatu dignum diximus.

## NOTÆ AD CAP. XIII.

DIſtinctio *hìc ab Auctore* allata *n.*21. ut poſſint 1
animalia damnificantia retineri, ſi neſciatur dominus illorum, ſecùs, ſi ſciatur, refertur quoque *à Cardan. ad Stat. Mediol. lib.* 2. *c.* 369. *n.* 9. *Calvin. de æquit. c.* 268. *num.* 5. *Mauſon. de cauſ. execut. ampl.* 26. *n.* 21. *Antonel. de loco legali. lib.* 3. *c.* 20. *ex n.* 14. *de Luca ad Gratian. diſcept.* 80. *ac aliis penes Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 10. *n.*2. *& ibi Romaguerra n.* 5. *ubi allegat Noſtrum Auctorem.*

Non recipitur in praxi, cùm indiſtinctè reti- 2
neantur animalia damnificantia, ſivè neſciatur, ſivè ſciatur illorum dominus (hocque *apud nos paſſim* ſervatur) & ſic inquiunt *Calvin. d. c.* 268. *num.* 7. *Berlich. concl.* 34. *num.* 2. *p.* 2. *Pegas. ad Ordinat. Portugal. tom.* 5. *tit.* 66. §. 28. *c.* 4. *num.* 4. *Sabel. in ſumma verb. animal. nu.* 2. *verſ. quod de conſuetudine tom.* 1. *de quibus Romaguerra ad d. rubr.* 10. *n.* 6. ubi quòd ità etiam *in Diœceſ. Gerunden.* obſervatur. *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.*
4. *rubr.* 2. *n.* 10. *ubi concordan. ac ſub n.* 20. (& 3
quòd *apud Nos* extat *Stat. Ferrar. eod. lib.* 4. *rubr.* 11.) *tom.* 2.

Undè ipſa praxis, & conſuetudo eſt ſervanda; 4
ut ſubdit *Noſter Auctor. n.* 24. *Hermoſil. ad ll.*
*Hiſp. l.* 9. *gloſ.* 3. 4. *n.* 82. *in fin. tit.* 2. *p.* 5. *tom.* 1. 5
& praxim relaxandi animalia ſic retenta, ut ſcilicèt fiat de mandato Judicis, facto depoſito alicujus ſummæ & præſtita cautione de ſolvendo, quidquid de pluri fuerit judicatum (quæ ſola *apud Nos* ſufficit) ponit *Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 6. *n.* 94.

Ac circà æſtimationem damni dati faciendam, 6
habito reſpectu ad tempus ipſius damni, non autem ad tempus meſſis, & recollectus, ſicque conſiderata herba, non autem tritico maturo, multis mediis comprobat *Oter. hìc numer.* 5. *& ſeqq.* cum quo ſtat quoque *Romaguer. ad d. rubr.* 10. *num.* 10. *ubi adducit Cancer. c.* 13. *num.* 14. *lib.* 1. *Sabel. verb. damnum. nu* 7. *tom.* 1. *Pegas d.* §. 28. *c.* 7. *num.* 4. *Pacichel. de diſtant. c.* 6. *membr.* 8. *num.* 11. *Gratian. deciſ.* 57. *& ibi Scoppa. & de Luca ac alios.*

Inquit *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 4. *d. rubr.* 7
2. *num.* 15. quòd æſtimatio quidem fit, inſpecto tempore prædicto; Sed habita conſideratione quanti vendi poſſet dubius eventus perceptionis fru-



frumenti (ſeù alterius rei fructiferæ) deſtructi, ſeù deſtructæ, ac allegat *Rendel. de paſc. def. & aq. p.* 4. *c.* 7. §. *tempus æſtimandi*, *adde Barboſ. in Repert. verb. frumentum. concl. ult. nec diſſentit de Luca ad Gratian. d. dec.* 57. *n.* 4.

8 Qui penes ſe retinuit animalia damnificantia, ſi repetat expenſas factas in illis alendis, ſicuti non tenetur probare, quòd illas fecerit, ſeù alimenta præſtiterit, cum præſumptio ſit, ea præſtitiſſe, ex quo retinuit, ac vivunt, ut *hìc Auctor ſub num.* 27. *cum Neguſant.* adde *Maſcard. de probat. concl.* 715. *num.* 4. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 70. *num.* 4. *& tit.* 8. *privil.* 62. *n.* 13. *Gratian.*
9 *diſcept.* 80. *nu.* 12. ubi, quòd ſtatur ejus aſſertioni, & cum eis *Hermoſil. mox allegand. n.* 87. *ubi concord.*

10 Ità pro iiſdem alimentis, quemadmodum & pro damnis datis competere tacitam hypothecam inquiunt, quoad primum *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 76. *num.* 10. *Hermoſil. ad ll. Hiſpan. l.* 9. *gloſ.*
11 3. 4. *nu.* 82. *in fin. tit.* 2. *p.* 5. *tom.* 1. ac quidem cum prælatione, ut *hic Oter. nu.* 27. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 6. *d. rubr.* 10. *nu.* 3. *ubi concord.*

12 Et quoad ſecundum *Merlin. de pignor. & hypoth. lib.* 4. *q.* 163. *ac cum eo Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 4. *rubr.* 2. *n.* 31. *tom.* 2.

13 De hypotheca competente locatori paſcui pro mercede conventa, etiam cum prælatione, ut *hic num.* 29. intelligendo de hypotheca ſuper animalibus, quæ paſcua ſumpſerunt, *Garz. de ex-*
14 *penſ. c.* 4. *nu.* 31. *Acoſta de privileg. creditor. reg.* 2. *amp.* 3. *nu.* 8. *ad fin. ubi allegat Amat. var. reſol. lib.* 1. *c.* 3. *nu.* 13. *adde Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 6. *num.* 98. *Giurb. dec.* 40. *Card. de Luca tit. de credit. diſc.* 16. *num.* 14. *diſc.* 18. *num.* 3. 4. *& diſc.* 19. *n.* 14. *lib.* 8. *Rota in rec. dec.* 114. *p.* 4. *tom.* 2.

15 Quantum ſit exoſa, & reſpuenda theſis, quam *ultimo loco* ponit pro coronide *Auctor num.* 31. dignoſce *ex ſuprà in Notis ad cap.* 8.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XIV.

### ARGUMENTUM.

De ſatisfactione damni à pecoribus facti, quando non conſtat, à quibus factum ſit.

### *SUMMARIUM.*

1 *Ubi non conſtat de authore delicti, fruſtraneum eſt de ſatisfactione damni inquirere.*

2 *Damnum in paſturagio, vel ſegetibus factum, ubi non conſtat, à quibus pecudibus fuerit factum, paſtori, vel viciniori domino pecudum imputandum eſt, & plura in comprobationem adducuntur.*

3 *Oppidum, civitas, aut villa, quando ob vicinitatem teneatur ad ſatisfactionem damni, vel inſultus in confinibus præſtiti, & latiùs n.* 4.

5 *Damnum agrorum, & nemorum ſpecialius ſolet per ordinationes municipales provideri.*

6 *Statuta, ſeu ordinationes municipales, quæ ob vicinitatem ad damni ſatisfactionem obſtringunt, qua ratione juſtificentur.*

7 *Damnum, ut quis ob vicinitatem perſolvere impellatur, prius debet verificari malefactorem certum inveniri non poſſe.*

8 *Confratres de la* Meſta *ob vicinitatem ex ſpeciali privilegio eis indulto ad damni ſatisfactionem non tenentur.*

IN hac quæſtione videbatur dicendum, non 1
exiſtente authoris damni probatione, fruſtraneum eſſe de ſatisfactionis jure inquirere, ex regula trita tex. *in leg. duo ſunt Titii*, *ff. de teſtamentar. tutela*, ibi *Non jus deficit, ſed probatio*, & quia, actore non probante, nulla poteſt ſequi, aut fieri condemnatio, ut in *l. qui accuſare*, *C. de edendo*, *l. actor quòd aſſeverat*, cum vulgatis, *C. de probat.*

Deinde, quia, etſi conſtet de damno, & ſic de corpore delicti, juxta *l.* 1. §. *illud*, *ff. ad Sillanianum*, tamen hoc non ſufficit, ſed neceſſarium eſt, quòd conſtet ſimul de malefactore, ut condemnatio fiat.

Sed, licèt hæc ita ſe habeant, tamen, quando 2
damnum in paſcuo factum eſt, & non conſtat, quæ armenta, vel pecora damnum dederint, non ob hoc eſt deferenda damni proſecutio ex defectu probationis; ſed ejus vice admitti debet juris præſumptio, quæ dictat in dubio damnum iſtud imputandum eſſe paſtori, vel domino gregis viciniori, qui armenta magis propinqua in loco damni adducebat, ut *in l. ſi ita*, §. *ult. ff. de fund. inſtr.* & in *l. ne quid*, *ff. de incend. ruina*, *nauf. l.* 1. *in fin. ff. ſi menſor falſum mod. dix.* & in *l.* 2. §. *domini etiam prædiorum*, *C. de his qui latron.* & in propoſito ita confirmavit Luc. de Pen. *in l. quemadmodum*, *C. de agric. & cenſ. verſic. Nonageſimo præſumitur*, Guido Papa *de præſumpt. num.* 108. Franciſ. Marc. *quæſt.* 181. *n.* 7. *lib.* 1. Maranta *in l. is poteſt*, *num.* 235. *verſ. & propter hanc*, *de acquir. hæred.* & conducunt tradita per Bald. *in l. dominus horreorum*, *ff. locati*, ubi ait, quòd, quando in aliqua vicinia committitur aliquod maleficium, debent priùs vicini, & domeſtici capi, Tiraquel. *tractat. de pœnis temper. cauſa* 23. *nu.* 10. ubi idem in furtis præſumi obſervat, dummodo vicinus ſit pravæ conditionis, & famæ cum Bald. *in d. l.* 1. *Cod. locati*, & Angelo *de maleficiis*, *verbo*, *fama publica. col.* 66. Calcaneo *conſ.* 63. *Ventura*, *& fratres*, poſt *num.* 2. *verſi. ſimiliter*; Matthæus de Afflict. *in conſtitut. Siciliæ*, incipit *In quæſtionibus*, *col. ult.* Hippolyt. de Marſiliis *in l. qui falſam*, *colum. penult. verſicul. pro quibus etiam facit*, *ff. ad l. Cornel. de falſis*, unde Plinius *lib.* 18. *capit.* 5. inquit *agrum paraturos ante omnia intueri oportere aquarum vim, & vicinum*, & Palladius *libr.* 1. *c.* 6. ſimiliter pungit *tria mala æquè nocent, ſterilitas, morbus, vicinus*, & Plautus *in Mercatore*, *actu* 4. *ſcena* 4.

*Nunc ego verum illud verbum eſſe experior vetus,*
*Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.* &

Virgilius in *Ecloga* 1.

*Nec mala vicini pecoris contagia lædent.* & Martialis *lib.* 8. *epigram.* 55.

*Jugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ.* & lib. 6. epigram. 19. ibi.

*Non de vi, neque cæde, nec de veneno,*
*Sed lis eſt mihi de tribus capellis,*
*Vicini queror has abeſſe furto.*

Et ex noſtris hoc indicat Lucas de Penna *in l. quicumque in verbo vicinas*, *Cod. de omni agro deſerto*, *lib.* 11. & multis exemplis illuſtrat, & ex aliis citat Saluſtium *in bello Jugurthino*, ibi *Uti quiſque potenti confinis erat, ſedibus pellebatur*, & facit illud Heſiodicum, ibi

*Nec bos intereat, vicinus ſi improbus abſit.* Quin-immò nec hujus querelæ expers fuit Tiraquell. ubi

*ubi ſup.* qui talem cujuſdam ſui vicini perdolens nequitiam, & æmulationem, *d. cauſa* 23. *numero* 7. *in fin.* ita ſuppreſſo nomine fatur: *Malo enim præteritorum, quàm præſentium meminiſſe, ne vicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorem ſtare noſtræ regionis, nec inviolatum ſeminarium, nec pedamenti quidquam annexum vineæ, nec etiam pecudes negligentiùs paſci ſineret.* Quod in propoſito exornat, & proſequitur Marcus Cato *l.* 1. *de re ruſtica*, & Columella *eodem tractat. l.* 1. *c.* 3. Et ex hoc, cum boni, vel mali vicini tanta ſit diſparitas, venditorem fundi in dolo eſſe, quando confines vicini, & ejus nomen celavit (ſi aliàs emptor, vicino nominato, non eſſet empturus) deducitur ex *l. quòd ſæpe, §. ult. ff. de contrah. empt.* per quem *tex.* ait Bald. *conſ.* 482. *Magnifici viri, col.* 1. *l.* 1. quòd propter malum vicinum quælibet domus, ſeu res cadit à ſua vera æſtimatione, & valore, Philip. Cor. *conſil.* 282. *Circà primam conſultationis &c. l.* 1.

3 Et ex his fluit, quòd, licèt regulariter nemo ex alterius delicto, ſeu facto prægravari poſſit, ut in *l. ſancimus, C. de pœnis*, & in *l.* 1. *C. ut nullus ex vican.* cum *vulgatis*, bene tamen poteſt fieri ſtatutum, vel ordinatio municipalis, quòd damnum factum in confinibus (ſi author damni ignoratur) vicino præſtetur, & quòd civitas, oppidum, vel quælibet communitas teneatur reſarcire tale damnum. Et licèt in noſtro Caſtellæ Regno huc uſquè non percepi, quò loci tale id obſervetur, in Italia tamen frequentia, & nota ſunt hujuſmodi ſtatuta, quæ mero jure defendi, & juſtiſſima eſſe tradit Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere*, ſub *n.* 17. *Cod. de Epiſcop. & Cleri.* & in *d. l. ne quid, §. facinora, ff. de incend. rui. & nauf.* Calcan. *conſ.* 39. *& conſ.* 63. Grammat. *conſ. crim.* 22. Cæpolla *conſ. crim.* 18. Pariſius *conſ.* 158. *numer.* 17. *l.* 4. Menoch. *l.* 5. *præſumpt.* 31. *numer.* 19. *&* 20. Tiraquellus *ubi ſup. numer. fin.* Gratian. *tom.* 1. *diſceptat. Forenſ. c.* 171. *num. fin.* & in urbe Romana duas eſſe renovatas, vel editas bullas, ſeu conſtitutiones ſanctiſſimi Pontificis Pii V. tradit Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæſt.* 28. *n.* 198. quarum una emanavit anno 1566. 3. nonas Julii, & 1. ſui Pontificatus, contrà homicidas, bannitos, & facinoroſos; alia verò ſub die 8. menſis Junii ejuſdem anni 1566. contrà dominos locorum, & communitatis non cuſtodientes eorum territoria. Et utraque cautum invenitur, quòd omnes Barones, Domicelli, & Univerſitates caſtrorum eorumdem, ac Civitates, & cæteræ terræ, & oppida S. R. E. mediatè, & immediatè ſubjecta eorum terras, villas, & territoria quæcumque à latronibus, ſicariis, furibus, & aliis delinquentibus cuſtodire, ſecura, & libera facere teneantur, alioquin, damno dato, ad ejus ſatisfactionem ipſas Univerſitates, oppida, vel Communitates teneri.

4 Et licèt in tali caſu nullam communitatem obnoxiam eſſe ſatisfactioni damni clam, de nocte, vel furtivè patrati contendant plures adducti ab Oſaſco *deciſ. Pedemontan.* 88. *num.* 11. Boſſio *in praxi, tit. de captura, num.* 42. Maſcardo *de probat. concluſ.* 1413. *num.* 21. *l.* 3. Menoch. *ubi ſup. num.* 26. Tamen in hoc verba conſtitutionis ſunt attendenda, ut, ſi generaliter, vel per verba univerſalia diſpoſuerit, utique generaliter ante ſignata procedat opinio, quam & ampliationibus, & limitationibus, ac ſublimitationibus proſequitur Farin. *ubi ſuprà per varios num.*

Quin immò principaliter hoc providèri ſolet in damnis factis in agris, vel nemoribus, aut locis inviis, cùm ſint aptiora ſtragibus prædictis, ut conſideravit dicta conſtitutio *Pii Quinti* confirmatoria literarum *Julii*, & *Leonis Decimi*, ibi *Quod cum hujuſmodi furti delicta, & derobationes fiant in ſylvis, nemoribus, latebris, & in locis occultis, & ſecretis, adeo quod ſine maxima difficultate, &c.* 5

Nec verò ſtatuta contrà Dominos locorum, aut communitates alia poſſunt inniti, & juſtificari ratione, niſi quia eis incumbit cura cuſtodiendi agros, & territorium, & ut in eo ne quis damnificetur, ut docet Vulpellus *conſil.* 90. *n.* 2. Maſcardus *d. concl.* 1413. *n.* 21. *in fine*, & hanc rationem reddit ipſa Divi Pii conſtitutio, ibi *Cùm domini confinium prædictorum illos non cuſtodiendo in præmiſſis culpa non careant*, Farinacius *ubi ſuprà, n.* 206. 6

Cùm autem talia ſtatuta nunquam admittantur, niſi damnificatore non invento, ut *ſuprà* dixi, & de conſuetudine ita ſervari per Thuſciam aſſerat cum *Angelo* Calcaneus *conſ.* 63. *poſt num.* 4. Oſaſcus *dict. deciſ.* 88. *num.* 31. Bonacoſſa *in quæſtion. crim. de damn. & incend. clam datis in principio, verſic. hoc ſtatutum.* Menochius *dict. præſumptione* 31. *n.* 23. *&* 24. Conſequens eſt, quòd, qui agit de ſatisfactione damni, & intendit ſibi perſolvi vel à vicino, vel à domino confinium, vel à communitate, ubi talis ordinatio fuerit, debet priùs verificare malefactorem non inveniri poſſe, ut in ſpecie tradit Philippus Corneus *conſi.* 123. *volum.* 2. Alexand. *conſil.* 47. *num.* 2. *volum.* 6. Aymon. *conſil.* 12. *l.* 1. *in fin.* Maſcardus *concluſ.* 1001. *n.* 111. *volumin.* 2. Nec diſſentit Bonacoſſa *ubi ſuprà*, ubi etiam declarat, quòd ſi ſtatutum dicat, quòd communitas perſolvat damnum, ſi legitimè non conſtiterit de malefactore, quomodo in propoſito debeat intelligi illud verbum *legitimè*. 7

Sed de jure noſtri Regni inter alia privilegia hoc iſto in caſu fuit pecuariam negotiationem, ſeu artem exercentibus (vulgo dictis *hermanos de Meſta*) conceſſum peculiare jus, quòd ex præſumptione vicinitatis, ſeu ordinatione (ſimili ſtrage in paſcuo, vel arboribus facta) non invento, aut legitimè convicto vero damni authore, pro ejus ſatisfactione adverſus eos procedi non poſſit. Quod aliàs extrà privilegium, & ſolere, & juſtè fieri abſque dubio ſupponit. Et ita ſpeciali ſanctione invictiſſimi, & ſapientiſſimi Philippi II. Regis noſtri Matriti edita die 5. menſis Junii anni 1563. expreſsè fuit indultum, quæ in quaterno legum *de la Meſta*, invenitur, & ejus litera in membra, ſeu ad partes ſecta, ſic ſe habet *Sepades, que Pedro de Carvaial en nombre del honrado Concejo de la Meſta deſtos nueſtros Reynos, y hermanos del, nos hizo relacion por ſu peticion, diziendo, que al tiempo que los paſtores de los dichos ſus partes, yvan con los ganados à los Eſtremos, y ſierras de eſtavanen ellos herbajando, recibian grandes moleſtias, y vejaciones, aſſi de vos las dichas juſticias, como de vueſtros alguaziles, y guardas del campo, y Cavalleros que llamen de ſierra, y de otras perſonas, donde herbajam con los dichos ſus ganados, en eſta manera: Que ſi hallan algun arbol, o ramas cortadas de algunos montes donde eſtavan los dichos ganados paciendo, ò que eſtan cercanos, o hecho otra danno alguno en ellos, aunque no conſte por informacion baſtante, que lo ayan hecho los dichos ſus partes, paſtores, ni criados, ſalvo por cercania, diziendo, que* 8





*los atos de los ganados, y paſtores que ſe hallan mas cerca de donde ſe hallan los talos arboles, y ramas cortadas, ò hecho otro danno en ellas, lo han de pagar, &c.* & paulo inferius, ibi *Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, fue acordado, que deviamos mandar dar eſta nueſtra carta para vos en la dicha razon, y nos tuvimos lo por bien. Per la qual vos mandamos, que de aqui adelante, quando condenaredes en algunas penas à los hermanos del dicho Conſejo de la Meſta, è à ſus paſtores, y criados, por la corta, y danno de los dichos montes, hagays la dicha condenacion à la perſona, ò perſonas que vos conſtare que hizo la corta, y danno, ò lo mandò hacer, y no de otra manera alguna. Y mandamos à vos las dichas juſticias, que aſſi lo hagays guardar, y cumplir, y contra el tenor y forma dello no vays, ni paſſeys, ni conſintaysyr, ni paſſar en nimpo alguno ni por alguna manera: y los unos, ni los otros no fagades, ni fagan ende al.*

## NOTÆ AD CAP. XIV.

1 Conclusionem *hìc à Noſtro Auctore per tot. iſtud cap.* firmatam, quòd damnum, ubi ignoratur damnificans, præſumatur datum à vicinioribus (& ut in propoſito à ruſticis) qui animalia magis propinqua loco damnificato adducebant, ultrà *Sedes Doctorum indicatas*, admittunt, & communiunt *Menoch. conſ.* 384. *num.* 6. *Maſcard. de probat. concl.* 472. *num.* 5. *tom.* 1. *Farinac. in prax. q.* 52. *num.* 127. *& ſeqq. Calvin. comm. concl. liit. V. concluſ.* 1079. *Ripa de noct. temp. c.* 30. *num.* 30. *eſtq. viden. Jordan. elucubr. diverſ. l.* 14. *tit.* 21. *ex n.* 57. *Sabel. in Summa verb. vicinus ſub n.* 2. *tom.* 4. *ubi addit Rotam poſt l.* 1. *conſ. Farinac. dec.* 46. *ubi Cenſal. in Addit.*

2 Et quoad furtum in domo, quod præſumatur factum à vicinis (ut etiam *hìc ſub num.* 2.) *Baiard. ad clar. §. furtum n.* 13. *Menoch. præſ.* 31. *num.* 18. *l.* 5. *Bonifac. de furt. §.* 2. *num.* 40. *Maſcard. de probat. concl.* 831. *num.* 13. *l.* 2. *Farinac. in prax. tit. de indic. q.* 52. *n.* 127. *& de furt. q.* 176. *nu.* 56. *ubi concord. Gomez. var. reſol. l.* 3. *c.* 13. *n.* 13. *de quibus Conciol. reſol. crim. verb. furtum reſol.* 12. *n.* 6. Si tamen vicini ſint malæ famæ, ut ſubdit *Oter. Noſter ſub d. n.* 2. & cum pluribus *Conciol. ead. reſol.* 12. *n.* 9. *Farinac. d. q.* 176. *n.* 59.

3 De qualitate vicinorum conſideranda (*ut hìc n.* 2. ad fin.) etiam in emptione & venditione videatur *Lycoſthen.* referens factum *Themiſtoclis in apophtegm. c. de vicinis, verſ. tertio*, cujus meminit *Hermoſilla ad ll. Hiſpan. l.* 55. *gloſ.* 8. *n.* 6. *tit.* 5. *tom.* 2. *quem unà cum Eſcal. l.* 11. *Gazophyl. c.* 25. *n.* 8. *commemorat Caſteion Alphab. juridic. verb. Vicini. ubi multa tradit de vicinis* ſub *n.* 14. quibus junge latiùs agentes *Sabel. in ſumma, verb. venditio n.* 42. & verb. vicinus ſub *num.* 11. *tom.* 4. *March. dec.* 337. *p.* 2. *Melo ad Gizzarel. dec.* 54. *num.* 15. *Add. ad Sanfelic. dec.* 389. *ſub verſic. Iſti. ac infrà in Notis ad Cap. fin.* §. circà ultimum.

4 Inter ſtatuta *Italiæ*, de quibus *hìc ſub num.* 3. generaliter extat ſpeciale circà damna, & incendia abſconsè data. *Ferrar. l.* 4. *rubr.* 25. ubi Commune, vel Villa vel Contrata reſpectivè damnatur ad refectionem, dummodò paſſus damnum denuntiaverit ſaltuario, ſeù Caverzellano *infrà decem dies*, & egerit *infrà menſem*, poſtquàm cognoverit damnum ſibi ſic fuiſſe datum, illudque probaverit.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XV.

### ARGUMENTUM.

De virtute, & executione ſententiæ condemnationis damni in alieno paſturagio facti, & de judicio æſtimatorum hujus damni, quos vulgò *Apreciadores* vocamus.

### *SUMMARIUM.*

1 *Damni traditur definitio, & eſſentia.*
2 *Damni traditur in propoſito duplex differentia, & ſpecies.*
3 *Damnum, quod afficit fundum, vel agrum, reſpicit dominium, quod verò afficit fructus, ad commoditatem, & uſum ſpectat.*
4 *Damnum utriuſque ſpeciei poteſt concurrere, & conſiderari in paſcuo.*
5 *In executione ſententiæ condemnationis damni duo caſus occurrere ſolent, & primus, quando in ſententia damni præſtiti mentio expreſſa, ſeu condemnatio non fit.*
6 *Sententia, in qua præcipitur, quòd quis agrum, vel paſcuum reſtituat, vel in priſtinam qualitatem reducat, an ſaltem virtualiter damni ſatisfactionem contineat.*
7 *Expenduntur in propoſito jura in* l. 3. *§.* ſi reddita, ff. commodati, *& in l.* 1. §. ſi res, ff. depoſiti, *& in* l. *§.* qui autem, ff. de vi, & vi armata.
8 Reſtitutionis *verbum utrum ſaſisfactionem damni contineat.*
9 *In reſtitutione rei priſtinus ſtatus attenditur.*
10 *Condemnatus ad reſtitutionem rei, fructus tamquam damna præſtare tenetur.*
11 *Referuntur Doctores, qui affirmant in condemnatione rei venire etiam damna.*
12 *Sententia non recipit extenſionem, niſi quatenùs ex ea aliquid neceſſariò infertur.*
13 *Sententia debet interpretari, ut minus noceat.*
14 *Sententia comprehendit ea omnia, quæ in naturalem conſequentiam veniunt.*
15 *Sententia reſtitutionis ex vi comprehenſiva importat damni ſatisfactionem.*
16 *Damnum, quod ex ſententia, vel condemnatione reſtitui debet, intelligitur non ſolùm ante, & poſt litis conteſtationem, verùm etiam poſt ſententiam uſque ad executionem præſtitum, & cauſatum.*
17 Damni *appellatione an veniant expenſæ.*
18 *Damnum in ſententia quandoque expreſſum ineſt, quandoque verò legale, & quomodo executio debeat fieri, ut perſolvatur.*
19 *Damnum ut liquidetur, approbatio ſolet fieri per teſtes, inſtrumenta, & per æſtimatores (vulgò* Appreciadores) *& in hac liquidatione, quis ordo debeat ſervari, quæ exceptiones admittantur, & ad liquidationis judicium ſpectent, tratur remiſſivè.*
20 *Deteriorationes quando cum melioramentis compenſentur.*
21 *Æſtimatores damni quandoque conſuetudine, vel ſtatuto municipali ſunt aſſignati & eis fides eſt adhibenda.*

22 *Peritis in arte qualibet in re credendum eſt.*

23 *Æſtimatores, qui deponant de damno, ad minus debent eſſe duo.*

24 *Æſtimatores, antequam æſtimationem faciant, debent præſtare juramentum de bono, & æquo.*

25 *Æſtimatorum juramentum credulitatis potius, quàm veritatis eſt.*

26 *Æſtimatores ſi in oppido publicè deputati non ſint, à partibus eligentur, ut de paſcui damno deponant, & judicium faciant.*

27 *Æſtimatores, ſi ſunt diſcordes, non poſſunt eligere Tertium, ſed hoc ſpectat ad litigantes.*

28 *Æſtimatores damni recuſari poſſunt.*

29 *Æſtimatorum judicium, utrum ſit appellabile quoad utrumque effectum, traditur remiſſivè.*

PLura circà materiam damni, & ejus ſatisfactionem occurrebant dicenda. Verùm, ut ſæpius ex promiſſo voto arrideam, tantùm, quæ in ſpeciali materia paſcui crebrò in praxi ſcitu digna ſe offerunt, brevi perſtringam ſermone.

1 Itaque, cùm *damnum* dicatur quælibet rei diminutio, ſeu læſio, ut docet Paulus de Caſtro *in l. 3. in fine, ff. de damno infecto*, Anton. Franc. *in tractatu de eo, quod intereſt, num. 5. volum. 8. tractat. Doctorum.* Burgos de Paz *in procœmio legum Tauri, nu.* 148. Duplex in pro-
2 poſito ſolet conſiderari; Alterum, quod afficit ipſum fundum, vel agrum, ut in *l.* 1. *§. Si res, ff. depoſiti*, ibi *Si res depoſita deterior reddatur, l. qui ſibi 33. §. qui Stichum, & §. item*, ibi *Qui hominem dare promiſit, & vulneratum à ſe offert, non liberatur, ff. de ſolut. l. mulieris 13. §. res abeſſe, ff. de verb. ſign.* ibi *quarum corpus manet, ſed forma mutata eſt, & ideo ſi corruptæ redditæ ſunt, vel transfiguratæ, videri abeſſe*: quod
3 quidem perpetuum dici ſolet. Alterum, quod tantùm afficit fructus, quod temporale ab Interpretibus nuncupatur, unde primum reſpicit Dominum, Secundum autem commoditatem utentis dumtaxat. Et ideo regulariter dicitur, quòd emphyteuta deteriorando rem ipſam amittit emphyteuſim; non verò, quando deterioratio eſt in fructibus, ex Baldo *in authentic. qui rem. num. 2. C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, quem *ibi* ſequuntur Raphael Fulgoſius, Paulus Caſtr. & alii, Alexand. *conſ.* 118. *numero* 7. *l.* 5. Jaſ. *conſ.* 17. *n.* 11. & in *l.* 2. *n.* 98. *C. de jure emphyt.* Ripa *reſponſ.* 27. *n.* 7. *titul. de jure emphyt. volum.* 2. Berojus *conſ.* 120. *num.* 30. *& ſequenti, l.* 1. Rolandus à Valle *conſ.* 49. *num.* 20. *&* 21. *l.* 2. Riminald. Junior. *conſ.* 355. *n.* 22. Mantica *de tacit. & ambig. l.* 22. *tit.* 29. *n.* 22.

4 Et utrumque damnum in loco, ſeu fundo paſcui poteſt utique contingere. De primo exemplum erit; veluti ſi area paſcui rumpatur, aut colatur, & mutetur ejus forma, vel glandium quercus, aut arbores ſcindantur, aut vineis, ſeu olivetis fundus paſcui novelletur, ſeu in eo alia plantatio fiat, de quo & alibi diximus. De ſecundo, quando herba comeditur, ſeu devaſtatur à pecudibus intùs immiſſis, quod & frequentiſſimè accidit.

Suppoſita igitur utriuſque damni differentia circà ſententiam, in cujus executione pars læſa intendit ſibi de damno ſatisfieri, ne ancipiter procedamus, duo caſus ſunt conſtituendi.

Primus erit, quando in ipſa ſententia damni 5
præſtiti expreſſa mentio, ſeu condemnatio non ſit, ſed tamen pars condemnatur, ut fundum, vel agrum paſcui mutati, ſeu devaſtati ad priſtinam formam reducat, vel fundum occupatum dimittat, vel reſtituat, & tunc in iſto caſu maximum dubium ſe offert, videlicet, utrum ſit tanta virtus iſtius ſententiæ, quòd in ea damni reſtitutio etiam comprehenſa videatur, adeo quòd ejus executor non ſolùm poſſit compellere condemnatum ad fundi reſtitutionem, & ut paſcuum in priſtinam reducat formam, verùm etiam damnum præſtitum liquidare, & ad illius integram ſatisfactionem procedere, abſque eo quod excedere videatur.

In quo dubio in tali ſententia, etiam damni 6
ſatisfactionem virtualiter comprehendi, & executorem ad eam procedentem non excedere obſervant plures maximæ authoritatis Viri ſtatim referendi, & eorum opinio pluribus ſuadetur fundamentis.

Et primò ex text. in *l.* 3. *§. ſi reddita, ff. com-* 7
*modati*, ibi, *Si reddita quidem ſit res commodata, ſed deterior reddita, non videbitur reddita, quæ deterior facta redditur*, & in *l.* 1. *§. ſi res, ff. depoſiti*, ibi, *Si res depoſita deterior reddatur, quaſi non reddatur, agi depoſiti poteſt. Cùm enim deterior redditur, poteſt dici dolo malo redditam eſſe*, & in *l.* 1. *§. qui autem, ff. de vi, & vi armata*, ibi *Qui autem vi dejectus eſt, quidquid damni ſenſerit ob hoc, quod vi dejectus eſt, recuperare debet. Priſtina enim cauſa reſtitui ei debet, quam habiturus erat, ſi non fuiſſet vi dejectus.*

Secundò ex eo, quòd verbum *reſtituere* ex 8
ſua ſignificatione propria emendationem, & ſatisfactionem damni continet, ut in *l. fin. §. fin. ff. de verbor. ſignificat.* ibi *Reſtituit non tantum, qui corpus, ſed etiam, qui omnem rem, conditionemque, reddita cauſa, præſtat, & tota reſtitutio juris interpretatio eſt.* Adeo quòd condemnatus reſtituere, ſi non emendat, vel ſolvit æſtimationem damni, non dicitur reſtituere, Federicus de Senis *conſ.* 18. *in fine*, Menochius *de recup. poſſeſ. remed.* 1. *n.* 6. Cardin. Thuſc. *litt. R. concluſ.* 302. *n.* 2.

Tertiò, quia in favorem condemnati priſti- 9
nus rei ſtatus attenditur, ut fundi reſtitutio fiat, & in quo ſtatu erat, aut cujus bonitatis, quando fundum occupavit, & ex eo melioramenta à ſe facta, & liquidata in executione oppoſita in vim exceptionis modificativæ à vincente fundi domino recuperat, & ad ea executor præſtanda compellit abſque eo, quòd videatur excedere, etiam ſi de his in ſententia ſolvendis nihil dicatur, ut in *l. quod in diem*, ubi communiter notatur, *ff. de compenſat.* docet Bart. *in l. fundum, ff. de exceptione rei judicatæ, num.* 1. & proſequitur latè Salgado *de Regia protectione*, 4. *part. c.* 7. *ex num.* 73. Ergo ſimiliter condemnatus ad reſtitutionem rei ejus deteriorationem, & damna tenetur perſolvere, ex *reg. in judiciis de regul. jur. in* 6. Maximè, quia rei reſtitutio de tota debet intelligi, ex *l. Titia cum teſtamento, §.* 1. *de legat.* 2. & in *l. ſi defenſor, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. actionibus*, & in *l. de pupillo, §. qui nunciato*, ubi notat Bart. *ff. de novi oper. nunciatione.* Alexan. *conſ.* 195. *in principio, l.* 6. Ruinus *conſ.* 80. *Pro clara, num.* 4. *l.* 2. Si autem redditur deteriorata, non redditur tota ex *juri-*



*juribus in primo, & ſecundo fundamento adductis*, nec aliàs vera reſtitutio fieret, quæ in priſtinum ſtatum reponat, ut in *l. reſtitutio, §. quòd ſi minor, ff. de minoribus*, cum *vulgatis.*

10 Quartò, quia ſpoliator condemnatus ad rei reſtitutionem tenetur etiam fructus præſtare tanquam damna, ex Mario Giurba *deciſ.* 39. *n.* 6. ergo multo magis damnum ipſum: ſiquidem fortior eſt ratio deteriorationis in re quàm in fructibus, & quia æſtimatio non eſt quid diverſum ab ipſa re, ex Giurba *deciſ.* 114. *ſub nu.* 10. *& deciſ.* 115. *n.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 243. *num.* 67.

11 Quibus, & aliis fundamentis hanc ſententiam amplectuntur ultrà Federicum de Senis, & Menochium *ubi ſuprà*, plures, quos refert Card. Thuſcus *practic. concluſ. litera S. concluſ.* 126. *n.* 107. *& concluſ.* 128. *n.* 11. Giurba *d. deciſ.* 39. *à n.* 2. Puteus *deciſ.* 298. *l.* 2. Rota *diverſorum. deciſ.* 334. *part.* 2. Menochius *conſ. n.* 17. *volum.* 8. Salgado, qui accuratiſſimè rem proſequitur, & reſolvit 4. *part. c.* 9. *ex num.* 182. *uſque ad num.* 21.

12 Neque prædictis obſtat, quòd ex ſententia plus inferri non debet, quàm ex ea neceſſariò inferatur, ut in *l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, ff. de liber. agnoſcendis*, & quòd verba ſententiæ debent intelligi, prout ſonant, & ſtrictè, nec extendi ad intellectum, quem ex lata ſignificatione habere poſſunt, ut in *l.* 1. *C. ſi plures una ſententia condemnati fuerint.* Abb. *in cap. dilectus, numer.* 2. *de offic. Ordin.* Cæpolla *in rubric. de verborum ſignific. num.* 151. Jaſon *in l. centeſimis, §. fin. col. penultim. ff. de verborum obligat.* Ripa *in l.* 2. *nu.* 26. *C. de edendo*, Curtius *Senior conſ.* 74. *col. fin.* & Curtius Junior *conſ.* 153. *num.* 19. & quòd omnino cenſetur omiſſum, quidquid in condemnatione non eſt expreſſum, ut in *l.* 1. juncta Gloſſ. *C. ſi adverſus rem judicatam*, notat Decius *conſ.* 442. *num.* 8. *& conſ.* 607. *nu.* 7. tradit latè Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo liberis, n.* 5. & in *tract. de retract. linagier. §.* 1. *gloſſ.* 19. *num.* 182. Craveta *conſ.* 188. *num.* 1. *&* 6. Pariſius *conſ.* 3. *nu.* 1. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 110. *n.* 27. Præſertim, quia ſententia in dubio interpretari debet potius ad favorem rei condemnati, quàm actoris, qui obtinuit, ut notat Alexand. *conſ.* 46. *n.* 2. *l.* 5. Decius *conſ.* 43. *num.* 3. Craveta *conſ.* 74. *n.* 10. *& conſ.* 188. *num.* 2. Cepha-
13 lus *conſ.* 249. *nu.* 19. *l.* 2. Et ſententia ita debet interpretari, ut minus noceat, quàm fuerit poſſibile, ut obſervat Decius *dict. conſ.* 43. *num.* 3. Ruinus *conſ.* 29. *num.* 7. *l.* 5. Poſt Butrium, & Abb. *in cap. ult. de except.* Socinus *in l. ſi à te, num.* 4. *ff. de exceptione rei judic.* & ſi aliquam interpretationem recipit, dirigi debet contrà eum, qui in ea fundamentum conſtituit, ut in ſpecie reſpondit Socinus Senior *conſ.* 134. *col.* 2. *verſ. ſi duo l.* 1. & copiosè Cephalus *conſ.* 249. *n.* 18. *l.* 2.

14 Quia reſpondetur prædicta non procedere in his, quæ in neceſſariam conſequentiam condamnationis, vel ſententiæ veniunt, & tacitè ſubintelliguntur, ut ex doctrina *Bart.* communiter recepta in *l. Julianus, colum.* 2. *verſic. prædicta verò, ff. de condictione indebiti*, notat Decius *in cap. cum venerabilis, in principio, de except.* Felinus *in cap. ſignificaverunt. num.* 7. *eod tit.* & hæc virtus ſententiæ non eſt extenſiva, ſed comprehenſiva; Et ratio eſt, quia idem eſt aliquid eſſe expreſſum, vel neceſſariò præſupponi, vel ſubintelligi, ex Paulo Caſtrenſ. *in l.* 1. *num.* 1. *C. quando provocare non eſt neceſſe*, & Baldo in *l. penult. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni juris.* Et ideo ſemper ſententia includere videtur id, quod neceſſariò eſt præſupponendum, & ſumitur ex mente actorum, nam ex actis reſtrictionem, vel extenſionem recipit, ex Decio *conſ.* 388. *num.* 4. Et ideo verba ſententiæ debent intelligi ſecundùm ſubjectam materiam, etiam ſi improprientur, ut firmat Craveta *conſ.* 186. *num.* 5. *& conſ.* 188. *n.* 2. Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 64. *num.* 3. *cum ſequentibus.*

Unde, cùm ex vi comprehenſiva verborum 15
ſententiæ, in qua quis condemnatur ad reſtitutionem rei, & ex natura cauſæ veniat deterioratio, & damnum rei ex fundamentis ſupra dictis abſque dubio amplectenda erit, & obſervanda reſolutio à nobis *ſuprà* propoſita, & tradita.

Quæ non ſolùm procedit, & eſt intelligen- 16
da reſpectu damni ante litem, & poſt litis conteſtationem uſque ad ſententiam præſtiti, verùm etiam ejus, quod poſt ſententiam uſque ad veram, & realem rei reſtitutionem fit, ut affirmant Cardinal. Thuſcus, Federicus de Senis, & Menoch. *ſuprà* adducti *n.* 11. Salgad. *ubi ſup. num.* 213.

Sed an *damni* appellatione, ut verificetur, 17
& habeat locum prædicta reſolutio, veniant, & includantur expenſæ, diſputat Petrus Surdus *deciſ.* 261. *per totam*, & copiosè, ac per varia fundamenta Burgos de Paz *in procœmio legum Tauri, ex n.* 147. quem omnino in propoſito vide.

Secundus caſus conſtituendus eſt, nempe, 18
quando in ſententia, vel condemnatione fit expreſſa ſatisfactionis damni præſtiti mentio, quæ dupliciter ſolet fieri, vel quando ſatisfactione damni iſtius reus condemnatur in certa quantitate, & tunc Judex executor eam integrè perſolvi faciet, in quo nullum dubium verſatur, & quando hæc quantitas, ſeu æſtimatio certa, in ſententia comprehenſa creſcat, vide Eſcobar *de ratiociniis, c.* 17. *à n.* 7. Marium Giurbam, qui mirabiliter loquitur, *deciſ.* 115. *per totam*; Vel quando reus condemnatus ad ſatisfactionem damni, non tamen exprimitur quantitas (quæ vulgò dicitur *ſentencia legal*) quo in caſu Judex executor tenetur ſuper iſta liquidatione audire partes, & ad eum ſpectat cognoſcere, & ſuper liquidatione pronuntiare.

Et in hujuſmodi liquidatione fient probationes 19
per teſtes, chirographa, aut inſtrumenta, aut æſtimatores. Et quem ordinem in hac liquidatione Judex executor ſervare debeat, & quas exceptiones debeat admittere, & ad liquidationis judicium ſpectent, docet Bart. *in lib.* 2. *num.* 5. *C. de ſententiis, quæ ſine certa quantitate.* Bald. *in l.* 2. *C. de executione rei judic.* & in *l. decem, ff. de verbor. oblig.* Roderic. Suar. *in l. poſt rem judicatam*, in declaratione legis Regni, *limitatione* 4. Covarru. *lib.* 2. *variarum, cap.* 11. Menochius *de adipiſcenda poſſeſſione, remedio* 5. *quæſt.* 10. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 1. *part. §.* 12. *numero* 30. Scaccia *de appellat. quæſt.* 17. *limitatione* 9. *numero* 34. Et quando deterioratio cum meliorамentis compenſetur, diſputat Eſcobar *de ratiociniis, cap.* 19. *per totum.* Mantica *de tacit. & ambig. tom.* 2 *lib.* 22. *tit.* 29. *per totum.* Probatio autem æſtimationis quandoque juramento ejus,

ejus, qui damnum paſſus eſt, remittitur, ut in *cap. fin. de his, quæ vi*, & in *cap. in primis glorioſus* 2. *quæſt.* 1. & in *cap. olim*, §. *quare, de injuriis*, & in *l. ſi quando, C. unde vi*, ubi Jaſon. *n.* 27. Berengarius *in l. unica n.* 164. *verſic. cum de crimine, C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt*; quod, in quibus caſibus, & quomodo procedat, proſequitur latè Maſcardus *de probationibus, concl.* 471. *per totam*, ubi plures refert.

21 Quandoque etiam per ſtatutum municipale, vel ex conſuetudine ſunt certæ perſonæ à Conſilio, vel populo creatæ, quorum fides eſt approbata, & eorum aſſertioni circa æſtimationem damni ſtatur, & abſque figura, & ſtrepitu judicii, qui damnum dedit (prout moris eſt) mulctatur in certa marapetinorum quantitate, ut dicemus in *cap. de cuſtodibus paſcui* 19. *infrà*.

Sed in caſu, in quo anteà loquebamur, quando Judex executor procedit ad liquidationem damni, & ejus æſtimationis, ultrà probationem, quæ fieri poteſt, ut dixi per inſtrumenta, & teſtes, ſolent nominari æſtimatores, qui agrum paſcui devaſtatum videant, & de valore damni deponant, qui vulgò *Appreciadores* nuncupantur.

22 Nec enim novum in jure eſt, quod peritis in arte in qualibet re credatur, ut in *l. ſemel, C. de re militari*, & in *l.* 1. *ff. ſi menſor falſum mod. dixerit*. Bart. *in proœmio Digeſtorum*. Joan. de Platea *in l.* 1. *C. de diſcuſſoribus*, præſertim ſi ſint deſignati in loco diſquiſitionis rei, de qua agitur, & quandoque unicus Officialis, ſeu æſtimator ſufficit, ut in *l.* 1. *C. de ponder. & aur. illat. lib.* 10. ubi *Angel.* Bart. in *l. ſi librarius, colum. penult. ff. de regul. juris*, notat Anton. Gomez, *tom.* 2. *de contractib. c.* 9. *circa finem*.

23 Iſti verò æſtimatores nominati, quorum executor declarationem popoſcerit, debent eſſe duo ad minus, ut in *authent. de non alienandis, aut permutandis*, §. *quod autem, col.* 2. qui cuncta, & ſpeculativè, & minutatim, facta temporum diſtinctione, conſiderent, juxta ea, quæ advertunt in propoſito Abb. *in cap. propoſuiſti, de probat.* & in *cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis*, Bart. *ubi ſupr.* Baldus in *l. hac edictali*, §. *his illud, Cod. de ſecund. nupt.*

24 Qui æſtimatores priùs debent præſtare juramentum de æſtimatione ex bono, & æquo facienda, ut in *dict.* §. *his illud*, notat Alexan. *in l. pretia rerum, n.* 6. *ff. ad l. falcid.* Bart. *in repetitione leg. creditoris, colum. fin. n.* 19. *C. de pignoribus*, & in *l. Theopompus, n.* 8. *ff. de dote prælegata.* Aret. *conſ.* 83. *Quia multa fuerunt*, poſt *n.* 11. Curtius Junior *conſ.* 165. *n.* 20. *verſicul. Præterea ad probandam*, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Cagnolus in *d. l.* 2. *num.* 258.

25 Quod juramentum potius credulitatis, quàm veritatis eſt, quia æſtimatio magis perſpicitur judicio intellectus, quàm ſenſu corporeo, unde, cum de facili poſſint errare, non ſunt ad juramentum veritatis cogendi, ut rectè tradit Panthalius de Crema *in dict. l.* 2. *C. de reſc. num.* 296. *in fin. & poſt num.* 298. *verſ. & licet ſuperius.* Maſcardus *concl.* 653. *n.* 5. *volum.* 2. *de probation.*

26 Et ſi iſti æſtimatores non ſunt deſignati in loco; eligentur à partibus, ut advertit Pinellus *in dict. l.* 2. *C. de reſcindenda, cap. ultim. num.* 3. Qui æſtimatores nominati ſemel, ſuſcepto negotio, compelli poſſunt per executorem, ſi taxationem faciendam recuſaverint, ex Bart. *in l.* 1. §. *cura carnis, ff. de officio præfecti urbi*, & in *lib.* 1. §. 1. *ff. nautæ, caupones*: & in *l.* 1. *ff. furti adverſus nautas*, notat Joan. Garcia *in tractatu de expenſis, cap. final. à n.* 24.

Si tamen æſtimatores iſti fuerint diſcordes, 27
non poſſunt ipſi eligere Tertium, ſed hoc ſpectat ad partes, vel ad Judicem, qui vel partes compellet ad eligendum Tertium, vel ipſe eliget, ut in *l. item ſi unus*, §. *ſi in duos, ff. de arbitris*, tenet Bart. *in d. l. creditores, ad fin. C. de pignoribus*, & docet Joan. Garcia *ubi proximè, num.* 27.

Et ratione imperitiæ, ſeu ſuſpicionis utique 28
poſſunt iſti æſtimatores recuſari, tùm quia debet fieri æſtimatio à peritis, ut in *dict.* §. *quod autem, in Authentico, de non alienandis, aut permutandis*, ut conſuluit Franciſcus Aretin. *conſ.* 84. *num.* 3. Curtius Junior *conſ.* 165. *num.* 20. ubi teſtatur de communi, Maſcard. *dict. concl.* 653. *num.* 11. Tùm etiam, quia non debent eſſe ſuſpecti, ut in *d.* §. *quod autem*, ibi, *& non ſuſpectis*; quin immo probi, & inculpatæ vitæ, & omni exceptione majores; nam, licèt hujuſmodi æſtimatores non dicantur teſtes, nec ferre teſtimonium, ſed potius habeant vim Judicum, ut ait Franciſcus Curtius *in additionibus ad Alexan. in d. l. pretia rerum, verbo, peritorum, nu.* 6. Cagnol. *in dict. l.* 2. *C. de reſcind. num.* 258. nihilo minus omnis exceptio, quæ poteſt repellere teſtem, poteſt etiam repellere hujuſmodi æſtimatores, ut ait Aretin. *in cap. cauſam, notabili* 3. *de probationibus*, Maſcard. *ubi proximè, n.* 7. *&* 8.

Et an à judicio æſtimatorum ſit licita appel- 29
latio, quoad utrumque effectum, vide Joannem Garciam, *ubi ſuprà, num.* 28. Salgadum *de Regia protectione*, 4. *part. c.* 10. *nu.* 149. Et utrum ſententia à Judice lata ex informatione, vel declaratione æſtimatorum tranſeat in rem judicatam, diſcutit Pinellus *dict. cap. ultimo, ex num.* 6. qui, & *ſuprà* relati, cætera ad æſtimatores, & eorum judicium ſpectantia proſequuntur latiùs.

## NOTÆ AD CAP. XV.

LIcèt *Auctor in prima parte iſtius cap.* nul- 1
lam conſtituat differentiam inter ſententiam condemnantem, ut fundus devaſtatus, ſeù paſcuum mutatum ad priſtinam formam reducatur, ac inter ſententiam, ut fundus, ſeu paſcuum occupatum dimittatur, vel reſtituatur, ita ut concludat virtualiter comprehendi in utraque refectionem, & ſatisfactionem damnorum datorum, *ut à num.* 5. *ad* 15. ubi plura affert fun-
damenta: Praxis tamen agnoſcit eaſdem ſenten- 2
tias inter ſe differre, adeo ut refectionem damnorum, quam concedit in prima, deneget in ſecunda (rebus ſic ſtantibus) niſi fuerit lata in aliquo ex judiciis neceſſariò requirentibus ipſam refectionem, ac ſatisfactionem damnorum, qualia ſunt judicia lata *ſuper attentatis*, & *ſuper ſpolio*, ſeù *eorum purgatione*, ut in hoc illa parificando notat *Card. de Luca tit. de judic. diſ.* 20. *num.* 2. *cum deciſionibus Rotæ ibi in lit. A. adductis lib.* 15. *adde Sabel. in ſumma, verb. attentata num.* 7. *tom.* 1. *& verb. ſpolium ſub num.* 2. *tom.* 4. *Rotam cor. Bich. deciſ.* 534. 580. *&* 592. *tom.* 2. *ac in rec. dec.* 431. *num.* 17. *p.* 13. *& dec.* 412. *num.* 5. 6. 7. *& num.* 14. 15. *ubi concord. p.* 19.

Sicuti autem nec ipſa damna veniunt regulariter,



riter, etiamſi in ſententia adſit condemnatio in expenſis, ex *Amendola ad Franch. dec.* 228. *ſub numer.* 5. *tom.* 2. *Gratian. diſcept.* 883. *num.* 25. *Barboſ. appellat.* 92. *num.* 3. limitante *num.* 4. ſi condemnatio fuerit facta in omnibus, & quibuſcumque expenſis. *Oſaſch. dec.* 46. *Theſaur. dec.* 67. *num.* 5. *Sabel. in ſumma, verb. damnum num.* 17. *ubi concord. tom.* 1.
5 Ita ſub condemnatione ad damna veniunt expenſæ. *Barboſ. appellat.* 68. *num.* 6. *Sabel. d. verb. damnum, num.* 17. *verſ. quod ſub nomine. Rota*
6 *in recent. deciſ.* 110. *num.* 3. *p.* 17. & etiam fructus, prout eſſe tritum dicitur à *Rota in rec. deciſ.* 285. *n.* 11. *p.* 19.

Pro liquidatione damnorum, mediantibus pe-
7 ritis, ſeu æſtimatoribus, de quibus *hìc ſub num.* 21. *& ſeqq.* ac latiùs comprobando omnia ibidem adducta agitur *à me de jure municipali lib.* 2. *obſerv.* 25. §. *quod etſi requiratur cum multis ſeqq. ubi etiam plurimi de materia tractantes congeruntur, & obſ.* 88. *per tot. Figant. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 88.

8 Ac peculiarius in re iſta damnorum datorum habemus *Nos Ferrar. Stat. lib.* 4. *rubr.* 35. ubi omnia ferè *hìc tradita* ad praxim reducuntur, & canonizantur.

Circa id, quod *hìc* tangitur *n.* 29. paſſim præ-
9 ſupponitur *à Rota*, poſſe appellari à judicio, & relatione peritorum, ita ut, non appellando, indicatur acquieſcentia, ob quam ampliùs non eſt locus impugnationi, *ut in recent. dec.* 211. *num.* 5. *dec.* 217. *num.* 6. 7. *ubi multæ dantur concordantes deciſiones, & dec.* 368. *numer.* 8. *p.* 19. *cor. Celſo dec.* 309. *num.* 10. *& dec.* 356. *num.* 6. *cor. Carril. dec.* 277. *num.* 2. *cor. Priolo dec.* 157. *num.* 3. *& cor. Bichio dec.* 564. *n.* 8. *tom.* 2.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XVI.

### ARGUMENTUM.

Quid in præjudicium, ſeu commodum communitatis paſcui poſſit fieri à domino territorii, vel aliquo ex ſociis?

### *SUMMARIUM.*

1 *Paſcendi jus non poteſt mutari in præjudicium communitatis.*

2 *Dominus territorii non poteſt paſcua ad culturam reducere, nec vites plantare, nec modum paſcendi quoquo modo pervertere, ſeu immutare.*

3 *Collectis fructibus, ſeu ſegetibus, uſus herbæ, quæ naturaliter naſcitur, & ſpolii (quod ibi manet) omnibus eſt communis, licèt in aliquibus locis, vel conſuetudine, vel ordinatione municipali caveatur, ut aliquibus diebus poſt collectionem fructuum ſolus dominus agri immittat animalia ſua ad depaſcendum, ut n.* 4.

5 *Dominus agri, collectis fructibus, an poſſit illum ſepibus, aut parietibus vallare, & clauſuris munire, vel pratum facere proponitur, & reſolvitur remiſſivè.*

6 *Expenditur in propoſito tex. in* l. 13. & in l. 14. tit. 7. lib. 7. novæ Recopilat. *quarum deciſionem, & juri conſonam, & utilem admodum eſſe traditur, n.* 7. *Et an localis ſit, proponitur, n.* 8.

9 *Verbum illud* acquien *denotat reſtrictionem.*

10 *Diſpoſitio alicujus rei in uno loco, quoties per frequentiam actuum contingentium fit, non localis, ſed univerſalis debet haberi.*

11 *Dominus agri, collectis fructibus, ſeu ſegetibus, non prohibetur pro libito plantare.*

12 *Expenditur in propoſito text.* in cap. cum in tua, de decimis, *& intelligitur, n.* 13.

14 *Oppidum habens proprietatem terminorum paſcui communis in uſu, cum alio oppido, non poteſt in præjudicium communitatis plantare hos terminos, nec ad culturam reducere, nec locare certo pretio exteris, aut gratis concedere.*

15 *Refertur caſus in propoſito cujuſdam litis, in qua Author patrocinium præſtitit, & obtinuit.*

16 *Ampliatur propoſitio ante ſignata, ut nec Princeps ſine cauſa jus communitatis tollere non poſſit.*

17 *Uſus bonorum cujuslibet concilii, tàm ſtatui Plebejorum, quàm Nobilium, æqualis eſſe debet, & alter ſtatus in præjudicium alterius, paſcui defenſas temporales, & locationes herbæ facere prohibetur.*

18 *Servitutem habens in communitate juris paſcendi, non poteſt immutare ſervitutis uſum; Quod ampliatur n.* 19.

20 *Expenditur in propoſito, & intelligitur remiſſivè text. in* l. æquiſſimum, §. proinde, ff. de uſufructu.

21 *Communitatis paſcui uſus (omnibus ſociis conſentientibus) legitimè poteſt immutari, & in aliud emolumentum converti.*

22 *Conſenſus ſociorum in mutatione uſus communitatis paſcui, an noceat poſtea venientibus, & aliis, qui paciſcentium hæredes non ſunt, nec ab eis cauſam habent.*

23 *Communitas uſus paſcui, ut mutetur an ſufficiat conſenſus majoris partis ſociorum, an verò omnes debeant conſentire, explicatur.*

24 *Expeditur in propoſito text.* in l. 1. & in l. 6. & in l. 12. & in l. fin. tit. 7. lib. 7. novæ Recop. *& intelligitur.*

25 *Qualitas agri (utrum ſit paſcuus, an verò rumpi poſſit) ex quo tempore cognoſcatur, traditur remiſſivè.*

26 *Paſcuum ſi aliquis ad culturam redegit, vel plantavit, utrum ſolvendo intereſſe liberetur, an verò neceſſariò debeat ad priſtinam reducere formam, traditur, & n.* 27. *intelliguntur in propoſito textus in* l. 6. & in l. 9. tit. 7. l. 7. Recop.

28 *Socius non poteſt conſocio ſervitutem paſcui acquirere, nec uſum aptiorem, vel uberiorem reddere.*

29 *Sententia ſuper uſu, vel communitate paſcui lata cum certo oppido non nocet alteri conſocio communitatem habenti, & ibi expenditur text. in l.* 21. tit. 22. part. 3.

30 *Oppidum compaſcuum utrum poſſit recipere vicinos de novo venientes in præjudicium communitatis, traditur remiſſivè.*

31 *Servitus non poteſt concedi ab uno ex ſociis in præjudicium communitatis.*

PRo vera materiæ, ſeu theſis capitis hujus 1
elucidatione in ejus initio eſt conſtituenda ſequens propoſitio, ſeu regula, quod in præjudicium juris paſcendi quæſiti in communi non poteſt ab aliquo fieri mutatio ſtatus rei, per quam uſus

uſus ejus fiat deterior; quod in qualibet ſervitute generale eſſe deducitur ex *l. Sabinus, ff. communi divid. l. locus*, §. 1. *ff. de uſufru. l. ſi uſusfructus*, §. *reſcripto, ff. de aqua pluvia arcenda, l. ſi eo, in princip. ff. ſi ſervit. vind. l. ſi via, & l. ſi præſes, C. de ſervitu.* Undè, quemadmodum in præjudicium ſervitutis viæ non poteſt, qui eam debet, ædificare in loco, per quem ejus uſus eſt habendus, ut in *l. ſi domus,*
2 *ff. de ſervit. urban. & in dict. l. ſi eo loco.* Socinus *conſil.* 105. 1. Ita in præjudicium juris paſcendi dominus territorii, ſeu termini non poterit paſcua ad culturam reducere, nec ibi bladum ſeminare, vel vites plantare, nec modum paſcendi immutare, ut tradit Romanus *conſ.* 47. Bertrandus *conſil.* 228. *num.* 1. *& ſequenti, volum.* 6. Craveta *conſ.* 4. *nu.* 6. Avendanno 1. *part. de exequendis mandatis, cap.* 4. *num.* 22. *verſi. & ſemel acquiſito.* Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 11. *verſi. Sed & quoties.* Cæpolla *de ſervitu. ruſtic. prædiorum, de ſervitut. juris paſcendi, ex num.* 40. Petrus Surdus *conſ.* 27. *nu.* 10. *vol.* 1. *& conſ.* 65. *num.* 23.

3 Ex propoſitione ſuperiùs poſita illud primo loco deducitur, quod, cum, collectis fructibus in quolibet agro etiam privato, paſtus herbæ, quæ naturaliter naſcitur, vel *ſpolii* (ut ita dicamus) quod jam relinquitur pro derelicto, ſit communis, ut ex doctrina Fabri *in principio, Inſtitut. de lege Fuſia Caninia tollen.* docet Chaſſaneus *in conſuetud. Burg. rubrica* 23. *verſ. quæro quid operentur, numero* 2. *&* §. *ſequenti, numero* 4. Avendan. *dict. cap.* 4. *numero* 24. licet in aliquibus locis vigeat conſuetudo, & ſoleat eſſe ordinatio,
4 quod per aliquem poſſit immittere tantùm dominus, collectis fructibus, ſua animalia ad paſcenda illa grana, ut tradit Gregorius in *l.* 10. *tit.* 15. *part.* 7. *verbo raſtrojo.* Meritò dubitari poteſt, an dominus iſtius agri in præjudicium illius communionis legalis, vel juris, quod communiter, collectis fructibus, & ſublato ſemine competit, poſſit illum agrum, vel per tum tempus mutando ejus qualitatem, & uſum deſtinatum, vel de illo ſaltem tempore poſt fruges collectas, uſque quo iterùm ſeminetur, pratum facere, vel clauſuris parietum, aut aliis ſeptis eum vallare, ita ut aditus pecudum aliorum vicinorum obtrudatur, & domino ejus uſus privativus ſit. Quam quæſtionem integrè per argumenta, & rationes ad partes copioſè examinavit Illuſtriſſimus Præſes Covaruv. *in*
5 *practicis, cap.* 37. *ex numer.* 2. Ideo ne ejus dicta tranſcribam, induſtriùs omitto fundamenta ab eo perpenſa, & in utramque aciem illata; ejus tamen vera reſolutione in hoc puncto contentus, quod, licet, inſpecto juris communis rigore, non eſt quid conſiderabile talem excludens facultatem domino agri: jure tamen noſtro Regio expreſsè prohibitum extat talia prata, ſeu defenſas facere, niſi ex lege, aut principali privilegio indultum tale jus fuerit, vel legitima præſcriptione domino agri conſtitutum ſit, ut in *l.* 13. *tit.*
6 7. *lib.* 7. *lib.* 14. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recopil.* quæ, poſtquàm legem, ſeu ordinationem Abulenſem quia talia prata permittebat, uti publicæ utilitati inimicam correxit, ſic in fine ſui tenoris concludit: *Y damos licencia, y facultad à los de la dicha ciudad, y ſu tierra, y pueblos della, que puedan pacer, y rozar en los dichos terminos, que anſi par virtud de la dicha ordenanca eſtan debeſſados, como lo hazian, quando los dichos heredamientos eran de diverſos duennos, y antes que la dicha ordenanca fueſſe fecha, y por ello ſean prendados, ſo pena que lo contrario hizier en ſean avidos por forcadores, y como contra tales ſe proceda contra ellos.*

Cujus legis Regiæ deciſio, & juri conſona, & 7
ex doctrina *Fabri*, & ſequacium *ſuprà* vallata, & rerum experimento admodum utilis ſemper, & ubique viſa fuit, teſte Covarru. *ubi ſuprà, nu.* 3. *verſ. Quidquid, propè medium* Avendanno *prima parte, cap.* 13. *Pratorum, num.* 8. & jam prædixerat, *cap.* 4. *num.* 32. *verſic. Item nota,* & *cap.* 1. *numero* 31. *lib.* 1. Azevedo *in d. l.* 14. *num.* 5.

Et licèt ex ejus ſerie videatur prædictæ legis 8
Regiæ deciſio localis, in terminis nempe Regni Granatenſis, & privativè, ac ſingulariter ſancita circa eos, quibus ab invictiſſimis Regibus Dom. Ferdinando, & Eliſabetha aliqui agri, ſeu termini in eo fuerint condonati, ut patet ibi *Mandamos, que ninguna, ni algunas perſonas à quien nos avemos hecho, ò hiziermos merced de qualeſquiera cortijos, o heredaminos, y tierras en los terminos de las ciudades, y villas, y lugares del Reyno de Granada, que ſin nueſtra licencia, ni eſpecial mandado, no los puedan debeſſar, ni debeſſen, ni defender, ni defiendan la yerua, y otros frutos, que naturalmente la tierra lleua, &c.* Illud enim verbum *à quien* deno- 9
tat reſtrictionem, ut in *l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg.* 1. notant Doctores *in l. cunctos populos, C. de ſum. Trinit. & Fid. Cathol.* & illa verba, *de qualeſquier cortijos*, quæ ſunt genitivi caſus, junctis ſequentibus, ibi *en los terminos*, & ibi *Para que todos los vezinos ciudades, y villas, lugares*, etiam localiter diſponunt: tamen prædicta deciſio (uti ejus ratio) univerſalis eſt, quoad omnia oppida, & hujus Regni incolas, & ita colligi poteſt ex doctrina Bartoli *in l. relegatorum*, §. *fin. ff. de interdictis, & relegatis, numero* 3. ubi ait, quòd, ſi Imperator reſcribit uni Præſidi, per hoc videtur omnibus reſcribere, & ex Epiſtola miſſa per Principem, vel alium, cui ineſt poteſtas legem condendi ad unum locum, reſultat jus quoad alios in ſimili caſu, ſecundum *Angelum*, quem refert, & ſequitur Jaſ. *in l. civitas, numero* 7. *ff. ſi certum petatur.* Felin. *in c.* 1. *colu.* 4. *verſic. in textu*, ibi *epiſtolæ, de probation.* Bartholomæus Socinus *conſ.* 44. *numero* 5. *lib.* 1. Et quia, quo- 10
tieſcumque propter frequentiam actus aliquid diſponitur in uno loco, talis diſpoſitio non ei ſolùm, ſed & alii in ſimili caſu univerſalis eſt, ex Rebuffo *in tractatu Nomin. q.* 5. *n.* 31. Villalobos *in ærario communium opinionum, litera L. n.* 125. *cum ſequenti*, & ita prædictam *legem* 13. non localem, ſed univerſalem continere ſanctionem affirmat *ibi* Azevedo *n.* 6.

Non tamen dominus agri privati ex eo quòd 11
collectis ſegetibus, herba ejus, ſeu ſpolium derelictum ſit in uſu communi, prohibetur prætextu, ſeu intuitu hujus juris, etiam ſi talis ager deſtinatus ſit culturæ, & ſemini panis, vites pro libito ſuo, olivas, & cæteras arbores plantare, aut oleribus hortalitiis de novo illum agrum creare. Si quidem hic communis uſus vicinorum non conſiſtit in mera ſervitute juris paſcendi quæſiti, ſed ſolùm ex permiſſione naturali, quæ, collectis fructibus, aream, vel hæreditatis ſuperficiem patentem, & liberam offert, provenit, quæ liberæ diſpoſitioni domini, ut pro libito ſua re utatur, non opponitur, ut cum Cæpolla *dict. cap. de ſervit. jur. paſc. n.* 16. tradit Covar. *dict. c.* 37.
*dict.*



*dict. num.* 3. *verſ. hinc ſane fit*, & *n.* 4. *verſ. hoc enim eſt*, & *verſic. ſubinfertur.* Quæ aſſertio, etſi ex vera dominii definitione, & regula vulgari *legis, in re mandata, C. mandati*, ſatis niti poſſit; majus tamen, & ſpecialius tutamen ſortitur ex tex. *in cap. cum in tua, de decimis*, quem celebrem in propoſito appellat Covarruv. *ubi proximè, num.* 5. & ex eo probatur eum, qui Decimas præſcripſit, exceptis agris, cenſeri præſcripſiſſe illud jus, non tantùm quoad fructus conſuetos colligi, & percipi, ſed quoad noviter plantatos, & ſeminatos, & *ibi* notat Ant. de Butr. Panormit. & alii. Balb. *de præſcript.* 2. *par. princip.* 3. *effectu.* Unde colligi poteſt terram ſemini deſtinatam plantari poſſe.

13 Sed, licèt in hanc inductionem ita hunc tex. extollat *Covar.* tanti viri, & theoriæ, ac praxis Magiſtri ſalva pace, quantumcumque expendatur, non invenio, quid in hac re illa deciſio ponderis habeat. Cùm aliud ſit dubitare, an, quæſito jure decimandi, ex hæreditate aliqua, mutata ejus qualitate, & diverſo fructui applicata, debeatur ejus, quod percipitur, decima, quam abſque controverſia deberi tradit Abbas *in cap.* 1. *de decimis, notabil.* 1. Bellonus *conſ.* 49. *in fin.* Surdus *dict. conſ.* 27. *num.* 11. quia tale jus ſemper ſubſiſtit, & verificatur ſive in his, ſive in aliis fructibus: Aliud verò an in præjudicium juris paſcendi, vel alterius quæſiti poſſit dominus fundi, qui tale jus eſt perſoluturus, mutare uſum, & culturam; quod neque in *textu* fuit dubitatum, neque reſponſum.

14 Secundò ex regula, de qua in *principio hujus capitis*, deducitur, quòd, ſi duo oppida habent terminos compaſcuos (hoc eſt, communitatem in eis, vel unum tantùm jus paſcendi in communitate in alterius terminis) non poterit oppidum habens dominium, & cui competit proprietas, plantare, aut novellare agrum paſtui deſignatum, & deſerviens, neque ædificiis occupare, ut optimè ex *Salviano, Avendaño, Cæpolla*, & aliis, tradit Morla *in emporio juris, titu. de ſervitut. quæſt.* 4. *num.* 28. *verſic. Illud tamen dignum eſt*: vel exteris ſine conſenſu eorum, qui communitatem habent, certo pretio locare, aut gratis exterorum animalia recipere (quod fortaſſis alio loco, latiùs dicemus) & ſuper his locationibus temerè à dominis termini compaſcui factis, plures exortæ ſunt lites, & in hoc Regio conventu adductæ, & ſemper ſecundum hanc ſententiam, fuerunt deciſæ, & pro ea obtinui in lite pro oppido terræ *de Almacan*, contra villam de Moron. Licet enim termini eſſent compaſcui, non
15 dubitaverunt concilium, ac vicini de Moron, quandam partem termini compaſcui, in locationem, certa mercede, exteris concedere; de quo conqueſti ſunt vicini aliorum oppidorum, qui communitatem habebant; & utraque ſententia fuerunt tales locationes reprobatæ, & qui eas fecerant damnati, ut medietatem pretii, ſeu mercedis perſolutæ, conſociis communicarent; & quod deinceps nullatenus in præjudicium communitatis quidquam facere poſſent: quod ſatis juri adaptatur ex ſuperiùs dictis, & ex *l. ſervitutes*, §. *ſtillicidium, ff. de ſervitut. verb.* Non enim poteſt diminui, vel deteriori jus paſcendi quæſitum, ut cum Cæpolla *ubi ſuprà*, tradit Covarru. *n.* 7. *verſ. Tertio principaliter.*

16 Tertiò ex eodem fonte provenit in tantum debere illæſum jus communitatis ſervari, ut non ſolùm dominus loci, verum nec ſupremus Rex noſter, debeat in præjudicium juris quæſiti, quidquid immutare indiſtinctè, & ſine cauſa, quia ſicuti abſque ea rem privati non debet tollere; ita neque ea, quæ communia ſunt prohibere debet, ut cum Iſernia *tit. quæ ſint Regalia, verbo, portus*, 2. *columm.* tradit in propoſito Avend. *dict. cap.* 12. *Prætorum, n.* 31.

Quartò inde etiam oritur, quòd cùm uſus bo- 17
norum cujuslibet oppidi (quæ vulgò vocamus, *proprios del Concejo*) ſit communis, tam ſtatui Nobilium, quàm plebeiorum, non poterunt plebeii, nec quilibet ſtatus, in præjudicium alterius facere defenſas temporales, quæ communiter ſolent nuncupari, *atajados*, nec locationes herbæ facere, ut ex earum mercede perſolvatur tributum, quod uni tantùm ſtatui incumbit, cum in eo alter prægravetur, & neceſſariò utilitas communis in parte diminuatur. Mexia *ſuper legem Toleti, per.* 9. *fundamento* 2. *num.* 65. & expreſſiùs *num.* 66. & advertit Avend. *ubi ſuprà, cap.* 4. *part.* 1. *numer.* 22. *verſ. quod facit*, ubi ſimiliter ſubjungit, quòd ſi habentes communitatem terminorum, deſides ſunt in eo, quòd aliqui volunt, & in modo utendi diſcordant, invicem ſe impediunt, ex juribus, quæ adducit Socinus *conſil.* 58. *part.* 4. Ludovicus Gomez *in glo. regulæ Cancellariæ, de jure quæſito non tollendo*, & conducunt tradita per Surdum *conſ.* 65. *n.* 9.

Quintò, & illud etiam ex dictis derivatur, 18
quòd quemadmodum dominus proprietatis, ſeu territorii non poteſt uſum paſcui communis immutare, ita etiam nec qui communitatem, vel ſervitutem paſtus habet, quia correlativorum eadem eſt ratio, & diſpoſitio, & diſpoſitum in uno, in alio cenſetur diſpoſitum, *l. fin. C. de indicta viduitate toll. l. fi. ff. de acceptilationib. l.* 1. *C. de cupreſſis, lib.* 11. & non poteſt quis ad alium effectum uti ſervitute, niſi ad quem fuit acquiſita, *l. ex meo, ff. de ſervitute ruſticor. l. ergo*, §. *Neratius*, ubi Bart. *ff. eod. titul.* Surdus *dict. conſ.* 27. *numer.* 7. *&* 8. Et hinc eſt, quòd quando ſervitus eſt conceſſa ad rem aliquam, & reſtricta, non extenditur ad fundum adjectum, ut in *l. non modus, C. de ſervitut. & aqua.* Cæpolla *dict. tract. de ſervitut. ruſtic. c. de aquæductu, col.* 5. *verſcu. Item ſi quid.* Practica Pap. *in forma libelli, in actione confeſſoria, verſi. Servitus numer.* 5. & qui ſervitutem habet non poteſt ejus uſum dilatare, aut comprimere in præjudicium ejus, qui ſervitutem præſtat, *l.* 3. *reficere, ff. de itinere actuque privato.* Rofredus *in l. de confeſſ. n.* 24.

Quod procedit, etiam ſi is qui ſervitutem paſ- 19
cui habet, vellet ad culturam, agrum paſcuo deſtinatum reducere, nam adhuc invito domino facere non poteſt, ut tradit Cæpolla *dict. cap. de jure paſcendi, num.* 41. ad ſimilitudinem fructuarii, qui nec extirpare poteſt ſylvam, & ibi vineam plantare, vel ex ea, terram aratoriam facere, aut pratum, nec ex ſylva hortum, nec deſtructis ædibus eas renovare, & ut generaliter dixerim, aliis quibuſcumque modis, ſeu artibus mutare ſtatum paſcui, & rei, etiam faciendo meliorem proprietatem, ut tam doctè, quam uberrimè, & copioſè tradit Dominus Joann. del Caſtillo *in ſuo elegantiſſimo, & eruditiſſimo libr.* 1. *de uſufructu, cap.* 33. *à num.* 22. per text. *in l. hactenus* 8. *in fine*, cum *l. ſequenti, ff. de uſufructu*, ibi: *Nec autem ampliare, nec inutile detrahere poſſe, quamvis melius repoſiturus ſit. l. uſufructuarius* 51. *ff. eodem*, ibi: *Uſufructuarius novum tectorium parietibus, qui rudes fuiſſent, imponere non poteſt, quia, tametſi meliorem, excolendo ædificium, domini cauſam facturus eſſet, non*


*tamen*

*tamen id jure ſuo facere poteſt.l.æquiſſimum* 17.*§.fructuarius,& §. idem Nerva, & §. item ſi domus , & §. ſed ſi ædium ,ff. de uſufructu* , ibi : *Excolere enim, quod invenit , poteſt , qualitate ædium non mutata.*

20 Et licèt his fortiter reſiſtere videatur deciſio tex. *in d. l. æquiſſimum,§.proinde, verſi. & ſi forte in hoc, quod inſtituit , plus redditus ſit , quàm in vinetis , vel arbuſtis, vel olivetis , quæ fuerunt , forſitan hæc dejicere poterit , ſi quidem ei permittitur meliorare proprietatem.* In ejus tamen vera reſolutione aſſignanda non immorabor, quia de ejus vero intellectu poſt Joann. Garſiam *de expenſis , cap.* 11. *num.*44. Barboſam *in l. divortio* , §. *ſi fundum , num.* 20. *ff. ſolut. matri.* Valaſc. *conſultatione* 50. *numer.* 9. Molin. *de Hiſp. primog. lib.* 1. *cap.* 22. *numer.* 7. latiſſimè agit Dominus Joann. del Caſtillo *à numer.*23. *ubi proximè* , & verum ejus ſenſum percepit , & fuit aſſecutus , qui concludit nihil poſſe fieri ab uſufructuario , per quod , vel uſus mutetur , vel diminuatur , aut deterioretur , & id ipſum in terminis paſcui obſervat Cæpolla *ubi ſuprà , dict. num.* 41. *in fine*, qui tamen agnoſcit ſocium fructuarium , vel communitatem habentem in loco paſcui , & ædificare domum , vel tuguria facere poſſe , ut aptius paſcuo utatur , vel fruges colligat , dummodo per hoc cæteris conſociis , ſeu proprietatis dominis non fiat præjudicium , juxta notata in *d. §. fructuarius.*

21 Sextò infertur, quòd, cum axioma *in principio* conſtitutum, conſervationem juris, quòd communiter competit in paſcuo, reſpiciat, & ut illæſum permaneat, & duret, ſic proviſum extet, conſequenter fateri debemus, quòd ſi omnium ( qui hoc jure ſunt potituri ) accedat conſenſus illius uſus paſcui, poterit fieri commutatio,& in aliud emolumentum transfuſio, & ſic paſcuum novellari, plantari, ad culturam reduci, vel prati defenſas fieri, nulla erit prohibitio , cum notum ſit juris principium juri ſuo quemlibet renuntiare poſſe , ut in *l. ſi quis in conſcribendo , C. de pactis* , & per modum contractus , vel ſtatuti , conſocii ; & qui communitatem habent , pot runt ſe ligare , teſte Baldo *in cap. venientes ,*
22 *de jurejurando.* Et valebit quoad illos , ut in *l. ſi is qui* , ubi Angelus , *ff. de pignoribus* , & quoad ſuos hæredes , & non alios , qui ex eis cauſam non habent , qui talem defenſam , ſeu paſcui mutationem ſervare non erunt adſtricti , ut in propoſito tradit Matthæus de Afflictis *in conſtitut. Regni Siciliæ,rubrica* 85. *libr.* 1. & hac diſtinctione poterunt ſuſtineri defenſæ, quæ ſolent fieri, aut approbari authoritate Judicum ( qui vulgò nuncupantur *Alcaldes entregadores de meſtas , y cañadas )* ut tantùm valeant quoad paciſcentes, eorumque hæredes, non verò quoad vicinos de novo venientes , vel qui non conſenſerunt , ut per *legem ſecundam,C.communia utriuſque judic.*advertit Avendaño *d. c.* 12. *Prætorum* , *num.*30. *verſic. Si tamen cives* , & *num.*31. *verſiculo Ex hoc dico.*

23 Et quod in propoſito ſit neceſſarius aſſenſus omnium , & non ſufficiat decretum majoris partis , tradit , & accuratè defendit Surdus *conſ.* 65. *num.* 17. & quòd ſimul ſit neceſſaria Regia facultas , tenet expreſsè Azevedo *in l.* 7. *verbo Embien ante nos , num.*4. *titul.*7. *lib.* 7. *novæ Recopilationis* , ubi reprehendit Avendan. circà duo ab eo perperam inſinuata. *Primum* , quòd obſervaverit in *cap.* 12. *Prætorum* , *num.* 25. vel ſaltem innuerit per argumentum à contrario ſenſu , omnibus conſentientibus , non eſſe neceſſariam Regiam facultatem ; *Alterum* , quòd in tali locatione , vel paſcui amiſſione ſufficeret , quòd à majori parte fieret , cùm neceſſariò omnium communitatem habentium ſit præſtandus aſſenſus , ut *ſuprà* diximus. Et licèt quandoque in præjudicium juris paſcendi quæſiti poſſint termini ad culturam redigi , id procedit , quando tale jus competit ex ſtatuto , vel conſuetudine , non verò ex pacto , ut tradit , pluribus relatis , Ludovicus Caſanate *conſ.* 44. *num.* 10.

Septimò in ratione *ſuprà* perpenſa nititur diſ- 24
poſitio plurium legum Regni , nempè *legis primæ,tit.*7.*l.*7. ibi : *Y ſi algunos han labrado,ò poblado coſa alguna dello , que ſea luego deshecho , y derribado : y lo miſmo mandamos en los exidos que los pueblos tienen , y poſſeen , que no ſe labren para pan.* & *legis* 6. *eodem tit. & lib.* ibi : *Los hagan luego tornar , y reſtituyr à las dichas ciudades , villas , y lugares , y reduzirlo à paſto* , & *legis* 7. *ſequentis* , ibi : *Y que los otros montes que no fueren grandes , que ſe puedan aprovechar para avellota , y para guarecer los ganados de Invierno , y todos ellos , y los otros terminos pueden para el paſto comun de los ganados,y las viñas,y huertas,y plantas, y edificios , que ſe puedan arrendar para proprios de Concejo* , & *legis* 12. ibi : *Por ende mandamos que las dichas deheſſas en que ay la dicha coſtumbre , no ſe coman con otros ganados algunos de qualquier condicion que ſean , ni de qualeſquiera ſeñores que ſean, ſalvo tan ſolamente con los dichos bueyes , y otros ganados con que labran en los tales lugares los herederos , y vezinos , y moradores en ellos, ò otro por ellos , &c.* & *legis final. illius tituli* ( quæ declaratoria eſt *legis* 12. ) quæ verba ſine dubio ad id tendunt , & diriguntur , ut uſus ille, cui terminus , ſeu ſaltus in communi eſt applicatus , immutari non valeat , nec in modo , qualitate , ſeu differentia pecudum variationem recipiat , ut in propoſito id ipſum tradit Cæpolla *dict. cap. de jure paſcendi* , *num.*40. *prope medium* , ubi ait , quòd , ſi ex conſuetudine in paſcuo ſolebant immitti pecudes nobiles , ſicut ſunt Veronenſes , & marceſcerent in pratis pinguibus , non poterat tali tempore prohiberi , quòd herbæ fieret pinguedo , & in aliquo mutaretur utendi conditio , quod ex eo repetit , & obſervat Surdus *dict. conſ.* 27. *num.* 10. & *legis* 22. *eodem titul. & libr.* ibi : *Mandamos , que todas las deheſſas aſſi nueſtras , como de Igleſias , y Monaſterios , y hoſpitales , y Conceos , y otras qualeſquier perſonas quei ſe han rom ido , las que eran para ganado ovejuno de ocho años à eſta parte , y las que eran para ganado vacuno de doze años à eſta parte , ſe reduzgan à paſto comun , como lo eran antes* , de cujus *legis* intellectu , ultra Azevedum *ibi* , videndus eſt
Gutier. *conſ.* 21. *per totum* , & *conſil.* 34. & quod 25
tempus ſit neceſſarium , ut in terminis exitus paſtui deſerviat , an verò rumpi poſſit , & ut quilibet fundus certam qualitatem habeat , ultra *ſuprà* relatos , vide Roderic. Suar. *allegat.* 15. Bobadillam *libr.* 3. *Politic. cap.* 8. *numer.* 80. Avendan. *dict. cap.* 12. *num.* 28. *&* 29. qui reſolvunt quadraginta annis poſſe ſuſtineri rupta , vel plantata in præjudicium paſcui , licèt poſt quadraginta annos habebit communitas damnificata reſtitutionem intra quadriennium , ut pungit Rodericus *dict. num.* 7. qui etſi principaliter allegationem illam fecit in lite inter villam de Peñafiel , & villam de Curiel , tamen ( licèt obiter ) id idem magis deliberatè perpendit occaſione litis villæ de Portillo cum oppido de Herrera , & poſt *Rodericum* idem obſervat Covarr. *dict. c.*37. *n.* 8. & in *regula peccatum* , 2. *relectione* , §. 9. *n.* 8.

Ex



26 Ex quarum legum Regni ſanctione ceſſat diſputatio illa , quam movit , & ad partes peregit Cæpolla *ubi ſuprà , num.* 42. videlicet , ſi in præjudicium communitatis juris paſcendi quis agrum rupit , & ad culturam redegit , vel plantavit , aut deteriorem fecit , utrum neceſſariò teneatur in priſtinum ſtatum redigere , an verò ſolvendo intereſſe ſatisfaciat. In cujus reſolutione variis diſtinctionibus , & ſubdiſtinctionibus , & admodum confusè , ac nebulosè procedit , ut per eum fas eſt videre.

27 Cùm tamen jure noſtro Regio diſpoſitum ſit apertè , *eiſdem legibus* fundos , aut agros , qui paſcuo deſtinati erant in communi , ab aliquo occupatos , & noviter ruptos , plantatos , aut alio modo immutatos reſtitui debere ( ut in *alio cap.* latiùs dicemus ) & ad paſcuum ſolitum eſſe reducendos , ut in *dict. l.* 6. ubi diſponitur circa ruptum ante decem annos ante ejus promulgationem , & in *dict. l.* 9. ubi ab hac reductione ad paſcuum fiunt immunes , qui 20. annis cum titulo , & licentia concilii poſſederint terminos publicos , & communes , quo in caſu conſervari plantata , & non eſſe demolienda ſtatutum eſt , dummodo cenſus conſtituatur ſecundum formam *ibi* præſcriptam , ut in illis verbis , *Mandamos , que à los que huvieren plantado en terminos realengos , Concejiles , villas , y huertas , y otros arboles , y hecho otros edificios , con licencia del Concejo de tal ciudad , villa , ò lugar , de veynte años à eſta parte : ſe les ponga cenſo de cinco maravedis por cada arançada de vina , y à eſte reſpecto en todo lo que eſtuviere plantado , y edificado , atenta la calidad de la tierra.*

28 Octavò , quemadmodum per unum ex ſociis , qui communitatem in paſcuo habet , cæteris præjudicium fieri non poſſe ſuprà firmavimus , ita etiam nec commodum eis reſultare dicendum arbitror. Unde , ſi quis per tempus neceſſarium poſſideat paſcuum ſui conſocii , niſi nomine ejus , vel ex ſuo mandato poſſederit , ſervitutem paſcendi non adquiret , ut in terminis tradit Paulus de Caſtro *conſ.* 205. *Viſo puncto* , verſic. *quarto quia poſito , col.* 2. *part.* 2. qui allegat tex. *in l. ſi unus , ff. de ſervitut. ruſtic. & in l.ultima,ff.communia prædiorum. l. pro parte, ff. de ſervitutibus, & in l. ſi ſub una, §. ultimo , ff. de verbor. obligat.* Maſcardus *de probat. concl.* 1215. *num.* 81. *vol.* 3.

29 In ſententia verò , vel judicio agitato cum uno oppido , quod communitatem habet , ut non noceat alii oppido , conſocio non citato , etſi jus deductum ſit commune , affirmat Bald. *in l.* 1. *C. ad legem Corneliam , de ſicar.* Gloſſ. *in l.* 2. *C. quibus res judicata non noceat.* Innocent. *in cap. cum cauſam , in* 2. *qui filii ſint legitimi.* Bart. *in l. ex duobus , q.* 4. *ff. de duobus reis.* Gregor. Lopez *in l.* 21. *gloſ.*3. *tit.* 22. *part.* 3. licèt ſecùs ſit in ſententia favorabili , ex *dict. l.* 21. *part.* 3. ibi : *E aun dezimos , que ſi algunos fueſſen alparceros , ò diviſeros , ò campañeros , ſobre alguna heredad , ò otra coſa qualquiera que huvieſſen de ſo uno , ſi el uno deſtos compañeros movieſſe demanda contra otro que fueſſe vezino dellos , diziendo , que el campo , ò la heredad de aquel ſu vezino , devia alguna ſervidumbre à la heredad del demandador , e de ſus campañeros , ſi el juyzio fuere dado por el , contra el demandado , no tan ſolamente tiene pro à el , mas aun à todo ſus companeres.* Bart. *in l.* 2. *§. ex his , ff. de verb. oblig.* Cov. *in practicis , c.*13. *n.*8. In ſententia verò adverſa , & præjudiciali contrarium jus *ibi* ſtatuitur , ut in verbis ſequentibus , *E ſi por aventura el juyzio fuere dado contra el , non empeceria à los otros ſus aparceros , pues que non fueron ellos por ſi , ni otros por ſu mandado en aquel pleyto.*

Nonò ex antè dictis poteſt inferri ad illam 30
quæſtionem , utrum oppidum compaſcuum poſſit , & debeat recipere vicinos de novo venientes , etiam ſi ex hoc reſultet præjudicium communitatis : Hujus tamen reſolutio quæſtionis petenda eſt ex his quæ *ſuprà , in cap.* 5. prænotavimus , junctis iis , quæ *ſuprà* in præſenti advertimus.

Tandem infertur decimò nullum ex ſociis , vel 31
conſortibus in præjudicium cæterorum poſſe in paſcuo quamlibet ſervitutis ſpeciem conſtituere , ut in *l. unus ex ſociis* , & *ibi* Gloſſ. *verb. nihil agit* , & *ibi* Bart. *num.* 1. & in *l. per fundum , ff. de ſervitut. ruſticor. præd.* & idem decidit text. *in l.* 2. & *ibi* Gloſſ. & Doctores , *ff. de ſervitut.* & text. *in l. fin.* & *ibi* Gloſſ. Bart. & alii , *ff. communia prædior.* Ex quibus juribus hanc ſententiam docet Cæpolla *in tractatu de ſervitut. urban. prædior. capit.* 16. *num.* 5. & idem voluit Bald. *conſ.* 220. *numer.* 1. *ad fin. volum.* 2. ubi ad hoc citat textum in *l. in concedendo , ff. de aqua pluvia arcenda* , & *ibi* Bart. hanc opinionem amplectitur , quam etiam ſecutus eſt Rebuffus *in l. rectè dicimus , §. quintus , verſic. intellige , ff. de verbor. ſignification.*

## NOTÆ AD CAP. XVI.

EX unico generali principio , quòd in præju- 1
dicium juris paſcendi quæſiti in communi non poteſt ab aliquo fieri mutatio ſtatus rei , per quam uſus ejus fiat deterior , *ut hìc num.* 1. cujus meminit cum ſeqq. *Balmaſeda de collect. q.* 120. *num.* 5. reſolvuntur *ab Auctore noſtro Caſus decem* , ac ipſum principium educit à tra-
ditis eodemmet modo , quoad quamlibet aliam 2
ſervitutem , ſed ſpecialiter reſpectu iſtius juris paſcendi , ut non poſſit mutari contra voluntatem eorum , quibus competit , etiam in ſtatum meliorem , & , ut ſemper locus paſcui juxta antiquam , & conſuetam formam liber teneatur , *per Sabel. verb. ſervitus num.* 7. *ſub verſ.* de ſervitute juris paſcendi *tom.* 4. *cum Sanfelic. dec.* 75. 76. *ubi* comprobatur etiam id , quòd dicitur *hìc num.* 2. & cum multis *Larrea alleg.* 110. *Antunnez , Noſtro Auctore citato , de donat. regiis , lib.* 3. *c.*9. *n.*78. *t.*2. *Cohel. de bono regim.c.*50.*n.*198. *& ſeq.Capiblanc. de baron. in pragm.*11.*l.*1. *& c.*75. *l.* 2. *Panimol.dec.*25. *adnot.*2. *n.*30. *qui tamen n. ſeqq. declarat.eſtq.* videndus,prout & *Card.de Luca tit. de ſerv. diſc.*839.*l.*4.

Circa firmata *hìc ſub num.*4. *& ſeqq.* ſatis videtur dictum *ſuprà in Notis ad c.*3. ubi recurre, & ad *Panimol. d. dec.* 25. *adnot.* 2. *ex n.* 23.

Eo addito , quòd doctrina *Bart. relata ſub num.* 3
9. 10. mirificè communitur *à D. meo Manſ. conſult.* 159. *num.*46. *lib.* 2. *& conſult.* 352. *ex num.* 7. *lib.* 4. *& aliis pluribus cumulatis in Mea Collect. legal.*31. *à n.* 162. *&* 170. *vol.* 2. ubi , quòd
reſcripta Principis , etſi ad unam ejus duntaxat 4
Provinciam directa , extenduntur tamen ad alias quoque ipſi ſubjectas , ſi eadem militet , ac concurrat ratio , cum *Giurb. obſ.* 77. *à num.* 17. *Solorzan. de jure Indiar. lib.*2. *c.*21. *num.* 56. 57. *& lib.* 3. *cap.*10. *num.* 111. *tom.* 2. *Parexa de edit. inſtr. tit.* 2. *reſol.* 6. *n.*111. *tom.* 1. *Cortiada dec.* 37. *n.*18.19. *tom.*1. *ac Aliis.*

Cætera *in hoc cap.* contenta ſunt de ſe plana , ac tradita *hìc num.*17. citato *Noſtro Auctore* , comprobat

probat *Balmaſeda de collect. q.29.n.*14. *& q.*120. *n.* 19. *ubi* præciſa affert verba.

5 Sed, ſi jus paſcendi, ſeù ſervitus juris paſcendi fuerit acquiſita præſcriptione, ejus vigore impediri non poteſt, quin fundus mutetur, & ad culturam reducatur, quia ſervitus præſcripta cenſetur ex patientia partis, quæ intelligitur conceſſa, durante paſcuo inculto, in quo dominus non cenſetur invitus, undè reſtringi debet ad ſuos limites non cultivationis, præcipuè, quando non agitur de paſcuis publicis ad paſculandum ſemper deſtinatis, ſed de privatis, quæ non de ſui natura, ſed per accidens ſubjaceant ſervituti juris paſcendi, ob eorum non cultivationem, ita (reprobato *Cancer. var. reſol. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 80. 81.) *cum Cravet. conſ.* 292. *num.* 4. *Coſta de port. ratæ, q.* 159. *num.* 11. *Antonel. de temp. legal. lib.* 2. *c.* 110. *n.* 4. firmat per eadem verba *Panimol. d. dec.* 25. *adnot.* 2. *num.* 33. ubi etiam addit *Rotam in recent. dec.* 632. *num.* 4. *in fin. p.* 3. & pluribus confirmat *Epiſc. Rocca diſp. jur. c.* 169. *n.* 23. *tom.* 2.

6 Infert idcircò ipſe *Panimol. ead. adnot.* 2. *num.* 34. quòd tali caſu, ſi dominus territorii, vel prædii indigeat paſcuis, vel ea non ſufficiant pro uſu illius, ceſſare debet effectus dictæ præſcriptionis, & ea non obſtante eſt deneganda hominibus Caſtri, vel Villæ, qui jus paſcendi acquiſiverunt, facultas, ſeù jus paſcendi, cum ſupervenerit ratio contrarii uſus, & hoc idem firmat, quoad jus lignandi, ac inter alios allegat *Cancer. d.c.* 4. *num.* 52. 53. *Antonel. d. c.* 110. *num.* 3. *Afflict. dec.* 290. *n.* 6. 7. *Surd. dec.* 236. *num.* 20.

7 Quòd ſi velis ſcire an Univerſitatis Decuriones poſſint interdicere uſum paſcuorum incolis in nemoribus, quæ ſunt Univerſitatis quoad nomen, & honorem, ſed quoad commodum ſunt ſingulorum, adeas *Gallum de fructib. diſp.* 3. *art.* 4. *q.* 7. *à num.* 57. *ad* 82. ubi plenè rem ad partes examinat, & *quinque declarationibus* illuſtrat.

8 Sed an Univerſitas poſſit facere ſtatuta adimentia, vel reſtringentia Civibus, & Incolis naturalem civicam facultatem paſcendi cum eorum animalibus in patrio territorio, vide *Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 41. ubi plures caſus diſtinguit *lib.* 4.

9 De ſocio, qui communicare nequit conſocio ſuum jus, ſivè privilegium paſcendi, agit *Card. de Luca* (*allegato in hoc cap. Noſtro Auctore*) *tit. de ſervit. diſc.* 40. *num.* 4. *lib.* 4. &, eo pariter citato, *Panimol. dec.* 25. *ad not.* 2. *n.* 35. *l.* 1.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XVII.

### ARGUMENTUM.

Paſcua publica utrum in proprietate, præſcriptione acquiri poſſint.

### *SUMMARIUM.*

1 *Uſui publico deſtinata impræſcriptibilia ſunt, & expenduntur in propoſito plura jura, ut in* l. uſucapionem. *& in* l. fin. ff. de uſucapionibus, *& in* l. viam publicam, ff. de via publica, *& in* l. præſcriptio, C. de operibus publicis, *& in* l. ſi qua loca, C. de fundis, & ſaltibus rei domin. libro 11. *& in* l. 7. tit. 24. part. 3.

2 *Traditur limitatio horum jurium, ut non procedant in præſcriptione immemoriali.*

3 *Statutum, vel lex prohibens præſcriptionem intelligi debet de ordinaria, non verò de immemoriali, niſi expreſsè caveatur.*

4 *Expenditur in propoſito tex.* in l. uſum aquæ, *juncta Gloſſ.* C. de aquæductu, lib. 11.

5 *Agitur de* l. 1. tit. 15. lib. 4. novæ Recopilat. *& in propoſito expenditur.*

6 *Tributa Regi debita, & ſi præſcribi regulariter prohibeantur, non tamen ex hac prohibitione immemorialis præſcriptio excluditur, & expenduntur in propoſito text.* in l. 16. tit. 27. lib. 9. Recopi. *& in* l. 1. tit. 21. eod. lib. *& in* l. 11. tit. 28. part. 3.

7 *Immemorialis præſcriptio tantum operatur, quantum privilegium, ſeu Principalis conceſſio.*

8 *Oppida, & villæ Regiæ Coronæ, à Rege noſtro poſſunt condonari privatis, & expenditur in id text.* in l. 1. & 3. tit. 10. l. 5. novæ Recopil.

9 *Præſcriptio iiſdem regulis, quibus conſuetudo, metitur.*

10 *Expenditur in propoſito Concilium Trident.* ſeſſ. 24. cap. 20. *& intelligitur, ut non excludat immemorialem conſuetudinem.*

11 *Publicæ res non poſſidentur à privatis formaliter.*

12 *Ubi lex expreſsè prohibet præſcriptionem, lapſus temporis immemorialis non purgat prohibitionis vitium.*

13 *Præſcriptio centum annorum in quibus rebus civitatis procedat.*

14 *Præſcriptione per legem ſublata, etiam immemorialis ex aliquorum ſententia videtur excluſa.*

15 *Præſcriptio, ſeu conſuetudo immemorialis habet vim privilegii, data capacitate ad poſſidendum in eis, qui præſcribere intendunt.*

16 *Præſcriptionis immemorialis duplex traditur effectus, alter acquiſitionis, alter probationis dominii, & n.* 17. *quòd inter hos duos effectus maximum verſatur diſcrimen.*

18 *Traditur vera reſolutio quæſtionis illius, utrum ſublata præſcriptione, vel conſuetudine per legem, ſit ſublata immemorialis.*

19 *Præſcriptione immemoriali qui juvantur, quandoque titulum allegare tenentur.*

20 *Referuntur in confirmationem prædictæ reſolutionis præſtantiſſimi, & omni memoria, & laude digniſſimi viri Dom. Doctor Anguianus, & Doctor Balboa Mogrobejo, alter meritiſſimus hujus Regis conventus Auditor, alter verò in ſupremo Caſtellæ ſenatu ſpectatiſſimus Regius Fiſcus.*

21 *Ex immemoriali præſcriptione oritur præſumptio juris, & de jure.*

22 *Immemorialis præſcriptio an requirat bonam fidem, traditur remiſſivè.*

23 *Immemorialis præſcriptio quomodo articulari, & probari debeat.*

24 *Teſtes de immemoriali deponentes, cujus ætatis debeant eſſe.*

25 *Publica paſcua villæ, civitatis, aut oppidi, quandoque præſcribi poſſunt.*

26 *Intelligitur in propoſito, quod tradit Rodericus Suarez* allegation. 15. *& n.* 27.

28 *Expenditur in propoſito, & intelligitur text.* in l. 13. tit. 31. part. 3. & n. 29. & n. 30.

31 *Publica paſcua præſcribi poſſunt quoad uſum, & communitatem, cum tamen ſemper maneant publica.*

32 *Paſcua publica quando jure præoccupationis acquiri valeant, traditur, & intelligitur in propoſito text.* in l. ſi quiſquam, ff. de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus, *& conciliatur remiſſivè cum* l. final. ff. de uſucapion.



34 *Paſcua publica, quæ ſunt ejuſdem qualitatis cæterorum villæ bonorum, quæ (vulgò vocamus)* proprios de Concejo, 40. *annis præſcribi poſſunt.*

35 *Publica bona civitatis quandoque centenariam exigunt præſcriptionem, & intelligitur remiſſivè text.* in l. fi. C. de Sacroſanctis Eccleſiis, *&* 36.

PAſcendi jus præſcriptione acquiri poſſe *ſuo loco* diximus. Nunc autem an ipſa paſcua publica præſcribi poſſint, examinandum venit.

1 Et impræſcriptibilia eſſe omnia uſui publico deſtinata, expreſsè deducitur ex *l. præſcriptio, C. de operibus publicis,* & in *l. uſucapionem, ff. de uſucap. l. fin. ff. eod. l. viam publicam, ff. de via publica.* text. ſingul. *in l. ſi qua loca, C. de fund. & ſalt. rei dom. libr.* 11. ibi. *In ſua jura retrahantur præſcriptione temporis, & novi cenſus præjudiciis in hac cauſa ſummovendis.* Gloſſ. communiter recepta in *l. omnes, C. de præſcript.* 30. & de jure noſtro Regio confirmat *lex* 7. *tit.* 29. *part.* 3. ibi *Plaça, nin calle, nin camino, nin de heſſa, nin exido, nin otro lugar qualquier ſemejante deſtos que ſea en uſo communalmente del pueblo de alguna ciudad, ò villa, ò caſtillo, ò de otro lugar, non lo puede ningun ome ganar por tiempo*, docet Rodericus Suarez *allegat.* 15.

2 Sed harum legum deciſio limitatur. *Primò* in præſcriptione immemoriali, quæ non cenſetur excluſa, nec ſublata ex generali prohibitione præſcriptionis, ut in *Authentico de cætero commutationes,* & ibi Angelus per illum textum, juncta Gloſſ. *verbo nulla temporis,* & *in l. final. C. de fundis patrimon. lib.* 11. Balb. *in tractatu de præſcript.* 2. *part.* 5. *partis, q.* 1. *col.* 2. *in fin.*

3 Undè, quando lex, ſtatutum, ſeu privilegium aliquid decidit, aut concedit, non obſtante præſcriptione, intelligi debet de ordinaria, non verò de longiſſima, ex Gloſſ. in *c.* 1. *de prohibita feudi alienation. per Feder.* Jaſ. *in l.* 1. *n.* 43. *C. de ſerv. fug.* Pariſ. *conſ.* 1. *vol.* 1. *num.* 123. Tiraquel. *de utroque retract.* §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 12. Burg. de Paz. *conſ.* 41. *num.* 11. *cum ſequenti.* Cævallos *lib.* 2. *commun. contra communes, q.* 496.

4 Pro qua limitatione perpendi poterit tex. *in l. uſum aquæ,* juncta Gloſſ. *C. de æquæ ductu, lib.* 11. ubi uſus aquæ, licèt publicus ſit, immemoriali tempore acquiri poteſt.

5 Secundò de hoc eſt tex. expreſſus *in l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recop.* ubi diſponitur omnia oppida, villas, ſeu civitates hujus Regni tàm quoad dominium terminorum, quàm quoad juriſdictionem, immemoriali tempore acquiri poſſe.

6 Tertiò, quia tributa Regi debita, quæ regulariter præſcribi prohibentur, ut in *l. competit, Cod. de præſcription.* 30. ibi *Nec huic parti cujuscumque temporis præſcriptionem oppoſitam admitti,* ubi Bald. & Salicet. ex immemorialis temporis curſu acquiri utique poſſunt. Et in *motagio* ita diſponit tex. *in l.* 16. *tit.* 27. *lib.* 9. *Recop.* ibi *Y la dicha ley do ſe entiende en el que alega, y prueva la preſcripcion immemorial,* & in aliquibus Regalibus, ut in Tertiis, Salinis, & aliis, de quibus in *l.* 11. *tit.* 28. *part.* 3. & in *l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. *Recop.* quæ ex immemoriali tempore præſcribuntur, ut in *c. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignifi.* & in *dict. l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. *Recop.* ibi *Son nueſtas, y de la nueſtra Corona, y patrimonio Real,* junctis verbis, de quibus in deciſione, ibi *Non teniendo, y moſtrando, y provando tener legitimo titulo, ò preſcripcion immemorial las dexen deſembargen, y bulvan, y reſtituyan.*

Quartò, quia præſcriptio immemorialis tantum 7
operatur, quantum Regis privilegium, ſeu conceſſio cum cauſa latè Anton. Gabr. *tit. de præſcript. concl.* 1. *num.* 44. *& num.* 65. *cum ſequentibus.* Puteus *decíſ.* 205. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 717. *num.* 2. *part.* 1. *diverſorum l.* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. ibi *Provare immemorial,* & ibi
*Sea avida en lugar de titulo baſtante.* Sed tamen ex 8
Regis indulgentia, ſeu beneficio poſſe oppida (etiam Regiæ Coronæ) privatis condonari, apertè diſponitur in *l.* 1. *&* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *novæ Recop.* ergò conſequens eſt, ut, quòd privilegio effici poteſt, præſcriptio immemorialis operetur, ut in *l.* 5. *tit.* 7. *lib.* 2. ibi *O por coſtumbre antigua, que el derecho y guala à privilegio, l. ex hoc jure,* §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æſtiva.*

Quintò, quia præſcriptio iiſdem regulis, ſeu 9
limitibus circumſcribitur, quibus conſuetudo. Sed, conſuetudine per legem, ſeu ſtatutum ſublata, immemorialis non excluditur propter illius excellentiam, & maximam prærogativam, Afflict. *deciſ.* 259. *Sæpè fuit, num.* 5. Covarr. *lib.* 3. *variar. c.* 13. *num.* 15. Avendan. *reſpon.* 16. *num.* 4. Flor. *variar. lib.* 2. *q.* 10. *n.* 44. Gonzalez *ſuper octavam regul. Cancellariæ, gloſſ.* 33. *n.* 2. qui hoc extendunt, etiam ſi lex utatur verbis univerſalibus *quacumque, aut qualibet,* & inferunt
intellectum ad locum Concilii Triden. *ſeſſ.* 24. *c.* 10
20. *de reformatione,* ut, licèt ibi diſpoſitum ſit omnes cauſas in prima inſtantia ad ordinarium Eccleſiaſticum pertinere, non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus, id tamen non procedit in conſuetudine immemoriali, quæ non cenſetur excluſa, ut ſæpius ita intelligit *Rot.* de qua teſtatur Gonzalez, *ubi proximè, n.* 5. Ergo, licèt regulariter paſcui publici prohibeatur præſcriptio, non prohibetur immemorialis.

Contraria tamen ſententia, nempe, quod paſcua publica nulla temporis præſcriptione etiam immemoriali acquiri poſſint, hæc pro ſe ſortitur, & retinet fundamenta.

Primum ex eo, quòd publicæ res non poſſiden- 11
tur, nec in eis datur poſſeſſio formalis, ut in *l.* 1. §. *fi. ff. de acquir. poſſ.* notat Gloſſ. in *l.* 3. *ff. eod. tit.* Cum autem ſine vera poſſeſſione non poſſit formari ulla præſcriptio, ut in *l. ſine poſſeſſione, ff. de uſucapion.* & in *regula ſine poſſeſſione, de reg. jur. in* 6. conſequens eſt etiam ex immemoriali tempore loca publica uſui publico deſtinata præſcribi non poſſe, quod in Decimis facili exemplo oſtendere poſſumus, quas, cùm laici poſſidere prohibeantur, ita etiam præſcribere, ut in *c. cauſam* 7. *de præſcription* etiam tempore immemoriali, ut advertit Covarr. *lib.* 1. *vari. c.* 17. *num.* 5. *verſ. ſed ſi dubitetur.* Dom. D. Balboa *in lectione Salmantic. ad lib.* 2. *Decret. in d.c. cauſam, à n.* 50.

Secundum, quòd, ubi lex inhibet uſucapionem, 12
& rem adeo afficit, quod ejus præſcriptioni reſiſtat, immemorialis temporis lapſus nullatenus oppoſitionis, ſeu juris reſiſtentiæ vitium purgat, ut tradit Butrius *in cap. cum ex officii,* per textum *ibi* in verbo *aliquo modo,* ubi Abbas in verb. *non meminerint, de præſcript.* & in *cap. cum inſtantia, notabili* 3. ubi etiam Joan. de Anania *de cenſibus,* eleganter Felinus *in cap. accedentes, num.* 6. *de præſcript. verſi. fallit tertio,* & in terminis publicis obſervat Joannes de Platea *in l. ſi quis Decurio, C. de Decurionibus, l.* 10. Lucas de Peña *in l. diligenter* 9. *de aquæductu, l.* 11. ubi ait, quod aqua uſui publico ſuppoſita immemoriali tempore præſcribi non poteſt.

13 Tertium ex Gloſſ. verb. *centum annorum, in fin. C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, quæ ait, quòd, licèt regulariter in quatuor caſibus illius legis admittatur præſcriptio centum annorum contra res civitatis, illud tamen non debet intelligi in rebus civitatis publico uſui deſtinatis, quas ullo tempore præſcribi non poſſe affirmat, ubi notat *Bart.* Gloſſ. *in dict. l. omnes, C. de præſcript.* 30. ubi Bald. & Salicet. & in *d. l. præſcriptio, C. de operibus publ. & in l. fi. C. de fundis limitroph.* quam ſequuntur Cin. & Salic. *in l.* 1. *C. de quadr. præſcription.*

14 Quartùm ex eo, quòd, quando per legem, ſeu ſtatutum tollitur præſcriptio, non ſolum per dictionem univerſalem (ut tenuit Gloſſ. ultim. in *clem. fin. de reb. Eccleſ.*) ſed etiam ſi ea non utatur, ex plurium doctiſſimorum ſententia videtur immemorialis præſcriptio explodi, ex Felin. *in c. cum cauſam, num.* 12. *de re jud.* & in *cap. dilecti, num.* 3. *de majorit. & obed.* Rocho de Curt. *in cap. fin. num.* 525. *cum ſequenti, de conſuet.* Dueñas *regul.* 44. Avend. *in cap. Prætorum, num.* 7. *in fin. lib.* 1. *& cap.* 14. *num.* 5. *in princip. libr.* 2. Greg. Lopez *in l.* 6. *tit.* 29. *par.* 3. *gloſſ.* verb. *tributos.* Azeved. *in l.* 3. *num.* 21. *tit.* 1. *libr.* 2. Recop. & in *l.* 5 *tit.* 9. *lib.* 7. Mieres *de majorat.* 4. *par. q.* 20. *n.* 51.

15 Quintùm, quia licèt conſuetudo, ſeu præſcriptio immemorialis vim tituli, & privilegii habeat (ut *ſuprà* diximus) id tamen procedit, data capacitate, & habilitate perſonarum ad poſſidendum, vel ad præſcriptionem introducendam, ut advertit Joann. Monachus *in capit.* 2. *de præbend. lib.* 6. quem refert Covarr. *lib.* 1. *variar. capit.* 10. *num.* 14. Abb. *in dicto cap. cum cauſam, de præſcript.* Gabriel *dict. concl.* 1. *n.* 16. vel quando præſcriptio damnatur à jure. Ojeda *de incompatibilitate beneficiorum*, 1. *part. cap.* 13. *num.* 31. Coſmas *in prag. ſanct. tit. de cauſis, §. ſtatuit, verb. privilegium*, per text. *in c. cum ſatis, de officio Archidiaconi, juncto c. cum veniſſent, de inſtit.* Cravet. *de antiquitate temporum.* 4. *p. §. materia iſta ſingularitatis, n.* 94.

Hæc ſunt, quæ pro utraque parte in hac quæſtione perpendi poſſunt argumenta. Ad cujus
16 veram reſolutionem illud (quod maximam huic rei lucem præſtabit) neceſſariò præmittendum duxi immemorialem conſuetudinem, ſeu præſcriptionem, duplicem poſſe effectum producere: Alterum acquiſitionis dominii, ut in *l.* 3. *ff. de uſucap.* docet Bald. *in l. traditio, C. de pactis, num.* 9. Jaſ. *in §. omnium, num.* 73. *Inſtit. de action.* Mier. *de primog.* 4. *p. quæſt.* 20. *num.* 52. ubi alios refert: Alterum probationis, ſiquidem & probat, & ſupponit titulum conceſſionis, vel privilegii, ut in *d. l. hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æſtiva. d. cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignific.* Bald. *conſ.* 430. quem refert, & commendat Craveta *conſ.* 238. *num.* 8. *&* 9. ubi dicunt immemorialem in hoc ſenſu eſſe veluti quoddam jus naturale.

Inter verò duos effectus, qui ex immemoriali præſcriptione oriuntur, maximum verſatur diſcri-
17 men. Quoniam acquiſitionis effectus eam conditionem habet, & ſortitur naturam, ut procedere non poſſit, niſi à ſua cauſa legitima, id eſt à præſcriptione, vel conſuetudine per legem non reprobata. Quæ enim à jure improbatur, acquirendi cauſam non tribuit, ut in *cap. quanto, de conſuetudine*, & in *c. Clerici de judiciis, d. cap. cauſam quæ, de præſcript.* & quod attinet ad juris effectus, reputari debet, ac ſi non eſſet, ex *regula, quæ contra jus, de reg. jur. in* 6. *l. non dubium, C. de legib.* & ubi reſiſtit jus, quanto diuturnior eſt talis conſuetudo, vel præſcriptio, tanto magis reprobata cenſetur, *c. fin. de conſuetud.* Effectus tamen inductivus probationis, qui conſideratur in præſcriptione, ſeu conſuetudine immemoriali, rectè poteſt dari in caſibus, in quibus improbatur conſuetudo, & præſcriptio, & ſolum habet locum conceſſio, privilegium, ſeu quilibet alius titulus, qui ex prædicta immemoriali ſupponitur, & probabitur, & tunc tempus præſcriptionis de per ſe non acquiret, ſed tituli legitimi probationem producet. Et ratio eſt, quia, quamvis lex prohibeat in aliquo caſu præſcriptionem, ſeu conſuetudinem immemorialem, non tamen ex hoc tollit privilegia legitima, ſeu titulum juſtum, quo quis poſſet rem acquirere, cujus probationem præſtat nobis immemorialis temporis curſus, ut deduci poteſt ex iis, quæ in propoſito docet Felin. *in dict. cap. cauſam quæ, num.* 6. *&* 7. *& ex cap. cum ex officii, num.* 13. *& in cap. accedentes, num.* 6. *verſi. ſed dices, de præſcription.* Alexan. *conſ.* 74. *num.* 20. *libr.* 4. Maſcard. *de probationibus, concl.* 1372. *num.* 24. *&* 29.

Quibus ſic prælibatis, quæſtionis noſtræ reſolu- 18
tio jam patet, & ab argumentorum nebulis immunis prorſus oritur, ea retenta diſtinctione, nempe, quòd cum paſcua publica (quæ uſui publico ſunt deſtinata) ſicut & cætera alia iſtius qualitatis, impræſcriptibilia ſint per legum reſiſtentiam, de quibus *ſuprà*, conſequenter ex præſcriptione etiam immemoriali ſola de per ſe non acquirentur, quia effectus acquiſitionis non poteſt ab ea in iſto caſu produci, ex fundamentis *ſuprà* adductis, ex *n.* 12. Et quando lex præſcriptioni reſiſtit, non tantum ordinaria, ſed multo magis longiſſima ſubmota cenſetur, ut nuper diximus. Verum, quia præſcriptionis ſunt alii juſti acquiſitionis modi, veluti intuitu conceſſionis Regiæ, privilegii, emptionis, ſeu contractus cum Rege, ut *d. l.* 1. *&* 10. *tit.* 20. *libr.* 5. *novæ Recop.* ex tali immemoriali orietur & cauſabitur probatio legitimi tituli, ſeu privilegii, quo mediante, qui immemorialem præſcriptionem legitimè cauſatam probaverit, in dominio paſcui publici *utique* obtinebit.

Et ita procedunt, & debent intelligi, quæ in 19
hac quæſtione tradunt Roder. Suar. *allegat.* 15. *per totam* Avenda. *de exeq. mand.* 1. *p. c.* 4. *num.* 8. *verſ. item ex his*, & *c.* 12. *num.* 6. Greg. Lop. *in dict. l.* 7. verb. *plaça.* Azeved. *in d. l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. Recop. *num.* 64. Qui ex eo docent eos omnes, qui tali immemoriali præſcriptione nituntur, debere allegare titulum, quod puto non dicant quale ſe habere, ſed utique ita præſumi, juſtèque poſſediſſe, ut probatio illius ex immemoriali præſcriptione inducatur, & ſic ex iſto probationis effectu, quod ex primo acquiſitionis, lege præſcriptioni reſiſtente, non poſſunt, conſequentur.

Quam reſolutionem, ut veriſſimam agnoſ- 20
cunt Dominus Doctor Anguiano *dict. tract. de legib. lib.* 2. *q.* 20. *per totam.* Dominus Doctor Balboa Mogrobejo Salmanticenſis olim juris Canonici primarius anteceſſor, nunc autem meritiſſimus Regis fiſcus *in relectione ad tex. in d. c. cauſam quæ* 7. cum aliis, *de præſcript. num.* 50. Nec doctiſſimi Viri, & communis Magiſtri in ſimili ferè quæſtione ad literam referre verba omittam, qui ita inquit: *Ego ſic reſpondeo conſuetudinem, ſeu præſcriptionem immemorialem non ſufficere in*

*vim*



*vim ſolius præſcriptionis ad poſſidendas, exigendaſve legitimè Decimas; poſſe tamen ſufficere in vim cujuſdam probationis ſufficientis privilegii, in virtute cujus illa poſſeſſio incæpta, & continuata cenſetur, quamvis tale privilegium non inveniatur, ſed ſolùm probari poſſit per diuturnam opinionem, & famam. Ratio hujus doctrinæ eſt, quia tunc ex vi propria jus concedere poteſt præſcriptionem, quando ipſa poteſt ab una perſona in aliam transferre dominium, ſeu jus in illa re, quæ præſcribi dicitur. At in prædicta ſpecie, præſcriptio non poteſt habere hanc vim, eo quòd proprium Decimarum jus ſit ſpirituale, facultas verò illa ad fruendas, & percipiendas Decimas, quæ ſolet per privilegium laico concedi, ex ſola vi præſcriptionis non acquiritur, quia cum præſcriptio bonam fidem exigat, & juſtam poſſeſſionem, non poteſt horum fructuum decimalium dari talis bona fides, & juſta poſſeſſio, cum decimæ à laicis, propria, & civili poſſeſſione poſſideri nequeant (qualis ad præſcriptionem deſideratur) ut latiùs adnotavimus in cap. ſi diligenti, infrà, eod. titul. Hæc enim civilis poſſeſſio exigit, ut proprio nomine, jure, ac titulo res ipſa, vel jus ad illam, de cujus agitur præſcriptione, poſſideatur. Ut autem poſſit illas nomine Eccleſiæ accipere, oportet, ut legitimam facultatem à Prælatis habeat, ſine qua laicus nec decimarum commoditatem poteſt percipere, cum hæc commoditas ratione miniſterii præſtetur: ſic Divus Thom.* 2. 2. *q.* 87. *art.* 3. *Navarr. in manuali, c.* 23. *num.* 101. *Ut ergo conſuetudo, vel præſcriptio legitima ſit, ſupponi debet hæc facultas, ergò præſcriptio non præſtat talem facultatem, ſed potiùs, ut juſtificetur præſcriptio, præſupponenda eſt talis facultas; ex iis igitur apparet talem præſcriptionem immemorialem poſſe ſufficere, ſaltem in vim probationis, ut expreſsè docuit Felin. c. in præſenti, num.* 3. *Bald. & Imol. in cap. cum Apoſtolica, de iis quæ fiunt à prælato. Dominicus in cap.* 2. *§. ſane, de decimis, lib.* 6. *Sylveſter in ſumma, verbo decima, quæſt.* 10. *dict.* 2. *ſic enim, & Joann. Andr. d. cap.* 1. *de præſcription. lib.* 6. *& in d. cap. ſuper quibuſdam de verbor. ſignificat. docet, quod, quando illa præſcriptio immemorialis introducta eſt cum opinione, & fama, quod ex aliqua legitima conceſſione petantur tales decimæ, & ab ejus anteceſſoribus, tunc præſumi probatum privilegium, vel feudi inveſtituram debitè factam, authoritate videlicèt ſummi Pontificis, vel Epiſcopi ante Concilium Lateranenſe. Idemque prorſus videtur ſentire Covarr. lib.* 1. *variar. c.* 17. *num.* 5. *§. ſed ſi dubitetur.*

21 Et adeo efficax probatio tituli ex tali immemoriali præſcriptione inducitur, quòd pariet præſumptionem juris, & de jure, ita ut contra eam probatio in contrarium non poſſit admitti, ex Felin. *in c. cum nobis, numer.* 7. *de præſcript.* licèt bene admittatur, quòd tantum tempus non ſit decurſum, quòd perfecta fuerit, vel quòd ſit interrupta, ex Saliceto in *l.* 2. *C. de ſervitut.* quem refert Boërius *deciſ.* 36. *num.* 7. Decius *conſ.* 638. *num.* 1. qua de re, ultra Gloſſam, *verbo niſi, in cap.* 1. *de præſcript. in* 6. videndi ſunt Antonius Gabriel *dict. concl.* 1. Maſcard. *dict. concl.* 1372. *num.* 8. Menochius *præſumpt.* 131. *nu.* 50. Pelaez de Mieres *dict.* 4. *part. quæſt.* 20. *num.* 51.

22 Utrum autem ad iſtam immemorialem perficiendam ſit neceſſaria bona fides, ultrà proximè relatos, diſſerunt eleganter Menchaca *lib.* 1. *& lib.* 2. *controverſiarum, cap.* 84. *num.* 14. *lib.* 1. *& cap.* 8. *num.* 10. Covarr. *in regula poſſeſſor*, 2. *part. §.* 8. *num.* 4. Molin. *lib.* 2. *de Hiſpanor. primogen. cap.* 6. *à num.* 43. eruditiſſimè Anguiano, omnino videndus, *dicta controverſia* 20. *ex num.* 43. ubi ex diſtinctione duplicis effectus (qui in præſcriptione immemoriali invenitur, ut *ſuprà* diximus) quæſtionem iſtam dirimit, & ad praxim aptiſſimè reducit Valboa, *ubi ſuprà, in repetitione cap. vigilanti, ex num.* 42. *verſ. Secunda dubitatio, de præſcriptione.* Et an in præſcriptione immemoriali ſit neceſſaria ſcientia illius, contra quem præſcribitur, diſputat Covarr. *in dict. regul. poſſeſſor*, 3. *part. §.* 3. *num.* 25. Et utrum ex capite ignorantiæ competat reſtitutio contra immemorialem præſcriptionem, ultra Covarr. *ubi proximè*, vide Pinellum *in authen. niſi tricennale, num.* 38. *C. de bon. matern.* Sarmient. *lib.* 2. *ſelect. cap.* 10. Sfortiam *de in integrum reſtitut.* 2. *part. quæſt.* 90. Boërium *deciſ.* 39. Fachineum *libro* 1. *controver. cap.* 66. & in quo differat à centenaria præſcriptione, latè Molin. *dict. cap.* 6. *à num.* 43. Fachineus *libr.* 8. *controverſ. cap.* 3.

Qua forma verò hæc præſcriptio immemorialis 23
probetur, diſcutit Gloſſ. *in dict. cap.* 1. *de præſcript. in* 6. & in *capit. quid per novale, de verborum ſignificat.* & communiter Doctores *in cap. licet ex quadam, de teſtibus.* Oldrad. *conſ.* 172. Alexan. *conſ.* 16. *lib.* 5. Corneus *conſ.* 268. *lib.* 4. Balbus *de præſcription.* 2. *part.* 3. *part. princip. q.* 6. Joann. Garcia *de nobilitate gloſſ.* 12. *per totam*, & eſt text. expreſſus, qui prædictam formam præſcribit *in l.* 41. *Tauri* (quæ eſt *l.* 1. *tit.* 7. *libr.* 5. *novæ Recop.*) ibi: *Y an ſi miſmo por immemorial probada, con las calidades que concluyen los paſſados aver tenido, y poſſeydo aquellos bienes por mayorazgo, es à ſaber, que los hijos mayores legitimos, y ſus deſcendientes ſucedian en los dichos bienes por via de mayorazgo*, & ibi: *Y que los teſtigos ſean de buena fama, y digan que anſi lo vieron ellos paſſar por tempo de quarenta annos, y anſi lo oyeron dezir à ſus mayores, y ancianos, que ellos ſiempre aſſi lo vieran y oyeran, y nunca vieron, ni oyeron dezir lo contrario, y que dello es publica voz, y fama, y comun opinion entre los vezinos, y moradores de la tierra.*

Itaque teſtes de immemoriali deponentes ejus 24
ætatis debent eſſe, ut poſſint memoriam habere eorum, quæ à quadraginta annis facta ſint, ut notabiliter advertit Lapus *in d. c.* 1. *de præſcript. libr.* 6. Aymon *de antiquitate temporum*, 4. *part. c. ſeu, §. abſolutis, num.* 3. & frequenter in Curia noſtra, præſertim in Aula Judicum nobilitatis, in ejus cauſis ſolet inquiri, & indagari, ut teſtes habeant ſaltem 54. annos, ut deponant de immemoriali, quod utique ad majorem ſecuritatem inquiritur (non requiritur) ſiquidem poteſt teſtis de rebus à 40. annis deponere, & memorari, etiamſi habeat minus quàm 54. annos, quod utique Judicis arbitrio ſemper relinquitur, quandoquidem memoria incipiat ſuos effectus producere ex tenera ætate.

Sed, ut ad locum, inde digreſſi ſumus, re- 25
deamus, regula in *principio capitis* propoſita, nempe quòd paſcua publica ſicut & cætera uſui publico deſtinata impræſcriptibilia ſunt, limitatur ſecundò, ut non procedat in aliis terminis civitatis, etiam publicis, ultra exitum, vel defenſam, in quibus rectè procedit præſcriptio, ut contendit Rodericus Suarez *d. allegat.* 15. ſic intelligens *dictam leg.* 7. *partitæ*, qui ait ita in Regio Senatu practicari vidiſſe, & quod abſurdum videretur illius *legis* deciſionem ad alios terminos publicos extenſionem recipere. Nec obſtare verba *dictæ legis partitæ*, ibi *Non defenſa, nin exido, nin otro lugar qualquier ſemejante deſtos que ſea uſo comunal.* Quia reſpondet *Rodericus*



debere

debere intelligi de aliis terminis publicis, non tamen ita ſpecialiter paſcuo publico deputatis, ſicut exitus, & defenſa.

26 Sed tamen *Rodericus* (ſalva ejus authoritate) fallitur, & meritò eum carpit Gregor. Lopez *in dict. gloſſ.* 1. *verb. plaza, propè medium*, tum quia ſine jure in diſcrimine à ſe conſtituto loquitur *Rodericus*, & rationem differentiæ non conſtituit, tum etiam, quia illa verba *Nin otro qualquier ſemejante*, cum univerſalia ſint, idem operantur, ac ſi exprimerentur cætera ejuſdem conditionis, & qualitatis ſuo nomine; præſertim quando negativa jungitur verbo *poteſt*, ut patet, ibi *Non lo puede ningun ome ganar por tiempo* ad notata per Gloſſ. *in regul. beneficium, de regul. jur. in 6.* & in *c.* 1. *de cauſa poſſeſſionis*. Bart. *in l.* 13. *C. de dilationibus*, & in *l. in his, verſ. Præterea iſta lex, ff. de tranſactionib.* Bald. *in l.* 1. *ff. de injuſto rupto.* Et quia una determinatio reſpiciens plura determinabilia pariformiter determinare cenſetur, ut in *l. jam hoc jure*, ubi communiter notatur, *ff. de vulgar.* & idem quando una oratio, quæ plura continet, ex unico verbo *regitur, & determinatur, l. hæreditatem, l. quamvis, C. de impub.* Bald. *l. in teſtamento, in principio, C. de teſtamento militis.* Rolandus à Valle *conſ.* 74. *ex num.* 2. *uſque ad nu.* 17. *vol.* 2.

27 Quare, re iſta accuratè perpenſa, proclivior ſemper fui, ut, rejecta *Roderici* opinione, adhærere debeamus Gregorii Lopez doctrinæ, limitationem intelligentes, quando talium terminorum non præſcribitur proprietas; ſed aliquod jus paſcendi, vel aliqua ſervitus rumpendi, nempè, vel plantandi, quæ faciliùs acquiritur, quàm proprietas; cùm non ſit tàm magni præjudicii, ut notat Bart. in *l. cum de in rem verſo, col.* 2. *ff. de uſuris*; quod ita amplectitur Avend. *dict.* 1. *part. de exequen. mand. c.* 12 *à num.* 9. Azevedo *in d. l.* 1. *titul.* 15. *lib.* 7. *num.* 64. *in fine.*

28 Nec huic limitationi oberit text. *in l.* 13. *tit.* 31. *part.* 3. ibi *Que non deve ſer pueſta ſervidumbre en coſas ſagradas, ò ſantas, ò religioſas, ni en aquellas que ſon à uſo, e à pro comunal de alguna ciudad, ò villa.* In quo videtur negari poſſe dari præſcriptionem paſcui publici, etiam quoad ſervitutem juris paſcendi, vel rumpendi, aut plantandi; ſi quidem in publico conſtitui negat, cùm notum ſit præſcriptione effici non poſſe, quod non poteſt per pactum, ut in *§. quid ergo*, ubi notat Baldus *de inveſtitura de re alien. facta.*

29 Quia reſpondetur in *illa l.* tantùm proponi regulam ordinariam ſimilem ei, quam in *principio hujus cap.* firmavimus: loca nempe publica, uſui communi deſtinata, præſcribi non poſſe ex *legibus ibi adductis.* Quod ex eo procedit, quia cùm uſui communi deſervire debeant, conſequenter in præjudicium illius communis uſus privatis applicari non debet, & illud ferè eadem ratione dicitur in *dict. l.* 13. *partita*, ſervitutem in rebus publicis conſtitui non poſſe, quod prædixerat Paulus *in l. ſi prius, §. fin.* & Javolen. *in l. ſequenti, ff. de aqua pluvia arcend.* Cum tamen prioris regulæ procedant limitationes, de quibus *ſuprà*, ex rationibus, & legibus adductis, quæ eodem modo procedent in regula ſimili ſervitutis conſtituendæ, de qua in *dict. l. partitæ*; cùm ejus caſus priori ſimilis ſit, & una ratione regi, & moderari debeat.

30 Deinde ſatisfit, quòd, licèt ſervitutis conſtitutio prohibeatur in paſcuo publico per pactum, ut in *dict. l. partitæ*; non tamen ex eo prohibetur intuitu præſcriptionis introduci. Maximum enim diſcrimen verſatur inter alienationem pacto inductam, vel præſcriptione, cùm altera ſit voluntaria, altera verò neceſſaria: cujus rei exemplum ſubminiſtrat Abbas *in cap. conſtitutis, colum.* 1. *de electione*, ubi ait in re Eccleſiæ ſervitutem imponi non poſſe ſine licentia Prælati, cùm tamen ambigi non valeat præſcribi poſſe, ut affirmat Innocentius in *cap. cum dilectus, de conſuetudine*, & quia quandoque appellatur plus præſcriptio, quàm pactum, ut in *l. nam ſatis, §.* 1. *quemadm. ſervitut. amitt.* Gloſſi. *verb. cohæredibus*, in *l.* 1. *ff. familiæ herciſcun.* Oldradus *conſ.* 172. *colum. penul.* Paulus de Caſtro *in l. ſed ſi inter, ff. de ſervitutibus urbanorum, &* ita obſervat Greg. Lopez, *ubi proximè.*

31 Et multò magis procedit hæc limitatio ſecunda, quando per præſcriptionem iſtam acquiritur jus, ſeu ſervitus tali modo, quòd adhuc paſcua manent publica, & in uſu communi, ſive ab iſtis, vel ab aliis poſſideantur, ut puta, quando univerſitas una præſcribit exitum, vel defenſam contra aliam, ut notabiliter advertit Avend. *dict. cap.* 12. *Prætor. num.* 9. *verſ. tertia concluſio*, ubi ait *dict. l.* 7. *tit.* 29. *part.* 3. procedere tantùm, quando per præſcriptionem quis intendit privata facere, quæ in uſu publico ſunt, & aliqua in confirmationem adducit, & reprobat *Rodericum Suarez* contrarium dicentem.

32 Tertiò limitatur regula, de qua in *principio hujus capitis* ex eadem ratione, & proximè dictis, ut non procedat in aliqua parte, ſeu loco paſcui publici jure præoccupationis ab aliquo etiam privato acquiſito: nam iſto jure talia loca, quantumvis uſui publico deſtinata, ſeparatim acquiri poſſunt, & mediante dicta præoccupatione, acquirens poterit alium prohibere, ut docet Bertrandus *conſ.* 69. *vol.* 3. Bellon. *conſ.* 49. omninò videndus, Rebuffus *in tractatu conſuetud. in princip. n.* 15. Avend. *ubi proximè, n.* 11. *&* 12.

Pro qua limitatione eſt textus expreſſus *in l. ſi quiſquam, ff. de diverſis, & temporalibus præſcript.*
ibi *Si quiſquam in fluminis publici diverticulo pluri-* 33
*bus annis piſcatus ſit, alterum eodem jure uti prohibet*, quem ita intelligit Suar. *allegation.* 16. *num.* 3. Et licèt expreſsè, & ex diametro ei opponatur text. *in d. l. fin. ff. de uſucapionibus*, eorum diſſidium, noſtræ limitationis retento themate, componunt Robertus *lib.* 1. *recep. cap.* 14. Charondas *lib.* 1. *veriſim. cap.* 3. Forcatulus *dialog.* 85. *num.* 5. Connan. *lib.* 3. *comment. cap.* 15. *num.* 1. Covarr. *in regula peccatum*, 2. *part. §.* 6. & alii, quos in *alio c. retulimus.*

34 Quartò limitatur in aliis paſcuis publicis, improprio nomine ſic vocatis, quæ uſui publico vicinorum non deſerviunt, ſed ſic nominari ſolent, quia eorum redditus in uſus communes univerſitatis converti debent (vulgò dicta, *proprios del Concejo*) quæ quadraginta annorum curſu præſcribi poſſe probat *dict. l.* 7. *titul.* 29. *part.* ibi *Mas las otras coſas, que ſean de otra natura, anſi come ſiervo, ò gañado, ò peguxar, ò navios, ò otras coſas ſemejantes deſtas qualeſquier maguer, ſean comunalmente del Concejo de alguna ciudad, ò villa, bienſe podrian ganar por tiempo de quaranta años*, quæ *lex* in verbis ſequentibus limitationis prædictæ aſſignat rationem, ibi *E eſto es porque maguer ſean de todos comunalmente, non uſan comunalmente della todos, anſi como de las otras coſas ſobre dichas:* quod ita de jure communi conditum erat, ut per *legem omnes, C. de præſcription.* 30. *vel* 40. *annorum*, & per *l. fin. C. de fund. patrim. lib.* 11. obſervavit Gloſſ. *in l. fin. C. de Sacroſanctis*



*Sacroſanctis Eccleſiis*, Greg. *in d. l.* 7. *gloſſa*, verbo, *de quarenta annos.*

In quatuor verò caſibus rerum civitatis (de
35 quibus in *dicta l. fin.*) centenaria præſcriptio, non minor requiritur, ut affirmat Bart. & Paulus *in authen. quas actiones, C. de Sacroſanct. Eccl. num.* 8. & alii relati per Covarr. *in dict. regul. poſſeſſor.* 2. *par. §.* 9. Cujacius *lib.* 4. *obſervationum, cap.* 5. pro quibus illa poteſt conſiderari ratio, quod in *Novella* 111. ubi Imperator centenariæ præſcriptionis privilegium correxit, & ad annos quadraginta reduxit, nulla fit mentio Civitatum, ſed tantùm Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum. Cùm ergo de civitatibus nihil corrigatur, quoad eas antiquior centenariæ præſcriptionis conſtitutio, ſive lex procedere debet ex regula *legis præcipimus, C. de appellat.*

36 Contrarium tamen, nempe in illis caſibus obſtare Civitatibus tricennalem, vel ſaltem quadragenariam præſcriptionem, obſervant Cinus, Salicetus, & Fulgoſ. *in dict. authent. quas actiones.* Boërius *deciſ.* 264. *num.* 22. Fachin. *lib.* 8. *controverſiar. cap.* 3. *quæſt.* 3. qui moventur ex eo, abſurdum utique videri, quòd Imperator *dicta Novella* 111. privilegium centenariæ præſcriptionis ſolis Eccleſiis, & piis locis adimeret, integro manente jure civitatum, cùm major ratio, quàm in eis, militet in Eccleſiaſticis rebus, ad notata *in l. ſunt perſonæ, ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* quæ opinio verior eſt, & magis conſonat proximè citatis *Doctoribus*, qui argumento contrario ſatisfaciunt.

## NOTÆ AD CAP. XVII.

Cum cathedratica diſtinctione reſolvit Auctor
1 *in hoc cap.* (& videndum eam eſſe omninò nu. 6. nuncupatim inquit *Balmaſeda de collect. q.* 45. *num.* 2.) paſcua publica non poſſe acquiri in proprietate vigore immemorabilis præſcriptionis, ut ſimpliciter talis; ſed benè vigore ejuſdem immemorabilis, juncto titulo habili ab ea derivante, ac per eam probato.

Aſt in praxi, ſicuti non disjunguntur effectus
2 immemorabilis ab ipſa immemorabili, adeo ut, ea poſita, ponantur & illi: ita quotieſcunquè intervenit immemorabilis legitimè, validèque probata, ſecundùm ejus requiſita, poſt alia *per Me allata, & comprobata in colluct. legal.* 4. *ex num.* 94. *vol.* 2. intervenit quoque melior titulus, qui poſſit allegari; prout dignoſcitur ab edoctis in *Mea colluct.* 14. *ex num.* 57. *colluct.* 28. *à num.* 129. *colluct.* 29. *à num.* 19. *& colluct.* 47. *per tot.* ubi plenè de viribus ejuſdem immemorabilis *vol.* 2. *Rota deciſ.* 20. *& ibi in notis poſt vol.* 1. *Mear. colluct. legal.* quibus in locis habentur omnia, quæ deſiderari poſſint, prout & in *deciſione Senatus Mantuæ per Me, ut Relatorem cauſæ extenſa, ac impreſſa penès D. Meum Palmam Nepotem alleg.* 258. *num.* 8. *& ſeqq. lib.* 3. *ac per inſignem J. C. undequaquè doctiſſimum, & valdè elaboratum Amicum meum D. Balduc. ad Ramon. conſ.* 24. *in ſua obſerv. num.* 19. *cum multis ſeqq. lib.* 1.

Cujus immemorabilis tamen potentia ceſſat, ſi
3 probetur unicus tantùm actus in contrarium, *Balduc. d. obſ.* 24. *ex nu.* 57. *Rota poſt vol.* 1. *mear. colluct. legal. dec.* 60. *& ibi in meis notis num.* 8. *ubi concord. ac ſignanter in rec. dec.* 116. *num.* 7. *p.*
4 19. Si tamen devenerit ad notitiam præſcribentis, ac innitentis eidem immemorabili. *Balduc. num.* 58. *Rota in rec. dec.* 136. *num.* 34. *p.* 19.

Atque in terminis juris paſcendi idem *Balduc.*
*ubi ſuprà ad Ramon. obſ.* 24. *ſub nu.* 59. *lib.* 1. *cum* 5
*Marcian. jun. diſp.* 24. *num.* 23. *& ſeqq. lib.* 1. ac
pro neceſſitate immemorabilis in iſta materia præ- 6
ciſa juris paſcendi, cum tractetur de ſervitute habente cauſam diſcontinuam, & requiratur factum hominis animalia ad paſcua ducentis, & reducentis, percurrantur *Cancer. var. reſol. p.* 3. *c.* 4. *n.* 50. *Caſtil. de uſufruct. c.* 68. *nu.* 18. *Capiblanc. de Baron. pragm.* 11. *c.* 76. *num.* 11. *lib.* 2. *Hermoſil. ad ll. Hiſp. l.* 15. *gloſ.* 2. *nu.* 100. *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2. *Antonel. de temp. legal. lib.* 2. *c.* 110. *num.* 2. *Honded. conſ.* 86. *lib.* 1. *conſ.* 84. *num.* 28. 29. *lib.* 2. *Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 35. *nu.* 18. *& diſc.* 36. *num.* 50. *ac diſc.* 39. *num.* 11. *lib.* 4. *Guid. Pap. dec.* 573. *num.* 3. *Dexart. deciſ.* 70. *ubi plenè. Panimol. dec.* 25. *adnot.* 2. *num.* 3. *tom.* 1. *Rota in rec. dec.* 300. *&* 347. *p.* 9.

Inter privatas verò perſonas ſufficere longiſſi- 7
mam præſcriptionem, nec requiri immemorabilem pro acquirenda ſervitute juris paſcendi, firmant *Roland. conſ.* 22. *lib.* 2. *Natta conſ.* 106. *Cravet. de antiq. temp. p.* 4. *in princ. num.* 25. quos relatos ſequitur *Capiblanc. d. c.* 76. *in fin.*

Et quando concurrit titulus, ſufficere decen- 8
nium (vel vicennium) ait hìc *Oter. num.* 28. ubi de magis communi. *Panimol. d. adnot.* 2. *num.* 5. *cum Cæpol. & Card. de Luca, qui in tit. de ſervit. diſc.* 39. *ſub n.* 10. conſiderat differentiam inter
depaſci jure ſervitutis, & depaſci jure civicæ 9
facultatis poſt ſecatas ſegetes, *lib.* 4. & de qua *actum fuit ſuprà in Notis ad cap.* 3.

*Comes Vincentius Bondenus.*

## CAPUT XVIII.

### ARGUMENTUM.

Servitus juris paſcendi an realis, an verò perſonalis ſit, & quo tempore præſcribatur.

### *SUMMARIUM.*

1 *Servitus realis quæ dicatur, & ejus traditur definitio, num.* 3.
2 *Prædii nomine, quid comprehenditur.*
4 L. quoties 5. & l. ei fundo 19. ff. de ſervitutibus conciliantur.
5 *Servitus perſonalis quæ ſit.*
6 *Homo digniſſima omnium creaturarum.*
7 *Servitutes perſonales cum perſona extinguuntur, & perſonæ contemplatione formantur.*
8 *Servitus juris paſcendi realis, non perſonalis eſt; cujus rei ratio traditur, nu.* 9.
10 *Paſcendi jus poteſt quæri obligatione perſonali.*
11 *Intelligitur text.* in l. Mela, §. fin. ff. de alimen. & cibariis legatis.
12 *Jus paſcui obligatione perſonali competens an detur contra concedentem tantum, an verò contra ſingularem ſucceſſorem, arguitur.*
13 *Agitur de* l. fundi Æbutiani, ff. de uſu, & uſufructu legato.
14 *Intelligitur text.* in l. fin. §. Lucius Titius, ff. de contrahen. emptione.
15 *Juris paſcendi ſervitus quanto tempore præſcribatur, diſputandum proponitur.*
16 *Servitutes omnes antiquo jure inuſucapibiles fuerunt judicatæ.*
17 *In juribus incorporalibus uſus pro traditione habetur, & quandam juris poſſeſſionem includit.*
18 *Expenditur in propoſito textus in* l. ſequitur, §. fin.

§. fin. ff. de uſucap.

19 *Agitur de* l. ſervitutes 14. ff. de ſervitutibus, l. ſi aliena, §. penultimo, ff. de uſucapionibus, l. 1. §. fin. de aqua pluvia arcenda. l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſervitus vindicetur. l. ſi ego 12. §. 1. *juncta* l. eum qui, in principio, ff. de publicanis. l. apparet 5. verſ. *ſi quis*, ff. de itinere, actuque privato. l. 1. & 2. C. de uſucap.

20 *Idem eſt quoad effectum, vel rem uſucapi, vel longo tempore quæri.*

21 *Servitutes decennio inter præſentes, & viginti annis inter abſentes quandoque acquiruntur.*

22 *Servitus aquæductus ordinario tempore præſcribitur.*

23 L. 2. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æſtiva *intelligitur, num.* 25.

24 *Aquam ducere ex flumine publico cuilibet conceditur.*

26 *Agitur de* l. 15. tit. 31. part. 3.

27 *Præſcriptio immemorialis in actibus negativis, & meræ facultatis, an incipere debeat ab actu contradictionis.*

28 *Paſcendi jus in alieno agro quandoque ordinario tempore poterit præſcribi.*

UT huic capiti veram reſolutionem enixo, ut ajunt pede, aſſignemus, prius noſſe oportet, quæ dicatur perſonalis ſervitus, quæ realis, & in quo iſta ab altera diſcernatur; cognita enim utriuſque natura, & qualitate, facillimo negotio, cui earum jus in alieno agro paſcendi conveniat, indicabimus.

Servitus igitur realis illa dicitur, quæ à re de-
1 betur rei. *l. via, §. fin. ff. de ſervitutibus ruſtic. prædiorum. l. 1. in fin. ff. de ſervitutibus, tit. generali. l. & ſi forte, §. Labeo, ff. ſi ſervitus vindicetur.* Et hæc quandoque prædialis ſolet nuncupari, quia debetur prædio, *l. qui aliena, §. fin. ff. de negot. geſtis. l. 1. ff. communia prædiorum, §. ideo, Inſtitut. de ſer-*
2 *vitutibus ruſticorum.* Et cùm prædii nomine quodcunque immobile comprehendatur, ut *fundus, domus*, ob id talis ſervitus quandoque urbana, quandoque ruſtica appellatur, habito reſpectu ad fundum urbanum, vel ruſticum, cui debetur, *l.* 2. juncta Gloſ. *verb. domum, ff. de ſervitutibus ruſticorum.* Gloſ. *verb. aream*, in *l. 1. ff. de ſervitutibus urbanorum, idque* docet Paulus de Caſtro *in l. 1. num. 31. ff. communia prædiorum.* Jaſon. *in §. æquè ſi agat, num. 14. Inſtit. de actionibus.* Connanus *lib. 14. commentar. cap. 10. num. 9.* Zaſius *lib. 1. ſingularium reſponſ. c. 9.* Cæpolla *de ſervitutibus ruſtic. c. 9.* Menochius *de retinenda poſſeſſione, remedio 3. num. 138.* Forcatulus *dialogo* 6. Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 31. par. 3.*

3 Et definitur iſta ſervitus realis, ut ſit jus prædio inhærens ipſius utilitatem reſpiciens, & alterius libertatem, & jus diminuens. Cui definitioni videntur arridere verba textus in *l. de pupillo, §. ſextus, ff. de operis novi nuntiatione*, ibi: *Cum quis poſteaquam jus ſuum diminuit, alterius auxit, hoc eſt, poſteaquam ſervitutem ædibus ſuis impoſuit, contra ſervitutem facit*, & docet Bart. in *l. 1. ff. de ſervitutibus, num.* 2. quem ſequuntur Angelus, & Florianus, *ibi num.* 3. Antonius de Leon. *num.* 1. Cæpolla, qui alias definitiones adducit; ſed hanc, ut meliorem approbat, *de ſervitut. urbanorum, cap. 2. num. 3.* Oroſc. *in l. libertas, §. ſervitus, num. 3. ff. de ſtatu hominum.* Petrus Gregor. *ſyntagmat. juris, 1. part. lib. 4. cap. 1.* Meneſes *in rubrica, C. de ſervitutibus, num.* 8. Gregor. Lopez, *ubi proximè*, Auguſt. Morla *in emporio juris, tit. 6. nu.* 28. & alias definitiones congerit Dom. Joann. Caſtillo *in ſuo eruditiſſimo, & omnibus numeris abſoluto tractatu, & libro de uſufructu cap. 49. nu.* 6. ubi, perpenſis definitionis ante aſſignatæ verbis, ſervitutem ſemper utilitatem eſſe allaturam, firmiſſimè tenet, quod expreſsè comprobat text. *in l. quoties 5. ff. de ſervitutibus*, ac docet Connanus 4
*dict. lib. 4. comment. c. 7.* & ad text. *in l. ei fundo 19. ff. de ſervitutibus*, quæ contrarium ſuadere videtur, variis modis reſpondent, qui pro concordia *Labeonis*, & *Pomponii* omninò videndi ſunt: nos enim in tranſcribendis eorum ſcriptis immorari, niſi quatenus argumentum noſtrum attingat, nefas arbitramur.

Servitus verò perſonalis in propoſito (de mixta 5
enim loquor, non enim de merè perſonali, quæ à perſona perſonæ debetur, hìc verba facimus) eſt illa, quæ debetur à re perſonæ, ut uſus, uſusfructus, habitatio. *l. 1. ff. de ſervitut. l. cum antiquitas, C. de uſufructu*, hæ enim ſervitutes, quamvis ſint quodammodo reales, ex eo tamen, quia perſonæ debentur, vocantur perſonales, & à digniori nomen accipiunt, ut juxta tex. *in l. 2. ff. de ſtatu hominum*, docet Vacon. *lib. 4. declarat. c. 52. n.*
2. Et cum homo ſit digniſſima omnium creatura- 6
rum, *l. juſtiſſimè, ff. de ædilitio edicto*, reſque omnes, ut ei ſervirent, natura comparaverit, juxta illud Ovidii *lib. 1. Metamorphoſeos.*

*Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ,*
*Deerat adhuc, & quod dominari cætera poſſet.*
*Natus homo eſt.*

Ut in *l. in pecudum, §. fin. ff. de uſuris*, potius à perſona, quàm à re meritò perſonales ſervitu-
tes vocantur. Idque maximè, quia earum natura 7
eſt, ut cum perſonis extinguantur, *§. finitur, Inſtitut. de uſufructu l. uſus aquæ, ff. de uſu, & habitatione*, docet Coraſ. *in l. ut pomum, num. 2. ff. de ſervitutibus*, nec hæ ſervitutes prædii alicujus, vel rei intuitu, ſed perſonæ contemplatione formantur, ut in *l. 1. §. præterea Labeo, ff. de aqua quotidiana, & æſtiva* docet Gloſſ. *in dicta l. ut pomum*, & in *l. Mela, §. ultimo, ff. de alimen. & cibariis legatis*, & idem cenſuerunt Petrus, & Cinus *in rubrica, C. de uſufructu.* Bernardus Gamarus *tractatu de ſervitutibus, quæſt.* 5. Menochius *de retinenda poſſeſſione, remedio 6. num.* 45. proſequitur latè Aug. Morla *ubi ſuprà.* Caſtillo *d. quæſt.* 46. ubi plures refert.

Inter ſervitutem verò realem, & perſonalem 8
illud potiſſimum invenitur diſcrimen, quod ſervitus realis ipſam rem ſequitur, *l. qui aliena 33. §. fin. ff. de negot. geſtis*, ibi *Sententia prædio datur. l. Imperatores 7. ff. de public. & vectig.* ibi *Prædia ipſa, non perſonas convenire*, & ideo tranſit ad hæredes, quinimmo ad quemcumque rei poſſeſſorem, *l. via, §. ſi fundus, ff. de ſervitutibus ruſtic. l. 10. §. 1. de uſucapionibus. l. 4. §. 3. ff. ſi ſervitus vendicetur.* Servitus verò perſonalis, extincta perſona, extinguitur, nec ad hæredes tranſit. *l. non ſolùm 9. §. tale legatum, ff. de liberatione legata. l. ſicut, §. fin. ff. quibus modis uſusfructus amittatur. l. fin. §. fin. ff. de contrahenda empt.* text. elegan. in *l. Lucius Titius, ff. de ſervitutibus ruſticorum prædiorum*, & advertit Jaſon *in §. æquè ſi agat, num. 18. Inſtitut. de actionibus.* Alexand. *conſ. 18. num. 3. verſic.* 5. Valaſcus *de jure emphyteut. quæſt.* 32. Pinellus in *l. 2. C. de reſcindenda, 2. part.*



*2. part. c. 1. num.* 29. Joann. Garcia *de expenſis, & meliorationibus, c. 10. num.* 14.

8 Quibus ſic breviter præmiſſis, jus paſcendi in alieno agro non eſſe ſervitutem perſonalem, ſed realem apertè indicat Scevolæ, & Papiniani reſponſum, iſtius, *in l. pecoris, ff. de ſervitutibus ruſticorum prædiorum*; illius, *in l. teſtatrix, §. plures ex municipibus, ff. ſi ſervitus vindicetur*, quibus juribus probatur juris paſcendi ſervitutem ad hæredes tranſire, & quemcunque fundi poſſeſſorem ſequi; niſi ſpecialiter contrarium, vel in teſtamento, vel in contractu caveatur. Quorum jurium authoritate ſervitutem iſtam realem eſſe expreſsè firmant Pariſius *conſil. 27. ad finem.* Zaſius *lib. 1. reſponſor. cap.* 1. Covarr. *lib. 1. variarum, c. 17. num.* 11. Meneſes *in l. 2. num. 32. Cod. de ſervitutibus.* Auguſt. Morla *ubi ſupra, quæſt. 4. num.* 28.

9 Quia, cùm his paſcuis potiantur animalia, & pecora, & intuitu eorum ſit conſiderabile paſcui emolumentum, à re rei videtur præſtari; Unde ſecundum definitionem realis ſervitutis *ſuprà* traditam & convenire videtur, & hæc eſt veriſſima opinio, ut, pluribus relatis, affirmat Cancerius *tom. 3. variar. c. 4. num.* 50. Quod non ſolùm procedit, quando competit reſpectu utilitatis alicujus prædii; nempe, ut animalia quibus illud prædium colitur, in agro vicino, vel alieno depaſcantur, vel ut animalia, quæ in hoc prædio educantur, in alterius fundo pabulum habeant, ut ex *l. 3. & d. l. pecoris, ff. de ſervitutibus ruſticor.* & *leg. 6. titul. 31. partit.* 3. notant Faber, & Jaſon in *§. æquè ſi agat, Inſtitut. de actionibus*, & Cæpolla *lib. 1. de ſervitutibus, cap. 2. & cap. de ſervitute juris paſcendi*, & cum eis Covarr. *d. lib. 1. c. 17. n. 10. verſ. ſed quia* (quo caſu nulla difficultas, nec controverſia eſt inter Doctores) verum etiam, quando abſque contemplatione alterius prædii tale jus competit, cum prædicta jura nullam prædii dominantis faciant mentionem; quidquid contrarium aliqui fuerint amplexi, ut Aimon Publicius *in conſuetudinibus Averniæ, tit. 25. ar.* 2. Cravet. *conſ. 4. vol. 1. num.* 5. & alii exiſtimantes ex eo talem ſervitutem ordinario tempore præſcribi (quod *infrà* latius ſubjicimus, quomodo procedat, & intelligi debeat) Et pro vera reſolutione hujus quæſtionis, an ſervitus paſcendi ſit perſonalis, vel realis, vide Caſanat. *conſ. 42. à num.* 11.

10 Eſt tamen verum, quòd jus paſcendi poteſt quæri obligatione perſonali, ut ex Gloſ. *in l. ut pomum, ff. de ſervitutibus*, & in *d. l. pecoris*, & in *l. ſi quis binas ædes, ff. de uſufructu*, & ex his, quæ notat Bart. in *l. Mela, §. fin. ff. de alim. & cib. legatis*, contendit Ruinus *conſil. 108. volum.* 4. non in vim ſervitutis, quia tunc realis eſſet, ut *ſuprà* advertimus, ſed in vim contractus, vel legati, ut tradit Florianus in *l. apud Julianum 40. §. ſi quis alicui, ff. de legat. 1. num.* 1. Cæpolla *de ſervitutibus urba. cap. 2. num.* 8. Alexand. *conſ. 18. num. 3. vol.* 5. Meneſes *in l. in provinciali, num. 25. C. de ſervitut.* & facit text. *in l. Cajus Sejus, ff. de annuis legatis*, ibi: *Servitutem conſtitutam non videri nec in perſonam, nec in rem*; quaſi dicat, illud magis ad obligationem perſonalem, quàm ad alicujus ſervitutis ſpeciem reſpicere.

11 Nec obſtat text. in *d. l. Mela, §. fin. ff. de alimen. & cib. legat.* ibi: *Nam & ſi hauſtus aquæ, vel pecoris ad aquam appulſus eſt ſervitus perſonæ, tamen ei, qui vicinus non eſt inutiliter relinquitur.*

Nam illius textus litera debet legi, ut per Longovallium in *l. Imperium, numer. 237. ff. de juriſdictione omnium judicum*, in hunc modum: *Nam, etſi hauſtus aquæ, vel pecoris ad aquam appulſus eſt ſervitus, per ſe tamen ei, qui vicinus non eſt, inutiliter relinquitur*, & obſervata hac lectura, his quæ *ſuprà* diximus, mirè conſonat; & erit ſenſus, quòd, quamvis hauſtus aquæ, vel pecoris ad aquam appulſus regulariter ſit ſervitus realis, ut in *l. mihi 20. §. fin. ff. de ſervitutibus ruſtic.* & ideo ſine prædio, vel pecoribus non poſſit conſtitui in vim ſervitutis; tamen in vim obligationis perſonalis non habenti prædium, vel pecora poterit conſtitui, & erit utilis in id tempus, quo habeat: quæ interpretatio his, quæ *in principio illius §. 1.* propoſuerat Jureconſultus, naturaliter convenit, & adaptatur.

Hæc autem diſcuſſio, & indagatio maximi pon- 12
deris eſt. Si enim ad jus paſcui obligatio perſonalis competit, contra concedentem tantùm dabitur, non verò contra ſingularem ſucceſſorem fundi, *l. 1. §. ſi hæres præcepto fundo, ff. ad Trebellianum.* Quod ſi jure ſervitutis introducta eſſet ſive realis, ſive perſonalis, actio confeſſoria competeret in rem ipſam, contra quemcunque poſſeſſorem, ut in *dict. §. æquè ſi agat*, ibi, *utendi fruendi*, junctis illius text. verbis, ibi: *In rem actio eſt, l. 2. l. ſi quis diuturno, §. 1. ff. ſi ſervitus vindicetur, l. utifrui 5. §. utrum, ff. ſi uſusfructus petatur.*

Ex quibus venit intelligendus text. in *l. fundi* 13
*Æbutiani, ff. de uſu, & uſufr. leg.* ibi enim, non uſusfructus ſervitus, ſed quædam obligatio perſonalis fructus percipiendi fuit legata, qualis eſt iſta, de qua loquimur, de cujus intellectu latiſſimè agunt Cephalus *conſ. 20. num. 24. lib.* 1. Pinellus *in l. 1. C. de bonis maternis, 2. part. num.* 12. Barboſa *in l. fructus, ex n. 28. ff. ſolut. matrimonio.* Afflict. *deciſ.* 25.

Et ex eadem radice provenit vera interpretatio 14
text. *in l. fin. §. Lucius Titius, ff. de contrahen. empt.* ideo enim *ibi* non tranſit actio contra ſingularem ſucceſſorem, quia non fuit conſtituta ſervitus in fundo: præcipuè cum præſtatio, de qua *ibi*, non reſpiceret utilitatem alicujus prædii, quomodo intelligit, & explicat poſt Lancellotum Cilium in *l. penultima, ff. de ſervitut. urbanorum*, Alexan. *conſ. 18. num. 3. volum.* 5. Valaſcus *de jure emphyteutico, q.* 32. Pinellus *in l. 2. C. de reſcindenda, 2. par. cap. 1. num.* 19.

Sed ante dictis conſequenter annectitur ſatis 15
controverti inter Doctores, quanto tempore juris paſcendi in alieno agro ſervitus præſcribatur: Cujus articuli vera reſolutio, ut pateret, quæ in *initio capitis ſuprà* prælibavimus, neceſſariò exigebat. Facilius enim tempus huic præſcriptioni à jure præſtitutum dignoſcemus, ſi qualitatem, & naturam iſtius ſervitutis intueamur, ut ex infra dicendis patebit.

Et licet nodoſa iſta quæſtio latiſſimum diſputandi campum nobis offerebat, cùm tamen brevitati ſtudeamus, ſtrictiori methodo, & ſermone (quàm res ſatagebat) propoſitæ quæſtionis veram reſolutionem rimabimur: licet brevitatis intuitu, quod naturale, & genuinum iſtius materiæ eſt, & ſcitu dignum, & ad plurima ſatis difficilia Juriſconſultorum reſponſa intelligenda admodum proficiet, non omittam.

Unde præmittendum duxi antiquo, & primæ 16
vo jure civili ſervitutes omnes inuſucapibiles fuiſſe. Cum enim *l. duodecim tabularum* rerum omnium uſucapio inducta eſſet, mobilium, anno uno, immobilium, biennio, *principio Inſtitut. de uſucapionibus, l. unica de uſucapione transformanda*, ita tamen, ut ad hanc uſucapionem

pionem inducendam neceſſario illæ res formaliter poſſiderentur, *l. ſine poſſeſſione, ff. de uſucap.* & per tempus continuum, *l. 3. ff. eodem:* hinc illud oriebatur, quod *l. duodecim tabularum* uſucapio non cenſeretur permiſſa, cùm in ſervitutibus formalis, & vera poſſeſſio non daretur, quia ſervitutes omnes rerum incorporalium loco haberi nemo ambigere poteſt, *l. 1. verſ. eodem, ff. de rer. diviſ. princip. Inſtit. de rebus corporalibus, & incorporalibus, l. quid aliud, ff. de verbor. ſignificat.* atque ita non poterant poſſideri; res enim incorporales, verè non poſſidentur, *l. ſi ædes 31. §. libertas, in princip. ff. de ſervitutibus urbanorum, l. ſequitur, §. ſi viam, ff. de uſucapion.* & ea ratione conſequenter nec uſucapi. *l. ſervus, verſ. incorporales, ff. de acquirendo rerum dominio.*

17 Poſtea, exploſa hac nimis ſevera legis duodecim tabularum (& quæ magis verborum corticem, quàm rationis eſſentiam ſectabatur) obſervatione; Juris prudentes exiſtimarunt, quod, cum in juribus incorporalibus uſus pro traditione habeatur, & quamdam velut poſſeſſionem induceret, *l. quoties 20. ff. de ſervit.* iſque uſus in urbanis ſervitutibus, ut plurimum continuus fiat; per interpretationem dictæ legis duodecim tabularum induci poſſe, ut ſervitutes urbanæ ſaltem uſucaperentur, quouſque lege Scribonia à Lucio Scribonio edita *anno urbis Romæ conditæ* 719. ut tradit Hotomanus *in deſcriptione legum Romanorum, verbo, Scribonia lex, in 2.* apertè uſucapio in urbanis ſervitutibus fuit ſublata, ut refert Veruſius *in dictis legibus Romanorum, verbo, Scribonia, de ſervitutibus;* quamvis Antonius Aug. *lib. de legibus, & Senatus Conſultis, pag. mihi* 130. legis Scriboniæ ſententiam diverſam eſſe ſuſpicetur.

18 Ex quibus intelliges tex. in *l. ſequitur, §. fin. ff. de uſucapionibus,* dum probat legem Scriboniam ſuſtuliſſe ſervitutum uſucapionem: Intelligi enim debet de urbanis tantum, in quibus expreſsè loquuta fuit: quod ſuadetur ex eo, quod ſervitutum ruſticarum uſus in agendo conſiſtit, ut aquæ ductus, viæ, itineris, & ſimilium; unde propriè dicuntur, non utendo, amitti, *l. ſi ſic, ff. quemadmodum ſervitutes amittantur, l. hæc autem 5. ff. de ſervitutibus urbanorum,* adeo ut negligentia authoris ſucceſſori quoque noceat, *l. ſi quis alia 20. §. 1. ff. quemadmodum ſervitutes amitt.* in urbanis verò, propriè dicitur libertas uſucapi, quia earum uſus in patientia adverſarii conſiſtit, atque ita tex. in *dict. §. fin.* propriè loquitur de ſervitute urbana, & uſucapione libertatis.

19 Et ex eadem obſervatione fluit interpretatio aliorum jurium, quæ negant ſervitutum uſucapionem, ut colligitur ex *l. ſervitutes 14. ff. de ſervitutibus, l. ſi aliena, §. penultimo, ff. de uſucapionibus.* Intelligenda enim ſunt, ut procedant, attenta prohibitione dictæ legis Scriboniæ, ex rationibus *ſuprà* perpenſis, tametſi longo tempore quæri tales ſervitutes plura alia jura affirmabant, ut in *l. 1. §. fin. ff. de aqua pluv. arcenda, l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſervitus vendicetur, l. ſi ego 12. §. 1.* juncta *l. eum qui, in principio, ff. de publiciana in rem actione, l. apparet 5. verſ. ſiquis, ff. de itiner. actuque privato, l. 1. & 2. C. de uſucap.* quæ longi temporis acquiſitio, non ex Prudentium interpretatione, ſed ex prætorum juriſdictione, & imperio inducta fuit, qui pro ea poteſtate, quam habebant, adjuvandi, emendandi, vel ſupplendi juris, juxta *l. jus civile, ff. de juſtitia, & jure,* rationem inducendæ uſucapionis attendentes, ne rerum dominia eſſent in incerto, *l. 1. ff. de uſucapion.* & ut aliquis litium eſſet finis, *l. ultima, ff. pro ſuo,* loco uſucapionis, longi temporis acquiſitionem in ſervitutibus induxerunt: & cum regulare ſit, ut ubicunque, deficiente ſummo jure, actio conceditur propter æquitatem, aut utilitatem publicam, hæc ſit utilis, ut in *§. ultimo, Inſtitut. ad legem Aquiliam, l. penultima, ff. ſi quadru. paup. feciſſe dicatur, l. quia actionum, ff. de præſcriptis verbis,* ideo, cum inſpecto rigore dictæ legis Scriboniæ, uſucapio non competeret, & ad ejus inſtar, æquitate ſuadente, longi temporis acquiſitio eſſet permiſſa; utilem pro ea, hoc in caſu actionem dederunt, *dicta l. ſi quis diuturno,* ibi: *Sed utilem habet actionem.*

Et, licet quoad effectum idem videatur rem 20
uſucapi, vel longo tempore quæri, quid tamen diverſum Jureconſulti, ut diverſis nominibus, quod unica vis ſociabat, ſignificarent, abſque dubio agnoverunt; cùm uſucapio poſſeſſionem formalem requirat, longi temporis acquiſitio, quaſi poſſeſſionem: illa directam parit actionem, hæc verò utilem: Per illam ipſo jure fit acquiſitio, per hanc prætorum inſtitutione, & ſupplemento. Quæ differentia extra ſervitutes in vectigalibus, etiam conſiderari poteſt, quorum uſucapionem vetant Juriſconſulti, ut in *l. cum ſponſus, §. in vectigalibus, ff. de publicanis,* longi tamen temporis acquiſitionem concedunt, *l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damno infecto,* ut obſervat Cujacius *in dict. l. ſequitur, §. final.* Connanus *lib. 4. commentar. cap. 12. num. 11.* Revardus *lib. ſingulari, ad legem Scriboniam,* & tractatu *de variis uſucapionum differentiis, num.* 8. Parladorius *lib. 1. rerum quotidianarum, c. 1. §. 8. in principio.*

Tempus autem iſtud longum, quo ſervitutes 21
acquiri poſſe *ſuprà* dixi eſſe decennium inter præſentes, & vicennium inter abſentes docet expreſsè text. *in dict. l. fin. C. de præſcriptione longi temporis.* Paulus *libr. 5. ſententiarum, tit. 5. verſ. res judicata.* Unde prædicto tempore præſcribi omnes ſervitutes continuas, ſive diſcontinuas affirmant Longovallius in *l. imperium, num. 240. ff. de juriſdictione omnium judicum,* Conradus, Eguinar. & Coſtalius, *in d. l. ſervitutes,* Duarenus *lib. 1. diſputationum, cap. 34.* Connanus *dict. lib. 4. cap. 9. num. 10.* & Parladorius, *ubi proximè,* qui merito deſpiciunt antiquorum gloſſematum ſubtilem, & vanam diſtinctionem ſervitutis, nempe continuæ, & diſcontinuæ, ut in illa ſufficeret tempus ordinarium 10. vel 20. annorum: in hac verò tempus immemoriale eſſet neceſſarium; idque authoritate text. *in l. 2. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, & æſtiva,* firmavit Gloſſ. magna in *dict. l. ſervitutes,* Gloſſ. *in l. 2. C. de ſervitutibus,* & utrobique *Bart.* Jaſ. *in l. 1. ff. de ſervitutibus, nu. 76.* & eſt communis opinio, ut per Gomeſium 2. *tom. variar. cap. 15. nu. 27.* Covarr. *lib. 1. variarum, cap. 17. num. 11.* Meneſes *in d. l. 2. n. 27.*

Quia verius eſt aquæ ductus ſervitutem (ſicut 22
& cæteras omnes) ordinario tempore præſcribi, *d. l. ſi quis diuturno,* & *d. l. 2. C. de ſervitutibus.*

Nec prædictis oberit textus in *dict. §. ductus* 23
*aquæ,* quia ultra exploſam ſervitutis continuæ, & diſcontinuæ differentiam (quæ utpotè commentitia, ſolutionis vicem ſuſtinere non meretur) ſecundo loco reſpondet Gloſſ. *ibi,* ut ille text. intelligatur ſpecialiter in aquæ ductu ex flumine publico; ideòque immemoriale tempus requiri. Quæ interpretatio ſuadetur ex eo, quod paragraphus *præcedentis contextus,* loquitur in aqua,



in aqua, quæ ducitur ex flumine publico; unde eam amplectuntur Meneſius *in dict. l. 2. num. 61.* Menoch. *de retinenda, remed. 6. num. 127.* Aretin. *conſ. 30. num. 5.* ubi ex eo comprobat, quod poteſtas ducendi aquam ex flumine publico ſoli Principi competit, *l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiva,* ea autem quæ Principi ſoli ſunt reſervata, impræſcriptibilia ſunt, niſi tempore immemoriali, *cap. ſuper quibuſdam, §. ultimo, de verbor. ſignificatione.*

24 Verum & hæc ſolutio labefactari videtur ex eo, quod ex flumine publico aquam ducere cuilibet conceditur, niſi ipſa aqua uſui publico ſit neceſſaria, veluti, ſi navigabile eſſet, & ex aquæ ductu ita exhauriretur, quod navigatio ceſſaret, vel redderetur incommoda, vel irrigationi publicæ, cui inſerviebat, ob privatum aquæ ductum deficeret, & impediretur, *l. quo minus, ff. de fluminibus,* ſecundum Forcatulum, *dialog. 68. num. 9.* Unde eam in ſtricta diſputatione ſuſtinendam non eſſe affirmat Auguſt. Morla *in emporio juris, tit. de ſervitutibus, quæſt. 4. num. 18.* qui reſpondet ad textum *in d. §. permittitur,* & mirabiliter intelligit.

25 Sed, & aliam ſolutionem ad textum in *d. §. ductus* aquæ aſſignat Parladorius *dict. §. 8. num. 36.* quod, licet ſervitus aquæ ductus diuturno tempore poſſeſſa non vi, non clam, non precario, præſcriptionem pariat, qua poſſeſſor veluti exceptione uti poſſit, ex *juribus ſuprà relatis;* per tempus tamen immemoriale poſſeſſa jure conſtituta videtur: non tamen ut exceptionem, ſed ut actionem conſequatur poſſeſſor, utilem ſcilicet Confeſſoriam, qua experiri valeat, ex *dict. l. 1. §. fin. ff. de aqua pluvia arcenda.*

26 Sed, licèt hæc de jure communi ita procedant, de jure noſtro Regio Caſtellæ amplectenda eſt, quoad tempus uſucapionis, communis Doctorum diſtinctio inter ſervitutes continuas, & diſcontinuas, eam enim fuit ſequuta *l. 15. tit. 31. part. 3.* quæ non ſolum tempus neceſſarium uſucapioni præſcripſit, verum qualitatem, & naturam continuæ, & diſcontinuæ ſervitutis mirè declaravit his verbis: *De tal manera ſeyendo la ſervidumbre, que fizieſſe ſervicio à otri cotidianamente, ſin obra de aquel que la recibe aſſi como ſi fueſſe aguaducho, que corrieſſe de fuente, que nacieſſe en campo de alguno ò otro ſemejante della, ſi el vezino ſe ſirve deſta agua, regando ſu heredad de diez annos, eſtando ſu duenno en la tierra, è non lo contradiziendo, ò veynte ſeyendo fuera della, è eſto fizieſſe à buena fee cuidando que avia derecho de lo fazer, è non por fuerça, nin por ruego, que huvieſſe fecho al duenno de la fuente, ò del campo, por do paſſava, ganaria por eſte tiempo, tal ſervidumbre. Eſto miſmo ſeria ſi alguno huvieſſe viga metida en pared de ſu vezino, ò aurieſſe feneſtra en ella, por do entraſſe lumbre à ſus caſas, ò le contrallaſſe, que no alçaſſe ſu caſa, porque non le tolleſſe la lumbre, o ſi tuvieſſe las alas de ſu caſa, ſobre el techo de ſu vezino de manera, que cayeſe la agua de lalluvia, ca en qualquier deſtas ſervidumbres, ò otras ſemejantes dellas, da que ome ſe aprovechaſſe, ſin obra de cada dia ſe podria ganar por tiempo, ò en aquella manera que de ſuſo diximos del aguaducho. Mas las otras ſervidumbres, de que ſe ayudan los omes para aprovechar, y labrar ſus heredades, è ſus edificios, que non uſan dellas cada dia mas à las vezes, è confecho, aſſi como ſenda, ò carrera, ò via que huvieſſe en heredad de ſù vezino, ò en agua, que vinieſſe una vez en la ſemana, ò en el mes, ò en el anno, o non cada dia tales ſervidumbres como eſtas, y las otras ſemejantes dellas, non ſe podrian ganar por tiempo, ſobre dicho, antes dezimos que quien las quiſiere aver por eſta razon, ha meneſter que aya uſado dellas, ellos, ò aquellos de quienlas huvieron tanto tiempo, de que non ſe pueden acordar los omes quanto ha que lo començaron à uſar.* Cujus textus attenta deciſione, jus paſcendi in alieno agro (quocumque modo perpendatur) cum ſervitus diſcontinua ſit, non niſi tempore immemoriali uſucapietur, in qua ſententia reſident Pariſius *conſ. 27. ad fin.* Zaſius *libr. 1. variar. c. 17. numer. 11.* & alii, quos adducit Meneſius *in dict. l. 2. numer. 32.* Caſtillo *libr. 1. practicarum cap. 8. num. 18.* Cancerius *libr. 3. variarum, cap. 4. ex num. 49.* quidquid contrarium obſervaverit Caſtrenſis *conſ. 113. nu. 3. volumine 2.* exiſtimans (ſed perperam) jus paſcendi eſſe ſervitutem perſonalem, cum ſit realis, ut *ſuprà* diximus.

Utrum verò præſcriptio hæc immemorialis re- 27
quirat contradictionem in actibus negativis, & meræ facultatis, & incipere debeat ab iſta contradictione, & prohibitione, & à quo tempore currere incipiat, ultra Decium *conſ. 271. num. 13. & 15.* Aymonem *conſ. 111. columna penultima,* Antonium Gabrielem, *commun. opinion. tit. de præſcription. concl. 1. numero 61.* Covarr. *in regula, poſſeſſor, §. 4. numero 6.* diſputat Velazquez de Avendanno *de cenſibus, c. 8. num. 24.*

*Uno tamen in caſu,* etiam *non obſtante partito jure,* contendi poteſt *jus paſcendi* in alieno agro ordinario tempore 10. vel 20. annorum curriculo uſucapi poſſe, veluti, quando quis allegaret titulum, ab eo, qui dominus eſt paſcui, vel prati, ſeu fundi ſervientis, & probaret ex uſu longi temporis cum ſcientia, & patientia domini, ex qua reſultat tituli præſumptio ad uſucapionem ſufficiens, ut obſervat Gloſſ. *in dicta l. ſervitutes, verbo, certam,* verſi. *licèt autem.* Bart. *in l. qui in aliena, ff. de acquirenda hæreditate.* Covarr. *ubi ſuprà, num. 11.* qui dicit magis communem. Meneſius *num. 33. ubi proximè,* pro quibus facit text. *in l. 3. §. denique, ff. de aqua pluvia arcenda, l. cum de in rem verſo,* cum ſimilibus, *ff. de uſuris,* dum tamen requiſita concurrant, de quibus per Morlam, *ubi ſuprà, à nu. 23.* & tunc, ſi eſt contra civitatem, vel oppidum, tempus ordinarium erit 40. annorum.

## NOTÆ AD CAP. XVIII.

De quæſtione *hìc* tractata *ab Auctore,* licèt 1
multa, & cum multis dici poſſent, ſufficiat tamen indicaſſe duntaxat *Capyc. Latro. Conſult. 82. ex n. 18. lib. 2. Barbat. de diviſ. fruct. p. 1. c. 6. n. 31. & ſeqq. Rendel. de paſc. p. 3. c. 1. Card. de Luca tit. de ſervit. diſc. 35. lib. 4. Panimol. deciſ. 25. adnot. 2. n. 4. lib. 1. apud quos concord.*

Sed, nec refert ulteriùs immorari, cum diſtin- 2
ctionem latè *hìc,* & *ab aliquibus aliis* traditam, an ſervitus juris paſcendi ſit realis, vel perſonalis, praxis, nec Curia, & Tribunal, præſertim *Rotæ Romanæ* admittat, & communiter ea rejiciatur, ut inquit *Panimol. d. adnot. 2. num. 4. ad fin. cum Card. de Luca d. diſc. 35. num. 19. verſ. reflectendo tamen.*

Interim ſcire non omittas, quòd, qui habet 3
jus paſcendi in aliquo loco, ſeù territorio, non poteſt ex eo prætendere jus pernoctandi in illo ex *Lanar. conſ. 83. n. 7. Rendel. de paſc. p. 3. c. 8. Barbat. d. c. 6. n. 37.*

4 Itemque in ſervitute juris paſcendi non includitur jus aquandi *Barbat. cod. c. 6. num. 38. cum Rovit. ſuper pragm. de paſc. in rubr. nu. 9. 12.* ubi ſic deciſum *per Sacr. Conſil. Neapol. junctis Aulis :* ſed an paſcuis legatis, ſeù an ſub legato paſcuorum veniat jus aquandi; videndi ſunt *Molpheſ. ad Conſuet. Neapolit. p. 18. q. 8. tom. 3. de Luca ad Gratian. diſcept.* 610. *n. 8. tom. 4.*

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XIX.

### ARGUMENTUM.

De cuſtodibus paſcui, & de pignorationibus, vulgò *prendas*, earum valore, & effectu, & quomodo debeant fieri.

### *SUMMARIUM.*

1 *Duo caſus pignorandi pecudes conſtituuntur.*
2 *Aſſignatio, vel nominatio cuſtodum paſcui non provenit à fonte juriſdictionis, ſed à dominio.*
3 *Cuſtodes in paſcuo ponere poſſunt, qui in eo jus ſervitutis, vel communitatis habent.*
4 *Cuſtodes ponere regulariter poteſt quodlibet oppidum, ſeu communitas.*
5 *Cuſtodum ſalaria perſolvi debent ex bonis communitatis.*
6 *Cuſtodibus paſcui, ſeu terminorum nulla tribuitur juriſdictio.*
7 *Agitur de* l. 4. tit. 11. lib. 5. ordinamenti, *quæ eſt* l. 12. tit. 7. lib. 7. novæ Recop. *& intelligitur num. 8.*
9 *Legum intentio ſemper malitiis, & delinquendi occaſioni occurrit.*
10 *Pœnam lege impoſitam concordare, & componere Judex non poteſt.*
11 *Cuſtos paſcui publici quando poſſit pœnam incurſam à pecudibus concordare, inſcio Judice, ſeu imburſare.*
12 *Cuſtos publicus juratus integram fidem circa damnum præſtitum, & à pecudibus cauſatum facit, & ibi de* l. 7. tit. 4. libr. 4. fori.
13 *Officiali publico jurato in his, quæ ad officium ſuum ſpectant, regulariter creditur.*
14 *Cuſtos publicus paſcui non poteſt animalia pignorata detinere, ſi ei tradantur alia pignora.*
15 *Domini pecudum paſculantium, ſeu paſtores pro damno à pecudibus facto pignorari, ſeu detineri à cuſtodibus paſcui non poſſunt.*
16 *Debitorem ſuum nemo propria authoritate capere poteſt.*
17 *Damnificator paſcui, qui ex proprio perſonæ facto damnum in paſcuo facit, ab ejus cuſtode detineri, & perſonaliter pignorari poterit.*
18 *Agitur de* l. 1. tit. 17. libr. 5. novæ Recop.
19 *Dominus paſcui privati quomodo & cuſtodem ponere poſſit, & talis cuſtos qualiter pignorare debeat, exponitur.*

CUm animalium, ſive pecorum in alienis fundis abſque dominorum permiſſu paſculantium pignorationes, ſeu capturas fieri jure poſſe ſuprà dixerim, non immeritò, qua forma, & modo fieri debeant, & quos effectus operentur, annectere putavi.

1 Et ſanè clarioris intelligentiæ gratia duo caſus præſupponendi ſunt, & unicuique, quod peculiare eſt, tribuemus. Primus eſt, quando pignoratio hæc fit à cuſtode publico, vulgò *guarda del Concejo.* Alter quando à privato, vel à famulo ſuo, vel cuſtode privatim conſtituto.

2 Circa primum diſtinctionis caſum animadvertendum eſt, quòd conſtitutio, ſeu aſſignatio cuſtodum in propoſito non provenit à fonte, ſive radice juriſdictionis, nec enim ex actu ſolo ponendi cuſtodes in paſcuis probatur juriſdictio, ut ait Bal. in *l. 1. C. locati, in princip.* ſed ratione dominii, *l. in nomine, §. ſancimus, verſic. in Sardinia, C. de officio præfecti prætoris Africæ.* Alexan. *conſ.* 88. *volum.* 5. ubi dicit actus cuſtodiendi, ne damna inferantur, domino tribui. *l. quarundam, in principio, ff. de acquiren. poſſeſſ.* ibi *Simul atque cuſtodiam poſuiſſem.* Franch. *deciſ.* 117. *num.* 2. Natta *conſ.* 672. *num.* 6. *vol.* 5. Hieronymus de Monte *in tract. fin. reg. cap.* 52. & ita debet intelligi, quod tradit Angelus, quem ſequuntur Ruinus, & alii *in l. ne quid, ff. de incendio, ruina, naufrag.* qui arbitrantur, quod domini terminorum, ſeu habentes juriſdictionem, habent poteſtatem ponendi cuſtodes, ut ſit ſenſus, quod hoc procedat, quando cum dominio concurrit juriſdictio, non autem ſola de per ſe, nam ut ait Bald. *in l. à procuratore, C. mandati,* & in *c. 1. §. ex contrario, tit. de rer. alien. fac. in uſib. feudor.* Bart. in *l. 1. ff. de juriſdictione omnium judicum.* Socin. *conſ.* 95. *num.* 8. *& num.* 9. *vol.* 2. *& conſ.* 181. *colum.* 3. *vol.* 2. tria ſunt longè diverſa: *Primum* eſt juriſdictio loci, quæ cohæret perſonæ: *Secundum* eſt dominium locorum, quod eſt penes corpus univerſitatis, Caſtri, vel Villæ: *Tertium* eſt dominium bonorum particularium, quod eſt penes ſingulares perſonas; nihil enim habet commune proprietas terminorum cum proprietate juriſdictionis. Cavalcanus *deciſ.* 45. *n.* 63. *part.* 1. Caſanate, qui plures refert *conſ.* 43. *num.* 7. Joſeph de Seſſe *deciſ. Regni Aragoniæ* 187. *num.* 40. *&* 41. *part.* 2. Calixtus Ramirez *de lege Regia*, §. 24. *num.* 16. Avendan. *de exequen. mand.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 10. & facit text. *in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop.* ubi, conceſſo dominio villæ, non videtur conceſſa juriſdictio, & uno translato, reliquum non transfertur, ut tradit Innocen. *in c. cum ad ſedem, de reſtitutione ſpoliatorum.*

3 Quin imò non ſolum dominus paſcui, ſeu termini poterit cuſtodes nominare, & conſtituere, ſed & ille, qui jus paſcendi jure ſervitutis, ſeu communitatis obtinuerit, ut in *l. ſi ita, §. dominus, ff. de uſu & habitatione,* ibi, *Intereſt enim ejus fines prædii tueri,* per quem ita obſervat *ibi* Albericus *l. inſtrumenta, & l. quæſitum, §. ſaltuarium ff. de fundo inſtructo. l. cum quæritur, §. fi. ff. de legat. 3.*

4 Unde quælibet univerſitas, oppidum, ſeu ejus concilium regulariter ſolet, & poteſt cuſtodes ſuis terminis, & paſcuis præponere; latè Albertus Brunus *conſ.* 101. quidquid Avendannus *in cap. 1. Prætorum, num. 13. verſic. ſin autem,* contrarium innuat, qui tamen ſtatim pro ſuo intereſſe poſſe cuſtodem in omni caſu ab univerſitate conſtitui firmat. Dominus autem juriſdictionis in caſibus juriſdictionem ſpectantibus, etiam cuſtodes poterit aſſignare, ut in portubus. Alexan. *conſ.* 88. *volum.* 5. *in fin.* Chaſſaneus *in conſuetudinibus Burgundiæ, tit. des juſtices,* §. 1. *num.* 12. *&* §. 6. *num.* 59.

5 Et ex hac ratione ſalaria cuſtodum debent perſolvi ex bonis communitatis, Avendannus 2. *part. Prætorum, cap.* 10. *num.* 23. *& dicto cap.* 1. *num.*



*num.* 13. Bobadilla *lib. 5. politicorum, cap. 4. num.* 43. Et horum cuſtodum officium ſtatui plebeiorum ſemper mancipatur, & adſcribitur, ex Ottalora *de nobilitate 5. p. cap. ultim. n. 8.*

6 In hac verò cuſtodum nominatione nulla eis tribuitur juriſdictio, teſte Alexan. *in l. 1. ff. de juriſdictione omnium judicum,* ubi dicit, quod officium cuſtodis eſt nudum miniſterium ſine juriſdictione, & allegat *titulum, extra, de officio cuſtodis,* & idem colligitur ex traditis per Bart. *in dicta l. ſi ut certo, §. de me, ff. commodati,* & per Angelum *in authentica nunc ſi hæres, C. de litigioſis,* & de jure noſtro Re-
7 gio eſt text. expreſſus *in l. 4. tit. 11. lib. 5. ordinamenti reg.* & *l. 12. tit. 7. lib. 7. novæ Recop.* ibi *Con tanto que las dichas prendas ſelleven luego ante la juſticia.* Quæ verba apertè ſupponunt cuſtodes non poſſe, ultra pignorationem, actum Judicis facere, ſed id, delatis ad loci Judicem pignoribus, ei reſervari, nec cuſtos abſque Judicis condemnatione pœnam ſibi, aut univerſitati applicare poterit, ut tradit Avend. *in capit. 1. prætorum, num. 13. in fin.* Azevedo *in dict. l. 12. num. 7.* ubi extendit, etiam ſi captus pœnam ſponte offerat, & perſolvere intuitu redimendi pignus ſit paratus. Nam licèt *dicta lex Regia* innuere videatur pignorum delationem ad Judicem tunc requiri, quando pignoratus pœnam perſolvere recuſaverit, ut patet ibi *Y ſi algunos no quiſieren pagar las dichas prendas, &c.* & ſic per argumentum à contrario ſenſu, quod fortiſſimum eſt in jure, *l. 1. ff. de officio ejus, cui mand. eſt juriſdictio.* Everardus *in Topicis, loco* 4. videbatur contrarium dicendum, pignorato pœnam luere offerente, ut tunc cuſtos non teneretur Judici intimare, & notam facere pignorationem, nec deferre pignora, ut ſuper condemnatione, vel pœnæ incurſu dijudicaret, quod item obſervavit Avendañus, *ubi ſuprà, dict. c. 1. num. 13. & 14.* & iterum *cap. 13. numer. 12. eod. lib.* Tamen oppoſita ſententia, & crebrius obtinuit, & literæ, ac ejuſdem legis contexturæ plus arridet.

8 Etenim prædicta *lex* duos caſus pariſicat, alterum, cum intruſus damnificator ſolvere recuſat; alterum, quando pignora cuſtodi tradere etiam vult, & in utroque providet cuſtodem nihil per ſe judicare poſſe, ſed ad Judicem recurrendum. Præterea, quia idem in cuſtodibus publicis pignorantibus, vel privatis, aut quibuſlibet paſcui, ſeu termini dominis æqua lance decrevit, ut conſtat ex ejus ſerie, ibi *Y mandamos, que puedan ſer prendados por las tales penas los ganados que en las dichas deheſſas fueren hallados por qualeſquiera herederos, ò renteros, ò otros labradores, de los que labraren en los tales lugares, ò ſus hombres, y criados, y ſin pena, y ſin calumnia alguna: Con tanto que hechas las prendas ſelleven luego ante la juſticia de la tal ciudad, villa, ò lugar, do acaeſciere, para que ſe hagalo que fuere de derecho, y ſi algunos no quiſieren pagar las dichas penas, ò no ſe conſintieren prendar los dichos ganados por ellos, que las juſticias de los tales lugares, executen por ellos en las perſonas, ò bienes de los que no quiſieren pagar, ò dexarſe prendar.* Unde idem jus debet cenſeri, quoad pœnas utroque in caſu impoſitas, quia duorum caſuum æquiparatione facta per legem, in uno dictum, etiam in altero cenſetur diſpoſitum, ut communiter notatur in *l. ſi quis ſervo, C. de furtis.* Deinde, quia eſſet ſibi jus dicere in re propria, contra *l. 1. C. ne quis in ſua cauſa jus ſibi dicat.*

9 Rurſus, quia legum intentio, ſicuti judiciis præſtat normam, ita malitiis, & delinquendi occaſioni obvia debet eſſe, quod ſi cuſtodibus, dominis paſcui, ſeu eorum colonis, aut famulis pœnam oblatam accipere, ſibiquè inſcio Judice adjudicare pateret authoritas, frequens eis daretur concordandi pœna, vel etiam (nunc dicam) occultandi occaſio, in grave aliorum vicinorum, vel agricolarum, aut communitatis diſpendium.

10 Et hac ratione prohibitum Judici legimus ſuper pœnis damnatis concordiam cum partibus inire, quando ſententia nondum tranſacta eſt in rem judicatam, *l. 11. tit. 6. lib. 3. Recopilat.* & advertit Guttierez *lib. 1. practicarum, q. 35. n. 4.*

11 Non tamen inficias irem, ſi conſuetudo inveterata hanc cuſtodum, ſeu cæterorum pignorantium authoritatem ad pœnarum adjudicationem, & imburſationem, abſque Judicis miniſterio extenderit, vel municipali ſtatuto id fuerit cautum, ſiquidem ei, & conſuetudini erit eo caſu inhærendum, quæ potens eſt juriſdictionem tribuere non habenti, ut in *capit. Clerici, de judiciis,* & in *capit. licèt ex ſuſcepto, de foro competenti,* & minimè ſunt mutanda, quæ certam interpretationem habuerint, ut in *l. minime, ff. de legibus.*

12 Regulariter tamen cuſtos publicus à concilio deputatus, licèt juriſdictione (ut diximus) careat, juratus tamen in his, quæ circa pignorationem occurrunt, & damnum à pecoribus datum, veluti perſona publica integram fidem facit, & ejus juramento ſtandum eſt, pro quo eſt textus expreſſus de jure fori in *l. 7. tit. 4. lib. 4. fori regalis,* ibi *Todo vinnadero, que guardare vinnas, ſi algun hombre entrare en las vinnas, è fiziere danno el vinnadero tomele pennos, è ſi le defendiere los pennos de apellido, è a los primeros que y llegaren, diga como fizo aquel danno en las vinnas, è conſu jura del vinnadero, que aquello fizo, peche el danno, y el coto, aſſi como es fuero,* & in *l. 15. titul. 11. libr. 5. Ordinamenti,* ibi *Pero que los guardadores de los montes, y del pan, y del vino, y de les paſtos, y de los terminos, porque ſon perſonas publicas, puedan prendar, ſegunſus fueros, y ſus coſtumbres,* & in terminis advertit Avendan. *in cap. 1. Prætorum, n. 15.* Petrus Antibolus *de muneribus, §. 4. n. 206.* Parladorius *libr. 3. differentia 52. §. 1. n. 1.* Pacianus *lib. 1. de probationibus, nu. 48.* Maximè quando ſuper ſatisfactione, aut pœna levi, & modica agitur, aut de parvo crimine, ut colligitur ex Bart. in *l. Divus, ff. de cuſtodia reorum, nu. 8.* Bart. *in l. magis puto, §. illud, in fine, ff. de rebus eorum,* vel quando tota pœna communitati, vel fiſco eſt applicanda. Bart. *in l. ictus fuſtium, n. 3. ff. de his, qui notantur infamia,* & quia pro minima pœna trium, vel quatuor argenteorum nemo peierare præſumitur, ut tradit Barbatia *conſil. 12. numer. 15.* Caletus *in additionibus ad Pacianum, ubi ſuprà, num. 48. litera L.*

13 Nec enim novum eſt in jure, quòd Officiali publico jurato in his, quæ pertinent ad officium ſibi commiſſum credatur, ut in *l. 1. §. & ſanè, ff. de officio Præfecti urbi,* & in *l. cum Prætor, ff. de judiciis, l. magis, §. ne tamen, ff. de rebus eorum.* text. ſing. *in l. fin. C. de ponderatoribus, & auri illatione, libr. 10.* ubi notat *Bart.* quod ſtatur dicto unius, qui deliberatione totius populi conſtituitur Officialis, & quòd conſuetudine, vel lege provideri poſſit, quod uni teſti credatur, aſſerit Anguianus *lib. 3. de legibus, controverſia 19. numero 23.* Maſcardus *concluſione* 654. Maximè cum deponat de proprio facto, & advertit

 Menochius

Menochius *libr.* 2. *de arbitrariis*, *caſu* 99. *num.* 2. *&* 3. Joſephus Ludovicus *deciſ.* 70. *verſicul. Quæ opinio abſque dubio.* Gabriel. *titul. de teſtibus*, *concluſione* 1. *num.* 18. Maſcardus *de probationibus*, 1. *tomo*, *in præfatione*, *quæſt.* 11. *nu.* 15. latè Farinacius *de oppoſition. contra perſ. teſt. quæſt.* 63. *cap.* 4. *num.* 227. *& q.* 56. *num.* 771. ubi agit de dicto Birruarii, & *q.* 52. *num.* 167. ubi agit de denuntiatore. Et quia hæc pignorum judicia regulariter fiunt breviſſimè, & ſine figura, & ſtrepitu judicii, quo caſu unico teſti fides debet impertiri, ut docet Calcaneus *conſ.* 99. Marſilius *ſingulari* 433. Maſcardus *ubi proximè num.* 19. Azevedo *in d. l.* 12. *num.* 6.

14 Quibus circa cuſtodem publicum prælibatis, primo loco conſtituo, quòd, licet pignoratio ab eo fieri poſſit tam in bonis paſculantis, ut putà in veſtibus, vel aliis mobilibus ſecum allatis, quàm in animalibus, adeo quod poterunt detineri, & circumcludi, ut latè diximus *in ſuperiori capite*; tamen, ſi pignoratus offerat bona, quod nos Hiſpano ſermone dicimus vulgò (*prendas muertas*) vel de ſatisfactione damni aliter caveat, tenetur cuſtos animalia, ſeu pecora tradere, ut cum Avendano *dict. c.* 1. *Prætorum*, & melius *cap.* 4. *num.* 30. *verſ. ſed quæro aliquis* tradit Azevedo *ubi proximè*, *num.* 4. & ita deciſum invenio apud Capicium *deciſ.* 45. & praxis hujus Regii Senatus ita frequenter obſervat: & quia cuſtos tantùm præponitur ad cuſtodiam, cujus intuitu ſolum poteſt & pignorare, & denuntiare, & poterit puniri, ſi alicui extraneo paſculandi licentiam conceſſerit, & peccat mortaliter, ſi ultra modum paſcuo uti permiſerit, ſtatuto, vel lege municipali vetante, ut ex Bald. poſt Gloſſam *in l. mercatores*, *C. de commerciis*, *& mercatoribus*, & ex *l. qui Romæ*, §. *Callimachus*, *ff. de verborum oblig.* obſervat Avendan. *dict. cap.* 1. *n.* 14. *verſ. caveat*, & reſtitutioni eſt obnoxius, Gutierrez (qui rem iſtam accuratiſſimè proſequitur) *lib.* 2. *canonicarum quæſt. cap.* 28. *ex nu.* 59. Aviles *in cap.* 3. *Prætorum gloſſ. verbo*, *juriſdiction. n.* 13. Cuſtos verò defenſæ publicæ, debet confirmari à Judice, Azevedo *in l.* 12. *tit.* 7. *lib.* 7. *n.* 6.

15 Perſonas tamen dominorum pecudum paſculantium nec capere, nec detinere fas erit cuſtodi, cum non Judicis, ſed denuntiatoris partes ſuſtineat, cùm in cuſtodiæ aſſignatione, nec juriſdictio inſit, (ut ſuprà dixi) nec potuerit concedi à concilio, vel à domino paſcui, qui eam non habebat, ex regula, *nemo plus juris*, cum vulgatis, *de reg. jur.* juriſdictio enim diverſa eſt à terminorum dominio, ut tradit Bart. *in l.* 1. *ff. de juriſdictione omnium judicum.* Baldus *in l. à procuratore*, *C. mandati*, *&* in *l. quidam*, *ff. de acquirend. rerum dominio*, & in *cap.* 1. §. *ex contrario*, *de rer. alien. fac. in uſibus feudorum*, ut ſuprà diximus: & quòd perſonæ pignoratæ detineri non poſſint, in propoſito tradunt Surdus *conſ.* 561. *nu.* 26. *lib.* 4. Gratianus *diſceptation. forenſ. cap.* 80. *n.* 40.

16 Et ratio eſt, quia nemo debitorem ſuum propria authoritate capere poteſt, ut in *l.* 11. *tit.* 13. *part.* 5. *& in l.* 14. *tit.* 4. *eadem partita*, ubi Gregor. & ex tex. *in l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *recopilat.* latè Azevedo *in l.* 1. *verbo* demandelo, *tit.* 13. *lib.* 4.

17 Quod tamen limita, niſi damnificator ex proprio perſonæ facto læſerit, vel damnum in agro, ſtragemve in paſcuo, aut vineis, vel ſegetibus fecerit, ob quod puniri poſſit, vel pignora æquivalentia tradere renuerit: tunc enim & perſona capi poterit, & ſicut de pignoribus dixi, ita Judici loci præſentari debet: & ita colligitur ex *d. l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 5. *recopil.* ſi enim iſte eſſet exterus, vel alienigena, eo non capto per cuſtodem, aut pignus non dimittente, facilè poſtea vagus, & profugus, vel ignotus cuſtodis denuntiationem eluderet, & Judicis factum fruſtraret, ac prorſus cuſtodis ad Judicem futura acceſſio evaneſceret, cui malo obvenire, & lex, & ratio ſuadet, ut in *l.* 1. *C. quando liceat ſe ſine Judice vindicare*, & conducunt verba text. *in d. l.* 12. ibi, *Y ſi algunos no quiſieren pagar las dichas penas, ò no ſe conſintieren prendar los dichos ganados por ellos, que las juſticias de los tales lugares executen por ellos en las perſonas, y bienes de lo que no las quiſieren pagar, ò dexarſe prendar*, quæ enim iſtius legis eſſet executio, niſi cuſtodi capiendi, & manu apprehendendi exterum damnificatorem paſcui non eſſet conceſſa facultas? Et frequenter ſtatutis locorum talis caſus proviſus invenitur, quibus ſemper erit ſtandum. Et hæc de cuſtode publico dixiſſe ſufficiat, ut ad alterum ſectionis caſum deſcenſum, vel aditum faciamus.

Secundus ergo caſus proximo ſuccedaneus eſt circa dominum paſcui, vel ejus famulum, & cuſtodem privatim conſtitutum pignorare intendentem. Cui omnia in cuſtode publico ſuprà animadverſa (dempta publica fide) æquè conveniunt, ac perpendi ſimiliter, & conſiderari valent. Nam cuilibet privatos ſuos ſaltuarios, ſive proprii agri, aut paſcui cuſtodes adſcribere fas eſt. Cura enim cuſtodiæ ad eum pertinet, qui rei fructus percipere valet, *l.* 2. *ff. uſufruct. quemadmodum caveat*, ac not. Bart. *in l. cotem ferro*, §. *qui maximos*, *n.* 14. *ff. de public.* unde ſignum eſt dominii, vel poſſeſſionis cuſtodiri per ſe, vel per alium privatim conſtitutum. Felinus *in cap. de quarta*, *num.* 27. *de præſcript.* Alexand. *in l.* 3. *ff. de acquirenda poſſeſ.* Afflict. *deciſ.* 167. *num.* 1. Avendan. *dict. cap.* 1. *Prætorum*, *num.* 12. *verſic. ſi verò cuſtodes non ſunt publici.* Matienzo *in d. l.* 1. *tit.* 17. *libr.* 5. *gloſſ.* 6. Unde & poterunt pignorare, & includere animalia, & id ipſum, quòd cuſtodes publici, ut damni, aut pœnæ ſatisfactionem ſecuram faciant, miniſtrare poterunt, & latè in *ſuperiori capit.* diximus. Quin immo non ſolùm pecora, ſeu animalia intra terminum paſcui prohibiti poterunt capere, ſed etiam extrà, dummodo captura fiat in continenti, ex doctrina Saliceti *in l. Gracchus*, *C. ad l. Juliam de adult.* Chaſſanei *in conſuetud. Burgund. titul. des Juſtices*, *rubrica* 1. §. 6. *num.* 15. *& num.* 12. ubi agit, quid, quando ex violenta percuſſione in expellendo animal fuerit mortuum, an cuſtos expellens teneatur, & facit text. in *l.* 24. *tit.* 15. *part.* 7. ibi *Nin loliſie, nin lo fiera.*

## NOTÆ AD CAP. XIX.

REmiſſivè tangebatur *ſuprà in notis ad cap.* 1. 1
electio ſaltuarii facienda per Univerſitatem,
nec non de illius officio; additur *hìc* per *Noſtrum*
*Auctorem* (cujus meminit *in iſto cap. ferè per tot.*
*Romaguerra ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 6. *ru-*
*br.* 12. *ſub num.* 5.) hujuſmodi electionem fieri
etiam poſſe à privato bonorum domino, ſeu ab ha-
bente jus paſcendi ſivè jure ſervitutis, ſivè jure com-
munitatis, *ut n.* 3. non quidem ex capite juriſdictio-
nis, ſed ex motivo cuſtodiæ, cujus actus, ne dam-
na inferantur, domino tribuitur, ut *hìc ſub n.*
2. ac conveniunt *Omnes illi*, qui dixerunt, quod 2
poſſunt apponi cuſtodes per eos, quibus decima
debetur, ad evitandum damnum, & excluden-
das fraudes, Anna *alleg.* 94. *ex nu.* 8. *Covar. var.*
*reſol.*



*reſol. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 8. *Theſaur. lib.* 1. *q. forenſ.* 9.
*Valaſc. de jure emphyt. q.* 30. *n.* 15. *Monet. de de-*
*cim. q.* 6. *n.* 15. *Barboſ. de jur. Eccleſ. univ. tit. de*
*decim. c.* 1. *num.* 42. *Amendola ad Fran. dec.* 117.
3 *n.* 2. *& ibi de Luca pariter nu.* 2. & etiam apponi
per eos, qui bonorum fructus percipere valent,
ut *hìc ad fin.* cum *l.* 2. *ff. uſufruct. quemad. cau.*
ac ſubdendo, quod per appoſitionem cuſtodum pro-
batur poſſeſſio, quod & ultra *ibi allegatos*, dicitur
4 à *Gratian. diſc.* 939. *nu.* 11. *Maſcard. de probat.*
*concl.* 1187. *Poſt. de manut. obſ.* 24. *nu.* 35. *& obſ.*
30. *ante num.* 2. *Rota ibi in Calce Oper. dec.* 546.
*n.* 4. *cor. Coccin. dec.* 344. *n.* 3. *& in rec. dec.* 471.
*n.* 3. *p.* 4.
5 De qualitate perſonæ ſaltuarii eligendi per Uni-
verſitatem ſufficiat dixiſſe debere eſſe hominem pro-
6 bum, & fidum, *ac apud Nos in lib.* 4. *Stat. Ferrar.*
*rubr.* 6. ſancitur quem non poſſe eſſe, *niſi ſit an-*
*nor.* 25. *vel circà, nec caupo, ſeù tabernarius, ma-*
*cellator, ſeù beccarius, piſcator, bubulcus, caſtal-*
*dio, vel famulus alterius, nec alius exercens ar-*
*tem, vel officium, propter quod, vel quam officium*
*prædictum ſaltuarii impediri poſſet.* In cæteris
7 Univerſitatibus ſunt ſervandi mores, ac ordines
illius legitimè facti, ſeù quos conſuetudo intro-
duxit, & de hac ultima ſervanda in electione offi-
cialium, *gloſ. & Bart. in l. ſuper creandis*, *C. de jur.*
*fin. lib.* 10. *Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 16. *num.*
35. & in his terminis videantur *Conciol. ad d. ru-*
*br.* 12. in qua vir iſte nuncupatur *Gualdarius*, &
*ibi Romaguerra, ubi ſub n.* 5. *allegat ultrà Noſtrum*
*Auctorem*, *Pegas ad Ordinat. Portugal. tom.* 5. *lib.*
1. *tit.* 66. §. 6. *&* 25. *per tot.*
8 *Apud Nos in d. lib.* 4. *Stat. Ferrar. rubr.* 8. *Sal-*
*tuarius tenetur omni hebdomada denuntiare Nota-*
*rio damnorum datorum damna, quæ reperiat dari*
*in rebus ſuppoſitis in locis cuſtodiæ ſuæ, videlicèt*
*quis damnum dederit, cui damnum datum fuerit,*
*in quibus rebus, & cum quibus, & quot beſtiis,*
*ſeù perſonis, & tenetur jurare in manibus Notarii*
*ſe non dolo, nec malignitate aliqua ſic denuntiare,*
*aliàs, eo non jurante, denuntiatio non teneat.* Ac
alia peragere, ut *ibi latè* ſancitur.
9 Adeoque ejuſdem Saltuarii publici denuntiatio-
nibus ſtatur *de quocunque damno tantum, ut nec*
*poſſit ipſe accuſatus, vel denuntiatus ſe defendere*
*(niſi Saltuarius denuntiaſſet aliquem dediſſe dam-*
*num cum beſtiis, quas non habet, vel cum majori*
*quantitate, quam debeat ipſe denuntiatus*, facta
de his probatione ab eo *per duos teſtes idoneos*,
*niſi Saltuarius probet legitimè contrarium) vel niſi*
*per indirectam probationem, puta, quod tempore*
*damni dati fuerit abſens perſonaliter, vel quod*
10 *beſtiæ alibi fuerint*; ut in dicto *Stat. rubr.* 14. 15.
cum quo reſpectu fidei dandæ huic Saltuario
publico, concordant tradita *hìc ab Auctore n.*
12. 13. ubi de credendo Officiali publico jurato
in his, quæ pertinent ad ſuum officium, & apud
DD. *in l. quædam* §. *nummularios C. de eden. Giurb.*
*conſ.* 16. *num.* 10. *Maceraten. lib.* 3. *reſol.* 21. *num.*
6. *cum cæteris in mea collect. legal.* 33. *n.* 31. *vol.*
1. *& collect.* 4. *nu.* 135. *vol.* 2. *Card. de Luca tit.*
*de regalib. diſc.* 14. *n.* 5. *lib.* 2. *Rota Genuenſ. dec.* 174.
11 *num.* 16. & reſpectu probationis per indirectum,
nempè per negativam videas, & an, ac quando
ea debeat coarctari, *d. meam collect. legal.* 4. *n.* 85.
*cum multis ſeqq. ubi concordan. & in append. vol.* 2.
*Rotam cor. Cerro dec.* 856. *n.* 7. *& dec.* 894. *n.* 3.
*to.* 3. *ac in recent. deciſ.* 370. *n.* 6. *dec.* 430. *ex nu.*
90. *p.* 18. *& alibi.*
12 Circumſcripta fide quæ non datur Saltuario
privato, cætera de tali officio illi conveniunt,
ut *hìc num.* 19. aſt apud *Nos extat Stat. Ferr. lib.*
4. *rubr.* 31. quo prohibetur, ne à privatis per-
ſonis creentur Saltuarii, quod in effectu non ſer- 13
vatur, cum paſſim eligantur cuſtodes bonorum
in idem coincidentes.
Sed quoad quæſitum *in fine hujus cap.* factum, 14
quid ſit dicendum, ſi ex violenta percuſſione in
expellendo, animal fuerit mortuum (ſeù reddi-
tum aliter imperfectum) *Nos habemus de hoc Stat.*
*Ferrar. d. lib.* 4. *rub.* 57. puniens talem percuſ- 15
ſorem diverſimodè, juxta qualitatem percuſſio-
num, vulnerum, & mortis animalis, ſemper per-
cutiente condemnato ad veram æſtimationem pro
damno illato animali: Quod eſſe conforme ju- 16
ris communis diſpoſitioni pluribus firmatur à
*Conciol. & Romaguerra ad Stat. Eugub.* (ubi
conſimile adeſt *Statutum*) *lib.* 6. *rubr.* 11. *Ca-*
*la de modo artic.* §. 2. *gloſ. unic. nu.* 1069. *Pa-*
*cichel. de diſtant. c.* 6. *membr.* 8. *numer.* 12. 13.
*ubi concord. Hermoſil. ad ll. Hiſpan. l.* 9. *gloſ.* 3.
4. *num.* 85. *tit.* 2. *p.* 5. *tom.* 1. uſque adeo, ut nec
ille, qui paſſus fuit damnum ob mortem animalis, 17
teneatur corium, ac carnem iſtius in computum
æſtimationis, & valoris recipere, ut ſubdit *idem*
*Romaguerra n.* 5. *cum Queſada contr.* 24. *nu. ult.*
De materia *iſtius capit. Noſtro Auctore allegato* 18
agitur *poſt Conciol. à Romaguerra ad Stat. Eugub.*
*lib.* 6. *rubr.* 12.

Illiuſque *hic nu. fin.* prout & *in tract. de Official. Reipubl. lib.* 1. *c.* 9. *& lib.* 2. *c.* 14. ſæpè meminit *Balmaſeda de collect. q.* 95.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XX.

### ARGUMENTUM.

An ex actibus ſingularium vicinorum univerſitati acquiratur præſcriptione jus paſcendi, vel amitti poſſit?

### *SUMMARIUM.*

1 *Singuli de univerſitate quid diverſum conſtituunt, quam ipſa univerſitas.*
2 *Poſſeſſor quilibet in dubio videtur proprio nomine poſſidere.*
3 *Præſcriptio nunquam extenditur de perſona ad perſonam.*
4 *Prohibitio juris paſcendi facta contra particulares de univerſitate non producit jus contra univerſitatem.*
5 *Jus paſcui per actus ſingulorum de univerſitate non acquiritur univerſitati.*
6 *Univerſitas corpus myſticum dicitur, & ex vicinis ſingularibus formatur, & per eorum actus operatur.*
7 *Univerſitas ex actu, vel delicto ſingulorum vicinorum ejus quandoque puniri, & damnari poteſt.*
8 *Univerſitatis jus per unum conſervatur.*
9 *Agitur de doctrina Gloſſ.* in l. ſicut, §. ſi quid univerſitati, ff. quod cujuſque univerſit. nomine.
10 *Univerſitatis privilegium amittitur ex uſu, vel actu contrario particularium.*
11 *Traditur ſingularis diſtinctio, qua conciliantur jura, & Doctores in quæſtione ad partes agitata, an ex actibus ſingulorum univerſitati acquiratur, vel præjudicium irrogari valeat, & num.* 12. *&* 13.

14 *Univerſitas, ſi expreſsè mandavit, decrevit, vel ordinavit, quod vicini aliquem actum facerent, tunc de eorum actibus abſque dubio tenetur, & ſibi acquirit, vel præjudicat.*
16 *Ratihabitio univerſitatis in actibus ſingulorum inducitur ex eo, quod Officiales publici ſciverint, & non contradixerint, & habetur loco mandati.*
17 *Scientia actus utilis, vel damnoſi, ubi non adeſt contradictio, vel proteſtatio, approbationis vim obtinet, cujus rei traduntur exempla.*
18 *Scientia regulariter non præſumitur.*
19 *Scientia actuum ſingulorum vicinorum quando præſumatur in univerſitate, & ejus Officialibus, & num. 20.*
21 *Scientia præſumitur, quando actus ſunt geminati.*
22 *Univerſitas ex facto particularium regulariter prægravari non poteſt.*

1 IN hac quæſtione pro negativa parte illud primo loco ſe offert, quòd diverſum jus conſideratur in ſingulis, quam in univerſitate, quia, licèt univerſitas ex ſingulis formetur, aliud erit ipſa univerſitas, & aliud homines, & vicini ſingulares de univerſitate, ut in *l. ſicut*, *§. ſi quid*, ubi Gloſſ. & Bartol. *ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, & in *l. in tantum*, *§. univerſitatis*, *ff. de rerum diviſ.* Grotus *conſ.* 145. *num.* 9. Pariſ. *conſ.* 91. *num.* 1. *vol.* 4. Berojus *conſ.* 92. *num.* 16. *vol.* 1. Afflict. *in conſtit. Regni Siciliæ*, *tit. de animalibus in paſcuis affid. num.* 12. Decius *conſ.* 61. *num.* 3. Bertrand. *conſil.* 142. *colum.* 1. *volum.* 3. Antonius Gabriel, qui plura in propoſito advertit, & congerit *libr.* 6. *titulo*, *quod cujuſque univerſitatis nomine*, unde ex actu, vel delicto ſingulorum univerſitas non venit punienda, ut ait Bart. *in l. aut facta*, *§. fin. ff. de pœnis.* Decius *conſil.* 221. Stephanus Panquin. 1. *part. concluſionum commun. concluſ.* 25.

2 Secundò, quod quilibet poſſeſſor (in dubio) nomine proprio, & ut ſibi tantum acquirat, videtur poſſidere, aut præſcribere, non verò alieno, *l. & magis*, *ff. de ſolutionibus.* Natta *conſ.* 514. *Tria proponuntur*, *num.* 26. *vol.* 3. & *conſ.* 634. *Prælecto*, *n.* 19. *eodem volumine.* Rolandus à Valle *conſ.* 46. *In præſenti conſultatione*, *n.* 44. *& ſequenti*, *volum.* 3. latè Maſcardus *concluſ.* 1198. *per totam.*

3 Tertiò, quia præſcriptio nunquam extenditur de perſona ad perſonam, ut tradit Bart. *in auth. qui rem*, *circa finem*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* ubi Jaſ. *col.* 8. *verſ. quod tenendum.* Alex. *conſ.* 9. *in princip. vol.* 3. & *conſ.* 173. *col. fin. verſ. ulterius etiam dico*, *vol.* 6. Tiber. Decian. *reſp.* 22. *nu.* 26. *vol.* 1. & *reſponſ.* 51. *num.* 31. *vol.* 2. Joann. Garcia *de expenſ. & meliorationibus*, *cap.* 9. *num.* 38. *uſque ad num.* 43. quia tantùm præſcriptum, quantum poſſeſſum, ut in *l.* 1. *§. fin. ff. de itinere*, *actùque privato. l. denique* cum *l. ſequenti*, *ff. ex quibus cauſis majores. l. caſus*, *ff. de uſucapionibus.* Decianus *ubi ſupra*, *n.* 27. & *conſ.* 11. *eodem n.* 27.

4 Quartò, quia prohibitio juris paſcendi facta contra particulares de univerſitate tantum producit jus contra ipſos particulares, non verò contra univerſitatem, Bald. *in §. item lapilli*, *Inſtit. de rer. diviſ.* Afflict. *deciſ.* 388. *num.* 7. Natta *conſ.* 107. *n.* 1. Caſanat. *conſ.* 39. *num.* 18. cùm ergo contrariorum eadem ſit diſciplina, jus, & ratio, ut in *l. penult.* & *ibi* Bald. *C. de ſolutionibus*, tex. *in §. illud*, *Inſtit. de ſocietate*, latè Everardus *in Topicis legalibus*, *loco* 75. quod dicimus de prohibitione, idem dicendum venit de acquiſitione.

5 Quintò in terminis paſcui, quod per actus ſingulorum non acquiratur univerſitati, expreſsè firmavit Cuman. *conſ.* 158. latè Philip. Corn. *conſ.* 299. *volum.* 1. *per totum*, maximè *num.* 15. ubi dicit, quod, licet homines, ſeu vicini alicujus caſtri poſſederint aliquod prædium eorum animalibus paſculantibus in eo, incidendo ligna, vel alia ſimilia faciendo; non tamen per hoc acquirunt poſſeſſionem univerſitati, nec per teſtes ita deponentes probabitur poſſeſſio ab univerſitate, quia neceſſariò debet conſtare de mandato univerſitatis, & non poteſt dici factum ab univerſitate, quod non fit, congregato concilio, & allegat text. *in l.* 1. *§. municipes*, ibi: *quia univerſi conſentire non poſſunt*, & in *l. ſi ego*, *ff. de negotiis geſtis*, & alia jura in propoſito, & ita ſe conſuluiſſe contra communitatem Cobuldullii (ut re vera conſuluit, ut habetur *conſ.* 46. *vol.* 3.) & idem repetit *conſ.* 63. *vol.* 4. ubi ait, quod univerſitas non quærit poſſeſſionem ex actibus particularium. Decius *conſ.* 221. *num.* 5. latè Pariſius *conſ.* 27. *num.* 102. & *ſequenti*, *vol.* 1. Bertrandus *conſ.* 42. *nu.* 62. *par.* 2. *vol.* 2. Rubeus *conſ.* 4. *in fine.* Petrus Surdus *conſ.* 28. *ex nu.* 2. Boſſius *in praxi*, *tit. de pluribus violentiis*, *n.* 6. & alii confeſtim *infrà* referendi.

Contraria tamen ſententia, & quod præſcriptione poſſit ex actibus particularium acquiri univerſitati jus paſculandi, & etiam ex prohibitione ipſius facta amitti, ſequentibus firmatur fundamentis.

6 Primò, quia univerſitas eſt corpus myſticum, quòd ex vicinis, & particularibus, tanquam membris formatur; unde, quemadmodum ſingula humani corporis membra deſerviunt ei, & ſubminiſtrant, ita vicini ſingulares in actibus ad univerſitatem ſpectantibus ei prodeſſe, & nocere poſſunt, & actio illorum Univerſitatis vocatur, quia univerſitas de per ſe non poteſt operari, quia eſt perſona ficta, & repræſentata, ut in *l. mortuo*, *ff. de fidejuſſoribus*, & in *c. novit*, *de iis*, *quæ fiunt à Prælatis.* Roman. *conſ.* 670. Menoch. *de arbitrariis*, *caſu* 183. *n.* 16.

7 Secundò, quia ex hoc provenit, quòd ex actu, vel delicto particularium univerſitas poteſt condemnari, & puniri, *l. metum*, *§. animadvertendum*, *ff. quod metus cauſa.* Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 39. *n.* 3. Bart. *in l. civitas*, *n.* 2. *ff. de rebus creditis.* Ancharanus *conſ.* 158. *Ex narratis in facto*, verſ. *præterea.* Julius Clarus *in praxi*, *§. fin. q.* 16. *num.* 7. & 8. Villalobos *in ærario commun. opinion. verb. Univerſitas.*

8 Tertiò ex eo, quòd per unum de univerſitate retinetur jus univerſitatis, *l. ſicut*, *§. fin. ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, proſequitur latè Jaſ. *in l. fin. ff. de conſtitut. Princip.* & ex actu alicujus exteri, qui ſuis ovibus alieno paſcuo utitur, turbatur tota univerſitas, ut per *textum*, juncta Gloſ. *in l. duo ſeparatim*, *ff. de uſufructu legato*, & in *l.* 1. *§. municipes*, *ff. de acquirend. poſſeſ.* Bald. *in l. ſi plures*, *C. de conditionibus inſertis*, & Oldradus *conſ.* 66. & tradit Avendannus *c.* 13. *Prætorum*, *num.* 13.

9 Quartò, conducit in propoſito Gloſ. *in dict. l. ſicut*, *§. ſi quid univerſitati in fine*, *ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, & *ibi* doctrina *Baldi* docentis, quod, ſi homines ſingulares villæ paſculaverint in nemore, tanquam in nemore univerſitatis, intelligitur ipſa univerſitas poſſidere per particulares, taliter quòd ipſum poſſeſſum à paucis extenditur ad univerſos, & *Baldum* ſequuntur Paulus de Caſtro, *circa finem*, & Albericus *ibid.* Pariſius *conſil.* 111. *num.* 64. Curtius *conſ.* 77. *col. penult. & fi.* Hondedeus *conſ.* 17. *n.* 78. *lib.* 1. Cumanus *conſ.* 168. *colum.* 3. Afflict. *deciſ.* 376. *num.* 6. Hieronymus de Monte *de fin. regun. c.* 72. *num.* 12.



10 Quintò his conſonat, quòd privilegium conceſſum univerſitati amittitur ex contrario uſu particularium, ex celebri *conſ.* Abb. 38. *vol.* 2. & in jure venandi, Natta *conſ.* 522. *n.* 15. Anguiſſola *conſ.* 59. *num.* 11. & in jure paſcendi expreſsè Capicius *deciſ.* 209. *num.* 29. & plura cumulat Theſaurus *deciſ.* 16. *per totam.*

Ex iſtis profectò pro utraque parte adductis, anceps redditur, & ambigua diſputatio noſtra. Verum rationum oppoſitarum, & argumentorum repugnantium phalangem hanc brevi diſtinctionis fœdere conciliabimus, & ad praxim ſimultaneam reducemus.

11 Nam, aut actus particularium, vel ſingulorum ab ipſorum factis ſimpliciter, & immediatè prorſus dependent, aut aliquo univerſitatis, ſeu collegii ordine, mandato, ſeu approbatione, vel quolibet alio munimine fiunt, & adjuvantur. In primo caſu procedunt fundamenta *in principio* negativè formata, & Doctorum axiomata eis adjecta. In ſecundo oppoſitæ ſententiæ excogitata tutamina, & Doctorum ſuadentium placita.

12 Itaque, ſi vicini ſingulares cujuſdam oppidi in alieno paſcuo armenta ſua immiſerint, vel eis in communi, vel conſueto loco depaſcentibus fuerit facta prohibitio per tales actus de per ſe ſimpliciter, & ſingulariter factos, univerſitati nec in præſcriptione juris quærendi, nec in amiſſione juris quæſiti præjudicium fiet; quin imò nec aliis vicinis ſingularibus nocere poterunt, cùm memo ex alterius facto prægravari poſſit. Et quia præſcriptio eſt ſtricti juris, nec de perſonâ ad perſonam extenſionem recipit, ut notat Inno. *in c. dilecto*, *de capellis Monachorum*, Bar. *in l. cum de in rem verſo*, *ff. de uſuris*, *in fin.* (& *ſupra* diximus) & ex hoc, ſententia ſuper jure paſcendi lata contra communitatem vicinis ſingularibus non obeſt, ut deciſum fuit in Rota apud Farinacium 1. *part. noviſſimarum*, *deciſ.* 458.

13 Si verò ſingulares vicini tali modo paſculaverint, quòd in his actibus poſſint conſiderari, non ut particulares omnino, ſed ex aliquibus circumſtantiis, & conjecturis, ut univerſi, vel illius communitatis membra; tunc & in acquiſitione juris paſcendi, & in amiſſione prorſus communitati præjudicabunt, & conſequenter aliis de univerſitate vicinis collegis, ſeu concivibus. Alias enim rarò, vel nunquam contingeret caſus, in quo univerſitas, vel communitas jus aliquod acquirere, vel amittere poſſet; cùm certo certius ſit univerſitatem quamlibet (& ſi perſonam fictam) capacem eſſe, & acquirendi, & amittendi. Unde pro clariori hujus rei cognitione aliqui caſus ſunt conſtituendi.

14 Primus eſt, quando univerſitas, communitas, vel collegium expreſsè mandavit, decrevit, aut ordinavit, quòd vicini accederent ad locum paſcui, & pecora in eo immitterent; tunc enim actus ſingularium vicinorum univerſitati mandanti, vel ordinanti ſunt tribuendi, ex doctrina Innocentii in *cap. bonæ*, *in* 2. *verb. temere recedentes numero ſeptimo in fine*, *de poſtulatione Prælatorum*, Felinus *in cap. cum omnes*, *numero* 27. *de conſtitutionibus.* Socinus *in l.* 1. *§. fin. in fin. ff. de acquir. poſſeſ.* ubi advertit, quòd, licet univerſitas non acquirat poſſeſſionem, niſi communicato conſilio, tamen, ſi agatur de executione facti, ut quia jam eſſet data licentia apprehendendi, tunc nuda apprehenſio poterit fieri per particulares, & per eorum apprehenſionem erit acquiſita communitati poſſeſſio, quod in propoſito extollit Pariſius *d. conſ.* 111. *num.* 71. *vol.* 1. Petrus Surdus *d. conſ.* 28. *n.* 39. Philippus Corneus *d. conſ.* 249. *vol.* 1. *conſilio* 46. *vol.* 3. Puteus *deciſ.* 26. *lib.* 2. Maſcard. *ubi ſuprà*, *d. concl.* 1190. *num.* 10. & *num.* 19. Decius *conſ.* 221. ubi docet cautum debere eſſe Avocatum in articulando univerſitatis nomine particulares uſos fuiſſe nemore, vel paſcuo, ac ſcientibus ejus adminiſtratoribus, Petrus Benintend. *d. deciſ.* 70. *numero* 17. & poſſeſſio ſemper regulatur ex præcedenti, ſeu prævio titulo, *l.* 2. ubi Gloſ. & Doctores, C. *de acquirenda poſſeſſione*, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de exceptione rei judicatæ*, *l. qui negotiationem*, ubi Bart. *ff. de adminiſtratione tutorum*, Alciatus *de præſumptionibus*, *reg.* 2. *præſumptione* 23. Deciſio Pedemontana 58. *num.* 18. Becius *conſ.* 6. *nu.* 6. Et ille videtur facere, cujus nomine fit, ut *in l. quod meo*, *ff. de acquirend. poſſeſſ.*

15 Secundus caſus eſt, quando non conſtat de mandato, nec datur aliqua prævia communitatis ordinatio, vel diſpoſitio, quæ actus particularium vicinorum antecedat, ſed tantùm concurrit ratihabitio univerſitatis expreſſa, vel tacita approbatio Decurionum, vel Officialium, tunc enim ex actibus particularium univerſitati præjudicium fit, quemadmodum diximus in caſu mandati, cui ratihabitio, ſeu approbatio aſſimilatur, ex *regula*, *ratihabitionem*, *de regul. juris.*

16 Iſta autem ratihabitio, ſeu approbatio univerſitatis inducitur ex eo, quod univerſitas ſciverit, non contradixerit; patientia enim ejus, vel adminiſtratorum, & officialium habetur loco mandati, ut in *l. qui patitur*, *ff. mandati*, & inducit conſenſum in his, in quibus contradictio eſt neceſſaria, ut in *cap. fin. de jurejurando*, *lib.* 6. ibi *Te expreſsè mandante, vel etiam ex poſt facto ſciente, ſeu ratum habente, ſeu non revocante*, *l.* 2. *§. voluntatem*, *ff. ſoluto matrimonio*, Innocent. *in cap. ex parte*, *de reſcriptis*, Abbas cum Gloſſ. *verbo*, *protinus contradixit*; in *cap. cum olim*, *de officio delegat.* & ita docet noſter Coryphæus Bart. *in d. l. ſicut*, & Gloſſ. *in d. §. ſi quid*, & *ibi* Caſtrenſis, *in fin.* ubi loquitur in fortioribus terminis, nempè quando non conſtat quòd particulares uſi fuerint, tanquam re univerſitatis; quia adhuc præſumptio ineſt, quòd univerſitatis nomine uſi fuerint: ſequitur *conſ.* 77. *Super motivis*, *col. penult.* & ante eos id ipſum placuit Guillielmo Cumano, qui ait, quòd ſi tales particulares interrogarentur, reſponderent utique ſe dictis bonis eſſe uſos: quia univerſitati jus tale competebat: & hoc modo declarat Cæpolla *in tractatu de ſervitutibus ruſticorum*, *de ſervitute juris paſcendi*, *col.* 8. *verſi. ſed dubium.* Afflict. *deciſione* 377. *numero* 5. Ruinus *conſil.* 129. *num.* 11. *vol.* 4. ubi dicit faciliùs hoc procedere, quando non agitur de acquirendo, ſed de retinendo, quia quoad poſſeſſionis retentionem non requiritur mandatum, ut latiſſimè comprobat Pariſius *conſil.* 111. *numero* 64. *vol.* 1. Bartol. *conſ.* 24. *vol.* 1. Ant. Gabriel. *d. lib.* 6. *commu. opin. titulo*, *quod cujuſque univerſitatis nomine*, *concluſ.* 2. *n.* 2. & in hoc caſu procedunt Doctorum aſſertiones à nobis perpenſæ

*ſuprà in quinto fundamento affirmativæ partis,*
17 quæ hìc maximè conducunt. Nam concors Doctorum opinio eſt, quòd ſciens actum ſibi damnoſum, vel utilem, ſi tacet, videtur approbare, ut *in l. 1. §. ſcientiam, ff. de tributoria in rem actione*, ibi: *Sed, ut ego puto, non voluntatem, ſed patientiam*; & ibi: *Si igitur ſcit, & non proteſtatur, & non contradicit, tenebitur*, Gloſ. *in l. fidejuſſor, §. pater, ff. de pignoribus*, ubi Bart. *num.* 13. Rota Genuenſis *deciſione* 14. *num.* 83. Menochius *conſ.* 120. *num.* 10. etiam ſi agatur de re maximi ponderis, ut in *l. 2. §. 1. ff. ad municipalem, l. ſi ſervus communis, ff. de donationibus inter. cap. ſervus ſciente, diſtinctione* 20. Alexand. *conſil.* 130. *numer.* 16. *lib.* 4. Decius *conſ.* 427. 5. Nevizan. *conſil.* 19. *numer.* 10. quin immo in actibus paſculandi, & lignandi ita tradit Socinus Junior *conſil.* 135. *Non obſtant his, n.* 15. *verſicul. Secundo reſpondetur, vol.* 2. ubi ponit exemplum in laboratoriis, mediariis, aut colonis, data ſcientia, & taciturnitate dominorum, & probat præſumi mandatum præceſſiſſe, juxta *legem ſi remunerandi, §. ſi paſſus, ff. mandati*, & notat Gloſſ. & cum ea *Bart.* & alii in *l. 1. ff. de negotiis geſtis*, accuratiſſimè in propoſito Craveta omnino videndus, *de antiquitate temporum*, 4. *parte, §. materia iſta, num.* 86. ibi *Sed poſſet aliquis dubitare circa textum in dict. l. ſi quiſquam, an illa poſſeſſio, ſeu quaſi quæſita ex prohibitione aliorum, ne piſcaretur in certa parte fluminis, proſit contra omnes etiam non prohibitos: an verò contra prohibitos tantum. Eo puto, quòd ſi talis prohibitio deveniat ad notitiam totius populi, aut majoris ejus partis, & nullus contradixerit, quòd acquiratur jus contra omnes, aliàs contra prohibitos tantùm: &c.* & paulò inferius, ibi *Sed puto ſufficere prohibitionem eſſe factam aliquibus, dummodo venerit ad notitiam aliorum, aut majoris partis cum patientia ſubſequuta, ſicut dicitur in conſuetudine, quæ inducitur ex duobus actibus tantùm contra totum populum, quando illi actus devenerint ad notitiam totius populi, aut majoris ejus partis, deinde populus acquieverit per longum tempus, &c.* Et ex hoc provenit, quòd nulla communitas ex facto particularium punitur, niſi ex ejus conſilio, mandato, vel deliberatione, aut ſcientia cum patientia, & tolerantia ipſius communitatis particulares deliquerint, ut tradit deciſio *Pedemontana* 39. & *deciſ.* 88. apud Cacheranum Oſaſcum, Azevedo *in Curia Piſana, lib.* 4. *c.* 3. *per totum*, latiſſimè Farinacius *in praxi,* 1. *part. quæſt.* 24. *ex num.* 124. & nos etiam fortaſſis dicemus *in cap. de damno, & ejus ſatisfactione*, Rolandus à Valle *conſ.* 6. *n.* 41. *verſic. ulterius*, Hieronymus de Monte *ubi ſupra, n.* 13. Maſcard. qui alios refert, *d. concl.* 1190. *num.* 13.

18 Et, licet ſcientia regulariter non præſumatur, ut in *l. verius, ff. de probationibus*, tamen conjecturis, & indiciis inducitur, & probatur, ut docet Craveta *conſ.* 193. *num.* 6. Cavalcanus *deciſ.* 36. *num.* 27. Menochius *de arbitrar. jud. caſu* 89. *num.* 17. Covarr. *in c. filius noſter, num.* 1. *de teſtamentis.*

19 In propoſito tamen ex qualitate actus particularium reſultat ſcientia univerſitatis; veluti ſi non ſit momentaneus, ſed ſucceſſivus, vel reiterabilis, ut actus paſcendi, aquandi, lignandi, aut colligendi fructus: quia talis actus ſemper præſumitur natus univerſitati, Anchar. *conſ.* 158. *n.* 12. *verſ. Ad hoc dico*, ubi ait, *quod ſi commiſſum fuerit delictum aliquod ſucceſſivum, & continuatum per particularem alicujus loci, & communitas non contradicat, ex tali taciturnitate puniri poteſt univerſitas, tanquam ab ea factum ſit delictum: habetur enim talis taciturnitas pro ratihabitione, quando talis actus eſt ſucceſſivus, & non momentaneus: nec requiritur hoc caſu, quod præceſſerit legitima congregatio in concilio ſono campanæ*, ſequitur Anania *in cap. dilectus, in 2. n. 12. de ſimonia*, Felinus *in c. cum omnes, n. 30. de conſtitutionibus.*

Rurſus probatur etiam, quando emolumentum 20
eſt conſiderabile, vel damnum grave, ut in ſimili arguit Craveta *conſ.* 168. *num.* 5. & *conſil.* 168. *in fine*, Guido Papæ, *quæſt.* 127. vel quando datur ſcientia in aliquibus Officialibus, Decurionibus, vel Deputatis: quia iſte eſt modus accommodatiſſimus, & naturalis probandi ſcientiam univerſitatis, ut docet Natta *conſ.* 522. *n.* 9. & 15. Anguiſſola *conſ.* 59. *n.* 11. & 12. latè Farinacius *deciſ. Rotæ* 507. 1. *parte noviſſimarum* (ubi an ſcientia Officialium arguat ſcientiam Domini loci, vel Univerſitatis in lite, & controverſia ſuper paſcuo, diſſerit) vel quando plures ſunt actus, & gemina- 21
ti, Natta *ubi proximè, n.* 9. & conducit, quod notat Joan. Garcia *de expenſis, & meliorationibus c.* 9. *n.* 50. ubi Judicis arbitrio relinquit, quot actus hanc ſcientiam, vel conſenſum populi inducant, affirmat: vel etiam ſi publicè, & palam tales particularium actus fierent, Theſaurus *deciſ.* 16. *n.* 16. vel ſi eſſet publica vox, & fama; ut tradit Pariſius *conſ.* 91. *n.* 47. Craveta *conſ.* 193. *n.* 6. Item, ſi accedat temporis diuturnitas, Baldus *in l. ſi filius, C. de petitione hæreditatis*, Pariſius *conſ.* 85. *n.* 13. *lib.* 4. Craveta *conſ.* 640. *n.* 10. *lib.* 4. & alios modos probandi, & convincendi hanc ſcientiam colligere poteris ex his, quæ tradit in propoſito Caſanate *dict. conſ.* 39. *ex n.* 30. ubi notat, quod per teſtes ſingulares verificatur ex Bellamera *deciſ.* 746. Afflict. *deciſ.* 253. *n.* 8. & de iſta ſcientia videndus eſt Joann. Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 4. *ex n.* 19. & *gloſſ.* 17. *n.* 42. Maſcardus *concluſione* 1294.

Unde, cùm ex facto particularium concilium, 22
ſeu univerſitas prægravari non valeat, nec ſingulorum vicinorum actio univerſitati in dubio tribui debeat regulariter, niſi probato mandato, vel ſcientia; ex hoc (ni fallor) in Curia noſtra fluxiſſe exiſtimo ordinarium, & frequens decretum apud nobilitatis Judices, quod, ſi aliqui vicini, vel Officiales, vulgò (*empadronadores*) alicui, qui ſe pro nobili gerit, pignus extorquent, & fortè ſuſpicio inſtat, quòd prædicta pignoratio ex particulari odio, ſeu inimicitia Officialis pignorantis facta fuerit; hoc caſu per dictos Judices expeditur Regium mandatum directum Concilio, vel Communitati, ut ratificet tale pignus, vel reſpondeat, quid de eo, ex qualitate, ac conditione pignorati ſentiat, vel an concilii mandato, vel permiſſu pignus fiat, ne alias, hoc deficiente, ob factum vicini particularis Concilium ſequi litem compelleretur, & expenſis ejus proſequutioni maneret obnoxium.

## NOTÆ AD CAP. XX.

OMiſſis illis, quæ ad partes pro negativa, & 1
affirmativa adduntur in *hoc cap. per Auctorem*; pro vero cenſeri debet, quod ex actibus particularium quæritur jus iſtud paſcendi, ſicuti & quodlibet aliud conſimile Univerſitati, quia ipſi actus privati civium jus in communi, & publico faciunt: non autem in particulari, incipitquè quaſi poſſeſſio, & deindè actio pro Univerſitate præſcribendi, ita Capiblanc. *de baronib. in pragm.* 8. *p.* 3. *numero* 132. 133. *lib.* 1. *allegans inter alios* Cæpoll. *de ſervit. jur. paſcen. numer.* 25. Surd. *dec.* 236.



2 Hanc tamen veritatem ita demum agnoſcunt *Alii*, ſi ſingulares paſcua ſuſceperint nomine Univerſitatis, ſivè de ejus mandato, & ratihabitione opportuno tempore facta taliter, ut non ſufficiat probare ſingulares paſculaſſe eorum animalia in loco, ita cum multis Barbat. *de diviſ. fruct. p.* 1. *cap.* 6. *nu.* 51. *ubi allegat.* Bocat. *ad Conſt. March. gloſ.* 6. *nu.* 68. Carpan. *ad ſtat. Mediol. lib.* 2. *cap.* 499. *nu.* 8. Monte *de fin. regun. cap.* 72. Loſæum *de jur. univerſ. p.* 3. *cap.* 16. Rovit. *conſ.* 30. *n.* 11. *lib.* 2.

E contra, ſi Univerſitas ſciverit prohibitiones
3 factas particularibus, nec reclamaverit, ſeque oppoſuerit, ſibi præjudicat, ex multis apud Caſſan. *alleg.* 39. *num.* 19. & *conſ.* 40. 41. *de quo, & aliis* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 17. *n.* 59. *tom.* 1.

Quæ *hìc ſub num.* 15. dicuntur de ratihabitio-
4 ne æquiparata mandato, & quidem ſpeciali, confirmantur à traditis à Sabel. *in ſumma verb. ratiſicatio, num.* 13. *tom.* 4. Urceol. *de tranſact. quæſt.* 13. *num.* 24. *cum plurimis in mea collucт. legal.* 4. *num.* 35. & *collucт.* 29. *num.* 27. 28. *vol.* 1. Rota *cor.* Alex. VIII. Otthobon. *dec.* 116. *num.* 21. & *paſſim*, immò, quod operetur pluſquam manda-
5 tum ſpeciale, *Appendic. ad meam collucт.* 2. *n.* 31. *vol.* 2. *cum* Rota *in rec. dec.* 114. *n.* 9. *p.* 19.

Et de probatione ipſius ratihabitionis, ſeù ra-
6 tificationis, *hic num.* 16. & *ſeqq.* videantur Sabel. *d. verb. ratificatio ſub n.* 4. Rota *cor.* Merlin. *deciſ.* 615. *tom.* 2.

Ac concluſio *hìc poſita n.* 18. pleniùs communi-
7 tur *in d. mea collucт. legal.* 29. *n.* 43. Rota *cor.* Buratt. *deciſ.* 658. *n.* 4. & *cor.* Alex. VIII. Otthobon. *deciſ.* 269. *n.* 11. 12.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXI.

### ARGUMENTUM.

De interruptione juris paſcendi.

### *SUMMARIUM.*

1 *Interruptio juris paſcendi dupliciter poteſt cauſari.*
2 *Interruptio naturalis quæ ſit, & ejus exempla traduntur.*
3 *Interruptio civilis quæ dicatur, & ejus traditur duplex differentia.*
4 *Interruptio judicialis quæ ſit, & quæ extrajudicialis, cujus exempla proponuntur, n.* 5.
6 *Jus paſcendi quando interrumpatur naturaliter.*
7 *Simplex turbatio poſſeſſionis non operatur interruptionem juris paſcendi.*
8 *Interruptio cauſatur ex titulo vitioſo, vel mala fide.*
9 *Interruptio naturalis ut cauſetur, neceſſarium eſt, quod impeditus, vel turbatus contradictioni acquieſcat, & non reclamet.*
10 *Interruptio naturalis non cauſatur ex actu omnino violento, & de facto, quando turbatus ex eo, quod durat violentia, aut metus, querelam ponere, ſeu reclamare perhorreſcit.*
11 *Interruptio non cauſatur quando turbatus in continenti recuperat poſſeſſionem, vel ad eam redit.*
12 *Interruptio civilis in jure paſcendi querelam in judicio deductam expoſcit.*
13 *Interruptio præſcriptionem non impedit, quando turbatus in poſſeſſione, vel querelatus adhuc continuavit poſſeſſionem, vel in ejus favorem (lite mota) fuit lata ſententia.*
14 *Interruptio in jure paſcendi, an ex acclamatione, denunciatione, vel querela extrajudiciali producatur, & formetur, & numer.* 15. *& num.* 16. *ubi referuntur fundamenta negativæ partis.*
17 *Referuntur in propoſita interruptionis quæſtione fundamenta aſſertivæ opinionis.*
18 *Quælibet contradictio ſufficit ſive re, ſive verbis ad declarandum animum.*
19 *Adducitur, & ponderatur circa interruptionem text.* in cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſ. & propriet. *& intelligitur in propoſito, num.* 23.
20 *Interruptio cauſatur ex contradictionibus, ſeu acclamationibus extrajudicialibus, ex aliquorum Doctorum ſententia, qui referuntur, & num.* 21.
22 *Juri paſcendi aſſentire, & acquieſcere videtur, qui cum poſſit, nec pignorationem facit, nec querelam in judicium deducit.*
24 *Interrumpi præſcriptionem, vel dormire, ſatis diverſum eſt apud Doctores, & quid in utroque caſu.*
25 *Acclamatio, vel querela extrajudicialis hominum miſerabilium, & pauperum, in homines divites, & opulentos, cum quibus congredi, & litigare formidant, juris paſcendi præſcriptionem interrumpit.*
26 *Interruptio utrum in præſcriptione immemoriali dari poſſit, & n.* 27.
28 *Interruptio conſiderabilis eſt tantum, quando præſcriptio eſt in fieri, non verò quando perfecta, & num.* 29.
30 *Præſcriptio ſemel completa non deſtruitur, niſi per tantum tempus contrarii uſus, per quod fuit acquiſita, & cauſata.*
31 *Interruptio ex unico contradictionis actu cauſatur.*
32 *Interruptio quomodo teſtibus probetur.*
33 *Interruptio non cauſatur ex actu nullo.*

DUplici modo cujuſlibet præſcriptionis, ſi- 1
ve juris quærendi cauſatur interruptio, id eſt vel naturaliter, vel civiliter.

Naturalis interruptio illa dicitur, quando de- 2
ficit aliquod ex requiſitis ad præſcriptionem neceſſariis, ſi abſit, nempe per aliquod temporis intervallum, poſſeſſio, bona fides, vel titulus, cujus rei exempla ſubminiſtrat Gloſ. *verbo interrupta*, in *cap. placuit, in ſecundo, §. hæc, de præſcriptionibus*, & de hac loquitur textus in *l. naturaliter, & in l. ſi is qui pro emptore, ff. de uſucapion.* Balbus *de præſcription.* 3. *parte ſextæ partis, in principio.* Ferretus *in l.* 3. *n.* 44. *ff. de uſucapionibus.* Covarruvias *in regula poſſeſſor,* 2. *part. §.* 12. *in principio.* Pechius *in regula ſine poſſeſſione, à n.* 5. *de regulis in* 6. & hæc vocatur vera, & propria interruptio, utpotè cum poſſeſſioni ſit inimica, & per eam trunca fiat, & ceſſet.

Civilis verò formatur ex aliquo actu superve- 3
nienti, qui legis miniſterio eam producat, ut docent Doctores *ſuprà* relati, & verſatur in duplici differentia, nam altera eſt extrajudicialis, altera verò in judicii actibus vertitur. Gloſ. *verbo, interrupta*, in *dict. cap. placuit*, & in *l. cum notiſſimi, §. immo, C. de præſcriptione* 30. & *ibi* Salicetus.

Judicialis

4 Judicialis eſt illa, quæ fit per actum judicialem, veluti per citationem, ut in *d. l. cum notiſſimi*, & in *l. ſicut in principio, C. de præſcriptione* 30. & in *d. §. hæc, de præſcrip.* & in *l.* 29. *tit.* 29. *part.* 3. & *ibi* Gregor. *in gloſ. in verbo, emplacar*; vel per litis conteſtationem, ut in *l. motæ litis, C. de rei vendicatione, l.* 2. *C. de præſcriptione longi temporis, l. nemo, C. de acquir. poſſeſſione, l. alienam, ff. de uſucap. pro emptore.* Vel per ſententiam, *l.* 2. *§. fin. ff. eodem tit.*

5 Extrajudicialis verò interruptionis exemplum erit, quando poſſidens per acclamationem alicujus inquietatur, aut aliquod pignus ab eo extortum fuit, quod tamen in judicium deductum non fuit, ut in *d. l. alienam arcam*, ubi Gloſſ. & Communis Gloſſ. *verbo, non poſſunt*, in *cap. magnum crimen* 23. *q.* 4. vel quando querela in judicium fuit deducta, & lis agitata, & ex aliquo caſu inſtantia fuit nulla declarata, quia tunc remanet in terminis extrajudicialis interruptionis, ut tradit Baldus *in cap.* 1. *n.* 4. *de milite vaſſallo, n.* 4. *in uſibus feudorum.* Rebuff. 3. *t. ad conſ. tit. Galliæ, titul. de citationibus, in præfatione, n.* 131. Caballinus *milleloquio, conſ.* 841. *n.* 1. *in fine.* Simon. de Prætis *de interpretatione ultimarum voluntatum, l.* 5. *interpretatione* 2. *dubit.* 2. *n.* 193. Montero de la Cueva *deciſ.* 21. *n.* 24.

6 His ſic breviter circa interruptionem prælibatis, in propoſito ſecurè tenendum eſt, quòd præſcriptio juris paſcendi naturaliter interrumpitur, quoties paſcuo utens poſſidere prohibetur, vel quia animalia, & armenta ejus à loco paſcui ejiciuntur, vel ingreſſus eis, & aditus arcetur per vim, (quam vulgo vocamus *expulſivam*) *d. l. naturaliter*, ibi *Naturaliter interrumpitur poſſeſſio, cùm quis de poſſeſſione vi dejicitur.* Gloſſ. *in l. ſi quis* 10. *in principio, verbo ac ſi poſſidere, ff. de acquirenda poſſeſſione.* Balbus *de præſcript.* 3.
7 *part.* 6. *princip. quæſt.* 1. *n.* 4. & 5. Per ſimplicem enim turbationem non dari hujus interruptionis effectum affirmat Gratianus *lib.* 1. *diſcept. forenſium, cap.* 80. *num.* 35. ea ductus ratione, quod turbato in ſua poſſeſſione liceat turbantem pro tollendo impedimento moleſtia afficere, ex Aimon. *conſ.* 4. *num.* 7. Paulus de Caſtro *conſ.* 395. *In cauſa quæ vertitur, num.* 2. *volum.* 2. Menochius *de retinenda poſſeſſione, rem.* 3. *quæſt.* 34. *n.* 252. Unde ait non eſſe æquum, quod interrumpatur præſcriptio per contradictionem extrajudicialem unius, vel alterius pignorationis, ſi turbatus redit ad eandem cauſam poſſeſſionis, non patiendo ſe ab ea repelli, & allegat Rodericum Suarez, *allegat.* 16. *in fin. n.* 5. quod quomodo procedat, inferiùs magis dilucidè explicabimus.

8 Præterea ſi præſcriptio jûris paſcendi intendatur ex tempore ordinario cum titulo (quod *alio cap.* ſuperiùs adnotavimus) & iſte vitioſus, vel reprobatus ſit, utique præſcriptio ceſſabit, cum ex eo etiam reſultet mala fides, ut obſervat Paulus de Caſtro *conſ.* 423. *Ex puncto tranſmiſſo, n.* 2. *verſ. in contrarium, vol.* 2. Ancharanus *conſ.* 82. *n.* 7. *verſic. non obſtat præſcriptio.* Innocentius per tex. ibi, *in cap. dudum, de decimis*, & quodlibet utriuſque requiſiti, vel tituli, ubi exigitur, vel malæ fidei interruptionem producit, ut nuper diximus.

9 Hæc autem interruptio naturalis non ſemper ex ea prohibitione poſſeſſionis paſcui, & animalium expulſione cauſatur, ſed tunc demum, quando tali caſu impeditus poſſidere acquievit, & non reclamavit, ut tradunt Jacobinus, Decius, & alii, quos ſequitur Menoch. *de arbitrar. caſu* 160. *num.* 11. Rolandus *conſ.* 22. *num.*
32. *libr.* 2. Nec etiam dicetur interrupta præſ- 10
criptio per actum omnino violentum, & de facto, ut tradit Natta *conſ.* 206. *num.* 11. & *conſ.* 107. *num.* 2. Quod utique perſuaſum habeo, quando prohibiti, durante violentia, vel metu, vel propter nimiam prohibentis poteſtatem, querelare perhorreſcunt, Boërius *deciſ.* 125. *num.* 5. aliàs enim regulariter, quando ille, contra quem præſcribitur, impedit præſcribentem quolibet modo uti, interrumpit præſcriptionem, *l. ſequitur, §. viam, ff. de uſucap.* Abb. & Antonius de Butrio *in cap. illud, de præſcript.* Natta *conſ.* 636. *num.* 108. & facit text. in *l.* 2. *C. de ſervitutibus*, ibi *Quod ſi ante id ſpatium ejus uſus tibi interdictus eſt*: Et ex oblatione pignoris, vel ſolutione pœnæ voluntaria, qnòd fiat interruptio, nullus ambigit, Ferrara *in forma reſp. rei conventi, in verbo, præſcriptionis, n.* 26. per tex. *in dict. l. cum notiſſimi, §. immo, & §. illud.* Colerius *in cap. illud, n.* 20. *de præſcript.* Gratianus *dict. libr.* 1. *diſ-*
*ceptat. forenſ. cap.* 80. *n.* 38. Et an, quando quis vi 11
expulſus fuit à paſcuo, & in continenti poſſeſſionem recuperavit, ex hoc interrumpatur præſcriptio, notum fecit *Ulpianus*, & ſingulariter prænotavit in *l. qui poſſeſſionem* 17. *ff. de vi, & vi armata*, ibi *Qui poſſeſſionem ſibi ereptam in ipſo congreſſu recuperat, in priſtinam cauſam reverti potiùs, quàm vi poſſidere intelligendus eſt. Ideoque ſi te vi dejecero, illico tu me, deinde ego te. Unde vi interdictum tibi utile erit*, idque tradunt Doctores in *l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad legem Juliam de vi.*

Civiliter verò interrumpitur juris paſcendi præ- 12
ſcriptio per querelam in judicium deductam, etiam per ſolam citationem; præſertim quando præſcriptioni non favet titulus, ut, pluribus relatis, obſervat Padilla, *in l. l.* 2. *num.* 77. *C. de ſervit. & aqua*, & de jure noſtro Regio eſt text. *in dict. l.* 29. *partitæ*, ubi Gloſſ. verbo *emplacar*, & in *l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 2. *fori*, & ibi Montalvus, & ita etiam debet intelligi *lex* 7. *tit.* 15. *lib.* 4. *novæ recopilationis.*

Quod ſi, querela interpoſita, lis agitata fuerit, 13
& ea ſpreta, præſcribens poſſeſſionem continuaverit, data in unius favorem ſententia, poterit tempus ante prohibitionem, vel querelam tranſactum cum tempore poſtea ſubſecuto conjungere, & legitimam perficere præſcriptionem; nec hoc caſu ex dicta querela civilis producetur interruptio, ut optimè advertit Felin. *in cap. illud, num.* 17. *de præſcript.* Socin. *conſ.* 47. *n. fin. l.* 3. Balbus *de præſcript.* 3. *part.* 6. *principalis, quæſt.* 4. *num.* 37. Covarruv. *in dict. regul. poſſeſſor, dict. §.* 12. *num.* 4. ubi allegat textum in *l. evidenter, ff. de exceptione rei judicatæ*, quæ probat evidenter eſſe iniquum proficere exceptionem rei judicatæ ei, contra quem lata eſt, Tiraquell. *de retractu linagier* §. 8. *gloſſa* 7. *n.* 27. Burgos de Paz *conſil.* 33. *n.* 19. Anton. Gomez *in l.* 65. *Tauri, n.* 4. *verſiculo, Si verò fertur pro reo*, & conducunt tradita per Innocent. *in cap.* 2. *n.* 2. *de in integrum reſtitutione*, Baldum *in cap. querelam, n.* 28. *de elect.* Afflict. *deciſ.* 395. *n.* 7. Otalora *de nobilitate* 2. *part.* 3. *princip. cap.* 1. *n.* 10.

Sed, an per acclamationem, denuntiationem, 14
vel querelam extrajudicialem jus paſcui interrumpatur, difficiliores habet explicatus, ſiquidem etiam libelli oblatio, non ſecuta citatione, interruptionem non producit, ut in *dict. l. ſicut, C. de præſcript.* 30. ibi: *Nec ſufficit, precibus oblatis, &c.* Alciatus *conſ.* 369. *num.* 11. *l. ſed ut plenius*, per argumentum ſpeciale, *C. de annali exceptione*, ubi Angelus *num.* 1. ergo multò minus cauſabitur interruptio ex acclamatione nondum in judicium deducta.



15 Præterea, quia turbatus per acclamationem, vel notificationem, aut aliam judicialem requiſitionem non tenetur ſtatim nudo adverſarii dicto obſecundare, neque ſimplici pignorantis aſſertioni accommodare fidem, nec mala fides ex hoc reſultat, non oſtenſis juribus adverſarii, ut docet Abb. *in dict. cap. illud, n.* 8. & *in cap. fin. n.* 59. *de præſcript.* Felinus *in cap. nihil, nu.* 6. *verſic. Fallit* 6. *de præſcript.* Tiraquel. *de retractu convention.* §. 4. *gloſ.* 6. *n.* 7. & in ſpecie ita concludit Coler. *de proceſ. execut. cap.* 3. *par.* 1. *n.* 102. *uſque ad numerum* 159.

16 Rurſus denuntiatione extrajudiciali non interrumpi, ſeu violari præſcriptionem, niſi denuntiator citet adverſarium, aut quid aliud contra eum exequatur, obſervant expreſsè Bart. *in d. l. alienam* 23. *n.* 1. *ff. pro Emptore.* Innocentius *in cap. dilecti, n.* 3. *de majoritate, & obedientia.* Balbus *ubi ſuprà* 3. *part.* 6. *princip. n.* 18. *verſ. nunc limitatur prædicta concluſio.*

17 Contraria tamen ſententia, nempe quòd ex acclamatione, requiſitionevè extrajudiciali interruptio cauſetur, ex eo primo loco ſuadetur, quia omnis res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur, & quibus mediis poſſeſſio acquiritur, eiſdem in oppoſitum factis deſtruitur, ut in *l. quemadmodum* 8. *ff. de acq. poſſeſſ. l. ferè* 196. *ff. regul. jur.* ſed in juribus incorporalibus (quale eſt jus paſcendi) tota poſſeſſionis acquiſitio conſiſtit in patientia illius, contra quem præſcribitur, ut in *l. quoties* 1. *§. ſervitut.* & in *l. quoties* 2. *ff. de ſervitut.* Ergo, data impatientia illius, de qua per acclamationem, ſeu requiſitionem (quantumvis extrajudicialem) conſtat neceſſariò debere interrumpi, vel deſtrui poſſeſſionem, ut obſervat Bart. *in d. l. naturaliter, colum. fin. verſiculo, quæritur, qualiter interrumpatur*, ubi dicit eſſe textum optimum *in capit. auditis*, & ibi Innocentius *de præſcrip.* & idem tenet Abb. *in dict. cap. illud, colum. penultima.* Baldus in *l.* 2. *C. de ſervitut. notabili* 4. ubi ait talem præſcriptionem per quamlibet contradictionem extrajudicialem deſtrui, & *ibi* Paulus *num.* 5. ubi ampliat etiamſi requiſitus, vel extrajudicialiter acclamatus ab uſu vel poſſeſſione non deſiſtat, quos ſequitur Natta *conſ.* 523. *num.* 6. & 7. & *conſ.* 636. *à num.* 107. Albenſis *conſ.* 222. *nu.* 13. Et ſufficit quælibet contradictio ad decla-
18 randum animum ſive verbo, ſive facto, *l. ſi ego* 11. *ff. de public. in rem actione. l. fin. ff. quemadmodum ſervitutes amittantur.*

19 Secundò ſuadetur hæc opinio ex *cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſionis, & propriet.* ubi, qui fuerant in poſſeſſione per tres vices eligendi Epiſcopum, admitti denuo cupientes repelluntur ob unicam contradictionem extrajudicialium, & per eam dicitur *ibi* interrupta præſcriptio, Baldus *de præſcriptionibus*, 6. *part. num.* 40. *quæſt.* 1.

20 Tertiò, & ultimò maximi ponderis ad acquirendam, & è contrario amittendam poſſeſſionem eſſe has extrajudiciales requiſitiones, ſeu inquietationes expreſsè tenent Balbus *ubi ſuprà* 4. *part.* 5. *princip. quæſt.* 5. *num.* 3. Jaſo *in l. quo minus num.* 31. *ff. de fluminibus.* Roland. *conſil.* 22. *n.* 24. *l.* 2. Capicius *deciſ.* 209. *num.* 26. Anguiſſ. *conſ.* 59. *n.* 11.

21 Sed, licet hæc fundamenta non parum urgeant, prima, & oppoſita ſententia vera, & receptior eſt, eo tamen grano ſalis temperanda, & limitanda: quòd ſi obtentu, & intuitu extrajudicialis acclamationis, probetur præſcribentem pro tunc ab uſu, vel poſſeſſione ceſſaſſe, interrupta profectò videbitur, ut ſentiunt Gratia. *d. cap.* 80. *num.* 25. & DD. *in* 3. *fundamento* adducti. Nec obſtat, quod etiamſi continuet poſſeſſionem præſcribens, adhuc reſultat impatientia, & contrarius animus illius, qui contradicit, vel extra-
judicialiter verbis inquietat. Quia reſpondetur, 22
quòd ſatis videtur conſentire, & pati, qui nec facto ſe opponit poſſeſſioni, expellendo armenta præſcribentis à paſcuo, vel pignorando, & cùm poſſit, ſuam querelam in judicium non deducit. Et regulariter denuntiatio extrajudicialis nihil relevat, ſed urbanitatis ſpeciem obtinet, *l. quidam Hiberus, ff. de ſervit. urbanor. l. debitores, C. de pignoribus.*

Nec quidquam contradicit *text. in d. cap. cum* 23
*Eccleſia Sutrina*, procedit namque in judiciali interruptione, ut omnes Doctores *ibi* agnoſcunt, præcipuè Abb. & Calderinus. Quin imo ipſa litera *textus*, ſi bene perpendatur, id ſuadet, ex cujus ſerie apertè deducitur ab utraque parte querelam in judicium eſſe deductam ſuper jure eligendi, de quo *ibi* contendebatur.

Unde ex hoc adverte, quòd licet aliqui dixe- 24
rint diverſum eſſe præſcriptionem interrumpi, vel præſcriptionem dormire, ut in primo caſu requirant vel actualem expulſionem, vel judicialem querelam, in ſecundo verò ſufficere acclamationem, ſeu extrajudicialem requiſitionem, tamen longè falluntur, & à veritate diſcedunt, quia utroque caſu petenda eſt reſolutio ex ſupra dictis, & quando præſcriptio dormiat, & non currat tempus, diſputant communiter Doctores in *cap. ex tranſmiſſa, de præſcript.* Baldus *in eodem tractatu de præſcriptionibus* 2. *part.* 6. *principalis.* Paulus Pariſius *conſil.* 92. *volumine* 8. quos, quando caſus continget, ſuper hac re conſulere poteris.

Deinde intellige prædictam doctrinam quando 25
illi, qui extrajudicialiter conqueruntur, & acclamant, ſunt pauperes, & miſeri homines, vel potentiam præſcribentis perhorreſcunt, & in judicium jus ſuum deducere formidant, tunc enim exiſtimo extrajudiciales acclamationes eorum ad interrumpendam ſervitutem, vel paſcui præſcriptionem ſufficere, juxta tradita per Meneſium in *d. l.* 2. *num.* 37. *C. de ſervitu. & aqua*: Gregor. *in l.* 6. *tit.* 25. *par.* 4. *gloſ.* 2. Gutierr. *lib.* 1. *practicarum, quæſt.* 92. Rodriguez *de annuis reddit. lib.* 1. *qu.* 15. *n.* 65. & facit *l.* 7. *tit.* 11. *l.* 2. *novæ recop.* ibi: *Salvo, ſino fuere por fuerza, ò por premio.* & in *l.* 6. *tit.* 2. *l.* 4.

Cum autem jus paſcui acquiri poſſit à privatis contra privatos cum titulo, & bona fide, tempore ordinario, & contra communitatem, aut oppidum 30. vel 40. annis, ut dictum eſt in *cap.* 18. *hujus libri* ad cauſandam interruptionem omnia ſupra dicta erunt ſummè attendenda.

Cæterùm, quia quando non adeſt titulus re- 26
gulariter jus paſcendi immemoriali tempore (ut ibi diximus) acquiritur, non immeritò dubitari poterit, an talis immemorialis præſcriptio interruptionis legi ſit obnoxia, & ejus poteſtate vincatur. Invenio enim plures, & maximæ authoritatis viros arbitrari nec interruptione civilis, nec naturalis præſcriptionis jus corruere, & violari; ita enim expreſsè firmat Philippus Corn. *conſ.* 23. *l.* 1. *n.* 5. Oldrad. *conſ.* 254. *num.* 18. Petr. Paul. Pariſ. *conſ.* 27. *num.* 84. quos refert

Molin.

Molin. *de Hiſpanorum primogen. cap. 6. num.* 47. qui eo frequenter per Doctores theoremate relato, & vulgari dicterio ducuntur, videlicet, quod ſi ab infinito finitum demas, quod remanſerit, erit infinitum: unde licet actus contrarius in aliquo tempore detur, ſemper remanet quid infinitum.

27 Sed, ſalva pace tantorum virorum, contrarium verius exiſtimo ex eo, quod immemorialis præſcriptio illa dicitur, quæ in omni tempore, cujus teſtes reminiſcuntur, in ea actum contrarium non viderunt, nec à Majoribus audiverunt, ut in *l. ſi arbiter, ff. de probationibus, & in l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *ordin. & in l.* 30. *tit.* 29. *par.* 3. *& in l.* 41. *Taur.* Si ergo in tempore 40. annorum, in quo teſtes de viſu deponere debeant, vel ab eis citra de auditu majorum actus contrarius daretur, immemorialis utique non formaretur, ex *dictis juribus*; unde interruptione civili, vel naturali immemorialem deſtrui neceſſe eſt ut fatemur: nam, etſi in tempore anteriori, in quo infinitum ſupponere poſſumus, præſcriptio niti poſſit, cum tamen per leges Regias certa ſit præſcripta forma ad probandam immemorialem in tempore, nempe poſteriori quadragenario de viſu, & in anteriori de auditu, in eo debemus præſcriptionem omni obſtaculo, & actu prorſus contrario immunem reddere, alioquin immemorialis corruit: quo argumento, ita firmiter obſervat Joan. Gar. *de nobilitate gloſ.* 12. *n.* 79. *& l.* 1. *de expenſis, cap.* 9. *num.* 34. & pluries in hoc Senatu ita æſtimari vidi, & in hanc partem inclinavit Molina (licet pro contraria à Gar. *ubi ſupra* notetur) *dict. cap.* 6. *num.* 47. ibi: *Illud tamen, quod de interruptione dictum eſt, procedere non poteſt in tempore quadraginta annorum, in quo dicta lex* 41. *Tauri ad immemorialis præſcriptionis probationem teſtes de viſu deponentes præciſè requirit, ſicque ſemper practicari ſolitum eſt.*

28 Iſta autem interruptio ſive civilis, ſive naturalis, ut deſtruat præſcriptionem, debet cauſari intra tempora ipſius antequam compleatur, tunc enim eam enecat (ut communiter ajunt Interpretes) & extinguit, dum eſt in fieri, ex Abb. *in cap. fin. de præſcript.* Balboa, *ubi ſupra* 2. *part.* 3. *part. princip. quæſt.* 7. & id importat etymologia hujus verbi *interrumpere*, quod ſupponit jus nondum quæſitum, & perfectum, & ita actus interruptionis illud operatur, quod præſcriptio ceſſet, & tempus antecedens cum ſubſequenti conjungi impediat, Burſat. *conſ.* 217. *num.* 5. *vol.* 2. Avend. *in capit. Prætorum* 2. *par. cap.* 30. *num.* 13. Gutierr. *de jurament. confir. c.* 1. 3. *par. num.* 84. & eſt neceſſarium, quod bona fides ſuperveniat, & præſcriptio initietur, & perficiatur de novo, ut tradit ex communi *Doctorum* Covarr. *in Regul. poſſeſſ.* 2. *par.* §. 12. *num.* 2.

29 Poſt completam verò legitimam præſcriptionem, & jus perfectum, & cauſatum actus interruptionis de per ſe nihil operatur, ut in *l.* 1. §. *fin. ff. de itinere, actuque privato*, & in *l.* 2. *ff. eodem titu.* ibi: *Nec enim corrumpi, aut commutari, quod recte tranſactum eſt, ſuperveniente delicto, poteſt.* Et conducit ratio textus in *l. ſi populus* 46. *ff. de adminiſtrat. tutor.* quæ æquiparat uſucapionem ſolutioni, ex qua omnis obligatio civilis, & naturalis tollitur, ut in §. 1. *Inſtitut. quibus modis tollit. oblig.* Et quia mala fides ſuperveniens poſt jus acquiſitum nec jure poli, nec jure fori eſt conſiderabilis, ut obſervat Balbus 2. *par.* 3. *partis princip. quæſt.* 9. & cum D. Thoma, *quodlibeto* 12. *&* 24. Conrado, Scoto, Palud. Majore, Adriano, Joanne de Medina, Dominico de Soto, Florentino, & Covarr. tradit Joa. Garſia *de nobilitate, gloſ.* 6. *n.* 5.

30 Et inde provenit, quod jus cauſatum, & legitimè perfectum perpetuò durat, & vivit, niſi ſpatio 30. vel 40. annorum, actus contrarius exerceatur, *d. l. ſicut in rem, C. de præſcript.* 30. Nec ex actibus interruptionis, niſi tempore neceſſariò poſtea ſubſecuto, jus ſemel cauſatum extinguetur, Alex. *conſ.* 193. *vol.* 2. *numer.* 8. *&* 9. *& conſ.* 33. *vol.* 5. *&* 6. Zaſius *conſil.* 19. *lib.* 1. *num.* 8. *&* 9. Sylvanus *conſil.* 59. *num.* 14. *lib.* 2. Chaſſaneus *conſil.* 64. Guido Pap. *deciſ.* 487. Joann. Garſia *dict. gloſ.* 6. *ex n.* 25. ubi rem latè proſequitur, & *num.* 32. diſtinguit inter actus permanentes, & momentaneos, & in iſtis ſubdiſtinguit inter reiterabiles, & non reiterabiles, ad quem (quia elegantiſſimè, & ſumma diligentia quæſtionem expedivit, ne ejus dicta tranſcribam) te remitto. Id in propoſito concludens, quòd cum jus paſcui acquiſitum fuerit 30. vel 40. annis cum titulo, vel immemoriali præſcriptione, actus interruptionis, niſi ſequatur idem tempus, jus cauſatum non deſtruet, ut tradit Abb. in *cap. auditis, de præſcrip. num.* 10. *& conſ.* 94. *lib.* 2. Philip. Francus *in cap. cum de beneficio, de præbendis, lib.* 6. Ferretus *conſ.* 102. *num....* Balbus 4. *part.* 4. *par. quæſt.* 30. *à n.* 8. Sed fateor, quòd difficillimè, aut penè impoſſibiliter poterit occurrere caſus, in quo poſt cauſatum jus ex præſcriptione immemoriali, vel etiam quadragenaria, poſſit dari actus interruptionis, & poſt eum alia ejuſdem temporis contraria præſcriptio. Sed hæc omnia deſervient, ut metiamur præſcriptionem poſt interruptionem incipientem, quando jus paſcui vel pacto, vel ſententia, vel conceſſione, & quolibet alio titulo erat perfectum, & cauſatum, & interruptio uſui oppoſita eſt.

31 Denique, ut interruptionis caput hoc præcludamus, non poſſum reticere illius unicum actum ſufficere, nec plures deſiderari, ut ait Baldus *in l. fin. C. de ſervit. & aqua, in l. unica* 2. *lectura, C. de uſucapione transformanda.* Natta *conſ.* 524. *n.* 7. *& conſ.* 523. *num.* 6. *&* 7. *conſ.* 136. *num.* 17. Sylvanus *conſil.* 59. *num.* 14. Aymon. *conſil.* 134. *num.* 19. & facit *text. in l.* 29. *titul.* 29. *par.* 3. ibi: *Deſtajaſe la ganancia*, & vulgò jactatur, quòd plus operatur unicus actus ad interrumpendum, quàm mille ad præſcribendum, ut eſt Gloſſ. *verb. temporaria*, in *regula, nemo, verſic. temporaria, ff. de regulis juris.* Innocentius *in cap. auditis de præſcriptionibus, num.* 11. Abb. *num.* 13. *& conſil.* 94. *lib.* 1. Et interruptionis iſtius probatio favorabilis eſt, adeo quod ſufficit pro ea dictum unius teſtis cum juramento partis, ut ait Cardinalis *conſ.* 108. *Petitur quædam ſententia*, quem ſequitur Felinus *in cap. illud, de præſcriptionibus num.* 12. Baldus *ubi ſupra, dicta* 3. *parte,* 6. *partis, quæſtione* 4. *num. ultimo.* Padilla *in l. ſi aquam, n.* 84. *C. de ſervit.* Et quod interruptione facta in poſſeſſione, fiat præjudicium quoad proprietatem, expreſsè deciditur in *l.* 65. *Tauri*, ubi omnes *Interpretes*, Covarruv. *in dicta regul. poſſeſſor, dicto* §. 12. *n.* 8. Azevedo *in d. l.* 7. *tit.* 15. *l.* 4. *Recopil.*

32 Teſtes verò deponentes de contradictione, ſeu interruptione præferri debent teſtibus, qui de patientia deponant, ut ſingulariter tenet Abb. Panormitan. *in cap. auditis, de præſcript. numer.* 14. Alexand. *conſ.* 108. *In cauſa, & lite, columna penul. volum.* 2. quod eſt notabile, quia frequenter in probationibus datur maxima controverſia.

33 Hæc autem interruptio non poteſt cauſari ex



actu nullo, Gloſ. *in cap. ſi tuarum* 9. *verbo, non putantes, de purgation. canonica*, ibi, *Et eſt hic argumentum, quod ſi aliquis vocetur ad extraordinarium judicem, per hoc quod ſit ibi, non interrumpitur præſcriptio*, ubi allegat in confirmationem, text. in *l. ſi pater tuus, C. ne de ſtatu defunct.* ubi Gloſſ. verbo, *ſtatus*, proſequitur latè Abbas Panormitanus omnino videndus in *d. cap. illud, num.* 14. Bald. *in auth. offeratur, col. fin. C. de litis conteſtatione*, & in *l. edita, C. de edendo.* Interruptio verò (ad inſtar præſcriptionis) ſtrictiſſima eſt: & quæ ſolum prodeſt interrumpenti, *l. intra quatuor, in principio, ff. de diverſis, & temporalib. præſcript. l. fin. C. de duobus reis*, ubi nocet correis, non igitur noceret illis, ſi correi non eſſent, Gloſſ. *in verbo, innovata*, in *l. cum notiſſimi*, §. *immo, C. de præſcrip.* 30. *vel* 40. *annor.* quod in civili tantùm interruptione, non verò in naturali, affirmat Meneſius *in l. ſi aquam, num.* 83. *C. de ſervit. & aqua.* Et utrum per denunciationem factam colono interrumpatur præſcriptio quoad dominum, vide *text. in cap. quoniam frequenter*, §. *quod ſi ſuper rebus, ut lite non conteſtata*, & in *l.* 2. *C. ubi in rem actio, ubi* Baldus.

## NOTÆ AD CAP. XXI.

1 Circa interruptionem præſcriptionis latè tractatam *in hoc cap.* (ad quod nuncupatim ſe remittit *Balmaſeda de collect. q.* 45. *num.* 16.) poteſt videri *Sabel. cum multis ab eo adductis in ſumma tract. diverſ. verb. præſcriptio num.* 28. *tom.* 3. Sed melius *Barboſ. in l. ſicut à num.* 233. *ad* 294. *& in l. cum notiſſimi* §. *immò, ac utrobique in append. C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *ann. Vela diſſert.* 26. *ex n.* 91. *lib.* 1. *& diſſert.* 48. *num.* 16. *lib.* 2. *Burgund. in Commentar. de duob. reis c.* 21. *per tot. Balmaſeda remiſſivè citato Noſtro Auctore, de collect. q.* 45. *n.* 16.

2 Signanter interrumpitur per commiſſionem obtentam ſuper jactationibus, *Rota in rec. dec.* 78. *ex n.* 18. *p.* 11.

3 Et ut dicebatur *in notis ad anteced. cap.* ſi Univerſitas ſciat, & acquieſcat prohibitionibus factis particularibus, nec ſe opponat, ſibi præjudicat, ut innuitur *hic n.* 9. atque accedunt *Natta conſ.* 522. *num.* 15. *Capyc. dec.* 209. *num.* 20. *Theſaur. dec.* 16. *n.* 7.

4 Quod ſubditur *hic num.* 10. per actum violentum non interrumpi præſcriptionem, ſuggerit, quod nec etiam per eum acquiritur præſcriptio, *Cravet. conſ.* 86. *num.* 7. *verſ. tertio ad conſuetudinem, cum quo Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 17. *n.* 57. *tom.* 1.

5 Certum eſt interruptionem nec dari, nec aliquid operari, poſtquam præſcriptio fuit completa, ut *hic ex num.* 28. & per *Tuſch. litt. P. concl.* 584. *cum quo Sabel. d. num.* 28. *in fin.* ad-
6 eo ut, etiamſi ſuperveniat mala fides, adhuc præſcriptioni ipſi completæ non obſtet tàm in foro fori, quàm in foro poli. *Dian. reſol. mor. p.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 12. *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 128. *numer.* 7. *tom.* 2. *Leoncil. dec.* 76. *num.* 9.

*Comes Vincentius Bondenus.*

# CAPUT XXII.

## ARGUMENTUM.

An diviſio paſcuorum jure peti poſſit, & quomodo facienda ſit.

## *SUMMARIUM.*

1 *Communio mater eſt diſcordiæ, & frequenter plura jurgia ſolet excitare.*
2 *Diviſio paſcui, & communitatis diſſolutio an jure peti poſſit, proponitur diſputandum.*
3 *Nullus in communione perpetua ſtare cogitur: præſertim ſi ex ea ſibi damnum reſultet.*
4 *Communio, ſeu ſocietas perpetua libero arbitrio de rebus propriis diſponendi opponitur.*
5 *Communionis perpetuæ pactum, vel gravamen non obligat.*
6 Lex fin. C. communi divid. & lex 11. tit. 10. part. 5. *expenduntur.*
7 *Communionis litigia nullo præſtantiori fœdere, quàm diviſionis conquieſcunt.*
8 *Jus paſcendi individuum eſt quoad ſervitutem, ſed quoad commoditatem diviſionem recipit.*
9 *Referuntur Doctores, qui obſervant communitatem paſcui omni tempore ſeparari poſſe, & diviſionem recipere.*
10 *Communitas paſcui ſeparari non debet, nec poteſt peti diviſio ſi jure ſervitutis fuerit communitas legitime præſcripta, vel ſententia (quæ tranſiverit in rem judicatam) approbata fuerit.*
11 *Rei judicatæ authoritas maxima eſt.*
12 *Paſcui diviſio facienda non eſt, ſi ex ea damnum grave, vel inæqualitas maxima partibus reſultat.*
13 *Paſcui diviſio quomodo facienda, & quis modus in ea ſervandus, ubi an ad perſonas incolarum, an verò ad numerum pecudum, vel gregum, an verò ad poſſeſſiones, & prædia attendi debeat, diſcutitur.*
14 *Conſtituitur duplex caſus in diviſione paſcui: alter cum ſit diviſio inter dominum ſylvæ, nemoris, aut termini, & eos qui communitatem habent: alter verò, quando ſit inter conſocios, & reſolvitur quæſtio, & n.* 15.
16 *Paſcui diviſione facta inter vicinos, ſeu conſocios, utrum debeatur laudemium, remiſſivè.*

Cum frequenter communio ſit mater diſcordiæ, & continua, ac importuna jurgia ſoleat excitare, ut docet Gloſſ. *in l. vetuſtiſſimam, verbo, ex communione, C. de jure dominii impet.* & facit text. *in l. cum pater*, §. *dulciſſimis, de leg.* 2. *& in cap.* 1. *de parochis*, & docet Speculator, *tit. de judiciis*, §. *ſequitur, videre verſic. Scias ergo*, & multa incommoda adferre conſociis ſoleat, *l. ſi non ſortem*, §. *ſi centum, ff. de condictione indeb.* Decius *in l.* 4. §. *Cato, num.* 154. *ff. de verbor. oblig.* & *ibi* Socin. *n.* 218. Lucas de Penna *in l. quemadmodum, C. de agricolis, & cenſit. lib.* 11. *verſ. centeſimo vigeſimo nono*; paſſim oppida quæ habent compaſcua communia, ſive pacto, ſive jure ſervitutis, conſuetudine immemoriali, & alio quovis titulo, eorum diviſionem petere ſolicitant, & à communione diſcedere cupiunt. 1

2 Quapropter, an hujus diviſionis petitio juri
ſit conſona, & quomodo ſit facienda, non erit
abs re, nec ab inſtituto meo alienum breviter exa-
minare.
3 Et pro affirmativa parte, quod hæc diviſio
jure optimo, & peti, & fieri debeat, illud pri-
mo loco perpendi poteſt, quòd nullus in com-
munione perpetuò ſtare cogitur, præſertim ſi ex
ea damnum ſibi reſultet, *l. in hoc judicio*, *§. ſi
conveniat*, *ff. communi divid. l. nulla ſocietas*, *ff.
pro ſocio*, *§. manet*, *Inſtitu. de ſocietate.* Quia
per hujuſmodi ſocietatem, ſivè communionem
4 perpetuò duraturam adimeretur liberum arbitrium,
quod eſt contra bonos mores, ut argumento *l.
penultimæ*, *ff. de pactis*, *l. cum duobus*, *§. idem*
reſpondit, *ff. pro ſocio*, & ibi Gloſ. Palacios. Ru-
bios *in repetitione rubricæ*, *de donat. inter §.* 54.
*n.* 4. *l. nemo exterus*, *C. de Judæis*, obſervat Ai-
mon Craveta *conſ.* 217. *n.* 2.
5 Unde nec valere pactum communionis per-
petuæ, nec gravamen à teſtatore injunctum,
pluribus fundamentis firmat Curtius Junior *conſ.*
112. *num.* 2. Menchaca *de ſucceſſ. de creatione*,
*§.* 7. *num.* 1. Baldus *in l.* 4. *in principio*, *notabili*
2. per tex. ibi, *ff. de conditionibus inſtit.* Greg.
Lop. *in l.* 10. *tit.* 10. *part.* 5. *gloſ.* 1. *verſ. ſecun-
do limita*, Guttier. *de juramento confirmatorio*, 1.
*p. cap.* 58. *num.* 2. *cum ſequentibus*, qui an hoc
procedat in communione perpetua jurata, exami-
nat. Quinimo non valere communionem per-
petuam terminorum comprobat mirabile *conſi-
lium* 48. Cornei *volum.* 3. Chaſſaneus *in con-
ſuetud. Burg. tit. des fiefs §.* 6. *num.* 17. *fol.
mihi* 116.
6 Secundò pro hac parte arridere videtur tex.
*in l. fin. C. communi divid.* & in *l.* 11. *tit.* 10. *part.*
5. ex quibus juribus deducitur habentem rem
communem cum aliis, poſſe petere diviſionem;
& hæc diviſio non minus in uſu, & ſervitute
competit, quàm in aliis rebus, *l. item quamvis*,
*§. ſi uſus*, *ff. commun. divid.*
7 Tertiò, quia (ut *ſuprà in principio capitis* ob-
ſervavimus) ſemper ex communione oriuntur li-
tigia, quæ nullo alio præſtantiori, quàm divi-
ſionis fœdere conquieſcunt, ut docet textus in
*l. æquiſſimum*, *ff. de uſufructu*, & inde *Geneſis
cap.* 13. paſtores Abraham, & Loth plura jur-
gia excitabant ſuper paſcuo, & ideo fuit facta
diviſio, ut patet ibi: *Unde & facta eſt rixa in-
ter paſtores gregum Abraham, & Loth*, & ibi:
*Dixit ergo Abraham ad Loth: Ne quæſo ſit jur-
gium inter me, & te, & inter paſtores meos, &
paſtores tuos. Ecce univerſa terra coram te: re-
cede à me obſecro, ſi ad ſiniſtram ieris, ego dex-
teram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſi-
niſtram pergam.* unde D. Ambroſ. *l. de Abrah.
c.* 3. ait: *Divide, ut potius maneat amicitia; in-
diviſa domus duos non ſuſtinet.*
8 Quartò quia licet jus paſcendi ſit individu-
um, & cum partes non habeat, diviſionem non
recipiat, *l. uſus pars*, *ff. de uſu, & habitatio-
ne*, docet Alciatus *l.* 1. *Paradoxorum*, 17. *c.*
latè Bart. *in l. ſtipulationes non dividuntur*,
*oppoſitione* 2. *& in q.* 4. ubi communiter Docto-
res, *ff. de verbor. obligat.* adeo quod licet multipli-
centur perſonæ, adhuc idem omnibus debetur uſus,
ut per Bart. *in l.* 4. *§. Cato*, *quæſt.* 6. *de verb. oblig.* &
conducunt in propoſito, quæ tradit Cæpolla *de ſer-
vit. ruſtic. præd. c.* 9. *n.* 22. *& n.* 38. *in principio*, tamen,
licet ipſa ſervitus individua ſit, commoditas ejus divi-
ſionem recipit, argumento textus in *l. communi
dividundo*, *§. cum de uſufructu*, *ff. communi divid.*
Quibus, & aliis fundamentis hanc partem ve- 9
riſſimam eſſe docent Abb. *in cap. dilecti*, *de ar-
bitr.* Cæpolla *de ſervitut. ruſticor. præd. cap.* 9. *n.*
38. Avendan. *in capit. prætorum*, *cap.* 4. *num.* 21.
Theſaurus *deciſ. Pedemontana* 71. Gutierrez *de ju-
ramento confirmatorio*, 1. *part. dict. cap.* 58. *n.* 5.
Eſcobar *in tractatu de ratiociniis*, *computa-
tione* 7. & ex eiſdem rationibus idem jus erit
obſervandum inter privatos, qui in defenſis, ne-
moribus, & quibuſcunque paſcuis communita-
tem habent, ut docent Albericus *in l. teſtatrix §.*
1. *ff. ſi ſervitus vindicetur*, qui ſcribit illos, qui mi-
norem quantitatem pecudum habent, poſſe agere
actione communi dividundo, ut unicuique ſua
portio aſſignetur, Calcaneus *conſ.* 34. *n.* 6. Cra-
veta *conſ* 60. *n.* 3. Gutierrez, & Avendan. *ubi
ſuprà.* Quod procedit, etiamſi à tempore immemo-
riali communio coita ſit, ut tradunt *ſuprà* relati.
Sed hoc intelligendum puto, niſi in vim ſer- 10
vitutis communitas iſta præſcripta eſſet: tunc
enim quis inficiabitur, præſcriptionis intuitu, ac-
quiri firmiter poſſe communionis perpetuæ jus,
cum jura omnia huic præſcriptioni non reſiſtant,
& immemorialis validiorem titulum (quam ex-
cogitari poſſit) ſupponat, ut latè diximus *ſu-
prà cap.* 17. *& cap.* 18. & conducunt tradita
per Surdum *deciſ.* 236. *in principio.* Vel etiam 11
ſi communitas iſta per ſententiam (quæ tranſi-
verit in rem judicatam) fuerit legitimè approbata,
& deciſa, nam iſto in caſu amplius de jure com-
munitatis inquiri, ſeu controverti non poteſt,
propter rei judicatæ authoritatem, ut in *l. ſingulis*
6. *ff. de exceptione rei judicatæ. l. terminato*, *C. de
fructibus, & litium expenſis*, ibi: *Poſt abſolutum
enim, dimiſſumque judicium nefas eſt litem alte-
ram conſurgere ex litis primæ materia*: advertit
Jacobus Cujacius *in paratit. Digeſt. titul. de ex-
ceptione rei judicatæ*, *num.* 2. *Apud omnes gentes
ſemper obtinuiſſe, ne ſæpius eadem de re agatur,
etiam ſi per injuriam ante judicatum ſit, ſed quæra-
tur tantùm, an judicatum ſit.* Petrus Pechius *tract.
de jure ſiſtendi*, *capit.* 1. *num.* 1. Franciſcus Polit.
*libro* 5. *Hiſt. Roman. cap.* 16. ubi ex Apuleio, *l.*
1. *Florid.* ita reſolvit. *Ultima verò ſententia proba-
ta, inſtar oraculi nullo modo mutari poterat*, & con-
ducunt notabilia verba, quæ reſcripſit Theodoricus
Gothorum Rex apud Aurelium Caſſiod. virum
conſularem, *lib.* 1. *variar. cap.* 5. ibi, *In immen-
ſum trahi non decet finita litigia: quæ enim da-
bitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſenten-
tiis acquieſcitur, unus enim inter procellas huma-
nas portus inſtructus eſt, quem, ſi homines fer-
vida voluntate prætereunt, in undoſis jurgiis ſem-
per errabunt, &c.* Petrus Gregor. 3. *part. ſyn-
tagmatum juris*, *lib.* 50. *cap.* 1. *num.* 35. ibi: *Et
Cicero refert olim Præſides de rebus judicatis dene-
gaſſe actiones, & extremæ impudentiæ eſſe judicata
labefactare conari, rerumque judicatarum infirma-
tiones civitatum afflictarum, perditis jam rebus,
extremos exitiorum ſolere eſſe exitus.* Herod. *l. ſin-
gulari, de origine, & auctoritate judiciorum*, *pag.*
7. *ad finem, & pag.* 8. *in principio*, ibi, *Non tàm
intereſt ejus, qui vicit, ſententiam non reſcindi,
quàm publicè eſſe aliquem litium finem, & magiſ-
tratum utrumque aliter feciſſe, perpetuò attamen
exiſtimari rectè, & ordine judicaſſe:* & ibi: *Quia
tunc non tàm læduntur utilitates ſingulorum, quàm
jura, & leges capite, & auctoritate minu-
untur.*
Hæc autem diviſio, communitatiſque diſſo- 12
lutio



lutio non erit admittenda, nec jure probatur, quan-
do alicui partium eſſet damnoſa, ex eaque inæ-
qualitas reſultaret, ut advertit Matth. de Afflict.
*in conſtitut. Regni Siciliæ*, *rubrica* 37. *cap.* 1. *num.*
10. *lib.* 3. ut putà quia fieret diviſio plurium par-
tium, & eſſent aliquæ partes, adeo minimæ, ſte-
riles, & infæcundæ, quod amitteretur uſusfruc-
tus, vel emolumentum, diviſione earum facta,
& alteri ex conſociis portione adjudicata. Vel
ſi defenſa, cujus ſectio, ſeu partitio petitur,
habet aliquam ſui partem cæteris uberiorem, &
& præſtantiorem, hoc eſt, melioris paſcui, vel
aquæ, vel fortè deteriorem, in qua parte non
ita commodè, & æqua lance poſſet omnibus ſo-
ciis provideri, & adjudicari, quod ſuum eſt,
reſpectu partis, & juris quod habent in toto paſ-
cuo, prato, vel defenſa, vel quotieſcunque ob
alias cauſas eſſet incommoda diviſio, ut rectè per-
pendit Gutier. *ubi ſuprà num.* 6. & priùs obſerva-
verat Avendan. *d. c.* 4. *n.* 12.
13 Sed quis modus in hac paſcui diviſione ſit ob-
ſervandus, & habendus, paſſim controverti ſo-
let, & in hujus rei aſſertione Doctores anci-
piter procedunt. Alii enim diviſionem metiuntur
habito reſpectu ad perſonas, & incolarum cu-
juſlibet oppidi capita, pro quo facit, quod jus
paſcendi eſt ſervitus perſonalis, ut opinatur
Caſtrenſ. *conſil.* 113. *num.* 3. *libr.* 2. Idque argu-
mento *text. in l. quærebatur cum l. ſequenti*, *ff.
ad legem Falcidiam.* Alii verò non ad numerum
perſonarum, ſed pecorum, & armentorum reſpi-
ciunt, moti doctrina Alberici *in l. uſus pars*, *ff. de
uſu & habitatione*, ubi obſervat, quod ſi paſcui
uſus duobus ſit legatus, quod ſufficit decem
equis, & alter ex legatariis habeat tres, alter
verò habeat ſeptem, tali modo paſcui diviſio fieri
debet, ut unus habeat tres partes, alter verò ſep-
tem. Alii verò contra putant, nam ad prædia, &
poſſeſſiones incolarum attendi debere arbitrantur,
ex *regul. l. teſtatrix*, *§. fin. ff. ſi ſervitus vindic. l.
Imperatores*, *ff. de ſervitut. ruſtic.* & facit *text.
in l. pecoris* cum ſequenti, *ff. eod. tit.* Et facit
jus paſcendi eſſe ſervitutem realem ex veriori ſen-
tentia (ut ſuo loco firmavimus) unde paſcua pro
rata prædiorum partiri debere docet Calcaneus
*conſil.* 34. *col.* 3. Franciſcus Marcus *deciſ.* 223.
Craveta *conſ.* 154.
14 Verum, hac Interpretum varietate exploſa, ni
me proprium decipit judicium, utique reor pro
vera & ſecura hujus rei deciſione diſcrimen
eſſe conſtituendum. Nam aut contenditur de
diviſione facienda inter dominos communes ſyl-
væ, nemoris, vel prati, qui communitatem ha-
bent, non in uſu paſcui, ſed etiam in proprie-
tate terræ, & hoc caſu diviſio fit æquis parti-
bus, adjudicata medietate uni, & altera reſi-
dua alteri, nec habetur reſpectus ad numerum
civium vicinorum, vel pecorum, nec ad poſ-
ſeſſiones, vel prædia, ut probat *text. in dict.
l. Imperatores*, *verſic. niſi*, *ff. de ſervit. ruſtic.*
& facit doctrina Alberic. *in dict. l. uſus pars*, *n.* 4.
*in fine*, ubi inquit, quòd, quando paſcuum legatur
duobus, & alter habet decem equos, alter verò cen-
tum, æqualiter inter eos dividi debet, & quia
de natura diviſionis eſt, ut æqualitas ſervetur,
*l. etiam partis*, *ff. de uſufructu*, & ita eſt intelli-
genda *deciſio Theſauri* 72. & procedunt, quæ tra-
dit Gutierr. *ubi ſuprà*, qui pluries in Senatu Regio
ita deciſum fuiſſe affirmat. Et apud quam villam
reſideat proprietas compaſcui, & pro qua præſum-
ptio dominii ſit, ſuo loco differemus. Aut con-
15 tenditur, & diviſionis lis agitatur inter conſocios,
quorum aliquis dominium, & proprietatem priva-
tivi termini compaſcui habet, cæteri verò com-
munitatem tantùm in uſu paſcendi, & hoc ca-
ſu, ſi poſſibile eſt, tali modo fiet diviſio, &
tanta pars termini compaſcui aſſignabitur, ut li-
cet diſtinctus, & ſeparatus, non fiat deterior
uſus, ſed tanti emolumenti, & commoditatis
ſit ſicut antea, & in ſumma Judex prudens ar-
bitrabitur, conſiderata vicinorum turba, pecorum
ſuorum indigentia, conſuetudine terræ, & poſ-
ſeſſionum cultura, ut cum Bertrando *conſil.* 37.
*l.* 1. *& conſ.* 75. *num.* 15. *lib.* 2. *& conſ.* 1. *col.* 2.
*lib.* 3. Afflict. Avend. Covarruv. tradit Menoch.
*dict. caſu* 245. *n.* 14. & noviſſimè Coſta omnino vi-
dendus *de portione ratæ*, *quæſt.* 159. *per totam.* Gra-
tianus *tom.* 1. *diſcept. Forenſ. cap.* 170. *n.* 29. *& ſe-
quenti.* Theſaurus *d. deciſ.* 72. Et an quando divi-
ſio Paſcui ſit inter vicinos de populo, debeatur
laudemium, diſputat eleganter Gaſpar Anton. The-
ſaur. *quæſt. Forenſ.* 120. *l.* 3.

## NOTÆ AD CAP. XXII.

Materiam *iſtius cap.* reaſſumit *Barbat. de di- 1
viſ. fruct. p.* 1. *c.* 6. *ex n.* 41. ſub eo the-
mate, quod communio inter duas Univerſitates
fuerit firmata Regio aſſenſu, vel alterius habentis
vim ipſius: Affert hinc indè ſententias cum *Docto-
ribus* eaſdem docentibus: ſic etiam *Alii* faciunt, ut
*Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *p.* 2. *n.* 72.
*tom.* 1. *Ricc. collect.* 1072. *Hermoſil. ad ll. Hiſpan.
l.* 15. *gloſ.* 2. *ex n.* 92. *tit.* 5. *p.* 5. *tom.* 2. *Balma-
ſeda de collect. q.* 64. *à n.* 30. *ad* 35. *Eſcobar. de
ratiocin. comput.* 7. *Gall. de fructib. diſp.* 3. *art.* 4.
*ex num.* 84. *& poſt cæteros de Luca Melphicten. ad
Franch. deciſ.* 301. *in obſerv. n.* 11. 12. ita inquit.
„ Paſcuorum communio inter Univerſitates con- 2
„ finantes immemorabili tempore exiſtens an de-
„ beat perpetuò conſiſtere hìc quæritur, vel poſſit
„ deveniri ad diviſionem, & *ex Loffred. conſ.* 25.
„ *relato num.* 6. habetur communionem diſſolvi,
„ quando paſcua pro illa Univerſitate non ſuffi-
„ ciunt, quo caſu rumpitur etiam immemora-
„ bilis, & cum aſſenſu; nam prima charitas
„ incipit à ſe ipſo, dum cives excreverunt, ut
„ poſt *Covar. conſiderat Tapia in cap. Regn. Pon-
„ dus æquium*, *num.* 10. qui hoc caſu dicit eſſe
„ probandum territoria ipſis civibus non ſuffice-
„ re, & pulchrè *Reg. Marcian. diſp.* 25. qui arti-
„ culum principalem cum limitationibus enucleat.
„ Facultas dividendi paſcua mille litibus eſt 3
„ involuta, *ut ait Seſſe deciſ.* 74. *num.* 37. &
„ primò videndum eſt, an peti poſſit diviſio paſ-
„ cui, nam videtur negandum, quia commodè
„ non poteſt dividi, *ex text. in l. uſus pars ff. de uſu*,
„ *& habit.* ubi uſus partem legari non poſſe di-
„ citur, quamvis pro parte uti poſſumus; ſed
„ contrarium dic, quod peti poſſit hujuſmodi di-
„ viſio. *Gutier. de jur. confirm. p.* 2. *c.* 58. *num.* 5. 4
„ *Theſ. deciſ.* 71. qui ita dicit judicatum *in Senatu*,
„ & diviſionem faciendam, non ut ſervitus divi-
„ datur, quia id fieri non poteſt, ſed commo-
„ ditas per regiones camporum, & *Theſaur.* lau-
„ dat *tex. in l. commun. dividundo §. dum de uſufruc-
„ tu*, *ff. comm. divid.* ibi. *Dum de uſufructu com-
„ muni dividundo judicium agitur, Judex offi-
„ cium ſuum ita dirigat vel ut regionibus eis uti,
„ frui permittat, vel, ubi id fieri non poſſit,
„ fiat diviſio per tempora, vel numerum peco-
„ rum.* Sed quomodo fieri debeat diviſio inter 5
„ duas communitates paſcua communia haben-
„ tes, quarum una hominibus, & pecoribus

„ altera ſit numeroſior, an habita ratione capitum
„ æqualiter, *Theſ. deciſ.* 72. bis deciſum di-
„ cit, fiendam eſſe æqualiter, à qua opinio-
„ ne diſſentit *Munoz de ratiocin. c.* 7. *num.* 7.
„ volens, ut computari debeat quantitas ani-
„ malium utriuſque Univerſitatis, ut una plus
6 „ alia non immittat, & *Surd. conſ.* 65. *num.* 28.
„ inclinat *in hanc opinionem*, ſubjungens, ut
„ Dominus territorii ultrà taxam deſignatam
„ convicino poſſit tenere majorem quantita-
„ tem, quàm illa, cui ſervitus communionis
7 „ debetur, arg. *text. in l. plenum §. æquitii, &*
„ *§. Labeonis ff. de uſu. & hab.* ſed melius ait eſſe
„ totum remittendum Judicis arbitrio, qui ſuum
„ officium impertiri debet, habita relatione ex-
„ pertorum, quot animalia ſtare commodè poſ-
„ ſint in loco ad paſcendum, ita ut non ſe im-
„ pediant, & poſteà taxare numerum, & man-
„ dare, ne una plus altera immittat ſub pœna;
„ nec contemnit *opinionem*, ut Univerſitati
„ dominæ loci debeatur facultas tenendi ali-
„ quam majorem partem, uſque ad tertiam:
8 „ benè verum, ut facienda ſit in computo nu-
„ meri animalium qualitas ipſorum, nam alia
„ ratio habenda eſt de jumentis, alia de vaccinis.
„ *Capibl. d. to. 2. c.* 80. *per tot. Fontanell. de pact.*
„ *nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. p.* 2. *num.* 73. Hactenùs
*de Luca Melphicten.* Et videas etiam *Card. de Luca Venuſin. tit. de ſervit. diſc.* 95. *num.* 6. 7. *in ſupplem. p.* 2. *Corradin. de prælat. jur. q.* 54. *ex n.* 22. *Cobel. de bono regim. c.* 21. *n.* 64.

9 Si vis ſcire, quomodo procedat dicterium il-
lud, quod communio eſt mater diſcordiæ, jur-
gia parit, & litigia excitat, de quo *hic num.* 17.
& cum pluribus *Barboſ. axiom.* 45. *num.* 1. *Gambſ.*
*in theſaur. juriſpr. l.* 3. *c.* 32. *ſub axiom.* 3. *&* 4.
*tom.* 1. *Heſer. de diviſ. bonor. loc.* 3. *p.* 2. & ſic nemo
cogatur ſtare perpetuo in communione, ut *ex iiſ-*
*dem DD.* intelligi debeat, videas *Barbat. de diviſ.*
10 *fruct. p.* 1. *c.* 6. *num.* 44. ubi concludit procedere,
dum tamen cauſa intercedat, & ita explicat *tex.*
*in l. ſi convenerit, §. fin. ff. pro ſoc.* melius tamen, &
latiùs loquuntur *Gambſ. & Heſer. ubi ſuprà. Mancin.*
*de juram. p. 4. eff.* 160. *Michalor. de fratrib. p. 2. c.* 43.

11 Circa quæſtionem tactam *num.* 16. an debeatur laudemium pro diviſione paſcui, ſicuti & alterius rei, *vide Me ipſum in colluct. legal.* 35. *num.* 76. *ubi plures cumulantur, prout & in Append. vol.* 1. *Rota cor. Buratt. dec.* 50. *& ibi Ferentil. tom.* 1.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXIII.

### ARGUMENTUM.

Si alicui oppido paſcui jus conceſſum fuerit, quo tempore duret, & oppido deſolato, ad quem pertineant paſcua, & quid, ſi iterum tale oppidum populetur.

### SUMMARIUM.

1 *Perpenditur pro deciſione thematis hujus capitis text.* in l. ſi uſusfructus, ff. de uſufructu legat. *&* l. 26. tit. 31. par. 3.
2 *Diverſum eſt concedere alicui jus fruendi, vel fructus ipſos.*
3 *Conceſſio juris paſcendi facta alicui oppido utrum perpetua debeat reputari.*
4 *Populus nunquam moritur, & ſemper cenſetur unus, & idem, cujus rei traduntur varia exempla.*
5 *Univerſitas quælibet eſt corpus fictum.*
6 *Sententia lata contra cives alicujus loci nocet ſequentibus, etſi non ſint eorum hæredes.*
7 *In jure paſcendi ſemper conſideratur uſusfructus, eſt tamen cauſalis, non formalis.*
8 *Conceſſionis juris paſcendi verba debent ſemper attendi.*
9 *Conceſſione facta videntur comprehendi, & venire ea omnia, quæ concedens in re conceſſa habebat.*
10 *Oppido deſolato, paſcua ejus ad quem pertineant, & cui applicari debeant, & num.* 11. *conſtituuntur pro declaratione quæſtionis tres caſus.*
12 *Expenditur Gregor. Lopez doctrina in* l. 26 titulo 31. partita 3.
13 *Bona vacantia regulariter ad Regem noſtrum ſpectant.*
14 L. 4. tit. 6. lib. 7. novæ Recop. *expenditur, & n.* 15. *& n.* 16. *&* 17.
18 *Proponitur tertius caſus diſtinctionis.*
19 *Si villa, aut oppidum deſolatum iterum populetur, utrum paſcua, quæ habebat, quaſi poſtliminio recuperet, diſputandum proponitur.*
20 *Caſtrum dirutum utrum bona, vel privilegia amittat omnino.*
21 *Populus propter gentem conſideratur.*
22 *Oppido penitus diruto, ſi vicini in alio loco ædificaverint, vel habitationem ſuam tranſtulerint, utrum paſcua priſtini loci diruti conſervent.*

CUm jus paſcendi in emolumento, vel uſu- 1
fructu herbæ conſiſtat, veram *hujus capitis* in primo ejus dubio reſolutionem aperire videtur Cajus in *l. ſi uſusfructus municipibus* 8. *ff. de uſufructu legato*, ibi: *Si uſusfructus municipibus legatus fuerit, quæritur quo uſque in eo uſufructu tuendi ſint, nam ſi quis eos perpetuò tueatur, nulla utilitas erit nudæ proprietatis, ſemper abſcedente uſufructu, unde centum annos obſervandos eſſe conſtat, qui finis vitæ longiſſimus eſt*, & in *l. an uſusfructus* 63. *ff. de uſufructu*, & de jure Regio conſonat *lex* 26. *tit.* 31. *par.* 3. pro quorum jurium intellectu, & exornatione videndi ſunt Pariſius *conſ.* 74. *num.* 85. *cum ſequenti, lib.* 3. Ruinus *conſ.* 143. *ſub n.* 11. *l.* 4. Hippolytus Riminaldus *conſ.* 219. *à num.* 11. Pancirolus *conſ.* 20. *n.* 135. *per totum.* Peregrinus *de fideicommiſſis, art.* 29. *n.* 11. Covar. *l.* 3. *variarum, c.* 9. *n.* 10. Dominus Joannes del Caſtillo *de uſufructu, c.* 61. *à n.* 19. & doctiſſimus Pichardus *in §. finitur, n.* 7. *Inſtitut. de uſufructu.*

Verum, licet prima facie jura *ſuprà* adducta 2
noſtri dubii reſolutioni arridere videantur, re tamen profundiùs perpenſa, intentioni noſtræ radicitus non reſpondent. Si quidem illa jura tantummodò loquuntur, & procedunt, quando aliquod jus per viam uſusfructus formalis fuerit relictum civitati, aut oppido, & conceſſum, ut ex eorum ſerie, & ratione deciſionis apertè colligitur. Cùm tamen diverſum ſit jus fruendi concedi, vel ipſum uſumfructum, ut contendit Tiber. Decian. *reſponſ.* 22. *n.* 36. *vol.* 1.

Verum, quia jus paſcendi quod proprietatem 3
ipſius poteſt concedi, conſtitui, vel aſſignari pacto, privilegio, vel legato municipibus, vel incolis alicujus villæ, ſeu oppidi; tunc talis conceſſio perpetua debet reputari, & per omne ævum conſiſtere, *l. forma, §. quanquam ff. de cenſibus. l.* 2. *ff. de rebus dubiis.* Romanus *in l. maritum, ff. ſoluto matrimonio.* Emmanuel Rodriguez *tom.* 1. *quæſ. regul.* *quæſt.* 26. *artic.* 1. *verſic. & hoc confirmatur*, & in caſu *legis civitatibus*, 90. *ff. de legatis* 1. & *legis Lucius, §. civibus, ff. de legatis* 2. tradit latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 111. *&* 112. Petrus de Ubaldis *in titul. de collectis.* Cancerius omnino videndus, *tomo* 3. *variarum, c.* 13. *de juribus caſtrorum, ex num.* 378. Caſanate *conſ.* 44. *num.* 19. quia oppidum, vel villa nunquam
4 moritur, ut in *l. proponebatur, ff. de judiciis:* nam eadem legio dicitur, & ſi omnes ejus milites mutentur, vel intereant, & alii loco illorum ſubrogentur, & idem dicitur populus, licet deficiant omnes, qui ab hinc centum annis errant; exornat Niconit. *in rubrica, ff. de novi oper. nunciatione, à n.* 14. quemadmodum idem Collegium, etſi mutentur Collegæ. Mandoſius *conſ.* 91. *num.* 5. *& num.* 8. eadem Eccleſia, Clericis mortuis, & aliis ſuccedentibus. Alvarotus *in c.* 1. *§.* 1. *n.* 1. *ad finem, de alienatione judicii mutandi cauſa facta*, & eadem Canonia, licet mutentur canonici. Baldus *in cap. publicata, n.* 12. *de electione*, & hinc eſt, quod ex homagio, vel voto præſtito ab univerſitate, vel oppido eligantur præſentes, qui de populo tunc non erant. *l.* 5. *tit.* 15. *par.* 2. ubi Greg.

5 Et ratio eſt, quia quælibet univerſitas eſt corpus fictum, quod repræſentatur ex hominibus in ea omni tempore inventis, ut in *l. mortuo, ff. de fidejuſſoribus.* Bart. *in l. aut facta, §. fin. num.* 3. *ff. de pœnis*, & quamdiu conſiſtit forma illius corporis ficti, licet partes mutentur, ſemper manet idem corpus, *l. grege*, & *l. ſi grege, ff. de leg.* 1. Romanus *conſilio* 436. *num.* 8. *& conſ.* 168. *num.* 1.
6 Unde Guido Papa *deciſ.* 279. infert, quod ſententia lata contra cives, vel homines alicujus loci nocebit ſequentibus, etſi non ſint eorum hæredes. Natta *conſil.* 589. *à num.* 16. *libr.* 3. & conducit dicta *lex* 5. *tit.* 15. *part.* 2. ubi Gregor. ver-
7 bo *ſon vivos.* Et licet in jure paſcendi conſideretur ſemper uſusfructus, quia herba in fructu eſt, tamen, quando ipſum jus conceditur, vel cum proprietate, vel de per ſe ſine ea aut in communi, talis uſusfructus eſt cauſalis, non verò formalis, de quo intelliguntur jura in *d. l. ſi uſusfructus*, & in *l. an uſusfructus.* Et in qualibet conceſſione juris paſcendi debent attendi ejus verba, ſive fiat in contractu, ſive in privilegio, aut in ultima voluntate, ut in *cap.* 1. *de duobus fratribus, in uſibus*
8 *feud.* ibi: *propter tenorem inveſtituræ.* Decius *conſ.* 276. *In cauſa quæ Lucæ, num.* 9. Roland. à Valle *conſ.* 44. *num.* 13. *& conſ.* 68. *num.* 15. *vol.* 4. Cephal. *conſ.* 82. *num.* 12. *lib.* 1. *& conſil.* 303. *n.* 66. *& conſ.* 405. *n.* 24. *lib.* 3. Riminald. *conſ.* 454. *n.* 22. *l.* 4. Marc. Ant. Eugen. *conſil.* 18. *n.* 15. *& conſ.* 48. *n.* 2. Franciſc. de Ponte *conſ.* 30. *n.* 42.

9 Et, conceſſione alicujus oppidi, vel termini facta, in dubio cenſentur omnia conceſſa, quæ concedens habebat, & quæ ipſe exigere poterat, *l. traditio, de acquiren. rerum domin. l. alienatio, ff. de contrahenda emptione.* Innoc. *in cap. tum ad ſedem, de reſtit. ſpol.* Decianus *dict. reſp.* 22. *n.* 2. *n.* 8. & quælibet conceſſio Principis latam habet interpretationem, & extenditur ad ea omnia, quæ in ſimilibus conceſſionibus ſolent exprimi, vel concedi, ut cum *Angelo*, & aliis tradit Tiberius Decianus *reſp.* 123. *n.* 47.

10 Aliquando verò oppidum, ſeu villa deſolatur, quia vicini omnes eam derelinquunt (quod vulgo vocamus *deſpoblarſe*) ut ex acerba temporum clade, & rerũ calamitoſa ſtrage, annorumq; procellis, ac rigida intemperie ob peccata noſtra pluries in hoc Regno accidit, & ad alia oppida ſe conferunt, hocq; in caſu, cùm jam non ſint in villa deſolata ſeu oppido eremo facto, qui habitent, aut paſcuis potiantur, ut poſſimus dicere villam mortuam fuiſſe, ſicut in pluribus civitatibus ex bellicis, & hoſtilibus incurſibus penitùs devaſtatis exempla habemus, veluti in Carthagine, Numantia, & Sagunto, & latè explicat Petrus Gregor. *ſyntagmatum juris lib.* 4. *cap.* 5. *&* 16. 1. *parte*, & facit *dict. l.* 26. ibi: *Se hermaſſe de manera que fueſſe arado el ſuelo, ò ſincaſſe todo el lugar yermo*, dubium magnum ſe offert, quibus debeant applicari paſcua, quæ incolæ, & vicini talis oppidi deſolati in uſu ante deſolationem habebant, ad cujus dubii veram reſolutionem ſequentes caſus ſunt diſtinguendi.

Primus caſus eſt, quando oppidum deſolatum 11
privatum Dominum habet Comitem, nempè Marchionem, Ducem, aut Baronem.

Secundus, quando ipſum oppidum in dominio Regis manebat, vel proprium ex privilegio, aut Regia conceſſione ipſorum vicinorum erat.

Tertius, quando in iſto oppido aliud convicinum oppidum habebat communitatem in paſcuis.

Ex qua tripartita caſuum ſectione (ni fallor) & quæſtionis propoſitæ vera, ac diſtincta reſolutio patebit, & lites quæ in propoſito excitari ſolent, & ad noſtram Curiam frequenter deferuntur, lucem accipient.

In primo igitur caſu ſecurè affirmare poſſumus, 12
quòd paſcua ſimul cum territorio ſemper Domino manent, cùm enim dominus ſit territorii, ob vicinorum fugam, vel abſentiam, aut mortem dominium ſuum non amittet, nec jura ſua perdet, ut ſentit Gregor. Lopez *in dict. l.* 26. verbo *poblaſſen deſpues*, prope finem, ibi: *Unde, quando paſcua publica, & termini univerſitatis, ſunt à civibus derelicta, & non apparent eſſe privatorum, præſumuntur eſſe Domini, cujus eſt territorium, ſumpta præſumptione à prima dominiorum diſtinctione*, & obſervant Ruinus *conſil.* 26. *n.* 7. *vol.* 1. Curtius Junior *conſil.* 41. *num.* 9. *&* 158. Rolandus à Valle *conſil.* 46. Cephalus *conſil.* 172. *n.* 10. Natta *conſ.* 506. *num.* 30. Bona enim, quæ in collegio habebantur diſtribuenda inter aliquos, collegio diſſoluto, apud Superiorem remanent, ſi fratres, vel ſodales illius collegii, non erant capaces poſſidendi ea bona, nec ea (etiamſi capaces eſſent) ad collegium ipſi tulerunt, ut tradit Abb. omnino videndus *in cap. recolentes, num.* 3. *prope medium, de ſtatu Monachorum.* Felinus *in c. cum dilecta* 22. *verſ. deſtructo Monaſterio, num.* 21. *de reſcriptis.* Innocentius, & Butrius *in c. dilecta, de exceſſibus præla.* Angel. *in l. ſicut, §.* 1. *ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, ubi Bart. *num.* 3. *&* 5. & in *l. fin. ff. de collegiis illicitis, num.* 22. *verſic. quæro quid fiet*, & vide Romanum *conſ.* 89. Cardin. Tuſchum *litera R. concl.* 7. Et ex hac ratione, quando Templariorum Monaſteria fuerunt diruta, eorum bona in patrimonio Eccleſiæ remanſerunt, & per Pontificem Maximum, & Regem fuerunt diverſis piis uſibus applicata, uti exemplificant Doctores antè ſignati, & videre latiùs licet per Mexiam *in vita Alberti* 2. *pag.* 365. Illeſcas *ſecundo tomo Hiſtoriæ Pontificalis, lib.* 6. *cap.* 1. Zuritam *l.* 5. *Annalium Aragon. cap.* 73. *tom.* 1. Marianam *l.* 5. *Hiſtoriæ Hiſpaniæ, cap.* 10. Carillo *lib.* 4. *annal. ſuor. anno* 1310. *f. mihi* 319. & ſententiam in Concilio Viennenſi contra Templarios latam refert, & ad literam ponit Brovius *anno* 1311. *num.* 2. &

ita debet intelligi Avendan. 1. *par. cap.* 4. *prætorum*, *num.* 23.

13 In ſecundo caſu ex eadem ratione, jure communi attento, dicendum videbatur, quòd talia bona ut vacantia revertuntur ad Regem noſtrum, ut potè Dominum primum, à quo exierunt, & in *l.* 1. *ff. de jure fiſci*, & in *l.* 1. & per totum, *C. de bonis vacantibus*, *lib.* 10. ubi *Bart.* Ripa *in l. quo minus*, *ff. de fluminibus*, *num.* 107. Guilielmus Benedictus *in cap. Raynuntius*, *verbo*, *uxorem nomine Adelaſiam*, *num.* 832. *de teſtamentis*, & ex hoc bona vacantia dicuntur de Regalibus, ut in *cap.* 2. *quæ ſint Regalia*, *in feudis*, Gregor. Lopez, *ubi proximè*, ibi: *Et nullo remanente*, *videtur*, *quod tales termini*, *& paſcua redeant ad Regem*, *ſive ipſe donaverit terminos*, *ſive non*, *cùm apud eum ſit publicarum rerum adminiſtratio*, *l. prohibere*, *§. plane*, *ff. quod vi*, *aut clam*, *& quia bona vacantia deferuntur fiſco*, *&c.* docet Chaſſaneus *in conſuet. Burg. rubr.* 2. *des Confiſcations*, *§.* 1. *num.* 20. *caſu* 17. Peregr. *in tract. de jure fiſci*, *lib.* 4. *tit.* 3. Alfaro *eodem tractatu*, *gloſ.* 20. *num.* 143.

14 Sed an de jure Regio ſit hoc circa uſum paſcui publici oppidi deſolati in aliquo immutatum, dubitari non immeritò poteſt, ex *deciſ. text. in l.* 4. *titul.* 6. *lib.* 7. *novæ recopil.* ibi: *Y ſi hallaren*, *que los lugares ſon del todo yermos*, *ſe aya informacion ſi tenian terminos*, *y dehęſſas*, *y exidos*, *y los que pareciere que gozan de los dichos terminos*, *ſean obligados à pagarlo que en los pedidos cabia à pagar en los lugares anſi deſpoblados*, *de que ellos gozan los dichos terminos*: *Salvo*, *que ſi quiſieren dexar los tales terminos*, *y deheſſas para nos*, *y para nueſtra Corona Real. Y anſi miſmo mandamos*, *que los lugares que ſe hallaren que ſon del todo yermos*, *y no ay memoria que tengan terminos algunos*, *que lo que montare en los pedidos de los tales lugares*, *ſe cargue en los otros lugares del partido donde eſtan*, *ſegunque cada uno mejor lo puedan pagar.*

15 In hujus tamen *legis* ſerie tota profectò, nec ullum verbum invenitur, quòd diſponat, aut explicet, quid de terminis, & paſcuis loci deſerti decernere poſſimus, vel cui adjudicari debeant. Verùm ſi ejus tenorem, ac ſenſum attentè perſcrutamur, non malè conjicere fas erit prædictos terminos locis propinquioribus eſſe applicandos. Quod, ut percipias, animadvertenda ſunt verba poſita in *initio illius legis*, quæ ſic ſe habent: *Mandamos*, *que quando algunos lugares que tienen cabezas de pedidos*, *ſe deſpoblaren en eſtos nueſtros Reynos*, *que ſi deſpues de aſſi deſpoblados vivieren en ellos tantos vezinos poblados*, *que puedan pagar al pedido*, *que les pague*, *que ellos ſean obligados à lo pagar dende en adelante*, *ſi ſino eſtuvieren tantos*, *ſean encabezados*; *ſegun el numero de los vezinos que huviere*, *y de las haziendas que tuvieren*, *y lo que ſe menoſcabare en el tal lugar lo encabecen à los lugares mas cercanos de aquel partido*, *que eſtan mas aliviados de pedido*, *tanto que ſea de aquel partido*, *è yugales en juriſdicion.*

16 Cum ergo hæc lex diſpoſitivè gravet loca viciniora loci deſolati, ut perſolvant ejus gabellas, ſeu collectas, & quod inter vicinos ſolvendæ impartiantur, videtur dicendum in aliquo emolumento damnum hoc compenſari, & inſtaurari debere, & ſic vicinis prædictis applicanda paſcua loci deſerti, ex regula, *ſecundum naturam*, 10. *ff. de reg. jur. cap. qui ſentit*, *eodem tit. in* 6. *l.* 29. *tit. fin. part.* 7. cum aliis, quæ adducit Everardus *in top. legalibus*, *cap. à contrariis*, *l. cum duobus* 52. *§. quidam ſagariam*, *ff. pro ſocio.*

17 Præterea hanc fuiſſe *prædictæ legis* mentem ex verbis ſequentibus veriſimiliter deſumitur, ibi: *Se aya informacion*, *ſi tenian terminos*, *y deheſſas*, *y exidos*, *y los que pareciere ozan de los dichos terminos ſean obligados à pagar lo que en los dichos pedidos cabia à pagar en los lugares*, *anſi deſpoblados*, *de que ellos gozan los dichos terminos.* Si quidem gravamen perſolvendi prædictas gabellas abſque dubio imponitur illis, qui prædictis paſcuis, & terminis potiuntur, quòd ſi hæc verba cum prioribus, in quibus propinquioribus locis imponebatur tale onus conjungas, neceſſariò fateri debes, quòd eis licebit talia paſcua propter prædictum onus occupare. Et ille legitimus, & naturalis ſenſus eſt *legis*, qui (contexendo extrema ejus verba cum primis) colligitur, ut eleganter docet Doctor Campos in *ſua Iſonomia*, ſeu *ratione interpretandi juris utriuſque*, *reg.* 1. per *text. in l. incivile*, *ff. de legibus*, & per varia exempla tradit, & nullus aptior intellectus legis, quàm, qui verbis quadrat, *l. item veniunt*, *§. aptandæ*, *ff. de petitione hæreditatis.* Itaque prædicta lex ſaltem ſupponit prædicta paſcua, & terminos à vicinioribus locis poſſideri poſſe, & ſic licet (ut bona vacantia) ad ad Regem eſſent deferenda, jam tamen ejus permiſſio, & facultas conceſſa videtur ex dictæ legis diſpoſitione, ut oppida viciniora poſſint prædicta paſcua occupare, dummodo tamen, ſolvendo vectigal, quod deſolato oppido impartitum erat, onus agnoſcant.

18 In tertio verò, & ultimo caſu ſuprà propoſito, ſi oppidum, quod communitatem habebat cum alio oppido deſolato, ei fuerit magis vicinum, nullum erit dubium, quin ei integrè accreſcant prædicta paſcua. Si verò aliud ſit vicinius, eis potietur, & gaudebit, ſervata tamen communitate, & jure ſervitutis illæſo oppido compaſcuo, quod communitatem habebat, cum bona ſemper tranſeant cum ſua cauſa, *l. teſtatrix*, *§.* 1. *ff. ſi ſervitus vindicetur*, *l. nihil proponi*, ibi: *Salva tamen cauſa legati*, *ff. de legat.* 1.

19 Tandem, ſi villa, aut oppidum deſolatum poſt aliquod tempus iterum populetur, quaſi poſtliminio paſcua recuperabit, & vicini, qui reverſi fuerint, vel de novo incolatum oppidi aſſumpſerint, paſcuis ejus utique potientur ex duabus validiſſimis rationibus.

20 Prima, quia licèt caſtrum dirutum regulariter amittat nomen, & bona, ut in *l. pater*, *§. Tuſculanus*, *ff. de legat.* 3. & in *l. uſusfructus civitati*, *ff. quibus modis uſusfructus amittatur*, Innocent. & Abb. in *cap. Abbate*, *in fine*, *de verbor. ſignific.* Felinus *in dict. cap. cum dilecta*, *verſic. deſtructo Monaſterio*, *num.* 21. Bart. *in l. quo minus*, *num.* 26. *cum ſequentibus*, *ff. de flumin.* Jaſo *in l. jus civile*, *ff. de juſtitia*, *& jur.* Bald. *conſ.* 158. *in fin. vol.* 3. *& conſ.* 321. *&* 322. *vol.* 4. Alex. *conſ.* 43. *vol.* 1. incipit, *De celerrima*, quia interitu rei omnia jura tolluntur, *l. ſi legati cauſa*, *l. ſciens*, *ff. de verbor. ſignific. Authent. de nuptiis*, *§. deinceps*, *l. virum*, *§. ſocietas*, *ff. pro ſocio*, *l.* 1. *ff. quemadmodum ſervitutes amittantur*, & ſervitus ſemel extincta non reviviſcit. *l. Titia*, *ff. de ſervitu. ruſti.* Platea *in l.* 1. *C. de aquæ ductu*, *lib.* 10. tamen hoc procedit, quando, lege permittente, talis devaſtatio, ſeu depopulatio ſit, non verò quando caſu, aut



aut de facto, ut loquuntur antè ſignati Doctores, & tradit Pariſius *conſ.* 101. *num.* 34. *vol.* 1. Vel quando adhuc manſit aliqua ſpes novæ reſtaurationis, vel aliqua jura conſervantur, ut ad notata per Ripam *in d. l. quo minus numero* 103. obſervat Cancerius *tom.* 3. *variar. cap.* 13. *numero* 50. Ludovicus Caſanate *conſil.* 26. *num.* 40. Gironda *de privil. quæſt.* 135. *num.* 752.

21 *Secunda*, quia populus propter gentem fit, & conſideratur, ut in *l. juſtiſſimè*, *ff. de ædilitio edicto*, & vicinis, ac incolis cujuſlibet oppidi ſunt conceſſa ejus paſcua, ex *d. l.* 9. *tit.* 28. *par.* 3. & aliis ſæpius repetitis, unde quemadmodum, eis extinctis, vel abſcedentibus, paſcua aliunde ſe transferunt, & vicinos, qui tributa Regia agnoſcunt, inſequuntur, & quærunt, ita eis revertentibus, & ſtabilitis, ad eos redeunt.

22 Si autem vicini alicujus oppidi deſtructi, quia domus bello, clade, aut aliquo caſu fuerunt dirutæ, ad alium locum habitandum ſe contulerint, quod antea de per ſe oppidum non erat, & ibi domos de novo fecerint, aut vacuas occupaverint, adeò quod poſſimus dicere tranſlatum eſſe primum oppidum de uno loco ad alium, tunc paſcua oppidi deſolati abſque dubio conſervabunt, & retinebunt, quemadmodum de caſtro ita ſcripſere Alberic. *in dict. l. ſi uſusfructus*, Alex. *d. conſ.* 43. qui allegat *text. in cap. cum ad Monaſterium*, *de religioſis domibus*, & in *cap. & temporis*, 11. *quæſt.* 1. Cancerius *ubi proximè*, *numero* 51. Quæ omnia pro exacta hujus rei cognitione ſummè ſunt conſideranda, nec alibi ita ſpecificè, ac ſolida veritate ſubnixa invenies. Nec me latet, Coſtam *in tractatu*, *de ratione ratæ*, *& quotæ*, *quæſt.* 186. diverſimodè in hac re loquutum, ſed cum *legem* Regni non viderit, meritò ejus dicta in propoſito parvi facienda ſunt.

## NOTÆ AD CAP. XXIII.

1 DEſolationem Oppidorum cum *Noſtro Auctore hic num.* 10. *& Solerzan. de gubern. Indiar.* exclamat pro noſtris peccatis *Balmaſeda de collect. q.* 64. *num.* 2.

Et tres caſus poſitos pariter in *hoc cap. num.* 11. examinatos in *num. ſeqq.* recitat itidem, confirmat, & approbat *ipſemet Balmaſeda d. q.* 64. *num.* 3. *cum multis ſeqq.* ubi ſemper de *noſtro Auctore* meminit, ac ad illum poteſt recurri.

2 Sicuti pariter de alia reſolutione *hic* capta *ex num.* 19. differit *idem Balmaſeda ubi ſupra à n.* 14. *ad* 30. & cum *Otero* ſe continet; cujus dicta *aliis auctoritatibus* communit *num.* 21. & fortificat cum juribus *num.* 22. 23.

3 Circa id, quod dicitur *num.* 22. de oppido tranſlato de uno loco ad alium, ut eidem conſerventur paſcua oppidi deſolati; pendere videtur reſolutio, an per hanc translationem dicatur deſerta prima habitatio (ſivè qua non competunt paſcua, ut *pluries fuit dictum*) & videndi ſunt *DD. in c. noſtra de regul. ad quos remiſſivè ſe habet Balmaſeda d. q.* 64. *num.* 40. *in fin.*

*Comes Vincentius Bondenus.*

## CAPUT XXIV.

### ARGUMENTUM.

Si concedatur aliquibus exteris communitas, vel jus paſcui, an debeat intelligi tantùm pro pecoribus, quæ habebant tempore conceſſionis, an verò etiam pro aliis, quæ poſtea auxerint, & acquiſierint.

### *SUMMARIUM.*

1 *Jus Paſcui in dubio videtur conceſſum habito reſpectu ad numerum animalium*, *quæ quis habebat tempore conceſſionis.*

2 *Agitur de* l. damni 18. §. ſi is, qui binas, ff. de damno infecto, l. 1. §. illud, ff. de aqua quotid. & æſtiva, l. ex eo 24. ff. de ſervitut. ruſticor. prædiorum, l. non modus 12. C. de ſervitut. & aqua.

3 *Omnis diſpoſitio regulariter includit*, *& comprehendit bona præſentia*, *non futura*, *ubi agitur de* l. Rutilia Polla, ff. de contrahenda emptione, l. fundi 77. ff. eodem, & l. 4. C. de uſuris.

4 *Conceſſio*, *vel diſpoſitio*, *quantumvis favorabilis*, *licet quandoque extendatur ad futura*, *non tamen*, *ubi præjudicium Tertii vertitur.*

5 *Expenditur tex.* in cap. quanto, de cenſibus, *& in* cap. ſuggeſtum, de decimis.

6 *Quælibet conceſſio debet metiri ex natura contractus.*

7 *Expenditur tex.* in l. grege 13. ff. de pignoribus, *& in* l. peculium 67. ff. de legat. 2. *& in* l. denique 8. §. fin. ff. de peculio legato.

8 *Ponderatur in propoſito text. in* cap. quia circa, de privilegiis.

9 *Conceſſio juris paſcendi regulariter concipi ſolet per hæc verba*, para ſus ganados.

10 *Referuntur Doctores*, *qui quæſtionem propoſitam reſolvunt.*

11 *Reſpondetur ad argumenta contrariæ oppoſitionis.*

12 *In conceſſione juris paſcendi ſemper debent attendi ejus verba*, *& conſuetudo*, *aut ſtatutum municipale.*

QUæſtio hujus capitis non immeritò in controverſiam deduci poteſt, ſi quidem pro utraque acie poſſunt adduci, & excogitari fundamenta.

1 Illa igitur pars, quæ fovet communitatem, vel jus paſcui in dubio tantum pro numero pecudum concedi tempore conceſſionis habitorum ſequentibus nititur fundamentis.

2 Primò, ex textu *in l. damni* 18. *§. ſi is*, *qui binas*, *ff. de damno infecto*, *l.* 1. *§. illud*, *ff. de aqua quotid. & æſtiva*, *l. ex eo* 24. *ff. de ſervitut. ruſticor. prædiorum*, *& in l. non modus* 12. *C. de ſervit. & aqua*, quibus juribus probatur quamlibet ſervitutis conceſſionem metiendam, & terminandam reſpectu illius rei, ad quam tunc dirigitur; non verò poſtea auctæ, vel ſuperadditæ, Capra *conſ.* 45. *num.* 2. Philip. Corn. *conſ.* 15. Practica Papienſis *in forma libelli*, *quando agitur confeſſoria*, *in gloſſ. verbo ſervitus*, *num.* 5. ubi, quod conceſſio intelligitur facta de rebus præſentibus, non de futuris.

3 Secundò ex eo, quòd omnis diſpoſitio regulariter

riter includit ea, quæ erant tempore diſpoſitionis; non autem extenditur ad futura, ut in contractibus apertè deducitur ex *l. Rutilia Polla, ff. de contrahenda emptione*, ibi: *Ego exiſtimo eatenus lacum, quem emit Rutilia Polla, veniſſe, quatenus tunc fuit; & circa eum decem pedes, qui tunc fuerunt; nec ob eam rem, quod lacus poſtea crevit, latius eam poſſidere debere, quam emit*, *l. in lege fundi* 77. *ff. eod. titulo*, & in *l.* 4. *C. de uſuris*, in reſcripto, ut in *cap. fin. de reſcriptis*; in privilegio, ut in *cap. ad audientiam* 2. *de Eccleſ. ædifi. & in cap. cum capellanus*, ubi Gloſſ. *de privileg.* in juramento, ut in *cap. Clericus, de jurejurand. cap.* 2. *de renunt.* in ſententia bonorum confiſcationis, in *l. ſi tibi mandavero* 22. §. *is cujus, ff. mandati*: In ultima voluntate id ipſum ſuadetur ex *l. ſi ita ſcripſiſſet* 47. *& l. fin.* §. 1. *ff. de lega.* 2. *l. uxorem* 39. *l. his verbis* 100. *ff. de lega.* 3. *l. ſi ita* 8. *ff. de auro, & argento leg.* exornant, & proſequuntur regulam iſtam Jaſon *in l.* 3. §. *illud quoque, ff. quod quiſque juris*, & in *l. quo minus, num.* 136. *ff. de fluminibus*, Petrus Surdus *conſ.* 127. *ex n.* 42. Borgninus Cavalcanus *de uſufructu mulieri relicto, ex num.* 85. qui ita reſolvit in legato uſus fructus, & plures, quos accuratiſſimè refert, & ſequitur D. Joan. de Caſtillo *de uſufruct. cap.* 44. *per totum*, Mantica *lib.* 3. *de conject. ult. volunt. tit.* 11. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 172. Caſanate *conſ.* 44. *à num.* 3.

4 Tertiò, quia licet quandoque conceſſio, vel diſpoſitio favorabilis trahatur ad futura, non tamen ubi vertitur præjudicium tertii, ut affirmat Abb. *in cap. quia circa, de privilegiis*, quem ſequitur in propoſito Surdus *ubi proximè, num.* 45. quod autem in conceſſione paſcui, vel ejus communitatis vertatur, & inſit aliorum vicinorum maximum præjudicium, nullus ambigere poteſt, ergo in noſtro caſu conceſſio ad futura pecora aucta, & ſuperaddita extendi non debet.

5 Quartò ex textu in *cap. quinto de cenſibus*, ibi: *Indulgemus igitur, ne ultra primam menſuram in procuratione ipſa ſitis ulterius prædictis fratribus obligati, ſed expenſis, quæ conſueverunt ſufficere, ſint contenti; niſi facultates Eccleſiæ in tantum excreverint, quod ſine gravamine, ampliato fratrum numero, ad ſolvendum debitum procurationis, extendi poſſit quantitas expenſarum*, & in *cap. ſuggeſtum, de decimis*: quibus juribus probatur cenſus, vel exemptionis conceſſionem regulandam eſſe, habito reſpectu ad res, vel ad perſonas, quæ erant tempore conceſſionis, non autem ſi perſonæ, quarum intuitu fuit facta conceſſio, creverint, vel pullularint. Et conducit, quod tradit Peleus *quæſt.* 48. Jaſon *in dict. l. quo minus, ff. de fluminibus*, de furnario, qui promiſit coquere panem pro tota familia pro certa penſione annua, quem tamen poſteà (familia aucta) non teneri, niſi juxta modum quo erat tempore contractus, reſolvunt præcitati Doctores, quorum dictis aſſentit Theſaurus *deciſ.* 226. *n.* 2.

Contraria tamen ſententia, nempè, quòd conceſſio, vel communitas paſcui intelligi debeat, etiam reſpectu animalium, & pecorum, quæ poſtea acquiſierint perſonæ, quibus fuit conceſſa, ſequentia pro ſe ſortitur fundamenta.

6 Primum ex eo, quòd hæc conceſſio debet regulari ſecundum naturam, & qualitatem rei, ſuper qua fit contractus, ut in *l. ita ſtipulatus* 115. ibi, *& ipſius rei naturam, ff. de verborum obligat.* At natura, & qualitas rei id poſcit, quòd conceſſio debeat eſſe reſpectu pecorum, quæ omni tempore illi (quibus conceditur paſcuum) habituri ſunt, cùm abſonum eſſet (quemadmodum poteſt eis contingere, & caſu obvenire pecudum diminutio) eis limitari, & coarctari augmentum, & pro futuris pecudibus, & auctis nihil eſſe conceſſum, ut eſt tex. ſingularis in propoſito, in *l. ſi ſervitus* 22. *ff. de ſervitut. urban.* ibi, *Omne lumen ſignificari ſive quod in præſenti, ſive quod poſt tempus conventionis contigerit*, quo argumento in ſimili utitur Covarr. *lib.* 1. *variar. c.* 13. *num.* 9. *verſic. ſeptimò colligitur*, ibi *Eam ſiquidem interpretationem adverſus propriam indefinitæ orationis ſignificationem ſubjecta materia, mens, & intentio contrahentium admiſit: non enim is, qui ita ſibi cavet, viam ſibi præcludit quin poſſit feneſtras alias, vel ampliores facere, ut explicat Andr. Alciat. in l. verbum erit, ff. de verborum ſignificatione, ac tradit optimè Joan. Coraſius in rubrica, ff. de ſervit. n.* 31.

7 Secundum deducitur ex *l. grege* 13. *ff. de pignoribus*, ibi: *Grege pignori obligato, quæ poſtea naſcuntur, tenentur, l. peculium* 67. *ff. de leg.* 2. junctis his quæ *ibi* communiter notantur, *l. denique* 8. §. *fin. ff. de peculio leg.* ibi *Veriſimile eſt eum omne augmentum ad ipſum pertinere voluiſſe, cui patrimonium manumiſſo futurum eſt*, ea conſideratione habita, quod conceſſio paſcui regulariter ſolet fieri, & concedi pro gregibus alendis, & ferè ſemper nomine collectivo, & univerſali, quo caſu quamlibet diſpoſitionem futura comprehendere nullus ambigere poteſt, ut, pluribus adductis, reſolvit Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 127. *ex num.* 28. Hondedeus *conſ.* 63. *num.* 43. Mantica *lib.* 3. *de conject. ult. volunt. tit.* 11. *lib.* 3. *num.* 13.

8 Tertium deſumitur ex text. celebri in *d. cap. quia circa, de privilegiis*, ibi: *Intellexiſſe videtur non ſolùm de decimis illius temporis, ſed futuri:* ex quo *textu* communiter notatur, quod privilegium, ſeu beneficium alicui villæ conceſſum, etiam protrahitur ad ejus augmentum, Albertus Brunus *in tractatu de augmento, concl.* 9. *in* 2. *volum. tractatuum Doctorum*, & quod exemptus à ſolutione collectarum de rebus ſuis videatur exemptus pro rebus etiam poſtea quæſitis, pro quo expendit textum, in *l. incola, ff. ad municipalem*, & in *l. certa*, §. *hoc Senatus, ff. de legat.* 1. & in *l. prædiis*, §. *fin. ff. de leg.* 3. Aviles *in capitibus prætorum, in proœmio, verbo, Iſlas, num.* 9. Gironda *in tractatu de privilegiis, q.* 16. *num.* 116. Unde libertas conceſſa reſpectu habitantium quo loco porrigitur etiam ad illos, qui poſtea veniunt habitaturi, *l. forma*, §. *quamquam, ff. de cenſibus*, Guido Papæ, *pag.* 265.

9 Quartum, & ultimum in id tendit, quòd conceſſio paſcui frequenter in puncto noſtræ quæſtionis concipitur per hæc verba, quod pateat in paſcuo aditus, *para ſus ganados*, quod verbum, cum ſit commune tàm pecudibus præſentibus, & acquiſitis, quàm acquirendis; illud omne, quod ſignificatione verborum comprehenditur, in conceſſione veniet, & intelligitur, ut in *l. ſi ita legatum, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*, ubi Bart. & in *l. ſolemus, ff. illo titulo*, Mantica *ubi ſup. num.* 31.

10 Quam ſententiam in terminis paſcui (licet remiſſivè, & his fundamentis nudam, & orbam) obſervandam tradidere Bart. *conſ.* 59. incipit, *Cimmune civitatis*, Barbatia *conſ.* 51. *vol.* 2. Guido Papæ, ubi ejus additio, *q.* 489. Chaſſaneus *in conſuetudinib. Burgund. rubr.* 9. §. 4. *in verbo, filn' y à tiltre, num.* 1.



11 Cui profectо reſolutioni non obſtabunt fundamenta contraria, procedunt namque, quando ſervitus, vel conceſſio fuit facta ſpecialiter, & limitatè, ac reſpectu certarum hæreditatum, vel perſonarum, & per verba correſpectiva, ſeu limitata bonis, vel perſonis tunc exiſtentibus, ſive quando natura, & qualitas rerum, perſonarum, vel contractus ita patiebatur, vel ex tali extenſione ſubintellecta ex temporis curſu maximum generabatur, & imminebat præjudicium concedentibus paſcuum: quo caſu labefactari, & deficere contractum, communitatem, & conceſſionem hæſitari non poteſt ex his, quæ tradit Gironda *dicto tractatu de privil. num.* 898. *& q.* 168. *num.* 899. non verò, quando natura conceſſionis id patitur, & concipitur per verba extenſionem hanc virtualiter recipientia, ex his quæ *ſuprà* diximus.

12 In ſumma autem illud adverte ex Doctoribus *ſuprà* adductis maximè attendenda eſſe verba conceſſionis iſtius paſcui, vel communitatis, vel loci ordinationem, ſeu ſtatutum municipale, ſi ex eo certus numerus pecudum cuilibet vicino ſit aſſignatus: nam conceſſio ſecundum tale ſtatutum cenſebitur abſque dubio facta, ut in *l. ſi fundus, ff. de evictionibus.*

## NOTÆ AD CAP. XXIV.

1 NIſi obſtare poſſit tenor conceſſionis Paſcui, ut advertitur *hìc num.* 12. contenta in *hoc cap.* de plano procedunt.

2 Non curato ſimili in contrarium adducto de furnario, ſeù piſtore, qui tenetur ſolummodò coquere panem pro familia, quæ erat tempore contractus, non autem quæ aucta fuit, ut *hic nu.* 3. *in fin. & per Card. de Luca tit. de regalib. diſc.* 75. *num.* 10. *lib.* 2.

3 Nec attento alio ſimili de privilegio conceſſo pro ſe, & familia, ut non extendatur ad familiam auctam ex *Jaſ. in l. fin. C. de verb. ſignif. Cephal. conſ.* 273. *num.* 5. *Balmaſeda de collect. quæſt.* 70. *num.* 10.

4 Quoniam hæc, & conſimilia non adaptantur,
quando conceſſio fuit facta pro re veriſimiliter
augumentum recipiente, ut modò, & ex moti-
5 vo *hic num.* 8. *in fine* tacto de conceſſione pro
habitantibus in aliquo loco extendenda ad illos
etiam, qui poſteà veniunt habitatum, & de pri-
vilegio Civibus conceſſo extendendo ad Cives
6 quoque noviter allectos, & receptos, *Balmaſeda*
*d. quæſt.* 46. *ſub num.* 16. *cum Novar. quæſt. forenſ.*
127. *ubi ſic deciſum.*
7 Si tamen ob augmentum animalium magnum
generetur præjudicium cæteris, reſolutio *hic*
capta conticeſcere debet, ut *innuit Auctor ſub*
*nu.* 11. ac plenè educitur à *cap. ſuggeſtum, ubi*
*Canoniſtæ, de decim. & de quo ſæpè Card. de*
8 *Luca in ſuo Theatro veritatis*, diſponente, quod
privilegium incipiens eſſe nimis damnoſum, &
irrationabile reduci debet, nec non à firmatis in
hac materia, quando paſcua non ſufficerent pro
animalibus omnium civium, à *Surd. de alim. tit.*
7. *quæſt.* 9. *num.* 6. *Avendan. de exeq. mand.*
*cap.* 4. *num.* 21. *verſ. immò plus: Rovit. in Ru-*
*br. pragm. de paſcuis nu.* 17. *Barbat. de diviſ.*
9 *fruct. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 46. & magis ſpecialiter de
reducendo numerum animalium exceſſivum ad
tale moderamen, ut ſervetur æqualitas, & de-
bita proportio inter omnes, *ab Alberic. in l. Im-*
*peratores, ff. de ſerv. ruſt. præd. Avendan. ubi*
*ſupra cap.* 13. *num.* 10. *Cancer. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 66.
*Capiblanc. de baronib. lib.* 2. *cap.* 79. *num.* 34.
*Cobel de bono regim. cap.* 50. *num.* 199. *de quibus*
*Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 41. *num.* 8. *verſ.*
*tertius demum lib.* 4.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXV.

### ARGUMENTUM.

Si ex ordinatione, vel ſtatuto oppidi appoſita ſit pœna contra gregem pecudum depaſculantium in vetito paſcuo, & integer grex non depaſcatur, an pro pecudibus depaſcentibus debeat ſolvi pœna, ſaltem pro rata.

### *SUMMARIUM.*

1 *Frequens admodum eſt quæſtio hujus capitis, ſed à Doctoribus non ſatis diſcuſſa, & quaſi per tranſitum tacta.*

2 *Expenditur Gloſ.* in c. 1. de decimis, *quatenus agit de judicio ratæ.*

3 *Statuti, ſeu ordinationis mens, & intentio potiùs, quàm verborum tenor inſpici, & attendi debet.*

4 *Plus, aut minus regulariter non conſtituit diverſam ſpeciem.*

5 *Statuti, ſeu ordinationis verba intelligi debent, ita ut evitetur abſurdum.*

6 *Statutum ſive ordinatio pœnalis ſuper uſu paſcui ſtrictè debet interpretari.*

7 *Statuti verba ſi ſunt obſcura, humanior ſemper interpretatio eſt ſumenda.*

8 *Expenditur tex.* in l. 12. tit. 7. lib. 7. recopil.

9 *Caſus omiſſus per ordinationem, vel ſtatutum videtur remanere in diſpoſitione juris communis.*

10 *Ubi lex, ordinatio, ſeu ſtatutum non expreſſit, vel diſtinxit, nec nos exprimere, ſeu diſtinguere debemus.*

11 *Pecudes, vel animalia ſigillatim per capita, vel gregatim, ſeu nomine collectivo, & univerſali ſolent demonſtrari, & ſtatuto, ſive ordinatione notari, vel mulctari.*

12 *Statuto, vel ordinatione frequenter ſolet imponi pœna pro ſingulis pecudum capitibus depaſcentibus, & tunc quid de agno, vel vitulo lactaneo, utrum cum matre faciat unum caput, & num.* 13.

14 *Expenditur text.* in l. ſi ut certo loco, §. uſque adeo, ff. commodati.

15 *Ponderatur text.* in l. quamvis, ff. de precario.

16 *Vendita equa, ove, ſeu vacca, venditus etiam videtur vitulus, & in venditione comprehenſus.*

17 Lex 5. titul. 8. libr. 7. novæ recopilationis *expenditur.*

18 *Ex venditione equæ non debetur gabella pro pullo ejus lactaneo.*

19 *Pullus, Catulus, vitulus, & quilibet partus alicujus pecudis, ſi herbam depaſcit, diverſum caput de per ſe conſtituit.*

20 *Agnus cum ad tonſuram venit, regulariter diverſum cum matre caput conſideratur.*

21 Gregis *nomine quid ſignificetur, & quis numerus pecudum gregem conſtituat, ubi de Glo. in verbo* gregis, *in* §. ſed ſi gregis, Inſtitut.

tut. de rerum diviſione, *& de* l. 19. titul. 14. part. 7. *quæ in propoſito expenditur.*

22 Armenti *nomine quid in jure noſtro ſignificetur, & veniat, ubi plura in propoſito ex bonis literis recenſentur.*

23 Ovile *quid comprehendat, & ſignificet.*

24 Pecus, *nomen generale eſt, & omnium animalium gregatim paſcentium quamlibet ſpeciem comprehendit.*

25 *Traditur reſolutio, & diſtinctio in quæſtione hujus capitis, in qua ſatisfit ejus themati.*

26 *Reſpondetur argumentis contrariæ opinionis, & eis ſigillatim ſatisfit, numero 27. 28. & 29.*

1 FRequens, & aſſidua eſt materia quæſtionis iſtius, & quæ paſſim occurrere ſolet. Quapropter miror Interpretes noſtros rem quotidianam, & crebrò praxi expoſitam ita omiſiſſe, vel ſeriò, & quaſi per tranſennam tantùm tetigiſſe.

2 Ut tamen diſputationis prælium ineamus, quòd in hoc caſu, ſive depaſcantur pecudes, quæ integrè non conſtituant gregem, vel ejus numerum ſuperent, debeat condemnatio pœnæ fieri pro rata pecudum, probatur primò ex Gloſſ. *in cap.* 1. *de decimis*, verbo *in primitiis*, ibi: *Sed quid, ſi tot non habeat capita, tunc ſolvat æſtimationem ſecundum quantitatem illius numeri*, ubi Doctores maximè *Hoſtienſis*, & conducunt tradita per Romanum *conſ.* 89. *Viſis in principio*, ubi plura in confirmationem adducit Alexand. *conſ.* 72. *Viſo proceſſu*, *numer.* 8. *lib.* 5. Card. Tuſchus *litera R. concl.* 7. *in ſuis practicis concluſionibus.*

3 Secundò, quia licet ordinatio, vel ſtatutum loquatur de *grege*, tamen non verborum tenorem, ſed mentem inſpicere debemus, ut in *l. ſcire leges*, *ff. de legibus.* Jacobus de Arena in *l. qui autem*, *num.* 4. *ff. quæ in fraudem credit.* & verba ſunt referenda ad ſenſum hominis benè ſenſati, *cap. ex literis*, ubi Abb. *num.* 3. *de ſponſalibus*, mens autem talis ordinationis, vel ſtatuti in id tendit, ut damnum quoquomodo factum reſarciatur, & perſolvatur, ut ſatis liquet: ergo pro rata damni præſtiti, & ſatisfactio facienda.

4 Tertiò, quia plus, aut minus regulariter non conſtituit diverſam ſpeciem, ut in *l. fin. ff. de fundo inſtructo*, & idem jus dicimus de parte reſpectivè, quod dicimus de toto, ut in *l. quæ de tota*, *ff. de rei vind.* Cùm ergo depaſci in loco vetito ſit prohibitum, ſatisfactio damni, vel ſolutio pœnæ, quæ pro grege debet eſſe certæ, & determinatæ quantitatis, ex ſtatuto in minori pecudum numero pro portione, & rata debebit fieri.

5 Quartò, quia ſemper ſtatuti, vel ordinationis verba ſunt intelligenda, ut evitetur abſurdum, & occaſio delinquendi, ac tali modo, ut ejus prohibitioni fraus non fiat, ut in *l. non dubium*, cum vulgatis, *C. de legibus*, regula *cum quid una via*, de regulis *juris in* 6. ſed ſi impoſita pœna pro grege tantùm in illo caſu eſſet practicanda; facillimè poſſet quis immittere in paſcuo vetito pecudes, & animalia citrà numerum conſtituentem gregem, ſufficientia tamen ad devaſtandum paſcuum; vel gregem dividere per perſonas, ut legi fraus fieret, ut patet ad ſenſum, ergo huic damno, & ſimili fraudi occurrere voluiſſe ordinationem, & ſtatutum in dubio interpretari debemus, ut in *l. in fundo*, ubi notatur, *ff. de rei vind.*

Oppoſita tamen, & contraria ſententia, ſimili- 6
tudinibus, & argumentis non eſt deſtituta. Et primò ſuadetur, quòd talis ordinatio, quæ pro grege in loco vetito depaſcente pœnam infert (utpotè pœnalis) tantùm in caſu per eam expreſſo debet intelligi, ut in *l. cum quidam*, *ff. de liberis, & poſthum.* nec extenſionem recipit, non ſolùm ad minores caſus, ſed nec ad ſimiles, Cravet. *de antiquit. tem.* 4. *par. num.* 11. Card. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 213. *& lit. O. concl.* 67. ſed minus damnum, & delictum conſiderari poteſt in pecudibus, quæ non conſtituunt gregem, quàm in grege integro, ut eſt notum, ergo pœna impoſita pro grege ad pecudes numero pauciores porrigi non debet.

Secundò, quia, ubi agitur de interpretatione 7
legis pœnalis, ſemper humaniori ſententiæ proniores eſſe debemus, *l. ſi Præſes*, *ff. de pœnis*, ubi Gloſ. *verb. mitior*, *l. ſemper*, *ff. de reg. jur.* cum vulgatis.

Tertiò, quia pro unaquaque pecude paſcuum 8
alienum, ſeu vetitum depaſcente impoſita eſt certa pœna jure noſtro Regio, ut in *l.* 12. *tit.* 7. *libr.* 7. *recopilationis*, ibi: *Y qualquier que otro ganado en ellas traxere, por el miſmo hecho caya en pena de cinco maravedis cada cabeça, por
cada vez que alli fuere hallado, ò tomado.* Cum 9
autem ſtatutum, vel ordinatio loquatur de grege integro, quoad capita videtur remanſiſſe in diſpoſitione juris, ut in *l. commodiſſimè*, *ff. de liberis, & poſthum. l. ſi cum dote*, *ff. ſoluto matrimonio*, ac per conſequens, quando pecudes ſunt numero pauciores, quàm conſtituant gregem, non ex pœna ſtatuti, vel ordinationis pro rata, ſed ex *dictæ legis* 12. deciſione debent mulctari.

Quartò, quia ſi ordinatio, vel ſtatutum vo- 10
luiſſet damnare pecudes depaſcentes citrà numerum gregis, utique expreſſiſſet, cùm facile eſſet capita includere, & exprimere in pœnæ appoſitione, præſertim cùm ex ſtylo ordinario pluribus in locis id expreſsè cautum inveniamus, & in *pluribus legibus.* Cum igitur id non fecerit, nec nos interpretari debemus, ut in *l.* 1. *§. generaliter*, *ff. de leg. præſt. l. unica*, *§. ſin autem ad deficientis*, *in fin. C. de cad. tol. cap. ad audientiam*, *de decimis.*

Hæc pro utraque acie militant fundamenta. 11
Ut tamen veram reſolutionem ſecurè tradere poſſimus, aliqua hujus capitis doti, ſeu materiæ plurimum convenientia prænotare duxi.

Et primò pecudes, & animalia, de quorum paſtu contendimus, vel ſigillatim, vel gregatim à lege, ſeu ab homine ſolent demonſtrari. Sigillatim, quando cujuſcumque ſpeciei numero certo oſtenduntur capita, veluti ſi ordinatio, vel ſtatutum, vel hominis diſpoſitio de quinquaginta, aut centum ovibus, capris, bobus & ſimilibus animalibus diſponat: Gregatim quando aliquo nomine, aut dictione certi numeri comprehenſiva utatur, veluti grege, aut armento, vel ovili, ut in *l. grege*, & in *l. ſi grege*, *ff. de legat.* 1. & in *§. ſi grex*, & in *§. peculium*, *Inſt. de legatis.*

In propoſito autem, quando ſtatutum, vel or- 12
dinatio loquitur ſigillatim de pecudum capitibus numeratis, veluti, quòd quis non poſſit immittere in paſcuo, niſi tot capita ovium, vel boum, aut equorum, ſuum, & aliorum animalium, vel quòd pro tot capitibus inventis in paſcuo alieno, aut vetito iſtam, ſeu aliam pœnam certam perſolvat, res eſt abſque difficultate, nec noſtri



13 noſtri capitis controverſia ei adaptatur. Licèt hæſitari ſoleat quandoque, an in hoc puncto talis diſpoſitio loquens, nempè de ovibus, intelligi poſſit de agnis, ut eadem prohibitio, & pœna ſectetur. Et ſanè ego ſic diſtinguerem, quòd ſi agnus adhuc lactetur, unum tantum caput cum matre tanquam pars corporis ejus faciet. Et ex ſequentibus moveor. Primò ex *l. ſed addes* 19. *§. ſi quis mulierem*, *ff. locati.*

14 Secundò ex *l. ſi ut certo*, *§. uſque adeo*, *ff. commodati*, ubi commodata equa, quam pullus comitatur, videtur etiam commodatus pullus, & utriuſque cuſtodiam commodatarius præſtare tenetur, tradit Hippolytus de Bonacoſſa *in tract. de Equis*, *quæſt.* 353.

15 Tertiò ex *l. quamvis*, *ff. de precario*, ubi ſi precariò ancilla conceditur, partus ejus etiam conceſſus videtur.

16 Quartò, quia vendita equa, ove, ſeu vacca, venditus etiam dicitur vitulus, qui ab ea lactatur, ut docet Jaſo. *in l. ſi extraneus*, *num.* 22. *ff. de condictione cauſa data*, & in *§. actionum*, *num.* 6. *Inſtitut. de actionibus.* Fabius de Monte *in tractatu*, *de emptione & venditione*, *quæſt.* 6. *princip. ſub num.* 27. Ant. Gomez 2. *tom. variarum*, *cap.* 2. *num.* 14. Mantica *de tacitis, &
17 ambiguis*, *lib.* 5. *titul.* 9. *num.* 17. Undè cum per *l.* 5. *titul.* 8. *lib.* 7. *Recopil.* præmium concedatur capienti Lupum, ſeu Lupam, vel Urſum aut quodlibet animal nocivum, ſi quis cæperit Lupam, aut Urſam cum catulis lactaneis, tantùm ex uno capite mercedem accipiet, ex Felino *in cap. ſicut*, *num.* 3. *de homicidio.* Guilielmo de Cugneo *in l. qui in utero, in prima lectura*, *ff. de ſtatu hominum.* & conducunt tradita per Boerium in ſimili, *deciſ.* 218. *num.* 4. Bonacoſſa *in tract. de Equo*, *quæſt.* 14. licet contrarium ſenſerit Azevedo *in d. l.* 5. verbo *por cada cabeza.*

18 Nec in venditione equæ debetur gabella pro mulo lactaneo, ut tradit Laſarte *de decima vend. part. cap.* 20. *num.* 21.

19 Sin verò jam de per ſe herbam depaſcitur, diverſum caput efficiet, & numero comprehendetur, ut in *l. legatis ſervis* 63. *§. ovibus*, *ff. de lega.* 3. ibi: *Ovibus legatis, non continentur agni, quandiu autem agnorum loco ſint, ex uſu cujuſque loci ſumendum eſt, nam in quibuſdam locis ovium numero eſſe videntur, cum ad tonſuram venerint*, *l. inter*, *ff.
20 de ſervit. ruſt. præd.* docet Rebuf. *in l. boves*, *verſ. utilitas hujus legis*, *ff. de verb. ſignific.* Bertach. *de gabellis* 8. *parte princip. membro* 1. *num.* 4. *verſic. & ſcias*, Anton. Gomez 2. *tomo variar. cap.* 2. *num.* 14. *in fine.*

21 Secundò prænotandum duxi pro intelligentia ordinationis loquentis de Grege, quod hoc nomen *Grex* (quod Hiſpano ſermone vulgò vocamus *Rebanno*, & apud aliquos ruſticos impolitioris loquelæ *Hato de ganado.*) ſignificat numerum certum pecudum ſimul & gregatim ambulantium, ſeu degentium. Quis tamen numerus conſtituat gregem, aperuit Gloſſ. *verbo gregis*, in *§. ſed ſi gregis*, *Inſtitut. de rerum diviſione*, Bart. per illum textum *in l. oves*, *num.* 2. *ff. de abigeis*, elegans text. de jure noſtro Regio *in l.* 19. *tit.* 14. *partita* 7. ibi, *E ſi acaecieſſe que alguno fortaſſe diez ovejas, ò dende arriba, o cinco puercos, ò quatro yeguas, ò otras tantas beſtias, ò ganados de los que nacen deſtas, porque de tanto cuento, como ſobredicho es, cada una deſtas coſas fazen* Grex, *&c.* ubi expreſsè advertit Gregor. Lop. *per tota ferè ſcholia.*

22 *Armentum* eſt nomen generale gregis, peculiariter tamen boum, & equorum, ut in *l. boves* 89. *ff. de verborum ſignificatione*, & boves *armentorum* nomine ſignificantur, cùm ſint animalia ſuaptè natura ad arandum aptiora, unde *aramenta* dici debebant, ſed una litera dempta, elegantiùs *armentorum* nomenclaturam ſortiuntur. Nec me latet à nobiliori effectu, nomen *armentorum* bobus, & equis convenire, ſecundùm aliquos, qui autumant *armenta* dici, quia eſt pecoris genus armis idoneum, teſte Feſto Pompeio, ſi quidem equis bella exercentur, & bovum coriis clypei armantur. Quinimo, ut ait Livius *de bello punico*, Annibal in prima acie belli bobus utebatur, & maxime cùm obſeſſus eſſet, aliàs liberari non poſſet, faces cornibus boum adjunxit, & illos noctu in inimicorum exercitum vertit, qui pedem territi retulerunt, & Annibal boves ſequutus evaſit, & facit tex. *in l. plenum*, *§. ſed ſi boum*, *ff. de uſufructu*, ibi, *Sed & ſi boum armenti uſus relinquatur*, l. 1. *§. cura carnis*, ibi *Et pecorum armentorum*, *ff. de officio præfecti urbi.* Itaque *Armentum* de animalibus magnis propriè dicitur, *Grex* verò de minimis, teſte Valla *lib.* 4. *cap.* 24. unde ab armento, & equitio, grex ſeparatur, ut in *l. in rem actio* 24. *§. ultim. ff. de rei vindicatione*, *l. vetus fuit quæſtio*, 68. *l. quid ergo* 70. *ff. de uſufructu.* Cùm adjuncto tamen rectè, & propriè poteſt dici *grex equorum*, ut *l. fin. C. de militari veſte libro* 12. ubi Bartol. & Rebuffus poſt *Gloſſam*, & gregatim boves etiam paſci dicuntur, ut in *l.* 2. *ff. ad legem Aquiliam*, & facit textus in *dict. l. grege legato.* 22. *ff. de legatis* 1. docet Rebuffus *in dict. l. Boves*, *in principio*, unde equarum greges dixit Cicero 3. *in Verrem*, & armentorum greges idem Cic. *Philip. orat.* 3. & Ariſtotel. *lib.* 8. *& 9. de Hiſtoria animal.* ait: *Sic vaccæ, & boves quaſi inita ſocietate gregatim paſci conſueverunt, & ſi fortè una decrraverit, inſequuntur & cæteræ*, & de avibus gregalibus ſic, *gregales, & avium numero ſunt, grues, olores, plateæ, anſeres*, & avium etiam grex dicitur ab Horatio *epiſtol.* 3. *libr.* 1. grex anatum apud Varronem *libr.* 3. *de re ruſtica*, *cap.* 11. Anſerum apud eundem, *eodem libr. capit.* 10. Pavonum, *ejuſdem lib. cap.* 6. grex quoque venalium mancipiorum dicitur à Plauto, *Aulularia*, & Suetonio *in libro de clar. Rhetor.* & greges venalitii à Plinio *lib.* 35. *cap.* 18. & ancillarum greges legimus apud Terentium *heautontim. actu* 2. *ſcena* 3. & pellicum greges apud *Quintum Curt.* Boum tamen appellatione, in ſtatuto, vel ordinatione conſtituente, vel indicente pœnam pro ingreſſu paſcui, vel de ſatisfactione damni loquente, etiam vacca continetur, ut in *l. ſi boves*, *ff. ad l. Aquiliam*, & etiam taurus, ex Saliceto *in l. ædiles*, *ff. de ædilitio edicto.*

*Ovile* erit totus ille grex, qui ex ovibus, & 23
agnis, cæteriſque hujus ſpeciei formatur, ſive paucioribus, ſeu pluribus numero decem, ex quo formalis conſtituitur grex, ut *ſuprà* diximus.

*Pecus* nomen generale eſt omnium pecudum, 24
ſive animalium, quæ gregatim paſcuntur, unde hoc nomine, & boves, equi, & ſues continentur, & alia pleraque, ut in *l. legatis*, *§. pecoribus*, *ff. de legat. tertiò*, & in *l. ſervis legatis*, *§. pecudibus*, *ff. eod. tit.*

His ſic breviter prænotatis, & conſtitutis, ut ad noſtram quæſtionem ſermonem convertamus, ſupereſt.

In qua affirmativa pars, nempè, quòd ſi ex ſta- 25
tuto, vel ordinatione pœna certa pro grege ovium, vel boum, aut cæterarum pecudum in paſcuo

paſcuo depaſcentium impoſita ſit: inventis tantùm in vetito paſcuo depaſcentibus pecudibus numero paucioribus, quàm ut conſtituant gregem, debeat ſolvi pœna pro rata, judicio meo, & juri, rationi, & æquitati magis adhæret, & ideo amplectenda eſt, & ſecundùm eam ita deciſum, & judicatum invenio apud *Vincentium de Franchis* in terminis (ut vulgò jactatur) terminantibus noſtri dubii *deciſ.* 228. *part.* 2. refert Salgado *de Regia protectione*, *quarta parte*, *cap.* 5. *numero* 38.

Et hac reſolutione retenta, non oberunt ei contrariæ opinionis argumenta. Non primum,
26 Quia ei ſatisfit, ſi advertas, quòd in hoc nulla extenſio ordinationis pœnalis ſit, nec extrà caſum, & terminos diſpoſitionis ſuæ porrigitur; quinimmo illud, quod in toto erat cautum, in parte ſub illo toto comprehenſa verificatur, & ad praxim, & executionem reducitur, ſiquidem pœna, quæ pro integro grege erat imponenda, reducitur reſpectu pecudum, & in eis ratæ fit judicium, quod ſemper maximam continet æquitatem.

27 Nec ſecundum nos remorabitur; licèt enim in pœnali lege benignior ſit accipienda interpretatio, non tamen ea, quæ delinquendi occaſionem præſtet, & per quam ordinationis, ſeu ſtatuti prohibitio fruſtretur, & aditus pateat, ut eis fraus fiat, ut diximus *ſuprà*, & plura refert Surdus *deciſ.* 21. *num.* 5. *& deciſ.* 31. *num.* 7.

28 Nec tertium, quia deciſio text. *in d. l.* 22. *tit.* 7. *lib.* 7. *recopilat.* tunc quidem procedet quando per legem municipalem, aut conſuetudinem non fuerit impoſita certa pœna gregi pecudum depaſcenti, quæ principaliter in his caſibus attendi debet, ut in *l.* 1. *&* 2. *C. de paſcuis publicis*, *lib.* 12. & latiùs diximus in *alio capite.* Cum autem certa pœna imponitur pro grege, non videtur omiſſum, quid debeat fieri de pecudibus paucioribus numero ad conſtituendum gregem; quinimmo, quod dictum fuit de toto, videtur expreſsè dictum de partibus, *l. juris gentium*, *§. adeo*, ubi notat Jaſo, *l. ſi unus*, *§. ſi cum tibi*, cum *ſequenti*, *ff. de pactis*, *cap. ſuper quæſtionum*, *§. fin. cap. paſtoralis*, *§. item cum totum*, ubi Gloſſ. & *ibi* communiter per Doctores notatur, *de officio delegat. l. ſi quis cum totum*, *ff. de exceptione rei judicatæ*, Everardus *in topicis legalibus cap.* 80. *per totum*, maximè in verſic. *ſecundum iſtud argumentum.*

29 Tandem ultimum ex eadem ratione diſſolvitur, ſi perpendas dictum intelligi à lege, ſtatuto, ſeu ordinatione, quod naturaliter ſubintelligitur, & comprehenditur, ut in *l. ſcire oportet.* *§. aliud*, *de excuſationibus tutorum.* Bart. *in l. Julianus*, *num.* 4. *ff. de condictione indebiti.* Oſaſcus *deciſ. Pedemontan.* 64. Menoch. *conſ.* 110.

## NOTÆ AD CAP. XXV.

1 EX *Franch. deciſ.* 228. relata à *Salgad. de Regia protect. p.* 4. *c.* 5. *nu.* 38. capitur reſolutio contenta *in hoc cap. à Noſtro Auctore*, ut *nu.* 25. *in fin.* nuncupante *eandem deciſionem* in terminis terminantibus.

2 Verùm contra *Illam* excitat *de Luca Melphicten. in ſua obſ.* 228. *ibi facta* nonnulla motiva ſatis ſtringentia, ut *num.* 2. ea deducendo à traditis in uno caſu per *Bertachin. de gabell. p.* 3. *membr.* 8. *nu.* 18. in alio caſu per *Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *c.* 3. *§. fin. num.* 2. *Nigrum de laudem. tom.* 2. *q.* 12. & in alio caſu per *Marin. alleg.* 19.

Sed motiva iſta, aut ſunt ex ſe infirma, aut vix *in praxi* audiuntur.

Unde non eſt, cur recedi tentetur à *deciſione* 3
*præfata*, attento potiſſimùm abſurdo, & inconvenienti optimè conſiderato à *Noſtro Auctore ſub num.* 5. quod ſemper in re iſta vigere non dubitatur.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXVI.

### ARGUMENTUM.

Si unum oppidum habeat communitatem in paſcuo alterius, an vicinus pro pecudibus in ſocidam (vulgò, *en alparceria*) conceſſis mercedem ſolvere teneatur.

### *SUMMARIUM.*

1 *Hujus capitis quæſtio pluries ſolet occurrere, non tamen à Doctoribus eſt diſcuſſa; licet multi de contractu ſocidæ egerint, quorum aliqui referuntur.*
2 *Expenditur text.* in l. ſi is qui duos, ff. de liberatione legata.
3 *Socius incapax propter ſocietatem ſocii capacis efficitur ad acquirendum capax, & conſequitur immunitatem à collectis, quam ex ſua perſona non habebat.*
4 *Ponderatur tex.* in l. ſi communem fundum, ff. quemadmodum ſervitutes amittantur, *& referuntur Doctores, qui ejus verum intellectum ſunt aſſequuti.*
5 *Commune an dicatur proprium.*
6 *Ex perſona alterius quis conſequitur, quod ex perſona ſua conſequi non valet.*
7 *Idem jus conſideratur de parte, quoad partem, quod de toto quoad totum.*
8 *In contractu ſocietatis continuò omnes res communicantur, & dominium tranſit in partiarium.*
9 *Societate contracta, damnum debet eſſe commune.*
10 Lex 9. tit. 28. par. 3. *expenditur.*
11 *Illud poteſt quis facere per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum.*
12 *Cum quid una via alicui denegatur, ad id alia via non debet admitti.*
13 *Socii mei ſocius meus ſocius non eſt, ubi de* l. qui admittitur, ff. pro ſocio.
14 *Pecora poſita in ſocidam (vulgò* Alparceria) *non ſunt communia ratione proprietatis, ſed fœtuum.*
15 *In his, quæ ſunt perſonalia, nihil communicatur ſocio, nec transfertur ad eum ratione ſocietatis, ubi plura in propoſito comminiſcuntur, & ſimilia, ſeu exempla traduntur.*
16 *Ponitur triplex caſuum ſectio, qua hujus capitis vera reſolutio traditur, & difficultas enodatur, & num.* 17. *&* 18.

HUjus capitis quæſtio paſſim in praxi occur- 1
rit, tametſi à Doctoribus (in terminis) hactenus non fuerit diſcuſſa. Quare ejus veram reſolutionem excogitare per argumenta, & rationes convincere erit neceſſe, licèt de contractu *ſocidæ*, ultrà Doctores in *l. ſi paſcenda*, *C. de pactis*, Baldum *in l.* 1. *C. de fructibus*, *& litium expenſ. col.* 3. egerint Afflict. *deciſ.* 58. Marcus *deciſ.* 888. 1. *parte*, Gabriel. *conſil.* 62. *n.* 1. *&* 2. *volumin.* 1. Sebaſtian. Medic. *de caſibus fortuitis*, *quæſtione* 10. Petrus de Ubaldis *de ſocietate*, *par.* 5. *q.* 24. *&* 36. Horat. Carpan. *ad ſtatuta Mediolan. part.* 2. *c.* 84.

Et



2 Et quòd pro herbagio, ſeu paſculatione non debeat Partiarius iſte pro pecoribus in ſocidam (vulgò *alparceria*) conceſſis mercedem ſolvere, ſed liberè communitatis emolumento frui, ſuadetur *Primò*, ex ratione tex. *in l. ſi is*, *qui duos*, *ff. de liberatione legata*, ubi unus ex duobus ſociis, qui incapax eſt, propter eum, qui capax eſt, mediante ſocietate, efficitur capax, & bona acquirit, cujus authoritate ſuffultus *Dinus*, & poſt eum Bart. *in fine ibi*, tradunt, quòd, licèt ſpurius non poſſit capere à parte, tametſi ipſe ſpurius contraxerit ſocietatem cum alio capace, iſte alius poteſt inſtitui hæres à parte ſpurii, atque ita tranſibit dominium bonorum in ſpurium, quod etiam affirmat *Baldus*, & dicit menti tenendum in *l.* 1. *C. pro ſocio*, *num.* 38. Cæpolla *cautela* 38. *verſ. ſeptima cautela.* Unde Joan. Crotus in *l. ſi filius*, I. *Divi*, *col.* 24. *verſ. ſexto & ultimo facit*,
3 docet, quòd, ſi ex ſtatuto prohibeatur res mobilis alienari in extraneum, tamen ſi extraneus contraxerit ſocietatem omnium bonorum cum cive, qui acquirat, iſte extraneus in conſequentiam ſocietatis etiam acquiret, cujus doctrinam refert, & ſequitur Tiraquellus, *de retractu lignag. gloſſ.* 1. *§.* 26. *num.* 33. Barboſ. *in l.* 1. 4. *part. à num.* 80. *ff. ſoluto matrimonio*, & facit in propoſito, quod notat Gloſſ. ſingul. *in l. ultima*, *verbo*, *fratribus*, *C. de muneribus*, *& honoribus non contin. lib.* 10. quòd ſocius omnium bonorum vacationem, ſive immunitatem munerum ex perſona ſui ſocii exempti conſequitur, quam Gloſſ. ſequitur Alexand. *conſ.* 122. *Viſo puncto*, n. 17. volu. 4. Jaſo. *in l.* 1. *C. de tranſact. num.* 2. & in *l. ſi emancipati*, *C. de collat.* Sylvanus *conſil.* 20. *num.* 12. Natta *conſ.* 1. *vol.* 1. Chaſſaneus *in conſuetud. Burg. Rubrica* 1. *in verbo*, *& ſur les hommes*, *num.* 54. Antibolus *de muneribus*, *§.* 4. *à n.* 67. Cotta *in memorabilibus*, *in verbo*, *Connexorum*, *fol.* 167. Avendan. *in cap. prætorum*, 2. *part. capit.* 14. *n.* 32. Moron. *tractat. de pace*, *quæſtione* 37. de quo tamen dubitat Felinus *in cap.* 1. *colum.* 5. *verſicu. Ex quo dubito*, *de præſcript.* & Bart. & Joan. de Platea in *d. l. fin.* Gloſſæ ſententiam rejiciunt.

4 Secundò huic ſententiæ arridere videtur tex. *in l. ſi communem fundum*, *ff. quemadmodum ſervitutes amittantur.* *Si communem fundum* (inquit Paulus) *ego*, *& pupillus haberemus*, *licèt uterque non uteretur*, *tamen propter pupillum*, *& ego viam retineo*, de cujus *textus* intellectu, & ratione videndus eſt Hippolytus *in rubrica de fidejuſſoribus*, *à num.* 284. *cum pluribus ſequentibus*, Afflict. *deciſ.* 213. Covarru. *in practicis*, *cap.* 34. *num.* 2. Menochius *conſ.* 2. *num.* 226. *lib.* 1. Mieres *de majorat.* 1. *p. quæſtione* 1. *num.* 24. Gutierr. *lib.* 1. *practic. quæſt.* 6. Alex. Trentacinquius *variar. reſolu. lib.* 2. *tit. de judiciis*, *reſolutione* 15. *per totam*, Caſtillo *libro* 3. *controverſiar. cap.* 25. *n.* 29. apud quos, an, & quando per ſocium quis retineat, aut faciat, quod per ſe non poteſt, diſtinctè percipies, & facit tex. *in l.* 21. *tit.* 22. *part.* 3. verſic. *è aun dezimos*, & plura cumulat Hieronymus Portoles *tractatu de conſortibus*, *& fideicommiſſo leg. c.* 35. *n.* 14.

5 Tertiò, & illud perpendi poteſt (quod vulgò jactari ſolet) commune dici proprium, maximè in materia individua, ut in *l. illud*, *ff. de ritu nupt.* & in *l. ſi quis ſervos* 22. *de legat.* notat Jaſ. *in l. ſervi. electione*, *§. Labeo*, *verſ. ſexta*, *& ultima concluſio*, *de legat.* 2. Bart. in *l. pupillus*, *§. ſuum*, *de verbor. ſignificatione*, & eſt communis opinio, ut diximus *ſuprà*, *alio cap.*

Quartò, quia non eſt novum in jure, quòd 6
quis ex perſona alterius conſequatur, quod ex ſua conſequi non valet, ut in *l. Ariſto*, *ff. qui pot. in pign. habeantur*, ibi: *Sæpo enim*, *quod quis ex ſua perſona non habet*, *hoc per extraneum habere poteſt*, ubi Gloſſ. *verbo poteſt*, plura in hanc ſententiam jura adducit, & cumulat, facit Gloſſ. ſing. *in l. fin. verbo*, *fratribus*, *C. de muner. & honor. non continu. lib.* 10. & in *c. nolite*, *verbo*, *triticum*, prope *finem*, 11. *quæſtione* 3. quæ obſervant, quòd, ſi ſunt duo ſocii bonorum, & alter ſit immunis à ſolutione Gabellæ, alter verò non, iſte propter conſocium conſequitur immunitatem, alioſque refert Gutierr. *l.* 1. *practicar. quæſt.* 6. *num.* 6.

Quintò, pro hac opinione facit, quod idem 7
eſt, quòd vicinus conſequatur commodum partis gregis, ac ſi totius gregis uſumfructum conſequeretur, quia idem juris eſt de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, *l. quæ de tota*, *ff. de rei vindicatione*, *l. an pars*, *ff. pro derelicto*, ſi ergo ad conſequendam utilitatem partis gregis, & fructuum ejus opus eſt, ut totus grex depaſcatur in terminis compaſcuis, & communibus, aliàs enim vicinus non conſequeretur illam partem fœtuum, quæ ex *ſocida*, ſive *alparceria* ei erat obventura, ut patet ad ſenſum, evidenter apparet, quòd totus ille grex poterit ab eo depaſculari, & immitti in compaſcuo abſque ulla mercede.

Sextò, & ultimò, quia in contractu ſocieta- 8
tis omnes res continuò communicantur, & dominium tranſit in partiarium, *l.* 2. & *ibi* Gloſſ. *ff. pro ſocio*, & *ibi* Bart. & Fulg. & alii *l.* 47. *tit.* 28. *part.* 3. ubi *Gregor.* verbo, *el ſeñorio*, Antonius Leon *in l. ſi ſocius*, *ff. ſi certum petatur*, Tellus Fernand. *in l.* 16. *Tauri*, *num.* 1. Connanus *lib.* 7. *comment. c.* 13. *n.* 8. Molin. *l.* 4. *de Hiſpanor. primogen. cap.* 2. *num.* 33. Tiraquellus *de jure conſtituti*, *ampliatione* 32. *num.* 6. ſi igitur partiarius ſocius ex pecoribus ſibi in ſocidam conceſſis ſolveret herbagium, jam videretur ſolvere de ſuo & paſculandi emolumento tanquam extraneus privare-
tur. Et corroboratur hæc ratio, quòd, contra- 9
cta ſocietate, damnum debet eſſe commune, & illud omne quod expenſum eſt, *l. cum duobus*, *§. quidam ſagariam*, *ff. pro ſocio*, *l. ſi fratres*, *in principio*, *ff. pro ſocio*, Valaſcus *de partitionibus*, *capit.* 24. *num.* 5. Si tamen ex toto grege in *alparcerian* conceſſo indiſtinctè perſolvi deberet paſturagium, jam ratione fœtuum, qui Partiario vicino obveniebant, herbagium videretur ſolvere: unde tamquam vicinus, vel communitatem in paſcuo habens nihil commodi conſequeretur, quod eſt contra *dict. l.* 9. *tit.* 28. *partita* 3. toties à nobis repetitam.

Contraria tamen ſententia, nempè, quòd pro 10
herbagio, ſeu paſculatione partiarius, ſive ſocius iſte pro pecoribus in ſocidam conceſſis, mercedem ſolvere teneatur, ſequentibus fulcitur fundamentis.

Primò, quia exteri non poſſunt frui paſcuo alieno cum ſuis pecoribus invito domino, *dict. l.* 9. *part......* ibi: *Mas los que fueren moradores en otro lugar*, *no pueden entrar en ellos contra la voluntad*, *y defendimiento de los que y moran.* Sed de jure illud tantum poteſt quis facere per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum, *regula*, *poteſt quis*, *de regul. jur.* & quod alicui non licet nomine ſuo, nec alieno licebit, *regula*, *quod alicui*, *eodem*
*tit. l.* 2. *§.* 1. ubi notat Glo. *ff. de adminiſtratione* 11
*rer. ad civitatem pertinentium*, *l. pupillus*, *§. ſed ſi per interpoſitam*, *ff. de authorit. tut. l. non licet*, *ff. de contrahenda emptione*, ergo cùm extero non



compe-

competat ex ſua perſona jus iſtud paſculandi, nec etiam ex perſona partiarii, ſivè ſocii competet.

12 Secundò, quia, cùm quid una via alicui denegatur, ad id non debet alia admitti, *l. ſcire oportet*, *§. ſi mater*, *ff. de tutor. & curat. datis ab his*, *c.* 1. *de Clericis conjugatis*, *lib. 6. reg. cum quid*, *de reg. juris in 6.*

13 Tertiò, quia etſi quis ſocius ſit civis, vel vicini, qui communitatem, ſeu jus paſturagii habet, non ex eo paſturagio ſocii frui debet, quia (ut vulgò jactatur) ſocii mei ſocius ſocius meus non eſt, *l. qui admittitur*, *ff. pro ſocio*, ubi ita inquit Ulpianus: *Qui admittitur ſocius, ei tantum ſocius eſt, qui admiſit, & rectè, cùm enim ſocietas conſenſu contrahatur, ſocius mihi eſſe non poteſt, quem ego ſocium eſſe nolui. Quid ergo ſi ſocius meus eum admiſit, ei ſoli ſocius eſt*, & facit textus in *l. ſequenti*, *ff. eodem*, & in *l. conſilii*, *§. fin. ff. de regul. juris*, ſicut nec colonus coloni mei dicitur meus colonus reſpectu obligationis, quidquid ſit reſpectu rei; Caroc. *de locat.* 1. *parte*, *titulo de colono coloni*, nec vaſſallus vaſſalli mei dicitur meus vaſſallus; nec libertus mei liberti dicitur meus libertus, Alexand. *conſ.* 139. *numero ſecundo*, *volumine* 5. Glo. *in l. Modeſtius*, *de verbor. ſignifi.* Rota Senenſ. *deciſion.* 27. *numero* 1.

14 Quartò, quia, qui vaccas, vel pecora in *alparcerian* concedit, non ponit eas, ut ſint communes ratione dominii, ſed ratione fœtuum duntaxat, qui communicari debent (ut eſt notiſſimum) quibus correſpondent operæ poſitæ per paſtorem, vel Partiarium, *l. cum duobus*, *§. ſi in coëunda*, *ff. pro ſocio*, ibi: *Artem, operamvè pollicitus eſt alter, veluti cum pecus in commune paſcendum, aut agrum pollicitatori colendum damus in commune quærendis fructibus*, docet Chaſſaneus *in conſuet. Burgund. verbo, des droits*, *rubrica* 4. *§.* 23. *numer.* 66. ſicut ager, qui datur in ſocidam, non cenſetur communicatus quoad dominium, licèt ſit poſitus in ſocietate, ut communicentur fructus. Unde pecora, & animalia, quæ dantur in ſocidam, ſemper remanent concedentis, & ideo, ſi moriantur abſque culpa paſtoris, periculum erit domini concedentis, ex Baldo *in l. ſi paſcenda*, *C. de pactis*; nec in eis dominium habet vicinus, vel civis, cui fuerunt conceſſa; igitur tanquam aliena pecora mercedem ſolvere tenentur, quo argumento in propoſito utitur Petrus de Ubaldis *tractatu de duobus fratribus*, 5. *par. principali*, *verſ. non obſtat ſi dicas*, *fol.* 26.

15 Quintò, quia in his, quæ ſunt perſonalia, & reſpiciunt qualitatem perſonæ, ex ſocietate, vel immixtione cum extraneo nihil ei communicatur, nec beneficium conceſſum aliquid prodeſt, ut reſolvit Bart. *in l. Titia cum teſtamento*, *§. Titia cum nuberet*, *num.* 9. & *ibi* etiam Raphael Fulgoſ. & Picus, *ff. de legat.* 2. Angelus *in tractatu de teſtibus*, *verbo item relinquit*, Ruinus *conſ.* 3. *num.* 11. & *num.* 21. *vol.* 2. quos refert, & ſequitur Rolandus à Valle *conſ.* 74. *n.* 6. *volum.* 2. Rodericus Suar. *in l. quoniam in prioribus, ampliatione* 3. qui firmiter tenent, quòd, quoties teſtator filium, & extraneum ſimul hæredes univerſales inſtituit, & uxorem ſuam omnium bonorum uſufructuariam reliquit: hujuſmodi uxor reſpectu medietatis ad filium pertinentis ſola alimenta conſequetur, reſpectu verò medietatis ad hæredem extraneum ſpectantis integrum uſumfructum obtinebit, neque hoc caſu hæres extraneus propter mixturam filii ullum beneficium, ſeu commodum nanciſcetur, ſed quilibet eorum jure ſuo cenſebitur, & idem Gabriel *commun. opin. concluſ.* 1. & 2. *tit. de uſufructu*, Moron. *tractatu de pace*, *quæſt.* 38. *num.* 4. Cavalcan. *tractatu de uſufructu*, *n.* 42. *f.* 191. ergò ſimiliter in noſtro caſu dicendum eſt, quòd propter mixturam, ſeu ſocietatem civis, vel vicini extraneus in ſuis pecoribus vicinitatis commodo, & paſturagio frui non debet.

Sextò & ultimò pro hac ſententia adduci poteſt, quòd, quando filii cum extraneo inſtituuntur, ei non tenentur conferre quæ in vita patris habuerunt, ut docent gloſſ. Barr. Baldus, & Jaſ. *n.* 42. Dec. *n.* 6. *in l. ſi emancipati. C. de collat.* & tamen eo caſu filii ipſi inter ſe conferre tenentur, quoniam mixtura illius extranei collationis naturam non mutat, & quilibet eorum jure ſuo cenſetur, ut tradit Gloſ. *in l. fin. §. quid autem*, & *ibi* Cinus, & Baldus, & *ibi* quoque Salicetus *n.* 3. Paulus Caſtrenſ. *n.* 7. & *ſequenti*, *C. commun. utriuſque judicii*, Decius *in dict. l. ſi emancipati*, *n.* 7. Et ſimiliter, quando pater filios ſuos cum extraneo in minus ſolemni teſtamento hæredes inſtituit, hujuſmodi teſtamentum quoad filios valet, quoad extraneum tamen nullius momenti eſt, ut probatur in *l. inter liberos*, & *ibi* tradunt omnes, maximè Salicetus *num.* 1. *C. famil. herciſcund.* & in *l. hac conſultiſſima*, *§. ex imperfecto*, & *ibi* notatur *C. de teſtam.* Paul. Caſtr. *in d. l. fin. C. communia utriuſque jud. num.* 8. Guilielmus Benedictus *in cap. Raynuntius*, *verbo matrem*, *num.* 36. *de teſtamentis*, Covarruv. *in capit. relatum*, *in* 2. *ad finem*, *eodem titul.* Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri*, *nu.* 771. *cum ſequentibus.* Et fideicommiſſum injunctum filio, & extraneo, in perſona filii intelligitur *ſi ſine filiis deceſſerit*, in perſona verò extranei ſine ea conditione ſumitur, & ſic eo caſu nihil extraneus ex perſona alterius capit, nec eodem jure, ſed diverſo cenſetur, uti affirmant plures relati per Nicolaum Moron. *d. tractatu de pace*, *quæſtion.* 38. *n.* 6.

Hæc ſunt, quæ pro utraque parte in hac no- 16
doſa, & ancipiti quæſtione excogitare potui argumenta.

Pro cujus vera reſolutione, & ut argumenta *ſuprà* adducta conquieſcant, trium caſuum diſtinctionem præmittendam duxi.

Primus erit, quando per aliquod tempus contrahitur, & fuit inita ſocida pecorum, ex eo, quia præſtantur per certos annos, ut partiarius paſtor, aut cuſtos, qui curam, & perſonæ induſtriam accommodare debet, & pecora eſt allaturus in paſcuo ſui oppidi, ſub pacto & conditione, quod præſtabit domino pecorum medietatem fructuum, in illis annis, quibus finitis, ad dominum ſunt reddenda.

Et hoc caſu utique reor dominum pecorum, reſpectu eorum, herbagium perſolvere debere illi oppido, vel villæ, cujus eſt paſcuum, non tamen reſpectu fætuum, qui ex pecoribus illis poſt contractam ſocidam fuerunt nati, & proceſſerunt. Et ratio eſt, quòd iſti fætus ante diviſionem, vel adjudicationem communes ſunt, & in ſocietate manent, quare in eis procedunt, & militant omnia jura, & rationes *ſuprà* adductæ, ex quibus probavimus ſocium propter conſocium gaudere, & potiri poſſe emolumento, quod aliàs ex ſua perſona ſibi competere non poterat.

Præthereà ex eo, quòd diviſione non facta, nec ſocida, ſeu *Alparceria* diſſoluta, illi fœtus in paſcuo habiti, & procreati ab ipſo oppido, cujus eſt paſcuum, proceſſiſſe videntur, unde quid mirum, quòd quaſi certo filiationis jure in ejus terminis alantur, quandoquidem non magis iſtius ſocii, vel partiarii, quàm alterius poſſint conſiderari.



17 Secundus caſus erit, quando pecora dantur in ſocidam, ſeu *Alparceriam* perpetuam ſub ea conditione, ut commodum, & damnum ſit ipſius partiarii recipientis, in cujus oppidi, ſeu vicinitatis pabulis pecora ſunt alenda, ita tamen, quod cum medietate fœtuum debeat correſpondere domino capitalis pecorum. Et hoc caſu nihil pro herbagio præſtandum ėrit ab eo, qui pecora conceſſit, ſi quidem partiarius, vel ſocius, qui ea accepit, eorum dominus eſt cum obligatione tantùm medietatis fœtuum. Quare omnia jura, quæ habitatoribus, & vicinis ad ſua pecora alenda in paſcuis ſui oppidi jus tribuunt, in eo militant, & ſic in nihilo reputari debet iſte partiarius exterus, vel alienigena.

18 Tertius & ultimus caſus erit, quando non conſtat, & apparet, ſub qua verborum conceptione, & qualitate fuit animalium, ſive pecorum ſocida contracta, & in dubio dominus eorum non cenſetur à ſe abdicare voluiſſe proprietatem, ſed eam retinere, & inſuper medietatem fœtuum ſibi tradendam, ut advertunt Doctores *in principio hujus capitis* relati, qui de contractu ſocidæ egerunt, & in hoc caſu idem erit obſervandum, quod in primo, ut latiùs videre licet apud præfatos Doctores locis citatis.

## NOTÆ AD CAP. XXVI.

JAm abſolutum eſt, quod pro animalibus exterorum in ſocidam ſuſceptis non ſuffragetur facultas paſcendi, quam Cives habent jure civi-
1 co in territorio, cùm talis facultas intelligatur pro animalibus propriis aliis non communicabilis, *Montan. de regalib. verb. argentar. num.* 15. *Capiblanc. de Baron. pragm.* 11. *nu.* 102. *lib.* 1. *Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 40. *num.* 3. *lib.* 4. *Gizz. ad Latro. dec.* 66. *à num.* 5. &, *Noſtro Auctore allegato*, *Balmaſeda de collect. q.* 65. *Panimol. deciſ.* 25. *adnot.* 2. *n.* 35. *tom.* 1.

Licet eamdem facultatem ſuffragari pro animalibus emptis ad induſtriam, & mercaturam ve-
2 rius eſſe dicat *Card. de Luca d. diſc.* 40. *n.* 6. *cum Add. ad Capyc. Latro dec.* 66. *tom.* 1.

Tres etiam caſus diſtincti *hìc* à *Noſtro Auctore num.* 16. 17. 18. commemorantur, & examinantur
3 ad alios quoque effectus ab ipſo *Balmaſeda d. q.* 65. *n.* 3. & *ſeqq.* Et ea, quæ priùs dixerat *idem Noſter Auctor num.* 14. eo citato, approbantur *à Romaguerra in Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 47. *ſub n.* 4.

Quæ dicatur bona, & legalis ſocida animalium,
4 determinatur *apud Nos in Stat. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 32. ubi plenè *Pigant. in ſuis Commentar.* & per *Me de jure municipali lib.* 2. *obſ.* 32. ac videatur *Cyriac. contr.* 357. *lib.* 2.

Cavendum eſt, ne fiat ſocida, ſivè ſocietas Ani-
5 malium *ad caput ſalvum*, cum ſimpliciter, & ut ſic facta, tanquam uſuraria irritetur, ac annulletur à *Bulla Sixti V. incipit deteſtabilis* 12. *Kalend.*
6 *Novembr.* 1586. Neque aliter ſuſtineatur, & admittatur, niſi cum interventu trium contractuum, nempe *Societatis*, *Aſſecurationis capitalis*, & *Liberationis à redditione rationum*, facienda aliàs per aſſecurantem, dimiſſa eidem aliqua proportionata quantitate per aſſecuratum ex lucro incerto, quod ipſi ex ſola ſocietate pervenire debuiſſet; juxtà communem, magiſque communem, ac hodie univerſalem ſententiam *Theologorum*, *Canoniſtarum*, & *Legiſtarum*, *Supremorum Tribunalium*, *etiam S. Rotæ Romanæ* (non *curatis Card. de Luca tit. de uſur. diſc.* 1. *ubi multa in contrarium*, *ſed nihil*, *ut profitetur*, *concludit lib.* 5. & *Epiſc. Rocca diſput. jur. cap.* 99. *ubi nihil boni affert lib.* 2. & *aliquibus aliis malè loquentibus*) prout videre eſt, inter innumeros, *apud Conciol. alleg.* 1. *nu.* 42. & *reſol. crim. verb. Bulla num.* 2. *Pacion. de locat. c.* 12. *numer.* 51. & *ſeqq. D. Præſidem Gobium conſult.* 32. *num.* 6. *ubi laudabiliter Me adducit. Sabel. in ſumma verb. ſocietas numero* 19. *tom.* 4. & *var. reſol. c.* 17. *ac in mea collect. legal.* 31. *per tot. vol.* 1. & *de jure municipali lib.* 2. *obſ.* 14. *ferè per totam*, & *poſt alios D. Meum Saminiat. contr.* 42. *per tot. in qua ſemper cum Me ſæpè allegato ſe continet lib.* 1. *Rota in rec. dec.* 74. *n.* 18. 19. *p.* 14. (*repetita poſt Torre de pact. futur. ſucceſſ. dec.* 168.) *dec.* 189. *p.* 16. & *dec.* 368. *p.* 17.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXVII.

### ARGUMENTUM.

An oppidum confine paſturagio abundans vicino oppido egenti communicare paſturagium compellatur.

### *SUMMARIUM.*

1 *Venditionis contractus à mera voluntate procedit, & ſic invitus nemo regulariter vendere compellitur.*

2 *De re ſua unuſquiſque liberè diſponere poteſt.*

3 *Venditionis contractus quandoque neceſſarius eſt, veluti quando publica utilitas ineſt.*

4 *Publica utilitas privatæ debet anteferri.*

5 *Neceſſitatis tempore poterunt vicini compelli, ut frumentum, quod illis ſupereſt, juſto vendant pretio. Quod procedit etiam in Eccleſiaſticis perſonis, num.* 6.

7 *Pro conſtructione Eccleſiæ, vel Monaſterii poteſt quis compelli domum ſuam vendere, ubi de* l. ſi quis ſepulchrum 12. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. item ſi verberatum, §. 1. ff. de rei vindicatione. l. ſi locus, §. cum via, ff. quemadmodum ſervitutes amittantur.

8 *Conſuetudine introduci poteſt, ut oppidum convicinum poſſit compelli, ut recipiat in ſuis paſcuis pecora alterius oppidi certo pretio, ubi de* l. venditor, §. ſi conſtat ff. communia prædiorum, & l. pendentes. §. ſi quid cloacarum, ff. de uſufructu.

9 *Intelligitur ſupra dicta ſententia, & propoſitio, ut procedat, quando paſcuum ſupereſt, ubi adducitur in ſimili text.* in c. ſuggeſtum, de decimis, & *in* capite quid per novale, de verborum ſignificatione, & *in* l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrahenda emptione, & *in l.* Præſes, & *in* l. non modus, C. de ſervitutibus.

10 *Proponitur, utrùm abſque conſuetudine oppidum habens diffuſum, & ſuperabundans paſcuum, quàm neceſſitas ferat, compellatur, quod ſibi ſupereſt, alteri convicino oppido certo pretio vendere.*

11 *Quod alteri prodeſt, & mihi non nocet, facere teneor, ubi de* l. 2. §. item Varus, ff. de aqua plu. arcend.

ELegans profectò, maximique ponderis in praxi quæſtio iſta eſt, & ſummè notanda: 1

tum, quia paſſim incidit, tum etiam, quia oppidis paſturagio egentibus ſolatium, modumque ſuis pecoribus alendis præbet. Et ſanè, licèt contractus venditionis à mera voluntate procedat, ita ut notiſſimum ſit juris axioma neminem invitum ad vendendum poſſe compelli, *l. invitum, C. de contrahen. empt. l. nec emere, C. de jure deber. l. id vendentis, C. de hæredit. vel actione vend. l. poſſeſſores, C. de fundis patrimonial. libr.*10. *l.*3.*tit.*5.
2 *par.* 3. Quia unuſquiſque de re ſua pro libito diſponere poteſt, ut ex regula *l. in re mandata*, & ex vera definitione dominii docuit Bart. *in l. ſi quis vi, §. differentia, num.* 4. *ff. de acquirenda poſſeſſione*, Anton. Gomez *in l.* 45. *Tauri, num.* 2. *&* 5. Pinellus *in l.* 1. *C. de bonis mater.* 2. *part. ex nu.* 1. Menchaca *controverſ. illuſ. cap.* 17. *ex num.* 4. Tiraquel. *de utroque retract. in præfatione, n.* 15. & *de retract. linag. §. glo.* Covar. *l.* 3. *variar. cap.* 14. Anton. Gom. 2. *tom. var. cap.*
3 2. *num.* 51. Quandoque tamen venditionis contractus neceſſarius eſt, adeo ut venditionem ſubterfugere nemo poſſit, ut in caſu publicæ utilitatis providet tex. *in l.* 2. *ff. de nundinis*, & in *l. ſi pendentes* 34. *§. ſi quid cloacarum, ff. de*
4 *uſufructu*, & conducit ratio text. in *l. unica, §. fi. C. de cadu. tol.* ibi: *Sed quod communiter nobis prodeſt, hoc privatæ noſtræ rei præferendum eſſe cenſemus, l. utilitas, C. de primipil. lib.*12. unde Cicero *lib.* 3. *de legibus* inquit, *Suprema lex in populi ſalute conſiſtit*, & extat elegans illud ſapientiſſimi Cordubenſis, religione tamen infælicis Senecæ *de beneficiis, lib.* 7. *c.* 6. *Cæſar*, inquit, *omnia habet, fiſcus ejus, privata tantùm, ac ſua; & univerſa in Imperio ejus ſunt, in patrimonio propria.*

5 Et hinc provenit poſſe quemlibet vicinum compelli tempore neceſſitatis frumentum, quod ſibi ſuperſit, civitati vendere juſto pretio, *l.* 1. *§. cura carnis, ff. de officio Præfecti urbi, l. annonam, de variis, & extraordinariis criminibus, l. pro locis, C. de annon. & tribut. l.*11. docet Covar. *l.*3. *var. cap.* 14. Avend. *de exeq. mand. cap.* 19. *n.* 30.
6 de Aviles *in cap. prætorum, cap.* 17. verb. *à razonables precios.* Et an hoc caſu Clerici poſſint per ſæculares Poteſtates adſtringi ad venditionem frumenti, diſputat Mexia *in pragmatica taxæ panis, concl.* 1. & conducunt Abb. *conſ.* 3. *lib.* 1. Jaſ. *in l. placet*, 1. *lectura, num.* 14. *&* 17. *C. de ſacroſ. Eccl.* Capel. Thol. *deciſ.* 446. & *ibi* Stephanus Aufrerius, Albericus *in l.* 1. *C. de Epiſc. apud* Platea *in l. fin. C. de exact. tribu. lib.*10. Gregor. Lop. *in l.* 54. *tit.* 6. *part.* 1. *gloſ.* 1. de Aviles *in cap.* 17. *prætorum, glo. à razonables, n.*34. Matienco *in l.*1. *tit.*25. *lib.*5. *novæ Recop. glo.* 1. *&* 9. Azeved. *in l.* 11. *tit.* 3. glo. *para bien, n.* 2. & *lib.* 1. Gutier. *l.* 1. *practicar. q.* 13. Bobadilla *l.*3. *Politicorum, cap.* 3. *n.* 13. & ita in praxi obtinui in hac Regali Cancellaria circà ſequeſtrum magnæ quantitatis tritici factum Doctori Anguiano Canonico Sanctæ Eccleſiæ Civitatis Soriæ, ſeu antiquæ Numantiæ per ejus Prætorem anno 1630. quod, cùm ad Curiam noſtram in gradu appellationis eſſet delatum, utraque ſententia fuit confirmatum: juſtum tamen pretium Decano fuit perſolutum.

7 Ex eadem ratione pro conſtructione Eccleſiæ, Monaſterii, Collegii, vel loci pii, vel ejus amplificatione poſſe quem (publica utilitate ita ſuadente) cogi ad vendendam ſuam domum juſto pretio, agrum ſuum, vel quamlibet aliam rem nemo ambigit, ut ex Baldo, & Angelo *in l.* 2. *ff. ſoluto matrimonio*, ultrà Covarru. *ubi ſuprà*, defendunt Ripa *tractatu de peſte, titulo de remed. præſervativis, n.*188. Thomas Grammaticus *dec.* 75. de Afflictis *dec.* 265. *n.* 107. Jacobus Cancerius *variarum reſolut. c.*13. *num.*78. Pro quorum opinione arridere videtur text. *in l. ſi quis ſepulchrum* 12. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* & in *l. item ſi verberatum, §.* 1. *ff. de rei vindicatione*, & in *l. ſi locus, §. cum via, ff. quemadmodum ſervitut. amittant.* cum aliis pluribus, tùm juribus tùm Doctoribus plena manu congeſtis per Dominum Caſtillum *l.* 3. *practicarum, c.* 6. *n.* 10.

Unde in terminis hujus quæſtionis, quod con- 8
ſuetudine introduci poſſit, ut oppidum convicinum poſſit compelli ad recipienda pecora alterius villæ, ut in ſuis terminis, & paſturagio, certo pretio, & mercede depaſcantur, tradidit Abbas *in cap. dilecti filii num.* 7. *de arbitris.* Matthæus de Afflictis *deciſione Neapolita.* 290. Montalvus *in l.* 7. *titul.* 11. *libro* 2. *fori, Gloſſa magna, columna fin.* tradunt Doctores *in l. Præſes, C. de ſervitu. & aqua*, ita limitantes regulam *dict. l. nec emere*, cum *ſimilibus*; & optimè hoc idem docet *deciſio Guid. Papæ* 573. ubi ait, quòd hæc conſuetudo, ut certo pretio aliquid præſtetur, tanquam minus gravans, minori tempore perficitur, & quod talis conſuetudo teneat, firmat Albericus *in rubrica, C. quæ ſit longa conſuetudo, num.* 73. pro quibus adduci ſolet textus *in l. venditor, §. ſi conſtat, ff. communia prædiorum*, ubi conſuetudine introduci poteſt, ut ex alieno agro lapidicinas haurire, & colligere liceat, certò pretio domino ſoluto, Balbus *de præſcriptionibus, prima parte principal. quæſt.* 10. *n.* 3. & facit text. *in dict. l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarii, de uſufructu*, ibi: *Sed, & ſi quid municipio debetur: nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio adducere*, obſervat Chaſſaneus *in conſuetudines Burg. rubr.* 13. *§.* 5. *n.* 1.

Supradicta tamen ſententia ita temperanda eſt, 9
ſi paſcua ſuperſint dominis; non tamen cum eorum, vel gregum ſuorum detrimento, & incommoditate; tunc enim, quamtumvis conſuetudo fuerit introducta, non poterunt compelli oppida aliena animalia in eorum paſcuis recipere, & in eis dominus eſt præferendus, ut argumento text. *in cap. ſuggeſtum, de decimis*, & in *cap. quid per novale, de verborum ſignificatione* firmatio Abb. *ubi ſuprà*, & dicit ſummè notandum, & facit ratio text. *in l. in lege*, & in *l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrahenda emptione:* quia propter enorme damnum receditur ab eo, quod diù obtentum eſt, dict. *l. Præſes, l. non modus, C. de ſervitutibus*, & ita obſervat de Afflictis, Montalvus, Guido Papa, & Chaſſaneus *in locis ſupra relatis*, Iſernia *in conſtitut. Neapol. rubrica* 37. *l.*3. *n.* 2. & *ibi* de Afflictis, *n.*8. Paulus Pariſius *conſ.*27. *l.*1. *n.* 234. Covarruvias *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 12. & medius Surdus *deciſ.*236. *n.* 11. *verſ. Secundo principaliter*, Bertrandus *conſ.* 75. *in fin. vol.* 2. *& conſ.* 41. *num.* 6. *verſic. Facit ad prædicta*, & *conſ.*231. *vol.* 4. *in fine*, & ita, pluribus adductis, confirmat Cancerius *tom.* 3. *var. cap.* 4. *de ſervitutibus, n.* 52. *&* 53. Rodericus Suarez *allegat.* 15. Mexia *ſuper l. Toleti, part.* 9. *fundamento* 2. *n.* 62. & idem jus erit in præſcriptione paſcendi legitimè completa, vel ſervitute introducta, & jure paſcendi quomodolibet inducto.

Verùm abſque conſuetudine tentari non im- 10
meritò poterit, an oppidum paſcuis deſtitutum poſſit compellere vicinum oppidum, vel caſtrum paſturagio ſuperabundans, ut certo pretio greges admittat, vel herbam vendat, nam licèt repugnet regula *dict. l. invitum*, & *dict. l. nec emere*, militat tamen ejus limitatio publicæ utilitatis,



tatis, & populorum conſervationis, quæ venditionem ſuadet ex *juribus ſuprà relatis.*

11 Secundò, quia id, quod alicui prodeſt, & alteri non nocet, quilibet compellitur præſtare, *l.* 2. *§.* 1. *ff. de aqua pluv. arcend.* Gloſſ. & Doctores *in l.* 2. *ff. ſolut. matrim.* Bart. *in l. ſi cui, ff. de ſervit.* Decius *conſ.* 244. *num.* 7. Craveta *conſ.* 226. *n.* 3. *in fin.* Socin. Jun. *conſ.* 76. *num.* 13. *l.*2. Menoch. *de retinenda poſſeſſione, remed.* 5. *n.* 112. *& conſ.* 51. *n.* 45. *& conſ.* 62. *num.*16. & in terminis dixit Joannes Faber *in principio Inſtitut. de lege Fuſia Can. tol. col.* 1. *Quod ſi ego habeo terram vacuam juxtà domum meam, de qua nihil facio, prohibere non potero vicino meo, ne animalia in eam mittat ad paſcendum*; ſequitur Chaſſaneus *in conſuetud. Burgund. rubrica* 13. *§.* 2. *verſ. quæro aliàs habet terram.* Surdus *deciſ.* 236. *n.* 12. ſed de hoc ſatis.

## NOTÆ AD CAP. XXVII.

1 PRobat Auctor in *hoc cap.* quod conſuetudine introduci poteſt, ut oppidum convicinum compellatur ad recipienda animalia alterius Oppidi ad ea depaſcenda ſub certo pretio, dummodo paſcua ſuperſint, ut *num.* 8. 9. Quinimmò ait, hoc tentari non immeritò, etiam ſecluſa conſuetudiue, ut *num.* 10. 11.

2 Quoniam autem *ibi* deducitur materia *l. invitum C. de contrah. empt.* cum *ſuis concordantibus*, unà etiam cum limitationibus, quæ dantur regulæ, quòd nemo invitus cogitur rem propriam vendere, Idcircò ſufficiat remiſſio ad *DD. de ipſa materia agentes viden. penès Cancer. var. reſol. p.* 3. *c.* 14. *Gambſ. in theſaur. Juriſpr. lib.* 19. *c.* 5. *axiom.* 2. *tom.* 2. *Panſut. contr.* 25. *lib.* 1. *Giurb. dec.* 86. *Gizzarel. & Adden. dec.* 38. *Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 1. *&* 17. *lib.* 4. *Rota in rec. dec.* 213. *p.* 2.

3 Adde tamen magis ad rem, quod videmus in ſimili, quòd ſi Baro habeat liberam facultatem privativè ad uſum Civium vendendi paſcua, pro libito quibuſcumque vendere poſſet; ſi tamen Cives iiſdem paſcuis indigeant, eos præferre tenetur, ne pro impinguandis exterorum animalibus illa Civium ad alias regiones pro paſcuis habendis accedere debeant, *Anna ſing.* 80. *Capiblanc. de baron. pragm.* 11. *n.*100. *in fin. lib.*1. *Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.*43. *n.*6. *l.*4. *facit Cobel. de bono regim. c.* 50. *n.* 60.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXVIII.

### ARGUMENTUM.

Demarcationes limitum paſcui ad quem pertineant, qua forma fieri debeant, & de pœna terminos hos, ſeu confines amoventis, vel confundentis.

### *SUMMARIUM.*

1 *Demarcatio terminorum paſcui ad Dominum ſpectat.*
2 *Viſitatio confinium paſcui prætorum, ſeu Judicium cujuſlibet civitatis, villæ, ſeu oppidi curæ debet eſſe: & ibi de* l.6. l.3. novæ Recop.
3 *Demarcatio limitum paſcui debet fieri, præcedente citatione oppidi, vel domini circumvicini, & eorum omnium, quorum intereſt.*
4 *Fines paſcui, ut noti ſint, debet ſignum quoddam (quando demarcatio fit) conſtitui, vel erigi, & qua forma ſit conſtituendum.*
5 *Agitur de* l. quinque pedum, C. finium regundorum.
6 *Demarcationes limitum paſcui, probant ejus dominium.*
7 *Ruſticorum depoſitiones multum ſunt attendendæ, & admodùm proficiunt ad comprobandum paſcui dominium, & ibi de fama antiqua, & de præſumptione juris.*
8 *Limitum, & finium terminorum omni tempore maxima cura fuit habita.*
9 *Pœnæ diverſæ adverſus finium, ſeu limitum motores ſunt ſtabilitæ, ubi de* lege fin. ff. de termino moto, *& quo caſu procedant, & n.* 11.
10 *Expenditur* dicta l. fin. §. alia, ff. de termino moto.
12 *Pœnæ ſtabilitæ de jure Regni contrà moventes, ſeu turbantes, vel confundentes terminos. Et an, appellatione remota, exequi debeant, & utrum comprehendant Clericos, remiſſivè.*

TErminorum, ſive aggerum demarcatio ad Do- 1
minum regulariter ſpectat, ut in *l. in nomine Domini, §. ſancimus, verſ. in Sardinia, C. de officio Præfecti Prætorio Africæ*, ibi, *Sicut ex clauſuris, & Burgis oſtenditur*, & ibi, *Quæ propè clauſuras, & fines antea tenebatur*, l. 3. ibi: *quæ proprietatis controverſiæ cohæret*, & *ibi* communiter notatur, *C. finium regund.* docent Joan. Faber *n.* 32. Angel. Aret. *n.* 11. & Jaſ. *in §. quædam, Inſt. de actionibus.* Hieron. de Monte *in tractat. de finib. reg. cap.* 41. *n.* 3. *&* 4. Maſcard. *de probat.*
*concl.* 303. *vol.* 1. Et ex eadem ratione fluit, quòd 2
viſitatio terminorum villæ, ſeu civitatis pertinet ad Prætores, ut in *l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ recop.* ibi: *Anſi miſmo viſiten todos los dichos terminos de la tal ciudad, ò villa, ò tierra que fuere à ſu cargo.*

Hæc autem terminorum paſcui demarcatio fie- 3
ri debet, præcedente citatione circumvicinorum, & omnium, qui aliquo reſpectu jus intendere valent, vel quovis modo præjudicari poſſunt, ut notatur communiter per Gloſ. & DD. in *c. quia indicante, de præſcript.* præcipuè Abb. *ibi, num.* 6. *&* 7. & in *l. ſi quis ſuper*, per textum ibi, *C. finium regund.* & in *l. ſi irruptione, §. ad officium, ff. eodem.* Jaſon *in dict. §. quædam, n.* 77. de Aviles *in cap.* 6. *prætorum, gloſ. ſe informen, n.* 4. *& ſeq.* Azeved. *in l.* 17. *tit.* 5. *l.* 3. *Recop. n.* 1. Bobadilla *l.* 5. *Polit. c.* 9. *n.* 11.

Sed ut limites iſti, & confines noti ſint, & 4
apertè dominia diſcernant, & oſtendant, ſigni, vel indicationis cauſa ſolet magnus terræ agger intermedius extolli, arbor notari, aut lapis erigi, & terræ affigi, ut tradit Pariſ. de Puteo *in capite* 1. *num.* 1. *de finibus feudor. & num.* 20. qui affirmat ita uſu forenſi obſervari, atque de hac re ſolere confici inſtrumentum, quando per Judicem, vel Arbitrum affiguntur. Hieronym. de Monte *ubi ſuprà, cap.* 17. *num.* 3. *&* 4. & poni debent, ita ut in certam partem reſpiciant directò, non verò per obliquum, ut aliàs advertit Bart. *in tractat. Tiberiadis, in* 20. *figura*, incipit: *Hæc figura differt.* Et hæc adnimadverſio inſerviet, ut dignoſcatur, quando limes reperitur in confinibus diverſi territorii, vel plurium agrorum, cui magis applicetur, & an plus terminet cum uno, vel cum alio, de quo vide Philippum Corneum *conſ.* 333. *nu.* 37. *vol.* 1. Hieronymum de Monte *ubi ſuprà, c.* 18. *n.* 1.

Limes autem inter confinia, prædia, prata, ſeu

ſeu paſcua poſitus quinque pedum ſpatium habere debet, & ita *l.* 12. *tabul.* expreſsè erat cautum,
5 quod præſcribi non poteſt, ut in *l. quinque pedum* 5. *C. fin. regund.* & ita oſtendit Cicero, *lib.* 1. *de legibus*, ut in hoc gradu, ſeu ſpatio geometrico, non ſolùm prædiorum nota eſſet diſtinctio, ſed ut domini prædiorum, vel paſcui vicini commodè ire, & commeare poſſent animalia, inſtrumentaque neceſſaria culturæ per limitem perducere valerent, & *lege illa* cautum fuit, ut quoties de his quinque pedibus controverſia oriretur, agrimenſoris judicium eſſet, & talis controverſia dicebatur *finalis*, ultrà quinque verò pedes dicebatur proprietatis, & non Agrimenſor, ſed Prætor pro ea decernenda judicium impertiebatur, ut tradit eruditè Andreas Alciatus *in lib. de quinque pedum præſcriptione.* Cujacius *lib.* 5. *obſerv. cap.* 21. Quomodo autem in tali judicio procedatur, tradit Hieronymus de Monte, *cap.* 30. *cum ſequentibus* Joan. Bapt. Coſta *de juris ſcient. inſpect.* 60. *num.* 6. Menoch. *de præſcript. cap.* 43.

6 Et limites ita poſiti omni tempore poſt, maximè ſi ſint antiqui, dominium territorii, ſeu agrorum utique probabunt, ut *l.* 1. *§. qui in rationibus*, *ff. ad l. Corn. de falſis. l. qui tabulas, in princ. ff. de furtis.* Gloſſ. *in cap. cum cauſam*, *ff. de probation.* Bald. *conſ.* 420. *num.* 1. Barbatia *conſ.* 6. *Sapienter ſcribitur*, *num.* 13. *lib.* 2. Guido Papa *quæſt.* 193. *num.* 1. Maſcard. *concl.* 400. *vol.* 1. *de probat.* niſi contrarium apertè oſtendatur varietate ſucceſſionum, vel eorum perverſione fines fuiſſe immutatos, ut in *d. l. ſi irruptione*, & in *l. in finalibus*, *ff. fin. reg.* & in *l.* 2. *C. eodem* tradit Hieronymus de Monte, *cap.* 21. *& cap.* 24.

7 Qua in re plurimi facienda ſunt teſtimonia, & depoſitiones ruſticorum, quibus in iſtiuſmodi rebus, utique ſtandum eſt, ut argumento text. *in l. ſi chorus*, *de legat.* 3. & in *d. cap. quia indicante* tradit Maſcardus *d. concluſ.* 400. *num.* 6. maximè eorum, qui ante fundos poſſederunt, ut in *l. penultima*, *ff. fin. regun.* & in *l.* 1. *C. eodem titul.* Guido Papa *ubi ſupra.* Hieronymus de Monte *cap.* 50. *cum ſequentibus*, & multum conducet fama antiqua, præſumptio juris, & ſimilia, de quibus per Gloſſam *in dicto cap. cum cauſam*, & in *cap. ad audientiam*, *de præſcript.* Socinus *conſ.* 86. *nu.* 2. *cum duobus ſequentibus*, & *conſ.* 166. *vol.* 2. ac docet Maſcardus plura cumulans *concl.* 393. *uſq. ad concl.* 403.

8 Sed, & omni ævo maxima horum limitum, & finium cura habita fuit, & leges eis ſemper vigilanter, & acerrimè providerunt, pœna capitis tranſgreſſores plectentes, ut conſtat *Deuteronom. cap.* 17. ibi, *Non aſſumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra*, & iterum *cap.* 27. ibi, *Maledictus qui transfert terminos proximi ſui:* & Romulum fratrem ſuum Remum morti tradidiſſe ob finium, ſeu limitum violatam demarcationem, & cancellos ruptos, ſeu perverſos, teſtatur Pineda *lib.* 4. *Monarchiæ Eccleſ. cap.* 6. *§.* 3. & ſtatim ab urbe condita Numa Pompilius, conſecrato Deo Termino, jura finium religione munivit, & ab eo fertur legem conditam, ut finium perverſor, ſeu uſurpator poſſet à quocunque impunè, ut ſacrilegus occidi, ut teſtatur Petrus Crinitus, quem refert Simancas *de Republica*, *lib.* 8. *cap.* 21. *pag.* 462. De qua re, & accuratiſſimè proſpexit Plato *dialogo* 8. *de legibus*, & plura in propoſito commendat Dionyſius Halicarnaſſeus *lib.* 2. *antiq. Romanarum.* Abb. *in cap. ex literis de proba.* ubi Dec. *num.* 77. Oroſcius *in l. ex hoc jure*, *num.* 26. *ff. de juſt. & jur.* Menoch. omninò videndus, *de arbit. judicum*, *lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 393. *per totum.*

Unde diverſis ætatibus diverſæ fuerunt adverſus finium, & limitum motores ſtabilitæ pœnæ. 9
Cajus enim Cæſar (licet pecuniariter) huic malo occurrere voluit, quinquaginta aureorum mulcta pro quolibet termino moto reos puniens, ut in *l. fin. in princ. ff. de termino moto.* Quæ pœna non ſolum ſancita fuit, quando terminorum motor lapidem limitaneum furabatur prætextu tantum commodi, ſeu valoris ipſius, ut opinabatur Abb. *in d. c. ex literis.* Hieron. de Monte *ubi ſupr. cap.* 34. Plotus *in l. ſi quando*, *n.* 726. *C. unde vi*, ſed etiam contra quoſcunque motores, & finium perturbatores quolibet prætextu obtinebat, ut ſentit Decius in *d. c. ex literis.*

Cocceius verò Nerva 13. Imperator Roman. 10
ut refertur in *dict. l. fin. §. alia ff. de termino moto*, in ſervos, & ancillas terminos moventes capitaliter ſancivit: pro quo vide Ant. Auguſt. *lib.* 3. *emend. juris*, *cap.* 9. in liberas verò perſonas; pro conditione ipſarum, & violentia commiſſa arbitriam intulit pœnam.

Ælius verò Adrianus 15. Imper. terminorum motoribus (qui cauſa occupandorum finium motionem patrarunt) Nobilibus relegationis pœnam impoſuit, ſi verò, ut negotium alicui facerent, terminos moverunt, per biennium eos in aliquod opus damnavit, & quandoque eos verberibus cædi decrevit. Quam Adriani ſanctionem poſtea Alex. Severus 24. Imperator Roman. confirmavit, ut in *l.* 1. *C. de accuſationibus.*

Quomodo autem, & in quibus caſibus ſupra- 11
dictæ pœnæ practicari debeant, accuratiſſimè tradit Menoch. *dicto caſu* 393. *ex num.* 11. Et pro hujus rei, & quæſtionum in propoſito contingentium exacta diſquiſitione, ultra *ſuprà* relatos, conſule Frontinum *de controverſia limitum*, Balduinum *ad legem* 12. *tabul. capit.* 2. Petrum Greg. *lib.* 39. *ſyntagm. cap.* 13. Hieronymum Maggium *lib.* 4. *miſcellan.* & *li.* 4. *variarum lect. cap.* 7. Nicolaum Vallam *de rebus dubiis*, *tract.* 8. *n.* 10. *& ſequenti.* Coraſium *in l.* 1. *num.* 68. *ff. de ſervit.* Cujacium *lib.* 5. *obſervat. c.* 21. *& lib.* 10. *c.* 2. Baptiſtam Coſtam *in tract. de juris ſcientia, & ignor. centur.* 1. *diſt.* 1. Mynſinger. *in obſervat. Cameræ*, *centuria* 6. *obſervat.* 25. *cum duabus ſequentibus.* Tiber. Deci. *conſ.* 124. *vol.* 3. Greg. Lop. (qui notanter loquitur) *in l. fin. tit.* 15. *p.* 6. *in gl.* verbo. *Mojones antiguos*, & *in gloſſa*, verbo *los mojones.*

Sed de jure noſtro Regio noviter in terminorum 12
publicorum motores animadverſum eſt, ut in *l.* 3. *cum ſequentib. titul.* 7. *lib.* 7. *novæ Recopilat.* Circa quas leges plurimæ in *hoc capite* poterant excitari quæſtiones, ſed eas induſtrius omitto, tùm quia integrum confecit librum & tractatum Petrus Mexia vir apprimè doctus, & practicus, qui communiter inſcribitur *Ad legem Toleti*, & plura ſuper ejus intellectu adnotarunt Alphonſus de Azevedo *in lectura*, *& ejus ſcholiis*, Petrus de Avendaño *in capit. prætorum*, *cap.* 6. *numero* 10. *& num.* 47. Franciſcus de Aviles *in eodem tractatu*, *de capit. prætorum*, *capit.* 6. gloſſ. *Ley de Toledo.* Didacus Perez *ad l.* 5. *titul.* 3. *libr.* 7. *Ordinamenti*, Bobadilla *lib.* 5. *Politicorum*, *cap.* 9. *ex numero* 7. qui ſatis & prudenter occurſum motioni, & uſurpationi terminorum per illas *leges* fuiſſe, ſi à Judicibus ad unguem (ut ajunt) obſervarentur, exclamat. Cevallos *de cognitione per viam violentiæ*, *quæſt.* 128. ubi utrum illarum legum ſanctiones Eccleſiaſticas perſonas comprehendant, &, appellatione remota, exequi debeant,



debeant, diſcutit latiùs, quem, & ſuprà citatos indicaſſe ſuffecerit.

## NOTÆ AD CAP. XXVIII.

1 IN materia finium, & terminorum, de quibus in *hoc cap.* illud ſciri debet, quod illi, utpotè ad diviſionem demonſtrandam poni debent regulariter per lineas rectas, cum in jure non fuerit excogitatus alius modus dividendi, niſi per eas *l. inter eos. ff. de acq. rer. domin. Aymo. de alluv. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 2. *& ſeqq. Maſſin. de confiſc. q.* 11. *num.* 44. *Ego ipſe Collect. legal.* 39. *ſub n.* 13. *vol.* 1.

2 Et fines, ac termini ipſi ponuntur ita, ut in aliquam partem ferantur, & lapides longi ſemper reſpiciant per directum, non autem per obliquum. *Calc. conſ.* 90. *ex num.* 10. *Monte de finib. c.* 18. *Maſſin. d. q.* 11. *n.* 43. *& in d. Mea Collect.* 39. *n.* 13. *ad fin.* quod conducit ad tradita *hic per Auctorem n.* 4.

3 De tota materia, prout & de pœnis inflictis contra amoventes terminos, & fines (de quibus etiam *hic nu.* 8. *& ſeqq.*) videas *D. D. allegatos à Sabel. in ſumma diverſ. tract. verb. terminus*, *n.* 7. *tom.* 4. *& in pract. crim. §. Confini, Jordan. elucubr. diverſ. lib.* 14. *tit.* 17. *ex n.* 347. *tom.* 3. *Farinac. de furt. q.* 168. *p.* 5. *Conciol. & Romaguerra ad Stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 14. *ubi n.* 7. *& ſub nu.* 8. *allegat Noſtrum Auctorem in hoc cap.* 42. 43. *Urceol. de tranſact. q.* 100.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXIX.

### ARGUMENTUM.

Lites ſuper paſcuis publicis à quibus moveri debeant, & quorum ſumptibus agitentur, & de effectu rei judicatæ ſuper eis expeditæ.

### *SUMMARIUM.*

1 *Lites ſuper uſu, vel proprietate paſcui publici duplici via ſolent intentari.*
2 *Actio pro uſu paſcui publici, vel ejus proprietate popularis eſt, & cuilibet vicino, vel de populo competit.*
3 *Popularis actio quæ dicatur.*
4 *Popularium actionum natura, & qualitas quæ ſit.*
5 *Sententia lata ſuper uſu, vel proprietate paſcui publici contra unum de populo, utrum noceat ipſi oppido, vel univerſitati, vel proſit.*
6 *Si plures in ſolidum habent jus agendi, uno agente, jus aliorum conſumitur.*
7 *Sententia contra unum lata in re individua, aliis conſortibus, & conſociis nocet, vel prodeſt, ſed hoc procedit, quando plenè, qui litigavit, fuit defenſus, non autem perfunctoriè, vel negligenter, & n.* 8.
9 *Deſidia, negligentia, vel colluſio litigantis ex quibus convincatur.*
10 *Popularis actionis lis utrum juramento vicini, vel unius de populo litigantis poſſit decidi, & definiri, & reſolutio quæſtionis traditur num.* 11. *ubi de* l. 10. tit. 11. part. 3.
12 *Vicinus, ſeu unus de populo, ſi litem egit pro uſu paſcui publici, & obtinuit, utrum poſſit ab univerſitate, vel à cæteris convicinis repetere ſumptus in lite factos, ubi de* leg. ſorori 6. ff. ſi pars hæreditatis petatur, *&* l. qui aliena 23. §. fin. ff. de negotiis geſtis.
13 *Expenditur, & intelligitur text.* in l. ex parte. 11. ff. familiæ herciſcundæ.
14 *Lis ſuper paſcuo publico regulariter ſolet intentari, & proſequi ab Oeconomo, & procuratore univerſitatis cum ejus ſufficienti mandato, & tunc, quid juris ſit, & ex ſententia in hoc judicio lata quis effectus, & contra quem reſultet.*
15 *Procurator, ſeu ſyndicus univerſitatis eſt perſona legitima ad litigandum ſuper jure paſcui publici.*
16 *Procurator, ſeu ſyndicus univerſitatis utrum poſſit deferre adverſario, cum quo litigat, juramentum in litem, & an confeſſio ſyndici, vel procuratoris univerſitati præjudicet.*
17 *Procurator, ſeu ſyndicus univerſitatis, utrum reſpondendo poſitionibus adverſarii, vel juramentum calumniæ præſtando univerſitati præjudicet.*
18 *Sumptus facti pro paſcui publici lite ex quibus bonis perſolvi debeant, & ibi de* lege 3. tit. 7. lib. 7. Recopilationis.
19 *Sumptus facti in lite agitata ſuper uſu paſcui publici debent diſtribui, vel impertiri inter vicinos, ſi non ſint bona propria oppidi, ex quibus perſolvantur.*
20 *Vicinus ſi litigat ſuper uſu paſcui pro jure ſuo cum univerſitate, tenetur contribuere contra ſe in ſumptibus litis ab univerſitate factis.*
21 *Sententia lata contra oppidum non ſolùm nocet vicinis præſentibus, verum etiam futuris.*
22 *Sententia (per quam fuerunt conſtituti, & aſſignati limites in paſcuo) lata contra oppidum poterit exequi contra vicinos, qui limites illos turbarunt, immò etiam contrà novos advenientes.*
23 *Stylus qui in Curia noſtra habetur ſuper contraventione rei judicatæ (quæ vulgò dicitur,* contravencion de carta executoria) *& quomodo ſuper ejus querela procedatur.*
24 *Sententia lata contra civitatem, vel villam utrum noceat, vel proſit ejus vicinis, & n.* 25.

DUplici via lites ſuper uſu, vel proprietate 1
paſcui publici moveri ſolent, & poſſunt. Altera, quando unus de populo ex captura, vel prohibitione ſibi facta, vel abſque ea litem excitat, quia ſibi, ut uni de populo cum ſuis animalibus paſci licere intendit. Altera, quando procurator, œconomus, ſive ſyndicus concilii, vel oppidi ejus nomine, jus paſcui, vel agendo, vel excipiendo in judicium deducit. Et ut diſtinctè, quæ in praxi occurrere in propoſito ſolent, percipiamus, de utraque litigii ſerie ſigillatim agemus.

Ad primum igitur. Præmittendum eſt, quod 2
pro paſcuis publicis cuilibet de populo competit actio, ut *in l. à gratia*, *ff. de termino moto*, & ita per illum textum expreſsè adnotavit Gregor. Lopez *in l.* 10. verbo *Aſſi como deheſſas, y prados*, *titul.* 11. *part.* 3. Popularis enim actio dicitur quæ 3
pro conſervando paſcuo publico intentatur, ut ex Baldo *in l. ſi quis id quod.* 1. *lectura*, *verſicul. Extra ſcias*, *ff. de juriſdictione omnium.* De Aviles *in capite* 20. *prætorum*, *gloſſ.* verbo *Juriſdicion*, & ver- 4
bo *Remediado*, obſervat noſter legalis politicæ Magiſter Bobadilla *libr.* 5. *Politic. capit.* 4. *nu.* 61. *in fine*, *littera A.* Ea enim popularium actionum natura eſt, ut per eam publica jura conſerventur, ut in *l.* 1. *ff. de popu. action.*

Unde illud in propoſito infertur. Primò, quòd ſi plures de populo pro uſu paſcui publici, vel communitatis conſervandæ, in eo agere contendant, eligetur ex eis magis idoneus, & is cujus magis interſit, ut in cæteris popularibus actionibus ſancitum invenimus, ut in l. 1. & in l. ſi plures 2. & in l. 3. §. in popularibus, ff. de popul. action. exornat Tiber. Decia. in praxi, libr. 3. cap. 12. ex n. 16. & c. 32. ex n. 1. lib. 7. & c. 38. & n. 7. & lib. 8. c. 37. ex n. 26.

5 Secundò deducitur, quod, cum quilibet de populo ſit perſona legitima ad litigandum tale jus paſcui, ſententia cum eo lata & proderit, & nocebit ipſi populo & conſequenter omnibus ejus vicinis, ut tradit Menochius conſil. 390. num. 37. & 38. Guid. Pap. deciſ. 549. de Afflictis in conſtit. Siciliæ, rubrica 37. lib. 3. n. 12. Avend. de exequen. mand. 1. par. cap. 4. num. 31. Gregor. in dict. l. 10. dicta gloſſa, verbo, Deheſſas. Fontanel. de pactis nuptialibus, clauſul. 4. gloſſ. 17. num. 87. cum ſequenti. Cancerius lib. 3. variarum, cap. de ſentent. num. 190. Cardin. Tuſchus pract. concluſione 174. n. 18. & 33. tomo 7. litera S. Et ratio eſt, quia,
6 quando plures in ſolidum habent jus agendi, ſi alter eorum agit, aliorum jus conſumit, & perimit, cum de una re, & cauſa, ſemel, non autem pluries quæri oporteat, ut in l. licet, §. fin. ff. Nautæ, caup. & ſtab. l. ſi cui, §. iiſdem, ff. de accuſat. l. ſingulis, ff. de exceptione rei judicatæ docet Glo. in l. 2. C. quibus res jud. Alexand. in l. ſæpe, n. 33. ff. eodem. Peregrinus tractatu de fideicommiſſis, art. 53. n. 41. Et idem procedit in quaſi popularibus actionibus, veluti cùm agitur de aliqua electione, & opponitur contrà electum ab aliquo de populo aliquis defectus, nam lata ſententia pro electo, quæ tranſierit in rem judicatam, omnibus utique, & toti populo nocebit ex Gloſſ. verbo Judicatum, in cap. cum dilecti, de electione. Et idem videmus in publicis judiciis, ut in d. l. ſi cui, §. iidem, ubi Gloſſ. verbo, ſcribentes. Et in duobus reis credendi, ut in l. ex duobus reis, ubi Bart. quæſt. 4. ff. de duob. reis, & Franciſcus Aret. ſub num. 9. Peregrinus ubi ſuprà, num. 42. quia alter ex correis agendo jus alterius præoccupat, ut in l. fideicommiſſa, §. plerumque, ubi notatur, ff. de leg. 3.

Quod etiam ſuadetur, quia in tali jure, quod
7 communiter, & publicè competit, ut in re individua, neceſſariò ſententia, vel in favorem unius ex conſortibus, cæteris prodeſſe debet, vel obeſſe, ut in l. loci corpus, §. ſi fundus, ff. ſi ſervitus vindicetur. Peregrinus ubi ſuprà, num. 43. proſequitur Salgado, qui alia plura adducit de cognitione per viam violentiæ, 4. par. cap. 8. numero 322. & n. 353.

8 Corollarium tamen illud non procedit indiſtinctè, nec abſolutè erit obſervandum, ſed tunc demum, quando vicinus, & popularis litem attentè, & fideliter pertractavit, non autem, quando perfunctoriè, ſeu negligenter, vel ſuſpectus eſt de colluſione. Tunc enim ſententia cum eo lata cæteris vicinis de populo præjudicium non irrogabit, ut in l. ſi ſponſus, §. ſi uxor 2. verſic. Si modo cùm animum, ff. de donat. inter virum, & uxor. & in l. ex contractu, ibi: Niſi culpa tutoris, ff. de re judicata, l. ſi ſervus plurium, §. 1. & §. ſi quis ante, ibi: Vel minus plene, ff. de legat. 1. l. à ſententia, & l. ſi perluſorio, ff. de appellat. docet Felinus in cap. cum Bertoldus, n. 20. de re jud. & in cap. lator, n. 17. eodem titul. Celſus conſ. 120. n. 71. Marzarius de fideicommiſ. quæſt. 72. in principio. Covarru. in practicis, quæſt. 13. Padilla in l. unum ex familia, §. ſi de Falcidia, n. 5. verſi. Sed contraria opinio, ff. de legat. 2. Otalora de nobilit. 3. partis principalis, cap. 8. n. 7. Pinellus in l. 1. 3. part. n. 50. C. de bonis maternis. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 8. n. 7. Alvarus Valaſcus de jure emphyteutico, quæſt. 10. num. 3. Peregrinus dicto artic. 53. à num. 57. cum ſequentibus.

Deſidia verò, negligentia, ſeu colluſio vicini litigantis, ut alius de populo, vel ipſe populus
iterum agere non prohibeatur, ex eo manifeſta fiet, 9
vel quod litigans, juri ab alterutra parte introducto, acquieſcit, aut ſuo renuntiavit, ut in l. 1. §. ſi quis ſub conditione, ff. ut leg. ſeu fideicommiſ. nomine caveatur, quem in propoſito dicit notabilem Pinellus ubi proximè, limitatione 2. Baldus in l. 2. n. 5. C. quibus res judicata non nocet, nu. 8. Peregrinus dicto artic. 53. num. 6. Mieres de majoratibus, 4. part. quæſtione 5. à n. 91. vel quod vicinus in lite victus jura ſua, non curavit deducere, & exhibere, ut in dict. l. ſi ſervus plurium, §. ſi quis ante, ibi: Vel minus plene defendit cauſam. Decius conſ. 306. nu. 6. verſic. Et cum de facili probari poſſit. Alciatus dict. reſponſo 492. num. 34. verſicul. Et dicitur colluſiſſe, quod multo magis procedit, quando fuit contumax, l. ideo, ff. de evictionibus, l. qui repudiantis, §. fin. ff. de inofficioſo teſtamento, dict. l. ſi perluſorio, §. quoties. Molina ubi ſupra, n. 9. & quando appellationem omiſit, vel jam interpoſitam deſeruit. Pinel. ubi ſuprà, limitatione 3. verſic. Et hæc eorum declaratio. Molin. num. 10. ubi proximè. Antonius Gomez in l. 50. Tauri, n. 32. qui alios referunt.

Tertiò ex prædictis inducitur reſolutio illius
quæſtionis, (quam doctiſſimus Greg. Lopez fir- 10
mare non fuit auſus, & cogitandam reliquit in dict. l. 10. verbo, Aſſi como deheſſas, juncta Gloſſ. ſequenti) Utrum lis ſuper actione populari poſſit determinari ex juramento unius de populo agentis, & an talis ſententia poſſit aliis prodeſſe, vel obeſſe. In qua ancipiter procedit, & refert Bart. & communiter Doctores in l. eum qui, §. in popularibus, ff. de jurejurando, contra Gloſſ. ibi, obſervare ſententiam prætextu talis juramenti non obeſſe aliis, id tamen limitari per Guidon. Fulgoſ. Alexand. & Alberic. ut non procedat, quando tale juramentum interpoſitum fuit ſuper jure, quia tunc abſque dubio eis nocebit, ſecùs autem ſi juretur ſuper facto. Angelum tamen, & Paulum de Caſtro, & Jaſonem, ibi, indifferenter obſervaſſe in utroque caſu non nocere: Gregorio tamen placuiſſe Alberici, Guidonis, & Alexand. ſententiam.

Cujus quæſtionis vera reſolutio in eo inſidet,
quòd ſi vicinus, tanquam unus de populo litem 11
egerit, & juramentum calumniæ, ſeu litis deciſorium præſtiterit fideliter, & rectè, nec in ejus proſecutione, negligentia, ſeu colluſio intervenerit, utique ab eo factum, & geſtum, cæteris commodum, vel præjudicium parabit, ex ſuprà dictis, quibus maximè favet littera dictæ legis 10. ibi: Villas, ò pueblos han à las vegadas coſas que pertenecen comunalmente à todos los de aquel lugar, anſicomo deheſſas, ò prados, ò exidos, ò otras coſas ſemejantes deſtas, è podria ſer duda, ſi alguno de los del pueblo movieſſe demanda ſobre alguna deſtas coſas, ſi ſe podria tal contienda como eſta librar por jura è dezimos, que ſi la jura es dada à buena fe, ſin mal engaño, è non por gracia, non pudiendo aver otra prueva que averiguaſſe aquel pleyto, que lo podrian bien fazer. Et ad hanc reſolutionem reducenda intelligo, quæ in propoſito latiſſimè congerunt



congerunt Innocen. Anton. de Butr. Panormit. & alii, quos refert Felin. in cap. penultimo, de re judicata, nu. 14. & ſequenti. Pinellus ubi ſuprà, n. 50. Peregrinus d. art. 53. num. 62.

12 Quando verò vicinus, aut unus de populo litem egit, & obtinuit, an poſſit petere ab univerſitate, cui ſententia profuit, ut ſibi ſolvat ſumptus in lite factos, dubitari non ineptè poteſt. Licet enim pro ſuo proprio intereſſe litigaverit, tamen non ſibi tantum, ſed alii commodum victoriæ parat, quapropter ſumptus pro rata ſaltem præſtandos, apertè deducitur ex l. ſorori 6. ff. ſi pars hæred. petatur, ibi: Sumptus, qui propter onera totius hæreditatis juſtè fiunt, ei, qui patroni jure portionem evicerit, pro rata computentur, & in l. qui aliena 23. §. fin. ff. de negotiis geſt. ibi: Sed qui ſumptus neceſſarios, ac probabiles in communi lite fecit, negotiorum geſtorum actionem habet. Quod tamen in caſu noſtro popularis actionis pro commodo tamen vicini principaliter intentatæ, intelligerem ego, ſi tamen qui litem agitavit, & fuit proſecutus, ut ſimul cum ſuo particulari intereſſe, & commodo jus univerſitatis, & concilii conſequeretur, plus impendit in lite, quàm pro ſuo jure obtinendo eſſet impenſurus, quia illud reſiduum poterit petere ab univerſitate, ſeu concilio, ut probat tex. ſing. in l. ex parte, ff. famil. herciſcund. ibi: Reſpondi, ſi idcirco amplius erogatum eſſet, quod ip-
13 ſius quoque cauſa defenſa eſſet, habendam rationem ſumptuum, ſed, & ſi omiſerit doli exceptionem, agere poteſt de recipienda portione ſumptuum, de cujus text. intellectu vero, & conciliatione cum dict. §. fin. legis, qui aliena, & an tales ſumptus exigendi ſint per actionem negotiorum geſtorum, vel judicium familiæ herciſcundæ, videndus eſt Joann. Garcia de expenſis, cap. 7. à n. 22. & c. 19. à n. 7.

14 Pro ſecunda verò litigandi via, & forma ſuper paſcuis publicis, videlicet, quando concilii, & univerſitatis jus paſcui litigatur ab ejus procuratore, ſyndico, œconomo, ſeu quavis alia perſona cum ſufficienti mandato, animadvertendum eſt, quòd, cum tuitio, & defenſio publicorum jurium principaliter ad concilium, & univerſitatem cujuſcunque oppidi ſpectet, ut notat Gloſſ. in rubrica, C. de adminiſtratione rer. ad civit. pertinent. univerſitas quælibet pro paſcuis, & cæteris ſimilibus juribus & agere, & conveniri poteſt, ut in l. 1. §. 1. & l. 2. & ferè per tot. ff. quod cujuſque univerſit. nomine, l. ſed ſi hac, §. qui manumittitur, ff. de in jus vocando, & ideo ſolet conſtituere ſyndicum, & procuratorem, qui ejus nomine lites excitet, vel proſequatur, ut in l. de pollicitationibus 8. ff. de pollicit. dict. l. 2. & 3. ff. quod cujuſque univerſit. nomine, & quæ debeant intervenire ad hoc, ut is ſyndicus, vel procurator legitimè nominetur, ſigillatim recenſet Nicolaus Loſæus in tractatu de jure univerſitatis 2. parte, cap. 1. ex nu. 21. Quæ autem debeant intervenire ſolemnitates, in nominatione iſtius ſyndici, & per quas perſonas fiat nominatio, diſſerit Franciſcus Marcus deciſ. Delphin. 782. Alexander conſil. 17. n. 1. volum. 6. ubi num. 5. & 6. an poſſit iſte ſyndicus compelli ſatiſdare pro expenſis litis, ſi ſuccubuerit, Baldus in l. nulli, colum. 1. & 2. ff. quod cujuſque univerſitat. Decius conſ. 297. Azevedo in Curia Piſana, gloſſa verbo Syndicum, nu. 35. & n. 43.

15 Et talis ſyndicus, ſeu procurator eſt perſona legitima ad movendas actiones, univerſitati, ſeu concilio competentes, ut in l. procuratores 30. ubi Baldus, C. de Decurionibus, libr. 10. Paulus de Caſtro in l. fin. ff. quod cujuſque univerſita. nomine, dicitur enim habere mandatum generale cum libera, Gloſſ. in l. mandato generali, ff. de procuratoribus. Alexander in l. Præſes 12. n. 3. cum ſequenti, C. de tranſactionibus, Decius conſ. 297. n.
2. Marcus deciſ. 780. Maſcardus concluſ. 1314. & 16
ideo poterit deferre adverſario, cum quo agit, juramentum litis deciſivum, ut in l. jusjurandum, §. defenſor. municipii, ff. de jurejurand. ubi Bart. n. 1. Et talis ſyndici, ſeu procuratoris confeſſio in judicio facta nocebit univerſitati, ſeu concilio, ut in l. non ſolum, in principio, & ibi Glo. ff. de procuratoribus. Alexand. conſ. 68. n. 10. lib. 2. quem refert, & ſequitur Decius conſ. 221. n. 2. & 3. & conſ. 297. n. 6. Abb. & Anto. de Butr. in cap. fin. per textum ibi, de confeſſis. Felinus in cap. 1. n. 14. & 16. ut lite non conteſtata. Mantua conſ. 192. n. 21. Oſaſcus deciſ. Pedemont. 39. n. 36. ubi agit n. 6. an idem procedat in confeſſione, quæ reſultat ex inſtrumentorum productione, juxtà textum in l. cum precum, C. de liberali cauſa. Et ideo reſpondere poteſt oppoſitionibus adverſarii, & abſolvere juramentum
calumniæ, ut in cap. præſentium, de teſtibus in 6. 17
Glo. in l. 2. §. hoc etiam, ubi Franciſcus Curtius n. fin. C. de jurejurando, propter calumniam dando, Bald. in dict. l. 2. §. quod obſervare, verſic. Nunc veniamus ad quæſtionis. Marcus deciſ. 477. per totam, volum. 2. & latiùs de forma abſolvendi has poſitiones. Et per quas perſonas hoc fieri debeat in capite ſequenti, verba faciemus.

Sumptus autem litis, quæ pro paſcuo publico 18
univerſitatis nomine fuit diſcuſſa, ex bonis ejus perſolvi debent, ut in l. 1. §. quibus, & §. quod ſi nemo, ff. quod cujuſque univerſitat. nomine, & ita ſupponit lex 3. tit. 7. libr. 7. Recopil. ibi: El otro es las coſtas valdias que hazen para los recobrar. Auferius in additionibus ad Capellam Tholoſanam, deciſ. 70. Bobadilla libr. 5. Politic. capite 454. num. 61. ubi, quòd neceſſaria ſit facultas Regia, ſentit.

Quòd ſi concilium, ſeu univerſitas non habeat 19
bona, tunc inter vicinos fit contributio, & collecta (quæ vulgò dicitur Ripartimiento) Rolandus à Valle conſ. 66. nu. 14. volum. 1. & conſ. 84. nu. 18. de Aviles in cap. 3. prætorum, gloſſ. verbo, Juriſdiccion. & in cap. 30. verbo Juſta. Azevedo ubi ſuprà. Gloſſ. verbo Impendir, num. 46. eleganter Joan. Garcia de nobilitate gloſſ. 1. §. 1. nu. 41. ubi quòd omnes tenentur contribuere, & gl. 22. Cùm enim omnes vicini, & habitatores fruantur publico paſcuo, ratio dictat, ut pro eo litigando, ſumptus, & onera non recuſent. Petrus An-
tibolus in tractat. de muneribus 3. par. §. 4. n. 91. 20
Quinimmo, etiam ſi vicinus litiget pro jure ſuo cum univerſitate, tenetur etiam contra ſe contribuere, & fiet ipſi ſicut unicuique civi, & vicino collecta, ex Bar. & Bald. in l. ab omnibus, §. ſi à Titio, ff. de legat. 1. & ita Ægidius Thomas in tract. de muneribus, & collectis, §. paupcres, num. 31. Nicolaus Sectas in tract. de æſtimo, & collectis 2. par. cap. 4. num. 49. ubi plura in propoſito congerit, & in cauſa nobilitatis docet Avendan. de exequen. mandat. 2. par. cap. 10. num. 9. Otalor. de nobilit. 3. par. c. 1. ad finem.

Sed pro coronide hujus capitis, de effectu ſententiæ ſuper paſcuo publico latæ, quando lis per ſyndicum, aut procuratorem, nomine univerſitatis fuit ventilata, neceſſe eſt, ut aliqua, licèt breviter perſtringamus.

Et ſanè primo loco conſtituo, quòd talis ſen- 21
tentia quæ in rem tranſivit judicatam, non ſolùm vicinis præſentibus, verùm & futuris, & de novo

novo venientibus ( etiam ſi condemnatorum non ſint hæredes ) præjudicabit ; ſemper enim videntur iidem cives, *l. proponebatur*, *ff. de judiciis*, ubi eleganter Barb. *num.* 28. Natta *conſ.* 589. *à n.* 16. *lib.* 3. Cancerius *variar. reſolut.* 2. *par. cap.* 16. *n.* 101. Greg. Lop. per text. *ibi in gl.* verb. *Son vivos*, in *l.* 5. *tit.* 15. *part.* 2. Et ratio eſt, quia ubi eadem res, vel perſona verè, vel interpretativè conſideratur, ſemper obſtat exceptio rei judicatæ, ex Gloſſ. *in l. & an eadem, verbo, Concurrunt ff. de exceptione rei judicatæ*, ubi Bart. *n.* 1. Surdus *conſ.* 212. *num.* 26. Ponte *conſ.* 49. *n.* 4. *& conſ.* 62. *num.* 36. Cornazanus *deciſ.* 70. *num.* 8. Giurba *deciſ.* 20. *ſub num.* 1.

22 Ex quo fluit, quòd ſi virtute ſententiæ poſiti ſint limites paſcui, vel alterius termini inter duo oppida, & iterùm moveantur, poterit peti executio contra turbantes, etiam ſi ſint vicini poſtea nati, vel de-novo venerint, ut ex doctrina Innocen. *in c. Abbate S. Sylvani*, *de verb. ſignific.* tradit Capicius *deciſ.* 1. Avendañus *de exequen. mand.* 1. *par. cap.* 4. *numer.* 49. *verſ. Immo ſi poſitus.*

23 Et in Curia noſtra frequenter ob id proponuntur querelæ, quas vulgò vocamus *De contravencion de carta executoria*; & apud Auditores illius Aulæ, & claſſis, apud quos rei judicatæ ipſa lis fuit expedita, cognoſcitur de contraventione, & in initio litis, fiunt ſuper contraventione ( & ad modum cauſæ criminalis ) in ſummario probationes, abſque eo, quòd detur copia contravenientibus querelatis; & ſi contraventio, ſeu turbatio juris per rem judicatam quæſiti probetur, rei capiuntur, & proceditur poſtea admiſſis confeſſionibus, & exceptionibus reorum ad probationes in plenario judicio recipiendas; & ſi Judices æſtimaverint contraventum fuiſſe, tunc faciunt condemnationem in quantitate, & ſatisfactione damni, prout res poſtulat, & arbitrantur, & actori jubent expediri novum rei judicatæ inſtrumentum ( quod vulgò *Sobre carta de la executoria primera* vocamus ) cum majoribus pœnis, & condemnationibus contrà cæteros, qui poſtea quolibet tempore denuò in illo jure perturbare tentaverint. Et an condemnatio facta vicino particulari alicujus oppidi, qui paſcere cum ſuis pecudibus intentavit, jure vicinitatis in termino alieni oppidi debeat ſolvi ex bonis ejus, an verò ex burſa communi, decernendum erit ex iis, quæ diximus in hoc *cap.* 29.

24 Secundo loco animadvertendum in propoſito cenſeo, quòd ſententia lata contrà civitatem, aut villam, vel in ejus favorem, utique nocebit, & proderit, non ſolùm ejus vicinis, & habitatoribus, verùm & vicaneis, & comitatenſibus, ex Bart. *in l.* 2. *in princ. n.* 6. *ff. de verb. ſign.* per text. *in l. civitatibus*, *ff. de legat.* 1. & in *l. civitas*, *ff. ſi cert. pet.* & in *l. civitatibus*, *ff. quod cujuſque univerſitatis nomine.* Nam in materia communi, civibus, & comitatenſibus, in ſententia lata contra civitatem ( veluti paſcui, aut terminorum ) comprehenduntur comitatenſes, ut docet Felin. *in c. Rodulphus*, *de reſcript.* Rebuffus *in l.* 2. *col.* 5. *in fin. verſ. denegatur in materia congruenti*, *ff. de verbor. ſignif.* Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 207. *à n.* 1. *uſque ad n.* 7. & in *cap.* 10. alia in propoſito retulimus.

25 Tertiò, quòd ſi ſententia in lite agitata cum civitate, lata fuerit tantùm ex conſenſu partium, ubi jura allegare noluerunt, aut per concluſionem, dicenda ſunt quæ *ſuprà* advertimus num. 11. & in propoſito conducunt quæ congerit Mieres *de majorat.* 4. *part. q.* 15. *à principio*, *in nova impreſſione*, incipit *à n.* 91.

## NOTÆ AD CAP. XXIX.

Singulariora *in hoc cap.* firmata referuntur, & 1
comprobantur, *Auctore citato*, à *Balmaſeda de collect. q.* 107. & ſpecialiter de dictis *hìc n.* 20. ut, ſi vicinus idem ac civis litiget pro jure ſuo cum Univerſitate, teneatur etiam contrà ſe con- 3
tribuere expenſas, ſe remittit *ipſe Balmaſeda* ad aliam *ſuam quæſtionem*, quæ debet eſſe *la* 32. *ubi*, an Nobilis, qui litigat ſuper nobilitate pro ex- 4
penſis in lite factis contrà ſe, collectari poſſit, & tangitur *ſub eodem num.* 20. *ab Otero.* Ac cum diſtinctione reſolvitur, quòd, ſi litigans ſit in 5
poſſeſſione nobilitatis tempore motæ litis, & ab Univerſitate moleſtetur, collectas ſolvere non debeat: ſi autem prætendens ſe nobilem habeat poſſeſſionem contrariam, & provocet Univerſitatem ad litem, collectas ſolvere debeat, ut ſic *mirabiliter* diſtingui *ab Antibulo de muner. & honor. p.* 3. *princ.* §. 4. *nu.* 74. ait *Balmaſeda d. q.* 32. *num.* 7. ubi etiam, quod convenire videtur *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 25. *num.* 48.

Aſt ſententia lata ſuper nobilitate facit jus quo- 6
ad omnes, ſi ſit favorabilis, & incluſiva nobilitatis, ſecus ſi contraria, & incluſiva, ut *in mea colluct. legal.* 4. *n.* 69. *vol.* 2. *Marin. ad Reverter. deciſ.* 428. *ſub n.* 4. *ubi de magis communi.*

De populari actione, de qua *hìc à n.* 2. agitur 7
per *me in d. colluct. legal.* 4. *n.* 55. *& ſeqq. vol.* 2.

Circa autem ſententiam latam ſuper actione po- 8
pulari, ſive ſuper ſtatu, quod faciat jus, quoad omnes (ſi cum legitimo contradictore fideliter, &, cunctis allatis juribus, & actionibus, cauſa fuerit tractata ) ex dictis *hìc num.* 5. 8. 9. videndi ſunt, quos longa ſerie unà *cum deciſionibus*, *maximè S. Rotæ Romanæ*, adducebam *Ego ipſe in d. colluct.* 4. *ex num.* 52. *ac* 62. *cum ſeqq. & ibi in Append. D. Meus Palma Nepos alleg.* 14. *num.* 27. *lib.* 1. *Rota in rec. deciſ.* 400. *p.* 17. *dec.* 173. *p.* 18. *dec.* 41. *n.* 8. *& deciſ.* 354. *n.* 1. *p.* 19.

Quoad Syndicum, & Procuratorem Univerſi- 9
tatis, de quo tractat *Auctor nu.* 14. *& ſeqq.* agitur rurſus ab *eod. Noſtro Auctore in tractat. de official. p.* 2. *c.* 8. *caput de regim. Reipubl. c.* 7. §. 21. 22. *Altimar. de nullit. rubr.* 11. *q.* 34. *& rubr.* 12. *q.* 9. *ex n.* 60. *tom.* 2. *Conciol. & Romaguerra ad Stat. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 24. 25. ac pleniſſimè *per Me de jure municipali lib.* 1. *obſ.* 30. *per tot.*

Quòd exceptio rei judicatæ obſtet, concurren- 10
tibus requiſitis poſitis *hìc ſub num.* 21. comprobatur, & declaratur *cum pluribus aliis à Me d. colluct.* 4. *num.* 59. *& ſeqq.*

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

# CAPUT XXX.

## ARGUMENTUM.

Paſcua publica, termini, ſeu terræ gerbidæ, ( vulgò *Valdios* ) alicujus oppidi, aut villæ, ſi vendantur, an pro eodem pretio in venditione præferri debeat oppidum, ſeu villa.

## *SUMMARIUM.*

1 *Difficilis eſt hujus capitis quæſtio, & quæ in materia paſcui per Doctores diſcuſſa non eſt.*
2 *Paſcua, terræ gerbidæ, & alii termini cujuſcumque oppidi, & villæ à Principe poſſunt alienari, & ipſum oppidum, & villa.*



3 *Vendita villa, ſeu oppido cum juriſdictione, utrum vicinis competat jus retractus, & pro eodem pretio ſit eis redimendi facultas, ubi referuntur Doctores affirmativæ partis.*
4 *Expenditur in propoſito text.* in §. dominus, Inſtitut. de noxalibus, *& in l.* 2. ff. ſi libertus ingenuus eſſe dicatur, *& in l.* 2. C. de patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt.
5 *Paſcuorum uſus vicinis communis eſt, & an iſta communitas ſufficiat, ut jus retractus competat.*
6 *Expenditur text.* in l. 2. C. de commun. rerum alienatione, *& in* l. 1. C. de venditione rerum fiſcal. lib. 10. *& in* l. 1. ff. de privileg. cred. *& in* l. neceſſe, ff. de in diem addictione, *& in* l. ad officium, C. communia, de judiciis, *& in* l. 55. tit. 5. par. 5. *& in* l. 74. Tauri, *& in* l. 13. titulo 11. libro 5. novæ Recopilation.
7 *Conſors, vel ſocius debet præferri in venditione rei, in qua communitatem habet, extraneo pro eodem pretio.*
8 *Publica utilitas, & vicinorum conſervatio attendenda eſt, & ibi de* l. unica §. fin. C. de caduc. tol. *quæ in propoſito exornatur.*
9 *Libera vendendi facultas coanguſtari non debet, & ibi de* l. dudum, C. de contrahenda emptione.
10 *Ex retractu in nihilo domino rei præjudicatur, & non poſſunt omnes caſus comprehendi.*
11 *Naturalis ratio, ſive æquitas pro lege habetur, & ubi eadem debet eſſe juris diſpoſitio.*
12 *Retractus, ut competat, neceſſarium eſt, quod quis habeat in re partem aliquam, ſeu jus, ſicut dominus.*
13 *Vicini alicujus Oppidi, licèt uſum paſcui habeant communem, non tamen poſſunt dici domini.*
14 *Retractus pro paſcuo vendito intra novem dies intentari debet.*
15 *Reſtitutio utrum competat oppido, ſeu villæ ultrà novem dies ad retrahendum paſcuum, & de* l. 8. tit. 11. lib. 5. novæ Recopil.
16 *Retrahere an poſſit oppidum, vel villa, venditis paſcuis in una ſcriptura uno pretio, quædam ex eis, & alia emptori relinquere, & ibi de tex.* in c. conſtitutus, de in integr. reſtitut.
17 *Oppidum, vel villa communitatem habens in paſcuo, eo vendito per Principem, an habeat retractum, & num.* 18.

1 Nodoſum profecto laqueum diſſolvere, invium, & penitus obtuſum labyrinthum penetrare intendo: cum hujus capitis hypotheſis in terminis, & materia paſcui, ita hactenus ( ni fallor ) incognita ſit, ut nec per *Doctores* diſcuſſa ( quin potius dicam tacta ) nec jure communi, vel Regio pandatur, ut nobis de re ancipiti diſceptare contendentibus, per excogitata argumenta, & ſimilium rerum exempla tantùm progredi ſuperſit.

2 Cùm igitur non ſolùm paſcua, terras gerbidas, & alios terminos cujuſcumque oppidi & villæ; verùm & ipſam villam, & oppidum vendi, & alienari à Principe poſſe *ſuprà* dixerim *cap.* 9. & ſatis ſit notum, frequenter occurrere ſolet, quod talium terminorum alienationi, ſeu venditioni obicem, tale oppidum, & villa conatur opponere, & ſaltem pro eodem pretio cuilibet emptori præferri contendit; quod, an jure fiat, in præſenti examinandum venit.

Et ſanè, quòd ſit locus huic prælationi, vel re- 3
tractui, probatur primò, quia idem videmus quoties Rex, vel Princeps vendit aliquam villam, ſeu locum cum juriſdictione; tunc enim dubium non eſt vicinos poſſe ſe redimere, ut ex Gloſſ. celebri in *l. invitus*, *ff. de fideicommiſſ. libertatibus* tradunt Innocen. *in cap. auditis*, *de præſcriptionibus*, *num.* 2. *verſ. Et in hoc caſu*, & *ibi* Panorm. *num.* 20. Lucas de Pen. omnino videndus in *l. unica*, *C. de capitat. civium cenſibus exim. lib.* 11. Ripa *lib.* 2. *reſponſorum*, *cap.* 25. & ex hoc plures obſervarunt non poſſe Principem, caſtrum, ſeu civitatem ſibi ſubjectam, vicinis invitis alienare, ut poſt Joan. Andr. & Hoſt. hujus ſententiæ primos Authores *in cap. dilecti*, *de majorit. & obed.* aſſenſit Bald. *in c.* 1. §. *in generali*, *ſi de feud. fuerit controverſ. inter dominum*, *& agnat. vaſſal. n.* 2. ubi ſcriptum reliquit, quòd Rex Franciæ non poteſt alienare unam de civitatibus ſuis, civibus invitis, & ex hoc fortè Conſtantinus, quando donavit urbem Romam Beato Sylveſtro, id fecit cum conſenſu populi: ſequuntur Paul. Salicet. & Jaſ. *in l. debitorum*, *C. de pactis.* Hippolytus in *l.* 1. §. *cum quidam deponere*, *ff. de quæſtionibus*, & alii plures, quos refert, & ſequitur Ant. Gabriel *lib.* 3. *concluſ. tit. de jure quæſito non toll. concluſ.* 8. *num.* 1. Philip. Corneus *conſ.* 321. *num.* 4. *lib.* 4. Cravetta *conſ.* 241. ubi refert in Senatu Pedemontano ita deciſum contrà alienationem communitatis Brigiæ. Rolandus à Valle *conſ.* 1. *num.* 34. *vol.* 1. Cephalus *conſ.* 628. *num.* 23. *vol.* 5. Alciatus *reſponſ.* 167. Puteus *deciſ.* 31. Renatus Chopinus *de dominio Franciæ libr.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. & ex noſtris Roder. Suar. *allegat.* 9. Ferdinandus Loazes *in l. filius famil.* §. *Divi*, *num.* 263. *in allegatione pro civitate Mulæ*, *in reſponſione ad* 4. Palat. Rubeus *in repet. cap. per veſtras*, *notabili* 2. §. *eſt pulchra dubitatio*, *n.* 41. Covarruv. *in cap. quamvis pactum*, 2. *part.* §. 2. *num.* 4. Menchaca *quæſtionum illuſtrium*, *cap.* 5. qui omnes loquuntur in vaſſallis juriſdictionalibus. Et in feudalibus ita cavetur in *cap.* 1. §. *ex eadem lege*, & in *cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus*, *de prohibita feud. alienat. per Federicum*, ubi Iſernia, Afflict. Alvarotus, & cæteri feudiſtæ. Jaſ. *in l. filius familias*, §. *Divi*, *numer.* 28. *in* 4
1. *lectura*, *& num.* 46. *in* 2. *lectura*, *de lega.* 1. Et pro hac ſententia ſolet induci tex. *in* §. *dominus*, *Inſtitut. de noxalibus*, ubi ſervus pro noxa deditus alieno domino poteſt pretio ſuo ſe redimere; cujus textus authoritate ita reſpondet Faber *ibi*, quem ſequitur, & laudat Didac. Perez *in l.* 14. *tit.* 11. *lib.* 4. *Ordinamenti:* Nec à Fabri ſententia Gregor. Lopez diſſentit in *l.* 4. *tit.* 13. *partit.* 7. *gloſſ.* 1. licèt cogitandam relinquat. Et facit in ſimili textu in *l.* 2. *ff. ſi libertus ingenuus eſſe dicatur*, & in *l.* 2. *C. de patribus qui filios diſtraxerunt*, ubi filio ob neceſſitatem alienato licet, pretio eodem oblato, ſe redimere; & in Regno Neapolitano talem prælationem, vel redimendi jus in uſu eſſe teſtatur Vincentius de Franch. *deciſ.* 17. *numer.* 2. *&* 6. qui refert plures univerſitates ad talem retractum admiſſas, & apud Gallos ita communiter practicari affirmat Franciſcus Marcus *dec.* 368. *numero* 18. & in noſtro Regno aliquando admiſſum eſſe à quibuſdam ( quos de hac re conſului ) cognovi, & ferè omnes uſque ad ſua tempora de hac re ſcriptores congerit, & in vero, ac genuino caſu ( in quo loquuntur ) intelligit dominus Garſia

ſia Maſtrillo *in ſuo tractatu de magiſtratibus*, *lib.* 3. *cap.* 10. *ex n.* 35.

5 Secundò, quia, licèt dominum paſcui, ſeu termini publici, & terræ gerbidæ penès Regem reſideat, ut latiùs diximus in *cap.* 9. ſimilium, tamen terminorum uſus vicinis, & oppidanis communis eſt, unde ratione iſtius uſus partem, & communitatem videntur vicini, & oppidani habere, ut quis enim ſocius conſorſvè dicatur, vel communitatem habeat, ſufficit, ſi vel minimam rei partem obtineat, ut obſervat Bald. in *l.* 1. *C. de communi ſervo manumiſ. notabili* 2. per tex. *ibi*, in verb. *Quantamcumque.* Et in materia retractus plura in propoſito tradit Tiraquel. *de retractu linag.* §. 11. *glo.* 6. *num.* 11. Matienço *in l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop. glo.* 3. *num.* 10.

6 Suppoſita ergò iſta communitate, nihil mirum, quòd in tali venditione habeant jus prælationis, vel retractus Vicini, & Oppidani, quia, licèt fiſcus jure ſingulari poſſit totam rem communem vendere; ut in *l.* 2. *C. de communium rerum alienatione*, *l.* 1. *C. de venditione rerum fiſcalium*, *lib.* 10. tamen, requiſito conſorte, vendere debet, ut ſi tantumdem offerat, emptori præferatur, & per textum in *l.* 1. *ff. de privileg. credit. & in l. neceſſe*, *ff. de in diem adictione* ſenſit Baldus *in dict. l.* 2. *C. de communium rerum alienatione*, *num.* 2. cui accedit Franciſ. Marcus *deciſ.* 368. *à num.* 5. & facit tex. *in l. ad officium*, *in fine*, *C. communi divid.* ibi: *Maximè ſi ſe non ſufficere ad juſta pretia alter ex ſociis ſua pecunia vincere viliùs licitantem profiteatur.* Et de jure Regio poteſt in ſimili perpendi textus *in l.* 55. *tit.* 5. *part.* 5. ubi Greg. & in *l.* 74. *Tauri* & in *l.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.*

7 Tertiò conducit in propoſito ſententia Hippolyti, *ſingulari* 441. *Licet de jure*, *num.* 2. qui expreſsè affirmat Principem vendentem rem communem debere præferre in emptione pro eodem pretio conſortem, poſt Borgnin. Cavalcan. *titulo de uſufructu mulieri relicto*, *num.* 173. *fol.* 366. exiſtimantem proprietarium volentem alienàre proprietatem rei potius uſufructuario, quàm alteri alienare debere, Bart. *in l. cotem ferro*, §. *qui maximos*, per illum tex. *ff. de publicanis*, qui ait habentem ſpeciale mandatum non poſſe rem à primo poſſeſſore auferre, & alteri dare, offerente primo idem pretium, quod ſecundus, idque explicat latius Cumanus *conſ.* 55. *& conſ.* 21. & ex doctrina *Bart.* inferunt plures, quos refert Boërius *deciſ.* 107. *num.* 1. Emphyteutam præferendum aliis emptoribus in proprietate vendita bonorum, in quibus conſiſtit emphyteuſis, nec eo irrequiſito, prædictam venditionem fieri poſſe.

8 Quartò hoc idem publica utilitas, & conſervatio vicinorum dictat, quæ maximè attendenda eſt, ut in *l. utilitas*, *C. de princip. lib.* 12. & in *cap. licèt*, *de regularibus. l.unica* §. *fin. C. de caducis toll.* ibi: *Quod communiter omnibus prodeſt, hoc rei privatæ noſtræ utilitati præferendum eſſe cenſemus, noſtrum eſſe proprium ſubjectorum commodum imperialiter exiſtimantes*, præſertim circà jus prælationis, ut in *l.* 3. §. *utrum. ff. ad Sillanianum*, ibi: *Poterunt propter hoc, quod in commune utile eſt, ad libertatem pervenire.* Nec enim æquum, & decens videtur, quòd propter gratificationem alterius privati emptoris populus, ſeu univerſitas, quæ idem pretium Principi, & vero domino offert, terminis, ſeu montibus neceſſariis ad uſum defraudetur. Et ſalus populi ſuprema lex eſt, ut habetur in *l.* 12. *tabularum*, præſertim cum per iſtam prælationem in nihilo lædatur domini jus, & facultas, ut patet ad ſenſum, nec privati emptoris damnum ſit conſiderabile. Et frequenter in jure noſtro aliquid contra ( vel ut aptiùs dicam ) præter juris regulas admittitur cum parvo damno alicujus, ut plurium incommodum vitetur, ut tradit Cæpolla *de ſervitut. ruſtic. cap.* 4. *num.* 49. Chaſſaneus *in conſuet. Burgund. rubrica* 3. §. 2. *verſi. Uſage des bois*, *num.* 29. *ad fin.* quem ſequitur Avendañus *de exequend. mand. cap.* 10. 1. *par. num.* 27. *verſ. Quod procedit*, & facit, tex. *in l.* 1. *verſicul. Sunt autem qui putant*, *ff. ne quid in flumine publico*, ibi: *Plerumque enim utilitas ſuadet iſtam exceptionem dari &c.*

9 Cui ſententiæ ( quam & juris ratio, & æquitas munit ) non oberit primo loco, ſi dicas liberam vendendi cuilibet bona ſua facultatem coanguſtandam non eſſe, niſi in caſibus à jure expreſſis, in *l. dudum* cum ſimilibus, *C. de contrahenda emptione*, nec talem populi, vel univerſitatis in ſimilium terminorum venditione prælationem, ſeu jus retrahendi aliquo jure expreſsè caveri, & ideo omninò explodi debere, maximè cum tale jus ſit pœnale.

10 Quia reſpondetur ex tali prælatione, vel retractu in nihilo domino præjudicari, ut nuper diximus, & non omnia lege poſſe expreſsè comprehendi, cùm plura ſint negotia, quàm vocabula, ut in *l. non poſſunt*, *ff. de leg.* & in *l.* 4. *ff. de præſcriptis verbis.* Ac per conſequens ſufficere, quòd 11 æquitas, vel naturalis ratio id ſuadeat, ut in *l. ſcire oportet*, §. *aliud*, *ff. de excuſat. tutor.* & quòd ſimilium rerum argumenta, vel exempla convincant, ut in *l. à Titio*, *ff. de verbor. oblig.* & in *l. illud*, *ff. ad l. Aquil.* Glo. *in authentica matri, & aviæ. verbo Tutelam*, *C. quando mulier tut. officio fungi poſſit*, & in *l. ſi conſtante*, *ff. ſoluto matr.* Everardus *in topic. loc.* 10. *per totum.* Et quòd ita in noſtro Regno pluribus in caſibus fuerit tale jus admiſſum, ac in praxi receptum, ut in *cap. in cauſis*, *de ſententia, & re jud.* & in *l. filius emancipatus* 14. *ff. ad l. Cornel. de falſis.*

12 Nec etiam obſtabit, ſi adhuc inſtes, quòd, ad hoc ut competat prælatio, ſeu hoc jus retrahendi ex jure ſocietatis, vel communitatis eſt neceſſarium, quòd quis in re habeat aliquam ſaltem partem, ut dominus, ex doctrina Baldi *in dict. l. dudum*, Gregor. Lopez *in dict. l.* 55. *partitæ*, verbo *Communalmente deſo uno*, & cum Alberico reſpondit Avendañus *reſponſ.* 12. *nu.* 6. & deducitur ex Socino *conſ.* 107. *volum.* 3. Ubi enim dominii non ſit tranſlatio, non poteſt dici quis ſocius, neque partem rei habere ex textu ſingulari in *l. ſi quis duos*, §. *ſi quis partem*, *ff. communia prædiorum*, unde uſuario, vel uſufructuario retractum in proprietate rei venditæ, aut prælationem non competere, pluribus adductis, contrà Borgn. Cavalc. & alios defendit Dominus D. Joann. del Caſtillo *in tractatu de uſufructu*, *cap.* 74. *per totum.* Et ex eadem ratione in cenſuario idem reſolvit Velazquez de Avendaño *de cenſibus*, *cap.* 87. *& cap.* 88. Et in juriſdictione alicujus oppidi vendita populo prælationem, vel retractum non competere prædixerat *cap.* 68. *n.* 10. Cum ergò vicinis 13 cujuſcumque villæ, aut oppidi in terminis publicis, montibus, ſive paſcuis non competat, nec inſit dominium, ſed tantum nudus uſus, vel uſusfructus,



fructus, vel ( ut aptiùs dicam ) jus quoddam incolatus, & viciniæ, ut unuſquiſque utatur nemoribus, & paſcuis, uti rectè pungit Velazquez *dict. cap.* 68. *num.* 13. & diximus *ſuprà cap.* 3. videbatur dicendum talem prælationem, ſeu retractum ceſſare.

Reſpondetur enim hoc argumentum prorſus convincere, ſi corticem tantùm legum tàm juris communis, quàm Regni de retractu loquentium attendamus, cum re vera, quando de communitate, vel ſocietate retractum producente loquuntur, intelligi debent, ut in argumento perpenſum manet. Secus verò ſi ad mentem & cauſam generalem proſpiciamus, quæ æquè militat, & viget in caſu à nobis propoſito, ſicut in cæteris expreſsè in prædictarum legum tenore comprehenſis.

Quod ſi aliquis contrarium defendere voluerit, quò ſibi viſum fuerit, progrediatur, & ſubtiliori ſtylo, & calamo contendat, & rem dirimat, ego enim ingenuè reor, quòd reſolutioni ſuprà traditæ omnino acquieſcit animus, & ſenſus meus, & ſatis rigidam, & ab omni æquitate alienam contrariam arbitror.

14 Hujus tamen prælationis, ſeu retractus actio intrà novem dies intentari debet, ut in *dict. l.* 75. *Tauri* ( quæ eſt *lex* 14. *tit.* 11. *libr.* 5. *Recopil.*) & ita in populo, ſeu villa retrahente juriſdictionem venditam obſervant Montalvus, & Didacus Perez *in locis ſuprà allegatis.* Et an ultrà dictum tempus virtute reſtitutionis poſſit oppidum

15 admitti, quandoquidem prædicta lex 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil.* ſolùm ſpecificè excluſerit reſtitutionem ex defectu ætatis, vel ex cauſa abſentiæ, ibi *Corran contra las menores de veinte y cinco años, quier ſean de edad pupillar, ò adulta, y eſſo miſmo entre los abſentes*, atque ita, cum lex reſtitutionem excludens, ut odioſa, ad alios caſus non debeat extendi, nec ſublata reſtitutio ex uno capite, ex alio ſublata cenſetur, ex Pariſio *conſ.* 13. *n.* 43. *lib.* 1. Sfortia *de in integrum reſtitutione*, 1. *part. quæſt.* 15. *art.* 1. *nu.* 16. *cum ſequenti*, præſertim cum jure communi adverſus hunc retractum competat communitati reſtitutio, ut in *c. conſtituus, de in integrum reſtit.* diſputat Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu*, §. 35. *gloſſ.* 2. *n.* 9. Matienço *in dict. l.* 8. *gloſſa* 11.

16 Et utrum, venditis pluribus terminis ſimul in una ſcriptura, liceat aliquos ex eis redimere, ſeu retrahere, aliis relictis, diſputant de Afflictis *in tractatu, de jure protomiſeos*, §. *reſcriptum*, *n.* 6. Tiraquel. *de retractu linag.* §. 23. *glo.* 2. *à n.* 6. ubi ait de hac re eſſe text. expreſſum ( niſi oſcitanter inſpiciatur ) *in cap. conſtitutus, de in integr. reſtitut.* de Ciſuentes *in l.* 71. *Tauri*, Gomez *ibi*, *n.* 15. Matienço *in l.* 7. *glo.* 7. *n.* 31.

17 Quòd ſi Princeps, Dominus, aut villa cum facultate Regia vendiderit paſcua publica, ſeu terminos, in quibus aliquod oppidum communitatem quoad uſum habuerit, meritò dubitari poterit, an oppido communitatem habenti competat talis prælatio, & retractus. Cujus dubii reſolutio ex *ſuprà dictis* pendet. Si enim communitas hæc fuerit in parte dominii, vel proprietatis, utique habebit locum retractus, ex *dict. l.* 55. *partitæ*, ex his quæ *ibi* tradit Gregor. Lopez *in ſcholio*, verbo *Communalmente deſo uno*, & aliis *ſuprà* relatis. Sin autem tantùm habuerit Oppidum alienum jus paſcendi ex ſervitute, vel pacto, aut conceſſione, retractus utique locum non habebit, ſed cum tali ſervitute, & juris paſcendi onere in emptorem, paſcua, ſeu termini tranſibunt, ut præter Gregor. *ubi proximè*, obſervat Tiraq. *de retract. linag.* §. 1. *gloſ.* 7. *ex n.* 54. Matierço *in l.* 13. *titul.* 11. *lib.* 5. *novæ Recopil. gloſſ.* 3. *num.* 12. *&* 13. Joann. Gutierr. *in pract. lib.* 2. *quæſt.* 167. *per to-* 18 *tom.* Et licèt contrarium reſolutum à nobis ſit in oppido, & villa, quando paſcuorum ſuorum, aut terminorum ejus ſit venditio, in illo caſu viget major æquitatis ratio circà terminos in ſuo territorio comprehenſos, & ſpecialis cauſa, ut retractum habeat, & ſufficit ita judicatum pluries, & minimè ſunt mutanda, quæ diù certam interpretationem habuerunt, ut in *l. minimè*, *ff. de legibus.*

## NOTÆ AD CAP. XXX.

Reſolutionem captam *in hoc cap. per Noſtrum Oterum* commendat, & admittit, *eo* citato, *Balmaſeda de collect. q.* 60. *ſub num.* 5. *& infrà* uſque adeò, ut comprobet poſſe imponi, & exigi collectam à civibus originariis pro intentando, obtinendo retractu, de quo *hìc* agitur, amplians *num.* 7. etiamſi originarius aliquis profiteatur renuntiare Patriæ, cum adhuc non liberetur ab ipſa collecta. 1

Ad inducendum conſortium, ut *hìc n.* 5. 11. & 2 de prælatione ex cauſa illius derivante, plenè *cum multis* agitur *à Me in colluct. legal.* 48. *n.* 23. 24. 25. *& ibi in Append. eod. n.* 24. *vol.* 2. *videatur, & Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 70. *lib.* 4. *& in ſumma ejuſd. tit. ex n.* 152. *in Supplem. p.* 1. *Rota cor. Dunozet. ſen. dec.* 1733. *coram Merlin. dec.* 386. *à n.* 32. *& dec.* 441. *à n.* 16. *tom.* 1.

Interim de materia principali *iſtius cap.* alle- 3 gato *Noſtro auctore*, eoque in dictis *num.* 7. impugnato, aſt in cæteris, ob alias tamen rationes ſequuto, videatur *Corradin. de jure prælat. q.* 34. *num.* 5. *& q.* 54. *à n.* 13. *& per tot.* ſpecialiter autem, ac in terminis dominii, & facultatis competentis Univerſitatibus ſe redimendi, ac prælationis debitæ vaſſallis, ſaltem ex recepto uſu, videri poſſunt *D. Præſes Gobius conſult.* 142. *num. fin. & per tot. Card. de Luca tit. de regalib. diſc.* 148. *ſub n.* 32. 33. *lib.* 2. *Capyc. Latro dec.* 174. *n.* 64. *Marin. ad Reverter. dec.* 22. *tom.* 1. *cum Aliis in d. Mea colluct.* 48. *nu.* 30. *Corradin. de prælat. jur. q.* 47.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXX.

### ARGUMENTUM.

Locatio paſcui publici an jure permiſſa ſit, quomodo facienda, & quibus perſonis ſit interdicta?

### *SUMMARIUM.*

1 *Paſcua publica abuſivè ( quæ vulgò vocantur,* proprios del Concejo ) *utrum poſſint locari, & ibid. de* l. 4. tit. 5. lib. 7. Recop. *& n.* 3.

2 *Communiter quod poſſidetur, naturaliter negligitur.*

4 *Subhaſtatio publica de jure communi non eſt neceſſaria in omni locatione rerum publicarum, ſecus de jure Regio.*

5 *Dies certus debet aſſignari ut locatio paſcui publici concludatur, & ibi de* l. 10. tit. 15. lib. 2. Ordinamenti.

6 *Licitatione paſcui publici facta, utrum ad-*

*mittatur novus licitator, & an primus poſſit variare.*
7 *Locatio paſcui publici debet fieri, præcedentibus præconiis, & per quot dies debeant fieri.*
8 *Præconia non ſunt neceſſaria in oppido, ubi non adeſt Præco, dummodo edictum ponatur, vel alio modo locatio, & ejus dies manifeſtetur.*
9 *Paſcuum publicum locari debet plus licitanti.*
10 *Locatio Paſcui publici non omnibus eſt permiſſa, & quæ perſonæ ab ea arceantur, num.* 11.
11 *Judex, Tabellio, ſeu Decurio oppidi, vel villæ, paſcua publica non poſſunt conducere, & num.* 12. *&* 13. *&* 14. *Bene tamen conducere poſſunt paſcua publica, quæ ſolutioni decimarum alicujus Eccleſiæ deſerviunt. numero* 15.
16 *Locatio, vel conductio paſcui publici, ſi ab aliquo non prohibito facta fuerit, & poſtea conductor ſuſceperit officium, ob quod à tali conductione arceatur, an ſemel ſuſceptam perficere poſſit.*
17 *Locatio paſcui publici debet fieri perſonæ idoneæ, & de pœnis ſtatutis contra eos, qui legi prohibenti fraudem faciunt.*
18 *Licitatio* ( *vulgò* poſtura del quarto ) *utrum habeat locum in locatione paſcui publici.*
19 *Expenditur text.* in l. Lucius, §. fin. ff. ad municipalem.
20 *Agitur de* l. ſi tempora, C. de fide inſtrumentor. & de jure haſtæ fiſcalis, libr. 10. *& de* leg. 5. titul. 13. libr. 9. recopilat. *& de* l. 6. & 8. & 21. eodem tit. & libro.
21 *Licitatio quartæ partis, quæ pluribus in locis ex conſuetudine admittitur, & juri, & rationi convenit, & n.* 22. *utrum citrà conſuetudinem admitti debeat.*
23 *Licitator primus paſcui publici, utrum pro eodem pretio præferri debeat licitatori ſecundo, ubi de* leg. fin. C. de locatione prædiorum civilium, lib. 11. *de* l. cotem ferro, §. fin. ff. de publicanis, & vectigalibus, *& num.* 24. *&* 25.
26 *Locatores antiqui regalium bonorum utrum præferantur novis, & ibi de* l. congruit, C. de locatione prædiorum civilium, lib. 11.
27 *Jus prælationis, ſeu retractus pro paſcuo locato an procedat in fratribus de la Meſta, remiſſivè.*

PAſcua publica, quæ uſui vicinorum ſunt deſtinata, & communia ſunt, locari non poſſe eis invitis, & renitentibus, *ſuprà* oſtendimus. Sed præter hæc inveniuntur quandoque in aliquibus oppidis alia paſcua, quæ publica etiam nuncupantur, non quòd in uſu ſint communia, nec ſingulorum utilitati deſerviant, ſed quia inter alia bona (quæ vulgò *proprios del Concejo* vocamus) ſunt, & in ejus dominio connumerantur, quia tamen eorum redditus, ſeu emolumentum pro neceſſitatibus publicis Oppidi, ſeu Concilii in communi diſtribui, & erogari debent, paſcuorum publicorum nomenclaturam non ineptè recipiunt, ut diximus *ſuprà in cap.* 2.

1 Hæc autem paſcua, ſicuti ex decreto Decurionum vel Populi, aut Univerſitatis ejus nomine poterant, ſi commodiùs viſum fuerit, adminiſtrari per œconomum, vel aliam perſonam publicè ad id deputatam; ita etiam, & poterant locari, ut de aliis bonis cujuſlibet Oppidi tradit
*leg.* 4. *tit.* 5. *l.* 7. *Recop.* Quin imò frequenter natu- 2
raliter negligitur quod communiter habetur, ut in *l.* 2. *Cod. quando, & quibus quarta pars debeatur*, ſemper utilior videtur talium bonorum locatio, ut expreſsè advertit Azevedo in *dict. l.* 4. *gloſſ.* 1. quod eadem verborum paraphraſi dixerat Avendañus *in capitibus Prætor.* 2. *par. c.* 12. *n.* 1.

Forma autem quæ in paſcui publici locatione 3
eſt ſervanda deſignatur *in dict. l.* 4. *titulo quinto, lib.* 7. ibi *Quando los bienes proprios, y rentas de las ciudades, villas, y lugares de nueſtros Reynos ſe huvieren de arrendar, mandamos que ſea ſeñalado dia cierto por el Concejo, por pregon publico, quando el arrendamiento ſe ha de hazer, y rematar, pregonandolo por nueve dias, ſeñalando deſpues dia para el remate, y ſe rematen en aquel que mayores precios diere, con tanto que no ſe arriende, ni remate en las perſonas prohibidas por la ley precedente, y aqual en quien ſe hiziere el remate, haga juramento, que no toma las dichas perſonas prohibidas, ni alguna dellas, ſino para ſi, ſo pena, que el que lo ſacare para otro que ſea de las dichas perſonas prohibidas, incurra en las penas de la ley precedente, y que torne à la al moneda la dicha renta, y ſe arriende en la manera ſuſodicha*, & cùm hæc lex formam contineat, ut ex ejus ſerie conſtat, ſpecificè, & ut vulgò jactatur ad unguem eſt ſervanda, ex doctrina Felini *in cap. cum dilecta, de reſcriptis*, & de jure communi jam erat proviſum, locationem paſcui factam contrà formam aſſuetam omninò corruere, & prorſus eſſe nullam, ut *in l.* 1. *C. de paſcuis publicis, lib.* 11. Felinus in *c. cum Me col.* 3. *de conſtit.* Baldus in *rubrica, Cod. de reſcindenda*, & quia paſſim plures in propoſito naſcuntur lites, licèt *Azevedo*, & *Avendan.* aliqua, pro ejus vera interpretatione, & praxi, *ubi ſuprà* prænotaverint, non tamen eorum dicta referre (quia maximè hujus capitis theſi conducunt) & quædam de novo adjicere, erubeſcam.

Plura ergò ex *d. l. Regni*, in tali locatione ſunt attendenda, & obſervanda.

Primò, quòd licèt de jure communi non ſit 4
neceſſaria ſubhaſtatio publica in omni locatione rerum publicarum, ex Gloſſ. *verbo Prædii*, in *l. quamvis, Cod. de vendendis rebus civitatis, lib.* 11. & in *l.* 3. *verbo Licitatio, C. de fundis patrimonialibus, lib.* 10. tamen ex *dict. l. Regia*, quoties paſcua, vel cætera bona publica ſint locanda, ſubhaſtatio præciſè eſt habenda, omnis enim dictæ legis Regiæ ſeries in id tendit.

Secundò, quòd ad iſtam locationem conclu- 5
dendam debet aſſignari dies certus, ut patet ex dictæ legis Regiæ verbis, ibi *Que ſea ſeñalado dia cierto*, & facit *lex* 10. *tit.* 15. *lib.* 2. *Ordinamenti*, ibi *E ſe ſeñale dia para el remate*, quod in id tendit, ut licitatio fiat apertè, & palam, ut in *l. ea quæ, fin. ff. de contrahenda emptione.*

Poſtquam autem dies fuerit aſſignatus, etiam ſi 6
aliquis fecerit licitationem (quæ vulgò dicitur *Poſtura*) non eſt admittendus, jam enim eſt jus quæſitum intrà terminum licitanti, nec poſt fas eſt variare, ut docet Platea *in l.* 2. *C. de fund. Reip. libr.* 11. Bart. *in l. ſi tempora, Cod. de fide inſtrumentorum, lib.* 10. Avend. *in dicta* 2. *parte Prætorum, cap.* 12. *n.* 3. Azevedo *in d. l.* 4. *num.* 6.

Tertiò, quòd locatio debeat fieri præcedentibus 7
præconiis, ut patet in *dict. l. Regia*, ibi *Por pregon publico*, & ibi *Pregonandolo por nueve dias*; quæ verba tanquam poſita in gerundio denotant for-



formam præciſam, quod tamen de jure communi quoad numerum dierum præconii, arbitrarium erat, ex Bart. *in l. licitatio in princip. ff. de public. & vectigal.* Platea *in dict. l. ſi tempora*, & in *l.* 1. *C. de venden. reb. civit. lib.* 11. Menochio *lib.* 2. *centuria* 2. *caſu* 171. *num.* 28. *& caſu* 129. *per totum*, Montalvo *in l.* 40. *titulo quinto, partita* 5. Rebuffo *in praxi*, 2. *tom. tractat. de præconiis*: hoc tamen tempus, ex juſta cauſa extendi poſſe, non verò coarctari, dubium non eſt, ex *Avendan. & Azevedo jam citatis.* Unde dies in quo fit *el remate*, non debet eſſe ex novem illis diebus ad præconia aſſignatis, in quibus nihil eſt innovandum, ut in *l. ſivè pars, C. de dilationibus.*

8 Quin immò in villis, ſeu oppidis parvis, ubi non adeſt Præco, abſque ejus voce poterit fieri locatio, dummodò in valvis Eccleſiæ, vel in alio loco publico, & conſueto apponatur edictum, quo manifeſtetur expoſitam eſſe rem locationi, cum aſſignatione diei, vel ſi voce tubæ, aut campanæ fiat convocatio (quæ vice præconis fungitur) ut probat text. *in l. loca*, & *ibi* notat Platea, *C. de locatione prædiorum fiſc. lib.* 11. Angelus *in Authentico de alienatione, & emphyteuſi*, §. *hoc etiam, collatione* 9. Bart. *in l.* 1. *C. de paſcuis publicis*, tradit Azeved. *ubi proximè, num.* 8. *&* 9. ex Avendan. *d. c.* 12. *numer.* 20. Nec erit neceſſarium, quòd, qualibet die ex novem, præconia fiant; ſufficit enim interpolatim præconizari per illos dies, ex Gloſ. *verb. Continuatis*, & ejus Additione *in c. quamvis, de Officio Ordinarii, in* 6. Ex quo colligitur, quòd etiam in tempore continuo à Judice aſſignato, datur dies ad quietem, quam *Gloſſ.* allegat Oroſcius *in l.* 1. *ff. ſi quis cautionibus*, pro quo videndus eſt de Aviles *in c.* 32. *præt. glo. de pegujar. n.* 5.

9 Quartum, quòd debet locari res plus licitanti, ut patet in *dict. l. Regia*, ibi *Y ſe rematen en aquel que mayores precios diere*, quod & de jure communi ita ſancitum erat in *authentica, hoc jus porrectum, C. de ſacroſanct. Eccleſiis*, ut in *d. l. ſi tempora*, nec debet eſſe locus gratificationi, & per Bertachinum *de Gabellis* 2. *part. quæſtione* 9. facit Gloſſ. *in cap. venerabilem, de electione*; notat Rebuffus *ubi ſuprà, artic.* 7. *gloſſ. unica, num.* 18. Avendan. *ubi ſuprà, n.* 7. & de *Aviles.* Et quid debeat attendi, ut licitatio melior, aptiorvè dicatur, colligi poteſt ex *l. eum qui emit*, §. *melior*, cum *duabus ſequentibus, ff. de in diem addictione.* Luc. de Penna *in l. congruit, C. de locatione præd. civilium.* Rebuffus, & de Aviles *ſuprà relati.* Et an per majorem licitatorem liberetur primus licitator, tradit pluribus relatis Azevedo *in d. l.* 4. *n.* 26.

10 Quintum, quòd hæc locatio non omnibus eſt permiſſa, nec fieri poteſt ex verbis dictæ legis Regiæ, ibi *Con tanto que no ſe arriende, ni remate en las perſonas prohibidas por la ley precedente.*

Ut autem ſciamus quæ perſonæ arceantur ab iſta conductione, de qua agimus, eſt neceſſariò proponenda litera *dictæ legis* 3. *eodem titul. & libr. quæ ſic ſe habet*; *Mandamos, que ningun Alcalde, ni Juſticia, ni Regidor, ni Jurado, ni Merino, ni Alguacil, ni Mayordomo, ni Eſcrivanos de Concejo, ni del Numero, ni otros Officiales que han de ver hazienda del Concejo, no ſean arrendadores, ni recaudadores por mayor, ni menor, ni ſean fiadoros, ni abonadores, ni aſſeguradores de rentas de proprios, y Concejales; ni de rentas Reales de las ciudades, villas, y lugares donde tuvieren los dichos oficios.* Quod & de jure communi, licèt non tam ſpecificè, ita erat diſpoſitum, in *toto ti-*
*tul. C. quibus ad conductionem, lib.* 11. Unde, 11
cum in *d. l. Regia* numerentur perſonæ prohibitæ, extrà eas *ibi* numeratas, omnes admittentur, ut in *l. ad officium, C. communi dividundo*, & ex regula *l. cum prætor, ff. de judiciis, & l. quod in rerum*, §. *ſi quid poſt, de legat.* 1.

Itaque in primis ex *dict. l. Regia* quilibet Ju- 12
dex prohibetur prædictam conductionem facere. Unde etiam comprehenditur Judex, qui vulgò dicitur *Alcalde de la Hermandad*, cum & ſub voce illa, *que ningun Alcalde, ni juſticia* comprehendatur, & in eo, ſicut in aliis Judicibus eadem ratio militet.

Item neque poterit Tabellio de numero admitti 13
ad talem conductionem, quod etiam anteà proviſum erat in *l.* 4. 5. *&* 9. *tit.* 10. *lib.* 9. *Recop.* notat Azeved. *in l.* 3. *n.* 3. de Aviles *in c.* 32. *prætorum, gl.* verb. *Officiales*, & apud Romanos odioſum fuit, ut ex Suet. Tranq. & aliis tradit Tiraq. *de nobil. c.* 33.

Præterea nec Decuriones debent admitti ad 14
hanc conductionem, quod etiam advertit Bobadilla *lib.* 2. *polit. c.* 12. *nu.* 42. & facit *l.* 20. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopilat.* Avendan. & de Aviles *ubi ſupr.* Paz *in praxi* 1. *tom.* 8. *parte, cap. unico*, nec etiam cæteri Concilii miniſtri (qui vulgò dicuntur *Officiales del Concejo*) Menchaca *de ſucceſſion. creatione* 1. *part. lib.* 2. §. 15. *numer.* 12. Unde & Deputatos, & Procuratores ipſius Concilii prohiberi à tali conductione ex mente ipſius legis Regiæ certiſſimum eſt, licèt Avendan. *in c.* 19. *prætorum, nu.* 24. aliud ſenſerit, & Azevedo in Procuratoribus cujuslibet villæ dubitaverit *in dict. l.* 3. *num.* 2. *in fin.* Quin immò nec Advocatos populi poſſe ſimiles conductiones facere expreſsè diſpoſitum eſt circà redditus Regios *in l.* 4. *titul.* 10. *lib.* 9. *recopil.* nec conductorum poterunt eſſe fidejuſſores, ut in *dictis legibus Regiis* diſponitur, & facit text. *in l. Curialis, C. locati.* Platea *in l. ſi quis Procuratore, C. de Decurionibus, lib.* 10. Boërius *deciſ.* 313. *nu.* 2. de Aviles *dict. c.* 32. verbo *Officiales*, ubi extendit ad Sacerdotes, & milites.

Cùm tamen hæc prohibitio conductionis reſ- 15
piciat tantùm bona Concilii, ut patet in *d. l.* 3. ibi *De rentas de proprios, y Concejales*, & ibi *De las ciudades, villas, y lugares donde tuvieren los dichos officios*, Conſequens erit, quòd ſi paſcuum publicum, quod locatur, deſerviat ſolutioni decimarum alicujus Eccleſiæ, vel Monaſterii, aut perſonarum Eccleſiaſticarum, non habebit locum prohibitio, etiamſi in eis conſideretur illa tertia pars, quæ Regi noſtro adjudicatur, quia debet attendi natura, & qualitas decimarum, & non redditus Regii, quoad prohibitionem, ut docet Azeved. *in d. l.* 3. *n.* 3. Bobadilla *d. lib.* 2. *politic. c.* 12. *n.* 59. Mixtum enim ſemper regulatur à potentiori ex Farin. *in fragmentis, verb. Mixtum, n.* 260. Et prohibitionem *d. legis Regiæ* intelligi debere circà conductionem paſcui, vel bonorum Vici, ſeu paſcui civitati, aut villæ uniti neceſſariò fateri debemus, cum Vicus pars civitatis ſit, ut latiùs in *alio capite* diximus.

Si autem locatio, vel conductio paſcui publici 16
facta fuerit in tempore habili, & poſtea conductor fuerit electus ad officium Judicis ordinarii (vulgò *Alcalde ordinario*) aut Decurionis, vel ſuſceperit aliquod officium, ex notatis in *dict. l. Regia*, bene poterit conductionem perficere, & tempore ejus potiri, ut in *l. Decurio ff. de Decurionibus*, ubi licèt Decurio prohibeatur conducere redditus ſuæ civitatis, non tamen prohibetur


retinere

retinere, & quia multa à principio fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, & ſuſtinentur, ex Gloſ. *in l. ſi is qui, ff. de acquirend. poſſeſ. & in l. longa, ff. de mort. infer.* & communiter notantur in *l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris.* Et ex eo, quòd qualitas, ſeu inhabilitas ſemper debet attendi tempore, quo admittitur quis ad officium, & ad actum, *c. ſi eo tempore, de præbendis, in ſexto, l. 2. C. de excuſat. tuorum.* Et facilior eſt retentio, quàm acquiſitio, ut advertit Bobadilla *d. c.* 12. *n.* 16.

17 Ultimum requiſitum eſt, quod talis locatio paſcui publici fiat perſonæ idoneæ, & cum fidejuſſoribus; præſente Judice, vel ſaltem præſentibus officialibus Reipub. quibus à Concilio id fuerit commiſſum, & aliter facta licitatio non valebit ex Baldo *in l. fin. C. nova vectigalia.* Avend. *dict. cap.* 12. *prætorum, num.* 6. Et conductor debet jurare, quòd nomine alicujus perſonæ ex prohibitis, non facit talem conductionem, ſed ſibi, ſine ſimulatione, & fraude, ut expreſsè diſponitur in *dict. l.* 3. *&* 4. ubi aſſignantur pœnæ contrà eos, qui in fraudem dictarum legum conduxerint, & proſequuntur Doctores *ſuprà* relati.

Ultrà perſonas tamen in *dicta lege tertia* nominatas, prohibetur expreſsè conductio defenſarum de *Yerva* illis, qui pecora non habuerint, ut in *l.* 23. *titul.* 7. *lib.* 7. *novæ recop.* ubi contrarium tentantibus, & talem conductionem facientibus imponitur pœna verberationis.

18 Sed, an in locationibus paſcui publici poſt licitationem alicui factam, poſſet quis plus offerens admitti contrà eam, per adjectionem (quam vulgò vocamus *Del quarto*) ſæpiùs ſolet controverti.

19 In qua quæſtione, negativa pars firmatur ex tex. expreſſo in *l. Lucius*, §. *fin. ff. ad municipalem*, ibi *Idem reſpondet, ſi civitas nullam propriam legem habet de adjectionibus admittendis, non poſſe recedi à locatione, vel venditione prædiorum publicorum jam perfecta, tempora enim adjectionibus præſtituta ad cauſas fiſci pertinere.* ubi Dionyſius Gothofredus. Cujacius *l.* 2. *obſervationum, c.* 24. *& lib.* 6. *c.* 10. Avend. *d. c.* 12. *n.* 2. *uſque ad* 12.

20 Præterea, quia leges tam juris communis, quàm Regni, quæ novum licitationis augmentum concedunt, in redditibus, & bonis Regiis tantùm loquuntur, ut ex text. in *dict. l. ſi tempora, C. de fide inſtrumentor. & jure haſtæ fiſcalis, libr.* 10. ibi *Cum etiam augmentum te facturum eſſe profitearis, adi Rationalem noſtrum, ut juſtam uberioris pretii oblationem admittat.* & illud verbum, *Rationalem noſtrum* ita indicat, quod intelligi debet de illo (quem in Regno Caſtellæ vocamus *Contador mayor de hazienda*) ut declarat Pancirolus *in notitia utriuſque Imperii in Orientali, c.* 87. *& in Occidentali, cap.* 11. Lucas de Penna *in l. ſi quando, verbo Rationales, C. de bon. vacan. l.* 10. Boërius *deciſ.* 295. *n.* 12. *cum duob. ſeqq.* & tex. *in l.* 5. *tit.* 13. *l.* 9. *Recop.* ibi: *Mandamos, que deſpues que los nueſtros Contadores mayores huvieren rematado de poſtrimero remate las nueſtras rentas, que dende en adelante no las puedan mudar, ni recibir mayor precio, ni puja, ni media puja, ni otro precio mayor, ni menor. Salvo de conſentimiento de las partes ò quien toca, ò ſi la puja fuere tanta quanta monta la quarta parte de la renta, y no en otra manera Y ſi los nueſtros Contadores lo contrario fizieren, que no vala, y aquellos que ſeyendo en otro rematada, la pujaren, y mayor precio dieren ſalvo como dicho es, que paga en años la puja, no aya la renta Y mandamos à los nueſtros Contadores, que juren en el nueſtro Concejo de lo anſi guardar.* & idem in *l.* 6. & in *l.* 8. *&* 21. *d. tit.* 13. *l.* 9.

Hæc tamen adjectio licitationis in quantitate 21
quartæ partis, ſicuti in redditibus Regiis, ita in paſcuis publicis, vel prætextu conſuetudinis, vel legis municipalis poterit, & ſolet multis in locis practicari, & talis conſuetudo, ſeu municipalis lex & valet, & tenet, ac omni rationi conſona judicatur, ut ex Platea in *l. fundi, C. de locatione præd. civil. lib.* 11. & in *dict. l. ſi tempora* obſervat Avendan. *dict. cap.* 12. *n.* 11. *verſ. & idem eſſet*, & facit text. in *dict. l. Lucius*, §. *fin. ff. ad municip.* ibi *Si nullam legem civitas propriam habeat*, quia hæc locatio paſcui in præconium emittitur, ut quandoque fiat cum conditionibus, & qualitatibus jurium Regalium, vel legum *del quaderno de las alcavalas.*

Non tamen exiſtente conſuetudine, vel lege 22
municipali (ut nuper diximus) poſt adjudicationem factam, nulla licitatio admittitur, ut in *l.* 1. *&* 2. *C. ne fiſcus rem, quam vendiderit l. quamvis incrementum, & l. fin. C. de vendend. rebus civitatis, l.* 11. *l. ſi hypothecas, C. de remiſſione pign.* Afflict. *deciſ.* 340. Azeved. *in l.* 2. *titu.* 1. *lib.* 2. *recop. numer.* 13. Gutierr. *libr.* 1. *practic. quæſt.* 38. *num.* 2. Gironda *de gabellis* 2. *par.* §. 1. *num.* 7. Laſarte *eod. tractatu* 2. *par.* §. 1. *num.* 7. Etiam prætextu reſtitutionis, niſi ſit valde æſtimabilis, & ponderoſa quantitas (quæ de novo adjicitur) ut in 5. *titu.* 19. *part.* 6. Avendan. *ubi ſuprà, num.* 12. Bobadilla omninò videndus *lib.* 3. *polit. cap.* 4. *num.* 20. quæ tamen in una locatione ſemel, non bis, debet etiam pro quacumque ſumma concedi, & ejus intuitu adjudicatio (vulgò *El remate*) aperiri, Boërius *deciſ.* 248. de Aviles *dict. c.* 32. glo. *De pujar, n.* 13.

Nec denique in propoſito ſilere poſſum, ut- 23
rum, quando alius plus offert, & locationis pretium à primo licitatore, vel penſionem oblatam auget, poſſit primus licitator pro eadem quantitate, vel ipſomet pretio præferri. Qua in re primum licitatorem præferendum eſſe non ineptè deduci poteſt ex *l. fin. in fine. C. de locatione prædiorum civil. libr.* 11. ibi *Si verò pro tali prædio ab altero conductore offeratur augmentum, ſit in arbitrium conductoris prioris, cui res ad tempus locata eſt, ut ſi ipſe, quod alter adjecit, obtulerit, maneat penès eum temporalis illa conductio.* Et ex *l. cotem ferro* §. *fin. ff. de public. & vectigal.* Quorum jurium authoritate id expreſsè firmavit poſt Alberi. *in l.* 2. *C. ſi in cauſa judicati pignus captum ſit.* Greg. *in d. l.* 5. *glo.* 2. *ad finem.*

Sed eorum ſalva pace, contrarium verius eſt, 24
nam in omni caſu paſcua publica, ſicut & alia bona oppidorum plus licitanti ſunt concedenda ex Bart. *in l. licitatio, ff. de publicanis, & vectig.* & *dict. l. ſi tempora.* Angel. *in l. is qui bona, ff. de pignoribus*, & facit *dict. l.* 4. *tit.* 5. *libr.* 7. *recop.* ibi *Y ſe rematen aquel que mayores precios diere.*

Nec contrarium probant *dicta lex fin. C. de* 25
*locatione præd. civil.* & *lex cotem ferro*, §. *fin.* procedunt namque in redditibus Regiis, & tributis fiſcalibus propter eorum ſpeciale privilegium ex Glo. *verbo Maneat*, in *dict. l. fin.* Bart. *in l. vectigal.* §. 2. *ff. de public.* Jaſ. *in l. qui Romæ*, §. *cohæredes, n.* 28. *ff. de verbor. oblig.*

Quemadmodum, & idem privilegium habent 26
locatores antiqui regalium bonorum, quòd novis anteponantur, pro eadem penſione, ut in *l. congruit, C. de locatione prædiorum civil.* maximè facta adjectione (vulgò *puja del quarto*) ut docet Platea *in dict. l. ſi tempora, num.* 3. *verſ. Sed nunquid primus emptor admittetur ad offerendum.* De Aviles *d. c.* 32. *n.* 13.

17 An verò hoc idem procedat in quibuſcumque paſcuis conductis per conſocios, ſeu fratres univerſitatis, & concilii *de la meſta*, ex ſpeciali privilegio eis à noſtris Regibus indulto, & quomodo debeat intelligi, vide *l.* 1. *tit.* 6. qui inſcribitur, *de las poſſeſſiones, y paſtos, como ſe ganan, conſervan, y pierden*, in *quaterno legum Meſtæ*, & in quo ſtatu conductor defenſæ, vel exitus publici, debeat eum in ultimo locationis anno relinquere, diſputat Joſeph. Ludovicus *deciſ. Peruſina* 62. 2. *parte.*

## NOTÆ AD CAP. XXXI.

1 POſt encomiaſticè laudatum *hunc Tractatum Noſtri Auctoris, Balmaſeda totum cap. præſens* reaſſumit, & comprobat *in ſuo tract. de collect. q.* 128. *per tot.* ubi ad multa infert, ad quem ideò ſufficiat remiſſio.

2 Cumque *hìc* tractetur de locatione paſcui publici, in qua facienda, quænam ſint ſervanda, edocet *Auctor* & haberi poſſunt apud *aliquos ex D. D. cumulatis ſuprà in Notis ad cap.* 11. *& Pacion. de locat c.* 7. *n.* 48. 49. *ſed meliùs Cohel. de bono regim. c.* 46. *per tot.*

3 Obſervetur, ſi placet, quòd circà paſcua, quæ uti ſingulis omnibus civibus competere dicuntur, certius eſt omnium conſenſum, nullo dempto requiri, ut paſcua locare poſſint, ut cum multis inquit *Balmaſeda d. q.* 120. *num.* 11. *& allegat inter alios Franch. dec.* 197. *ubi Addentes.*

4 De perſonis, quibus eſt prohibitum fieri locationes hujuſmodi bonorum Communitatis, recenſitis *hìc n.* 10. *& ſeqq.* agitur etiam *à Cohel. d. c.* 46. *n.* 20. *& ſeqq.*

5 Ac circà admiſſionem plus offerentium poſt licitationem alteri factam, permittendam, nec ne, ut per *Auctorem* hìc ex *num.* 18. concludentem pro negativa, circumſcripta conſuetudine contraria. *Mangil. de ſubbaſt. q.* 154. *n.* 16. *in fin. Poſt. eod. tract. inſp.* 33. *n.* 49. ac latiùs *inſp.* 35. *per tot. viden. maximè n.* 43. *& ſeqq. & ex n.* 92. ubi de limitationibus.

6 Ad materiam *l. congruit, C. de locat. præd. civil. lib.* 11. *de qua hìc n.* 25. 26. *videndus eſt Cohel. d. c.* 46. *n.* 40. aſt meliùs *Pacion. cum adductis ab eo de locat. c.* 20. *ex n.* 112. & generaliter circà
7 prælationem anterioris conductoris recurre ad *Caren. reſol.* 46. 47. *Card. de Luca tit. de Locat. diſc.* 20. 34. 35. 44. *&* 50. *n.* 6. *& ſeqq. lib.* 4.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXXI.

### ARGUMENTUM.

Vicini alicujus Oppidi litigantis ſuper paſcuo, vel qui communitatem habent in eo, utrum ſint legitimi teſtes in paſcui lite, & de perſonis, quæ vulgò nominari ſolent à concilio, ut poſitionibus reſpondeant.

### *SUMMARIUM.*

1 *Vicini, cives, & ſingulares de univerſitate in re principaliter eam tangente regulariter in teſtes admitti poſſunt. Quod non procedit, ſi cauſa, & lis ſingulorum commodum quoquo modo reſpiciat, n.* 2.

3 *Cauſa, & lis quando dicatur ſpectare ad univerſitatem, & non ad ſingulos, & n.* 4.

5 *Paſcui lis tunc ad univerſitatem ſpectare dicitur, ſi paſcuum ſit ex bonis, quæ vulgo vocamus* Proprios del Concejo.

6 *Paſcui lis dicetur ſingulorum utilitatem reſpicere, ſi in tali paſcuo vicini poſſunt animalia ſua immittere, & quamlibet in eo commoditatem habent.*

7 *Vicinus pauper, & inops, qui pecora non habet, ut paſcuo publico univerſitatis fruatur, an teſtis eſſe poſſit in cauſa, & lite paſcui publici, remiſſivè.*

8 *Vicini in lite paſcui publici ſui Oppidi ferè ſemper ſunt teſtes ſuſpecti, quod maximè procedit in ruſticis, qui naturaliter ſunt contentioſi, & ad lites parati.*

9 *Vicini, & ſingulares de univerſitate, vel Concilio in teſtes admitti poſſunt, ſi actus, in quo teſtificantur, veriſimiliter exteris ſit ignotus.*

10 *Juramentum de calumnia ſolet peti, & præſtari ſuper paſcui lite (quod de veritate dicenda ſolet nuncupari) & an per partes remitti poſſit.*

11 *Poſitionum reſponſiones in lite paſcui, plurimum ad ejus facilem expeditionem, & veritatis indaginem conducunt.*

12 *Poſitionibus adverſarii (cum quo litigat) poteſt Procurator Concilii, ſeu Oeconomus reſpondere.*

13 *Procurator ſubſtitutus ab Oeconomo, vel Procuratore Concilii, ſeu Univerſitatis an poſſit jurare de calumnia, & poſitionibus reſpondere, quando ſubſtituens jam juravit, remiſſivè.*

14 *Cedens utrum poſſit compelli jurare de calumnia contra ceſſionarium, remiſſivè.*

15 *Procurator Concilii, ſeu Oeconomus generalis univerſitatis non indiget ſpeciali mandato ad jurandum de calumnia.*

16 *Procuratoris generalis Concilii confeſſio an populo præjudicet.*

17 *Concilium, ſeu Oppidum ſolet de ſtylo nominare tres vicinos, qui in paſcui publici lite poſitionibus reſpondeant, & ibi de* l. 20. tit. 3. lib. 6. novæ Recopil.

18 *Vicini, ſeu cives nominati à Concilio, ut poſitionibus reſpondeant in paſcui publici lite utrum concordes eſſe debeant in poſitionum reſponſione, ut Concilio præjudicent.*

19 *Concilium, ſeu Univerſitas renuens nominare vicinos, qui poſitionibus in paſcui publici lite reſpondeant, vel ſi nominati reſpondere recuſent, an habeatur pro confeſſo.*

20 *Confeſſio, vel reſponſio poſitionum facta à perſonis ſpecialiter nominatis à Concilio, ſeu univerſitate utrum prætextu erroris revocari poſſit per Concilium, & ibi* de l. 5. tit. 13. par. 3. *verſic.* Otro ſi dezimos, *&* l. 3. tit. 6. eadem part.

21 *Vicini nominati à Concilio, ut poſitionibus reſpondeant, poſſunt petere terminum ad deliberandum, quid ſint reſponſuri, & conſulere Advocatum.*

LAtiſſimus circa materiam hujus capitis plura & ſatis fructifera congerendi patebat campus, ſed ſpeciali inhiamus ſtudio, quæ in aliis locis paſſim per Doctores ad manus haberi poſſunt, omittere; Generalia itaque hujus rei documenta remiſſivè, & brevi laconiſmo complectemur, & ad ſpecialia probationis paſcui circa cives, & vicinos Oppidi, ſeu Univerſitatis notabiliora, eadem brevitate poſt deſcendemus.

1 Generaliter igitur in hac materia obſervare debemus, quod in omni cauſa univerſitatem principaliter tangente, & ejus commodum reſpiciente teſtes de univerſitate, vicini, cives, ſeu capitulares rectè in teſtimonium admittuntur, ut in *cap. tertio loco*, *de probat.* & in *c. inſuper*, *de teſtibus*, & facit reg. tex. *in c. ſuper prudentia* 14. *quæſt.* 2. & in *c. qui manumittitur* 22. *quæſt.* 2. in *l. tantum*, §. *univerſitatis*, *ff. de rerum diviſione*, & in §. *legatariis*, *Inſtit. de legatis*, & in *l.* 18. *tit.* 16. *part.* 3. & Doctores communiter in *dictis locis* exornant, & proſequuntur: latè Franciſcus Curtius *tract. de teſtib. concl.* 3. *n.* 11. Alberic. de Maler. *eodem tract. c.* 4. *n.* 71. Crotus *de teſtibus*, *n.* 129. Corradus *in praxi*, §. 2. *tit. de teſtib.* rubri. *Perſonas teſtium aggrediendo*, verbo *Univerſitatis*, *nu.* 55. Menoch. *de arbitrariis*, *caſu* 106. Farinacius, qui latiſſimè rem proſequitur, & propoſitionis iſtius quindecim ampliationes tradit, *de oppoſitionibus contra teſtes*, *q.* 60. *illat.* 17. *ex num.* 450. Azeved. ab eo non relatus, *in additionibus ad Curiam Piſan.*
2 *lib.* 2. *cap.* 19. *ex num.* 3. Sin verò cauſa, ſuper qua producuntur vicini in teſtes, quoquo modo reſpiciat ſingulorum commodum, vicini, cives, capitulares, ſeu cæteri de populo, & univerſitate ad teſtificandum admitti non debent, vel (ut propriùs loquar) admiſſi nullam fidem faciunt, ut in *l. omnibus*, *C. de teſtibus*, & in *l. idonei*, *ff. eod.* & in *cap. viduum*, §. *palam*, 2. *q.* 6. & in *capit. ſi teſtes*, §. *item nullus*, & §. *item omnibus* 4. *quæſt.* 3. proſequuntur latiſſimè Decius *in dict. cap. inſuper nu.* 6. Joan. Andr. *in additionibus ad Speculat. titul. de teſte*, §. 1. *n.* 22. *litera H. in verbo*, *Civili cauſa*, *ad finem.* Campegius *regul.* 99. *fallentia* 2. Oſaſcus *deciſ. Pedem.* 99. *n.* 39. Maſcardus *de probationibus*, *lib.* 1. *concluſ.* 38. *n.* 3. *& lib.* 3. *concluſ.* 1414. de Afflictis *dec.* 40. Covarru. *in practicis*, *cap.* 18. *nu.* 4. Farinacius *ubi proximè*, *n.* 496.

3 Tunc verò cauſa dicitur ſpectare ad univerſitatem, & non ad ſingulos, quando agitur de re, cujus proprietas, & etiam utilitas ipſius eſt univerſitatis, Concilii, aut Oppidi, ut in *l. civitatibus*, *in principio*, *ff. de legat.* 1. docet Bart. *in dict. l. in tantum*, §. *univerſitatis*, *n.* 1. *in fine*, *verſicul. Et quæ dicatur*, ubi Albericus *nu.* 7. *verſic. Et quod*
4 *aliquid ſit.* Felinus *in cap. eam te*, *de reſcript.* Unde, licet proprietas ſit univerſitatis, dum tamen commoditas, ſeu utilitas ſit ſingulorum, non dicetur cauſa ſpectare ad univerſitatem, ſed ad ſingulos, ita Joan. Andr. *in cap. cum Nuntius*, *n.* 4. *verſ. Si verò non ſingularibus*, & *ibi* Additio, *litera B. de teſtibus.* Anchar. *in cap. inſuper*, *nu.* 5. Angelus *in d. l. omnibus*, *n.* 2. *in fine*, *verſ. Aut tunc quæſtio reſpicit.* Hieronymus de Monte *de finib. regul. cap.* 58. *n.* 9.

5 Itaque, ſi paſcuum de quo contenditur, & ſuper quo lis vertitur, eam habet naturam, quam ſortiuntur cætera bona, quæ vulgò vocamus *Proprios del Concejo*, & tàm in proprietate, quàm in perceptione commoditatis, & redditus, fuerit, vel futurum ſit ipſius Concilii, & Oppidi (ut diximus *in c.* 2. *&* 3. *hujus tractatus*) tunc cauſa ad univerſitatem, & concilium ſpectare dicetur, non ad ſingulos, ut concludit Felinus *in dict. cap. tertio loco*, *n.* 3. & in *dict. cap. inſuper*, *nu.* 2. *ad medium*, *verſ. Secus ſi effectus utilitati.* Baldus *in l. parentes*, *n.* 4. *C. de teſtibus.* Capicius *deciſ.* 152. *n.* 6. Roland. à Valle *conſil.* 72. *n.* 15. *libro* 2. Marſil. *in l.* 1. §. *ſervum municipum*, *num.* 10. *ff. de quæſtionibus.* Covarr. & Hieronymus de Monte, *ubi ſuprà.*

6 Sin autem agitur de nemore, vel de paſcuis, in quibus ſinguli de Univerſitate ligna incidunt, vel oves, ac ſua animalia paſcenda, reſpectivè jure vicinitatis immittunt; tunc cauſa ad ſingulos, abſque dubio ſpectabit, ex *Doctoribus proximè adductis*: Petro Benit. *deciſ.* 70. *num.* 7. Villalobos *in ſua collectanea commun. opin. litera S. n.* 60. Menoch. *dict. caſu* 106. Rota coram Cæſare de Graſſis *in manuſcriptis*, *deciſ.* 12. in *impreſſis autem* 81. *n.* 2. ubi ait, quod hoc commodum paſcendi animalia, non multum conſiderabile eſt in
teſte paupere non habente animalia, cum quibus, 7
utilitate paſcendi, frui poſſit, Farinac. *ubi ſuprà*, *verſ. tertia concluſio*, *num.* 501. omnino videndus, quia (prout moris eſt illi) & rem latiſſimè proſequitur, & Doctores omnes, qui de ea egerunt, ſpecialiter recenſet.

In litibus autem iſtis ſuper paſcuis, territo- 8
rio, juriſdictione, vel ſimilibus juribus, quæ ad Curiam noſtram deferuntur, ſemper curant Advocati monere partes; ſive cauſa ad concilium, ſive ad vicinos, ſive ad ſingulos de univerſitate, quoquo modo ſpectet, ut ad formandam probationem teſtes alterius Oppidi, & omni prorſus intereſſe alienos, præſentare intendant; quia vicini ferè ſemper ſuſpecti judicantur, & ſæpius, nec eorum dicta perlegere Judices permittunt, & meritò, cum ſint adeo procacis, & petulantis animi circa negotia ſui oppidi, maximè Oppidani ruſtici, ut advertit Albericus *in l. utili ratione*, *Cod. de defenſoribus civitatum*, ubi ait eſſe ad lites paratos, garrulos, & rixoſos; quem refert, & ſequitur Guillielmus Benedictus *in cap. Rainutius*, *de teſtamentis*, *verbo Uxorem* num. 396. Ripa *in tractatu de peſte*, *titul. de remediis contra peſtem*, *n.* 24.

Quod tamen non procedit, quando agitur de 9
probando aliquo actu concilii, ſeu univerſitatis, exteris veriſimiliter ignoto, quia de eo aptius, & ſecurius poterunt teſtificari ipſi de univerſitate, ut ex Hippolito *ſing.* 73. Grammatico *conſ. crim.* 26. *num.* 37. *In cauſa matrimonii.* Vivio *lib.* 1. *communium opinionum*, *Teſtes de collegio.* Menoch. *dict. caſu* 106. *n.* 1. tradit Avend. *dict. lib.* 2. *cap.* 19. pro quibus facit text. *in l. conſenſu*, §. *penult. Cod. de repud.* & in *cap. ſuper prudentia*, ibi *Qui eadem negotia tractarunt*, *&c.* ubi Gloſſa.

Sed ultra probationes teſtium in cauſis paſcui, 10
vel juris paſcendi, ſolet petere utraque pars, quod ſuus adverſarius juret de calumnia, & poſitionibus, ſeu articulis ſui interrogatorii ſatisfaciat, ut in *cap.* 1. & per *totum*, *tit. de juramento calumniæ*, tam in *Decretalibus*, quàm *in* 6. & in *l.* 1. *tit.* 6. *libr.* 4. *Recopilat.* & in *l.* 1. *&* 2. *tit.* 7. *eodem libro*, quod juramentum alias ſolet nuncupari de *veritate dicenda*, & eſſe de jure divino, tradit Abb. *in cap. penult. n.* 10. *de juramento calumniæ.* Menoch. *de arbit. lib.* 1. *quæſt.* 20. ubi agit, an per partes remitti poſſit. Azeved. *in dict. l.* 1. *tit.* 6. *Gloſſ.* 2.

Nam hæ poſitiones abſolutæ, plurimum ſo- 11
lent coadjuvare probationem; & maximè conducunt ad facilem litis expeditionem, & veritatis indaginem, ut in *Clem. ſæpe*, §. *Et quia poſitiones*, *de verb. ſignif.* tradit Gloſſ. *in cap.* 1. *de confeſſis*, *in* 6. & quid ſit poſitio, & plures in poſitionis materia notabiles quæſtiones, refert Cinus *in l.* 1. §. *quod obſervari*, *à n.* 12. *Cod. de jurejurando propter calumniam dando.* Speculator *tit. de poſitionibus per totum.* Didacus Perez *in rubrica*, *dict. tit.* 7. *lib.* 4. verbo *Poſitiones.*

Cum igitur à Concilio, Oppido, ſeu univerſita- 12
te exigitur per partem adverſam, quod poſitionibus ſuis reſpondeat, & ſatisfaciat: licèt procurator ab univerſitate nominatus poterit ſatisfacere,
&



13 & reſpondere, ut tradit Capella Tholoſana *deciſ.* 123. ubi agit an procurator ſubſtitutus juret, & reſpondeat quando ſubſtituens jam juravit,
14 Et an cedens poſſit compelli reſpondere poſitioni-
15 bus contra ceſſionarium; Oeconomus enim, ſeu ſyndicus univerſitatis, quem vulgò vocamus *Procurador del Concejo*, non indiget ſpeciali mandato ad tale juramentum, ut docet Meneſes in *l. Præſes*,
16 *n.* 4. *Cod. de tranſact.* Azevedo *in l.* 2. *dict. tit.* 7. *n.* 20. *& n.* 40. Et ejus confeſſio præjudicabit populo, ut in *cap. fin. de confeſſis*, *cap. ſuborta* 21. *de re jud.* verſ. *Sine juramento*, *de teſtibus*, *in* 6. *cap.* 2. *de capellis Monach. cap.* 1. *ut lite non con-*
17 *teſtata*, in ſimili caſu de ſtylo tamen, & generali conſuetudine obſervatur, quòd Concilium nominat tres vicinos, ut poſitionibus iſtis ſatisfaciant: Cùm enim toti Concilio non eſſet decens, nec juri conſonum recipere juramentum, ut cavetur in *l.* 20. *tit.* 3. *lib.* 6. *novæ recop.* ibi *Que jurando cinco hombres buenos, que los Peſquiſidores tomaren de la villa, ò del lugar por todo el Concejo*: Meritò introductum fuit, quòd ad abſolvendas prædictas poſitiones, nominarentur aliqui vicini, qui ferè ſemper tres ſolent nominari, in quos, in iſto caſu, tota Concilii vox transfertur, ut in *l.* 1. §. *Decuriones*, *ff. quod cujuſque univerſitat. nomine*, unde ſuccedit doctrina Bart. *in l. certum*, §. *ſed an ipſos*, *ff. de confeſſis.*

18 In propoſito ergo ſolet occurrere dubium, utrum ad hoc, ut depoſitio nominatorum à Concilio, univerſitati in cauſa præjudicet, ſit neceſſarium, quòd omnes circà idem uniformiter concludant, & in eadem ſententia ſint, an verò depoſitioni majoris partis ſit ſtandum, & quid ſi in numero fuerint pari nominati, & tot confeſſi fuerint poſitiones, quot negaverint: Cujus quæſtionis reſolutio petenda erit ex his, quæ adducit Innocentius *in cap. in noſtra*, *n.* 3. *de procuratoribus.* Speculat. *tit. de tutoribus*, §. *Item generaliter*, *in fine.* Bart. *in l. pluribus*, *ff. de procuratoribus.* Baldo *in l. unica*, *n.* 42. *Cod. de confeſſis*, & vide *l.* 3. §. *ſi plures*, *ff. judicatum ſolvi.* Gloſſ. *in cap. ſi quis juſto*, *de electione*, *in* 6. & in *cap. ſi de eo*, *de procurat. lib.* 6. Greg. Lopez *in l.* 8. *tit.* 5. *par.* 5. *gloſſ.* in verb. *Todos ayuntados.*

19 Quid tamen juris ſit, ſi Concilium nolit nominare vicinos, qui poſitionibus reſpondeant, vel nominati reſpondere recuſent, an ob iſtam contumaciam Concilium haberi debeat pro confeſſo, ultrà text. in *cap.* 2. *de confeſſis*, *in* 6. vide Jaſonem *in l.* 1. §. *ſi procurator*, *num.* 7. *ff. ſi quis jus dicenti non obtemp.* & *ibi* latè *Oroſcium nu.* 2. *& n.* 6. Innocent. Abb. & Felin. *in cap.* 1. *ut in lite non conteſtata.* Cæpollam *cautela* 57. Bernardum Diaz *regul.* 115. Villalobos *in ſuo horario commun.*
20 *litera F. num.* 489. Et utrum prætextu erroris, depoſitio facta ab iſtis perſonis nominatis, poſſit poſtea revocari per Concilium? determinari debet ex *dict. cap. fin. de confeſſis*, & *l.* 5. *titul.* 13. *par.* 3. verſic. *Otro ſi dezimos*, *l.* 3. *tit.* 6. *eadem partita*, & advertunt Doctores *in dictis locis.*

21 Tandem frequenter hæſitari comperio, an iſti vicini (qui ut poſitionibus adverſarii reſpondeant, nominantur, ſolent eſſe ruſtici) poſſint petere terminum ad deliberandum cum perſonis ſui Concilii, quid debeant reſpondere poſitionibus in lite paſcui propoſitis; Et ſanè eis terminum eſſe dandum, quin immò poſſe conſulere Advocatum, ut eos inſtruat, vel eorum depoſitioni aſſiſtat, deducitur ex Hoſtienſ. & Imol. *in cap. dilecti*, *de judic.* Marant. *in l. ſi actor*, *num.* 68. *ff. de procurator.* & in *praxi tit. de poſitionibus*, *num.* 16. Matth. de Afflict. *lib.* 2. *conſtit. Siciliæ*, *rubrica* 25. *nu.* 8. *Guttier. lib.* 1. *pract. quæſt.* 59. *per totam.*

## NOTÆ AD CAP. XXXII.

PRimam concluſionem poſitam *in hoc cap.* de admittendis teſtibus Univerſitatis pro Univer- 1
ſitate profitetur, *Noſtro Auctore allegato*, *Balmaſeda de collect. q.* 16. *num.* 11. ac de eadem *Ricc. collect.* 1859. *Solorzan. de gubern. Indiar. lib.* 2. *c.* 24. *à num.* 99. *cum innumeris apud Giurb. de ſucceſſ. feud.* §. 2. *gloſ.* 13. *n.* 74. *ac in Mea colluct. legal.* 4. *ex n.* 36. *vol.* 2.

Circà poſitiones, ut *hìc n.* 10. earum materia 2
eſt nimis trivialis, de eaque generaliter, ultrà peculiarem tract. *Blaſii Michalor.* benè ſcripſit *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 47. *tom.* 1. *Ego ipſe colluct.* 5. *num.* 117. *& ſeqq. ac colluct.* 7. *à n.* 39. *& utrobique in Append. vol.* 2. *ac de jure municipal. lib.* 2. *obſ.* 47. *per tot.*

Quòd cedens teneatur reſpondere poſitionibus 3
factis contrà ceſſionarium, ut innuitur *hìc nu.* 14. notat *Pigant. ad d. rubr.* 47. *n.* 52. *cum Sanfelic. deciſ.* 169. *tom.* 2.

Specialiter verò de facultate Syndici, pro jura- 4
mento de calumnia, & reſpondendo poſitionibus, *ut hìc n.* 10. 15. 16. habetur à *Cobel de bono regim. c.* 24. *n.* 25. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *rubr.* 25. *n.* 5. 6. *Poſt. de manut. obſ.* 83. *n.* 30. *& à Me ipſo de jure municip. lib.* 1. *obſ.* 30. *n.* 10. 11.

Practicam verò edoctam *hìc ab Auctore n.* 17. 5
eo unicè adducto, collaudat *Balmaſeda de collect. q.* 112. *n.* 13.

De perſonis ruſticis, quòd poſſint conſulere, 6
tanquam idiotæ ſuper reſponſione ad poſitiones, *ut hìc n.* 21. quin immò reſpondere cum præſentia procuratoris, ſeù advocati. *Poſt. de manut. d. obſ.* 83. *n.* 48. 49. *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *d. rubr.* 47. *n.* 35.

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXXIII.

### ARGUMENTUM.

An interdictum, quod practici vocant *Interim*, competat pro paſcuis, & quomodo intentari debeat?

### *SUMMARIUM.*

1 Interim *interdictum cujus ſit naturæ*, *& quare ſic dictum.*
2 Interim *interdictum*, *& jure Canonico*, *& Regio eſt agnitum.*
3 Interim *interdictum qua ratione fuit adinventum.*
4 Interim *interdictum pluribus in caſibus competit*, *ſed in materia*, *& litibus paſcui frequentiſſimum eſt.*
5 Interim *interdictum præparatorium judicii poſſeſſorii eſt.*
6 Interim *interdictum ut competat*, *quid probari debeat.*
7 *In judicio interdicti* Interim *non diſceptatur*, *quis ſit juſtus*, *aut legitimus poſſeſſor*, *ſed ſolùm de tuendo poſſeſſore agitur.*
8 Interim *interdictum ut competat*, *requiritur*, *quòd quis probet naturalem poſſeſſionem. Non enim ſufficit poſſeſſio civilis*, *aut ficta.*

9 *Sententia lata ſuper interdicto* Interim *in nihilo præjudicat proprietati, vel judicio poſſeſſionis.*

10 Interim *interdicti judicium quo modo agitetur, & proceſſus ſuper eo in Curia noſtra peragatur, & de forma ſententiæ in hoc interdicto ferendæ.*

11 *Sententia lata ſuper interdicto* Interim, *à qua extitit appellatum, an abſque metu attentati poſſit exequi, remiſſivè.*

1 FRequens profectò, & non minus utile inter remedia poſſeſſoria, & ſummaria reputatur interdictum, quod noſtri vulgò vocant *Interim*, ea ratione nuncupatum, quia dum cauſa agitatur, & lis pendet, *Interim* competit, & datur, & reum vel actorem in poſſeſſione rei controverſæ tuetur; & ideo *Interdicti* nomen ſumpſit, quia *Interdicere* eſt *quid ad tempus prohibere*, ut ex Julio Paulo *l. 5. ſententiarum* pungit
2 Andreas Alciatus *l. 3. parerg. cap. 15.* Quod & jure Civili, & Canonico fuit agnitum, ut deducitur ex *capit. cum veniſſent, de inſtit.* ubi Innocentius, Abb. & communiter Doctores, & ex *l. 1. §. 1. ff. de itinere, actuque privato, l. liberis 6. §. ultim. ff. de liber. cauſa.* Et originem habet ex ratione tex. *in l. æquiſſimum, ff. de uſufructu*, cujus meminit Paulus Caſtr. *conſ.*
3 3. incipit, *In cauſa quæ vertitur column. 2. n. 2. per totum, lib. 2.* Curtius Senior *conſ. 60. ex numero 1.* Gratus *conſ. 10. num. 9.* Capicius *deciſ. Neapolitanar.* 13. 55. 189. & 209. & apud Gallos Manſuerius *in ſua practica, titulo de poſſeſſorio*, & ex noſtratibus Antonius Gomez *in l. 45. numer. 126.* Menoch. *de retinenda poſſeſſione, remed. ult. per totum*, Sarmiento *libr. 2. ſelectar. cap. 13. numero 9. & ſequenti*, Covarr. *in practicis, cap. 17.* Burgos de Paz *conſ. 36. per totum*, Guttierez *lib. 1. Canonic. cap. 35. à num. 103.* Molina *de primog. lib. 3. cap. 13. à num. 70. & 71.* D. Chriſtophorus de Paz Regius Conſiliarius, & unus ex ſexdecim Senatoribus in Pintiano Senatu *in ſuo eleganti, & omnibus literis, & eruditione abſoluto tractatu, de Tenuta, cap. 9. 1. parte.*

4 Et cùm remedium hoc pluribus in caſibus competat juxtà ſupra relatos in materia *paſcui*, aſſiduè intentari ſolet, & abſque dubio per Judices in hiſce cauſis decernitur, ut advertit Covarr. *dict. capite 17. nu. 1. propè medium*, ibi, *Et potiſſimè in materia paſcuorum, in qua agitur de magno commodo, vel incommodo, conſuevit Curia ordinare, quot teſtes examinentur ſub certo, & brevi termino, & numero, &c.* Capicius *dicta dec. 189.*

5 Sed, quia in praxi paſſim articulus iſte ſe offert, pro perfecta cognitione, & clariori intelligentia aliqua in propoſito breviter advertenda duxi. Et in primis interdictum hoc præparatorium judicii poſſeſſorii principalis, atque plenarii eſſe, ut advertit Berojus *conſil. 11. num. 1. lib. 1.* & probat textus *in dict. l. liberis, §. ultim. ff. de libe. cauſa*, quod Galli *Recredentiam*, vel *caſum novitatis* vocant, ut apud Manſuerium *ubi ſuprà*, Guidon. Papam *quæſt. 552.* Tiraquellum *in tractat. Le mort ſaiſit le vif. part. 6. declarat. 9. ad finem.*

6 Unde, qui hoc interdictum intentat, neceſſariò probare debet penes ſe poſſeſſionem manere: in hoc enim ſimile eſt interdicto. *Uti poſſidetis: l. prima, §. primo, ff. de itinere, actuque privato, cap. cum veniſſent, de inſtit. l. 1. §. 1. ff. uti poſſidetis*, quia rationem, & cauſam habet ab eo jure, quo prohibetur quid lite pendente innovari, ut advertit Covarr. *ubi ſuprà n. 3.* & ſufficit ad hoc, ut interdictum *Interim* competat, quòd probetur quælibet poſſeſſio, vel colorata detentio, ex eodem Covarr. *ubi proximè, num. 5. verſic. Sic ſanè*, Valaſco *conſultat. 79. n. 11. libr. 1.* Franciſc. Milan. *deciſ. 1. num. 83. & num. 89. & 99. libro 1.* Natta *conſ. 121. num. 15. libro 1.* Rebuffo *3. tom. ad leges Gallicas, tit. de cauſis beneficiorum poſſeſſoris, art. 2. num. ult.* Guidone *deciſ. 85. n. 1.*

Et ratio eſt, quia in hoc judicio non venit 7
examinandum, nec diſceptatur, quis ſit juſtus, verus, aut legitimus poſſeſſor, id enim pleniori judicio reſervatur, ſed ſolum de tuendo, & conſervando poſſeſſore agitur, dum lis pendet, ut docet Menochius *remedio 3. retinendæ num. 588.* & alii *ſupra* relati.

Hoc tamen intelligendum eſt de vera, & na- 8
turali poſſeſſione; non enim ad hoc interdictum ſufficiet probare poſſeſſionem civilem, de qua in *l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquirend. poſſeſſione*, ut obſervat Guido Papa, *quæſt. 552.* Rebuffus *ubi ſupr. gloſſ. 2.* ſemper enim defendetur, qui naturaliter poſſidet, contra habentem civilem poſſeſſionem. Cæterum, ſi neuter ex litigatoribus naturalem apprehenderit poſſeſſionem, ab illo qui civiliter tantum poſſidet, interdictum hoc recto jure intentari poterit, ut docet Cov. *ubi ſuprà*: quod an in *Tenutæ* judicio ſummario (dum lis pendet) intentari valeat, doctiſſimi Molinæ & aliorum exploſis opinionibus, diſputat Paz *ubi ſuprà.*

Secundò illud in hac re obſervandum venit, 9
quod ex judicio ſummariſſimo hujus interdicti, nec poſſeſſioni, nec proprietati præjudicium aliquod irrogatur, ut docet Valaſcus *conſultatione 79. n. 15. & 16.* Milan. *dicta dec. 3. numero 16.* Quin immo, nec ex hujus interdicti cognitione, 10
principalis cauſa conquieſcit, ſeù ſuſpenditur, ut docet Natta *conſ. 121. num. 9. lib. 1.* & per Advocatos crebrò peti ſolet, ut ſuper interdicto *Interim*, probatio ſeparatim admittatur, & teſtes examinentur, & praxis in Curia obtinuit, quòd, currente termino ordinario probationis in negotio principali, intra prædictum terminum teſtes examinentur ſub certo, & brevi numero, quorum atteſtationes interdicti *Interim* determinationi deſerviunt, ut cum Maſuerio, Aufrerio, & aliis advertit Præſes Covarr. *ubi ſuprà num. 1.* E tandem receptis probationibus abſque eo, quod earum fiat publicatio (non enim fit, quouſque in negotio principali) nec datur locus repulſis, & objectionibus (vulgo *tachas*) contrà teſtes examinatos ſuper dicto articulo, & ita deciſum obſervat Capic. *d. deciſ. Neapol. 55.* ex actis proceſſus profertur ſententia, qua unus ex litigantibus defenditur in poſſeſſione, & altera pars damnatur, ne in tali poſſeſſione eum turbet quoquo modo, concepta (in prolatione) hac formula: *Dixeron, que ſin perjuyzio del derecho de las partes, en lo principal anſi en la poſſeſſion, como en la propriedad, amparavan, y ampararon à N. en la poſſeſſion de poder pactar con ſus ganados en tal termino, y pago, durante eſte pleyto, y que la parte de T. no ſe lo perturbe en manera alguna, pena de cinquenta mil maravedis, y de que ſeran caſtigados.* Et utrum ſententia lata à judice ordinario ſuper hoc interdicto (à qua extitit appellatum) poſſit exequi abſque metu attentati, vide, quos refert Cevallos *de cognitione per viam violentiæ, quæſtione 29. per totam.*



## NOTÆ AD CAP. XXXIII.

1 INterdictum *Interim*, de quo *in hoc cap.* apud *Nos, & Alios* nuncupatur *manutentio*, ſeù *mandatum de manutenendo. Paz de tenuta cap. 2. n. 15. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 17. n. 29. 37. Poſt. de manut. obſ. 3. n. 1. 38. Capiblanc. de baronib. ſuper pragm. 11. cap. 77. n. 1.*

2 Et competere etiam in hac materia paſcuorum, ſeù juris paſcendi (probata poſſeſſione illud petentis, quæ eſt potiſſimum requiſitum ejuſdem interdicti, *ut hic ex num. 6.* ac latè *Poſt. de manut. obſ. 15. 16. ac paſſim, ut in Mea collect. legal. 44. num. 2. 69. vol. 2. ubi cumulantur plurimæ Rotæ deciſiones*, quemadmodum traditur *hìc à Noſtro Auctore num. 4.* ità adnotatur ab ipſomet *Poſt. d. tract. de manut. obſ. 73. num. 56. in*
3 *fin.* ubi etiam, quod aliquandò datur uni pro certa parte anni, & alteri pro reliqua parte, ſecundùm modum poſſeſſionis utriuſque cum *Rota in calce Oper. deciſ. 475.*

4 Circà id, quod *in fine hujus cap.* tangit *Auctor*, An ſententia lata in hoc interdicto, à qua fuit appellatum, poſſit exequi abſque metu attentati, pendet ab inſpectione, Nùm, & quandò detur, vel non detur appellatio, qua de re videas *Poſt. de manut. obſ. 106. ubi numero 68.* Quod admittatur appellatio, ſi ſit conceſſum mandatum de manutenendo per cedulam, *Rota cor. Priolo dec. 149. num. 9. Ego ipſe in Notis ad deciſ. 66. ſub num. 6. poſt vol. 1. Mear. collect. legal.*

5 Certè, quando ſumus in caſu, quo non admittitur appellatio, attentata non committuntur, exequendo ſententian juxtà concluſionem, de qua ab Eccleſ. *obſ. forenſ. 36. num. 22. tom. 1. Poſt. deciſ. Bonon. 52. num. 11. Rota penes Eum de manut. deciſ. 639. num. 2. & in rec. deciſ. 230. numero 15. cum ſeq. ac cor. Roxas deciſ. 2. num. 2.*

*Comes Vincentius Bondenus.*

---

## CAPUT XXXIV.

### ARGUMENTUM.

Utrùm debeatur montagium pro pecudibus tranſeuntibus de ſuo oppido ad compaſcuum commune per alienum territorium?

### *SUMMARIUM.*

1 *Lex* 1. titul. 27. lib. 9. recopilationis, *adducitur.*
2 *Montagium quid ſit, & de ejus antiquitate.*
3 Lex 11. tit. 27. libro 9. recopilationis *expenditur.*
4 *Commune non dicitur propriè noſtrum.*
5 *Verbum* Termino *quid ſignificet.*
6 *Territorium proprium non dicitur, quod eſt commune.*
7 *Expenditur tex. in* l. Quintus Mutius, §. argento, ff. de auro, & argento legato.
8 *Commune dicitur noſtrum impropriè, & per juris fictionem.*
9 *Immunitatis, & exemptionis conceſſio ſtrictè debet intelligi.*
10 De l. 1. §. fin. ff. de jure immunitatis, *& referuntur Doctores, qui de ejus intellectu agunt.*
11 *Dominus dicitur, qui partem habet in re.*
12 *Expenditur tex. in* l. in re communi, ff. de ſervitutibus urbanorum.
13 *Commune dicitur proprium in re dividua.*
14 *Expenditur tex. in* l. illud, ff. de ritu nuptiarum.
15 L. ſi quis ſervos 72. de legat. tertio *allegatur.*
16 *Paſcendi jus in communitate quid individuum dicitur.*
17 Montagium *quare perſolvatur, traditur ratio, & ejus introductio.*
18 *Plura reſcripta in confirmationem reſolutionis quæſtionis propoſitæ emanarunt.*
19 *Exemplis quando judicari poſſit.*

PRo hujus capitis clariori intelligentia, & 1
exactiori cognitione, illud (quod diſputationi cauſam præbet) in primis præmittendum duxi, *l. Regia 1. titul. 27. libro nono, recopil.* cautum eſſe ſervitium & *montagium* invictiſſimo Regi noſtro eſſe præſtandum, & deberi pro pecudibus, & animalium gregibus ab oppido, ſeu villa, vel civitate exeuntibus ad depaſcendum, terminoſque alienos tranſmigrantibus, ut patet ibi: *Y anſi miſmo de los ganados que ſalieren fuera de las ciudades, villas, y lugares do moraren, aunque tornen, ò no, à ſus terminos*, quod ampliativè repetitum fuit, *l. Regia 8. ejuſdem tituli*, ibi: *Mandamos, que qualquier perſona, que trajere ſus ganados en termino de otro lugar, no ſe eſcuſe de pagar los derechos à nos pertenecientes, ò a nueſtro recaudador, ò arrendador, porque digan que ſon vecinos de tal lugar, &c.*

Secundò præmitto ſervitium, ſeu *montagium* 2
eſſe genus pedagii, ſeu tributi antiquiſſimum, cujus mentio fit *Machabæorum, cap. 10.* ibi: *Ut omnes à tributis ſolvantur, etiam pecorum ſuorum*, ut rectè expendit Greg. Lop. *in l. 28. ver. De los portazgos, titul. 11. part. 3.* quod Regi perſolvitur pro ſecuritate, & tutamine à Regia Majeſtate, principalique munimine præſtito, per loca, & terminos publicos tranſeundi, ſtrataſque calcandi, ut colligitur ex *l. 11. dict. tit. 27.* ibi: *Y andem ſalvos, y ſeguros, y en miguarda, y defendimiento*, notat Bald. *in cap. 1. quæ ſint Regalia, in uſib. feud. num. 1.* eleganter Alber. Brun. *conſ. 127. colum. 7. verſ.* 3
*Quia conſtituuntur 2. par.* & multo tempore nullum aliud (præter hoc) in patrimonio Romanorum Principum fuit agnitum pediſſequum, & tota ferè ſuorum cenſuum, & patrimonii, reique privatæ ſubſtantia in tributo, quod ex paſcuis reſultabat, intrat, ut tradunt Carol. Sigonius *lib. 2. de antiquo jure civium Roman. cap. 4. poſt medium*, Renatus Chopinus *in conſuetud. Andegav. lib. 1. cap. 21. numer. 2.* Petr. Greg. *lib. 3. ſyntagm. cap. 15. num. 14.* poſt Plinium *lib. 18. cap. 3.*

His ſuppoſitis, illud in quæſtionem, & controverſiam frequenter deduci ſolet, an exeuntes de oppidis ſuis cum gregibus, & armentis ad depaſcendum in terminis alienis, ubi communitatem habent, vel pacto, vel privilegio, vel alio quovis modo teneantur præſtare, vel ſolvere tale ſervitium, vel montagium. Et pro affirmativa parte, ſequentia urgent juris fundamenta.

Primum, quòd illud, quod commune eſt, 4
non dicitur propriè meum, ſive noſtrum, ut probat Gloſſ. *in l. id quod noſtrum, de reg. jur.* & *ibi* notat Decius, idem Decius *in cap. ratio, de prælend.*

NOTÆ

*præbend.* Jaſ. Socin. & communiter Doctores *in*
*l. ſervi electione*, §. *Labeo*, *ff. de leg.* 2. & facit
text. *in l. pupillus*, §. *ſuum*, *ff. de verb. ſign.* ubi
latiſſimè *Rebuff.* & in *cap. ſicut* 47. *diſt.* ibi *Pro-*
*prium nemo dicat, quod eſt commune*, & in *cap.*
*nulli*, §. *ſi ergo*, ibi : *Cùm de communi nemo di-*
*cat, meum eſt* : & *l. hoc legatum* 43. *ff. de leg.*
3. ibi : *Quod magis uxoris cauſa, quàm commu-*
*nis, promiſcuique uſus cauſa paratum foret.* Cùm
autem dicta *lex Regia* loquatur de gregibus exeun-
tibus *de ſus terminos*, conſequens eſt procedere in
depaſcentibus in terminis communibus ( tanquam
alienis ) jam enim exierunt à propriis.

5 Maximè, quia verbum hoc *Termino*, quod eſt
idem, quod *Limes*; ſeu *Finis*, §. *dictum*, *inſtitut.*
*quibus mod. jus patr. poteſt. ſolu. auth. de hæred.*
*& falcid.* §. *his omnibus*, eſt quædam longitudo,
ſive latitudo territorium à territorio diſtinguens,
ut probat Abb. *in cap. ſuper eo*, *num.* 5. *de pa-*
*roch.* quem ſequitur Felin. *in capit. quia indican-*
*te*, *n.* 4. *de præſcript.* & facit illud Virg. *Limes*
*erat poſitus finem ut diſtingueret agri*, proſequitur
latè Hieronymus de Monte, *tract. fin. reg. cap.*
15. *n.* 3. & 4. Petrus Greg. *l.* 39. *ſyntag. juris*,
*cap.* 13. *n.* 4. Et eſt elegans de hac re Joannis
Philippi ſcriptoris Galli *reſponſum* 13. *nu.* 22. ubi
inquit, quòd ſi oppida, & vici civitati confines
territorium habeant, nullo modo reputari poſſunt
idem ſolum, & idem terminus.

6 Secundum fundamentum deducitur ex illo ce-
lebri *conſilio* Abbatis 83. incipit, *Videtur pri-*
*mo*, *lib.* 2. ubi in terminis tributi, ſeu vectigalis
affirmat non poſſe verificari, aut dici territorium
7 proprium, quod eſt commune, ad hoc ut tran-
ſiens per illud eximatur ab onere ſolvendi : & fa-
cit text. *in l. Quintus Mutius*, *la* 2. §. *argento*,
*ff. de aur. & arg. leg.*

8 Tertium hujus opinionis tutamen ea conſide-
ratione inſidet, quod & ſi *commune* dicatur ali-
quando *noſtrum*, id tamen impropriè ſic dicitur,
& per juris fictionem, ut probat text. *in l. illud*,
*ff. de ritu nupt.* Gloſſ. & *ibi* Bart. *in dict. l. ſer-*
*vi electione*, §. *fin.* Sed in materia exemptionis,
& immunitatis non debet admitti ſenſus, ſeu
verborum ſignificatio impropria, ſed verba de-
bent intelligi propriè, & ſtrictè, ut tradit Bald.
9 *conſ.* 112. *in fine*, *vol.* 1. Cotta *in memor. verbo*
Immunitas. Petrus Surdus *conſ.* 140. *num.* 2. *vol.*
1. & facit text. *in l.* 1. §. *fin. ff. de jure immunit.*
de cujus intellectu latè agunt Pinellus *in l.* 3. *nu.*
30. *Cod. de bonis maternis*, Joannes Garcia *de no-*
*bilitate*, *gloſſ.* 1. §. 1. *à num.* 40. Mieres *de majo-*
10 *ratibus*, 1. *part. quæſt.* 51. *num.* 13. Dom. Joan-
nes del Caſtillo *controver. juris*, *tom.* 5. *cap.* 84.
*n.* 46. Berojus *conſ.* 24. *n.* 9. *lib.* 1. Ergo procedit
intentum.

11 Contraria tamen ſententia ſequentibus ſuade-
tur fundamentis. *Primò*, quia appellatione *Domi-*
*ni* continetur & ille, qui partem habet in re,
*l.* 1. §. *domini*, *ff. ad Sillanianum.* Cum autem
quis habet communitatem in re, ipſa propriè
vocatur ſua, cum in ea habeat partem ut do-
minus : facit elegans text. *in l. in re communi*, *ff.*
12 *de ſervitut. urban.* tradit Jacob. Novel. *in tract.*
*de jure protomiſeos*, §. 1. *n.* 57. *to.* 17. *tract. no-*
*væ impreſſionis*, *fol.* 25. Rebuff. *in l. litus* 96. §.
*prædia*, *ff. de verbor. ſignific.*

13 Secundò, quia etſi controverti ſoleat inter *Do-*
*ctores* an *commune* propriè dicatur *meum*, tamen
in caſu noſtræ diſputationis abſque ulla contro-
verſia verè, & propriè dicitur *meum*, quia in
materia individua nullam recipit dubitandi ratio-
nem, ut eſt text. expreſſus in *dict. l. illud*, quæ
ita debet intelligi, ut tradit Jaſ. *in dict. l. ſer-*
*vi electione*, §. *Labeo*, *verſ. Sexta & ultima con-* 14
*cluſio.* Bart. *in d. l. pupillus*, & *ibi* tradit Alcia-
tus, & eſt communis opinio, & ut talis appo-
nitur *lib.* 2. *commun. cap.* 6. *de communibus ver-*
*bis, & rebus*, *fol. mihi* 80. & facit text. in *l. ſi*
*quis ſervos* 72. *de legatis tertiò*, ibi *Si quis ſer-* 15
*vos ſuos legavit, communes quoque continentur.*
Cùm autem in communitate paſcui, ſeu ſervitu- 16
te juris paſcendi individuum jus inſit, *l. ſi com-*
*munem fundum*, *ff. quemadmodum ſervitut. amit-*
*tan.* quem *tex.* bene explicat Covarr. *in pract. c.*
34. *num.* 2. ( ubi plures refert ) conſequens eſt
terminos *communes* propriè & verè dici *ſuos*,
ut non procedat, nec habeat locum ratio, ſeu
diſpoſitio *dict. legis Regiæ.*

Tertiò, ex eo quia ratio, propter quam de- 17
betur ſervitium, ſeu montagium, ea eſt, ut *ſu-*
*prà* diximus, quia Rex ſub ſua protectione aſſu-
mit pecora, quæ intrà ſuos terminos per totum
Regnum vagantur. Hæc autem ratio non pro-
cedit, quoties pecora immittuntur in eum lo-
cum, & terminos, in quos ſecurè poſſunt im-
mitti, propter communionem paſſus, quo caſu
jure proprio, & abſque ulla Regis protectione
poſſunt immitti, unde, tanquam ceſſante ratio-
ne legis, debet ceſſare ejus diſpoſitio, *l. adige-*
*re*, §. *quamvis*, *de jure patronatus*, *l. quod di-*
*ctum*, *ff. de pactis*, latiſſimè Tiraquel. *in tractat.*
*ceſſante cauſa*, *num.* 130. Et hinc, ubi à ſta-
tuto imponitur pœna his, qui per terminos ali-
cujus oppidi tranſierunt, non ſolvunt pœnam,
qui habent communitatem, ut, aliquibus rela-
tis, tradit Jaſ. *in dict. l. ſervi electione*, §. *fin. n.* 29.
*de legat.* 1.

Quibus fundamentis ſcio ſæpius ita deciſum 18
fuiſſe, & plura emanaſſe reſcripta Regia directa
ad Judices executores hujus tributi, quibus ip-
ſis injungebatur, ne tale tributum exigerent ab
his incolis, quorum oppida habent jus compaſcui,
quod eſt maximi effectus, quia minimè ſunt mu-
tanda, quæ certam interpretationem ſemper habue-
runt, *l. minimè*, *ff. de legibus*, *l. nam Imperator*,
*ff. eod. tit.* ibi *Aut rerum perpetuò ſimiliter judi-*
*catarum authoritatem vim legis obtinere*, Paul.
Pariſius *conſilio* 148. *n.* 24.

Et, licèt exemplis non eſt judicandum, ut in 19
*l. nemo*, *C. de ſentent. & interlocut. omn. judi-*
*cum*, *l. Imperatores*, *ff. de privileg. cred. Au-*
*thent. de judiciis*, §. *omnis autem judex*, *colla-*
*tione* 6. Vivius *dec.* 91. *par.* 1. Petrus Surdus
*conſilio* 554. *num.* 53. *lib.* 4. Hippolytus Rimi-
naldus *conſ.* 237. *num.* 43. *lib.* 3. Cardin. Tuſ-
chus *tomo* 3. *littera E. concluſ.* 549. Menoch.
*de præſumptionibus*, *lib.* 1. *q.* 1. *numer.* 17. &
18. ubi latè comprobavit, & dixit non eſſe
ſpectandum, quod geſtum, actumque fuerit Ro-
mæ, ſed quod geri, agique debuit, ut in *l. ſed*
*licèt*, *ff. de officio Præſidis*, Valenzuela Velaz-
quez *conſ.* 69. *num.* 214. Stephanus Gratianus
*diſceptat. Forenſ. tomo* 3. *cap.* 542. *num.* 53. &
*tomo* 2. *cap.* 27. Pereg. *conſ.* 91. *num.* 9. & *con-*
*ſil.* 12. *num.* 47. *volumin.* 3. & *conſ.* 20. *numer.*
76. *volumin.* 4. Id tamen non procedit in ſen-
tentiis ſupremi Conſilii, & Tribunalium ſuperio-
rum, quæ ſemper ( data omni caſus paritate )
ad inſtar legum, & ſanctionum ſummoperè ſunt
venerandæ, & magni habendæ, ex ratione text.
in *l. unica*, *ff. de officio Præfecti Prætorio*, ibi
*Credidit enim Princeps eos, qui ob ſingularem*
*induſtriam, explorata eorum Fide, & dignitate,*
*ad*



*ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non ali-*
*ter judicaturos eſſe, pro ſapientia, ac luce di-*
*gnitatis ſuæ, quàm ipſe foret judicaturus*, & ita
obſervat de Afflictis *deciſ.* 45. *num.* 4. & *deciſ.*
69. *num.* 11. & *deciſ.* 383. *in fine*, Vincentius
de Franchis *deciſ.* 81. *num.* 2. & *deciſ.* 90. *nu-*
*mero* 5. *part.* 2. Gama *deciſ.* 16. *num.* 6. & *de-*
*ciſ.* 33. *num.* 2. & *deciſ.* 174. *num.* 10. Oſaſcus
*deciſ. Pedemontana* 22. *numero* 6. Georg. de Ca-
bedo *deciſ.* 212. *parte* 1. Menochius *de arbitr.*
*jud. caſu* 68. *à num.* 29. & *dict. quæſt.* 1. *de præ-*
*ſumpt. lib.* 1. *numero* 17. & 20. *conſ.* 1031. *num.*
7. quos, & alios ſumma cura ( prout ſemper
moris eſt illi ) refert, & diligentiſſimè hanc rem
dirimit Dominus Joannes del Caſtillo Sotomayor
*lib.* 5. *controverſ. juris*, *c.* 89. *ex n.* 97.

Reſponſio autem ad argumenta contraria fa-
cilis eſt, & colligitur ex *ſupra dictis*, & ex his
quæ latè agunt Doctores *ſuprà* relati in illa quæ-
ſtione, *Quando commune dicatur proprium.* Ul-
trà quos vide Tiberium Decianum *reſponſo* 43.
*num.* 33. *volumine* 2. Petrum Surdum *deciſione*
263. *numero* 2. Cardinalem Tuſchum *litera C.*
*concluſione* 534. & *litera M. concluſione* 225. *ex*
*num.* 8. Itaque ( ne immoremur ) reſponde, ut
per eos.

## NOTÆ AD CAP. XXXIV.

1 APud *Nos* ſemper ſolvitur gabella, ſivè tri-
butum nuncupatum *di tranſito* pro anima-
libus, quæ de uno loco ad alium locum trans-
vehuntur etiam proprium omninò ipſius tranſve-
hentis, dummodò exeatur cum iiſdem animali-
bus à terminis primi loci : Et in hac materia ga-
bellarum ſunt ſervanda edicta locorum, ut di-
cebam in *Mea Colluct. legal.* 33. *numero* 6. *vol.*
2 1. cum *Vermigliol. conſ.* 279. *num.* 6. & *Aliis*,
& ſunt attendendæ conſuetudines, ac obſervan-
tiæ, *ut in Mea Colluct. legal.* 19. *numero* 78. 79.
*ubi concord.* & *Colluct.* 33. *ex numer.* 20. *vol.* 1.
*Cyriac. contr.* 109. *numer.* 3. *Caren. reſol.* 206.
207. *utrobique num.* 1. *Zacch. de Salar. q.* 44. *n.*
18. *Card. de Luca tit. de regalib. diſc.* 49. *n.* 13.
*diſc.* 71. *num.* 7. *diſc.* 85. *num.* 4. & *diſc.* 97. *num.*
12. *lib.* 2.

3 De concluſione *hìc* poſita *nu.* 19. quod exem-
plis non eſt judicandum, & de ſua fallentia, niſi
exempla ſint ſupremorum Tribunalium. *Gambſ.*
*in theſaur. Juriſpr. lib.* 5. *c.* 28. *axiom.* 9. *ubi*
*latè tom.* 1. *Ego ipſe in Colluct. legal.* 6. *numer.*
92. *vol.* 2. *Valdaura obſ.* 22. *ex num.* 219. & fal-
4 lentia declaratur, ſi tamen videantur fundamenta,
& res ſit in præciſis terminis *in alia Mea Colluct.*
31. *n.* 133. *ubi concord. eod. vol.* 2.

5 De prædicta tamen gabella ſimplicis tranſitus
videantur Conſiliarius *Gattus conſ.* 23. *lib.* 1. *Cardin.*
*de Luca tit. de regalib. diſc.* 63. *num.* 4. 5. 7. *lib.*
2. & *diſc.* 166. *ubi* de cadaveribus vehendis de
loco ad locum in *ſuppl. ejuſd. tit. p.* 1. Ac magis
præcisè de gabella tranſitus animalium, *idem Card.*
*de Luca eod. tit. de regalib. diſc.* 97. *numer.* 7.
*lib.* 2.

*Comes Vincentius Bondenus.*

## CAPUT XXXV.

### ARGUMENTUM.

Utrùm Decima Eccleſiaſtica debeatur ex paſcuis, eorum fœno, gramine, ſeu herba, vel de pecudibus in eis depaſcentibus, & quomodo, & quibus debeatur, & ſit perſolvenda?

### *SUMMARIUM.*

1 *Decima Eccleſiaſtica debetur ex paſcuo, & ejus fæno, gramine, ſeu herbis, ubi de* capit. pervenit, de decimis.

2 *Decima Eccleſiaſtica debetur ex omnibus fructibus terræ.*

3 *Prati fænum, ſeu defenſarum herbæ inter fructus connumerantur.*

4 *Decima paſcui utrum ſit prædialis.*

5 *Paſcua ſi ad culturam redigantur, vel vineta in eis plantentur, ſemper debetur ex fructibus Decima Eccleſiaſtica.*

6 *Decima Eccleſiaſtica tunc debetur ex fœno, vel herba, quando in faſciculis ad domum perducitur, vel alicui ita venditur.*

7 *Decima Eccleſiaſtica non debetur ex fœno, vel herbis à pecoribus in paſcuo conſumptis, & depaſtis.*

8 *Decima Eccleſiaſtica ut debeat perſolvi ex fæno, vel herbis paſcui, attendenda eſt, & multum operatur conſuetudo loci, ubi expenditur tex.* in cap. commiſſum, & *in* capit. in quibuſdam, §. ultimo, & *in* cap. cum ſint homines, & *in* cap. dilecti, & *in* cap. Apoſtolicæ, de decimis, & *in* l. 17. titul. 20. part. 1.

9 *Expenditur* l. 5. & 6. tit. 5. lib. 1. novæ Recopil.

10 *Decima Eccleſiaſtica tripliciter cauſatur ex pecudibus in paſcuo depaſcentibus, quia triplex in eis fructus conſideratur, fœtuum nempe, lactis, & lanæ.*

11 *Decimus fœtus in ordine naſcendi ex pecudibus debet pro decima perſolvi, & quando non apparet de ordine naſcendi, debet dari mediocris, ubi expenditur tex.* in cap. quicunque in primo, 16. quæſt. 7. & *in* l. ſi quid, §. venditor, *cum* l. ſequenti, §. illud, ff. de ædilito edicto.

12 *Vitulus, vel agnus, qui decimatur, lactatus eſſe debet.*

13 *Decima Eccleſiaſtica perſolvitur ex lana pecorum, & pro ea unum ex decem velleribus.*

14 *Decima Eccleſiaſtica debetur ex lacte, butyro, & caſeo pecudum, & in qua quantitate.*

15 *Decima Eccleſiaſtica pecudum, cui Eccleſiæ, & parochiæ debeat perſolvi, an ei in cujus territorio ſunt paſcua, ubi paſcuntur, an ubi reſident domini pecudum, & ibi expenditur tex. in* cap. cum ſint homines 18. de decimis.

16 *Expenditur tex.* in capit. cum contingat, de decimis.

17 *Decimæ animalium prædiales reputantur.*

18 *Decimæ Eccleſiaſticæ pecudum dividuntur inter parochias, in quarum territorio, & paſcuis per certum tempus depaſcuntur, & ibi* d. l. 9. tit. 20. part. 1.

DE

1 DE paſcuorum gramine, fœno, ſeu herba decimam Eccleſiaſticam perſolvi debere apertè decidit Alex. III. in *c. pervenit* 5. *de decim.* ibi *Ut de proventibus molendinorum, piſcinarum, fœno, & lana decimas Eccleſiis, quibus debentur, cum integritate perſolvantur*, & id ipſum deſumitur, ex *c. commiſſum* 4. *eod. titu.* ibi *Et ſicut etiam de paſcuis, dum decimæ perſolvantur, ita nunc de eiſdem ad frugum fertilitatem translatis decimas volumus abſque diminutione perſolvi.* Et ratio eſt, quia de omnibus fru-
2 ctibus terræ Decimæ perſolvi debent, ut notat Gloſ. *in dict. cap. pervenit*, præſertim ſi Decima ſit prædialis, ut in *cap. nuntios* 6. ibi *Et de omni fructu Decimas perſolvere Eccleſiaſtica diſtrictione compellas*, & in *cap. non eſt* 22. *de decimis*, docet Henricus de Bohic. *in dicto capit. pervenit.* Marcus Mantua. *conſil.* 1. *num.* 31. Rebuffus *dict. tracta. de decimis*, *quæſt.* 8. *in prin-*
3 *cipio.* Fœnum autem prati, ſivè defenſarum herbæ abſque dubio inter fructus computatur, ut in *l. pratum* 31. *ff. de verbor. ſignific.* ibi *Pratum eſt, in quo ad fructum capiendum falce duntaxat opus eſt, ex eo dictum, quod paratum ſit ad fructum capiendum*, ubi advertit Rebuffus,
4 *verbo Ad fructum.* Decima verò paſcui, quòd ſit prædialis, hæſitari non debet, quia dicitur prædialis, quæ ex fructibus prædiorum debetur, ut in *cap.* 1. *& in cap. Apoſtolicæ, de decimis*, tradit Hoſtienſ. *in ſum. titul. de decimis*, §. *quot ſint ejus ſpecies*, Rebuff. *eodem tractat. quæſt.* 4. *numero* 32. Unde de primo ad ultimum concludere poſſumus ex paſcuis, in quibus fœnum, ſeu herba legitur, decimam Eccleſiaſticam perſolvi debere.

5 Quin immò ſi paſcua ad culturam redigantur, aut plantentur in eis vineta, ex fructibus agri mutati, & novalis Decima debebitur, *dict. cap. commiſſum*, quia mutatione perſonæ, nec mutatione rei, jus decimandi non extinguitur, ut tradunt Burg. de Paz *conſil. ult. num.* 8. Gutierr. *lib.* 2. *canonic. cap.* 21. *num.* 98. Micres *de majorat.* 2. *part. quæſt.* 10. *num.* 30. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 5. *num.* 4. *&* 9. *lib.* 1. *recop.* proſequitur Cævall. 2. *part. tractatus de cognit. per viam violentiæ*, *quæſt.* 55. *ex n.* 45.

6 Quod tamen duplici modo intelligendum venit. *Primò* quando fœnum, & herba maturo tempore (ut fructus) colliguntur, & in domum domini, vel alterius adſportantur, quo caſu militant jura *ſuprà* adducta, & ratio eorum à nobis perpenſa, & ita pungit Rebuf. *dict. quæſt.* 8. *n.* 9. ibi *Sexto de fœno; nam ſi fœnum in faſciculos redigatur, Decima debetur, vel ſi alicui venditur*, ut notat Abb. in *dict. cap. commiſſum*, ibi *Nota ſecundo, quod de paſcuis ſolvitur decima*, & ibi *Et dic de paſcuis, id eſt, de pretio quo paſcua, ſeu paſtura vendita eſt.*

7 Cæterum, quando fœnum vel herba pecudibus in agro, prato, ſeu defenſa à domino immiſſis conſumitur, & devoratur, tunc paſcui ceſſat decima, & ejus loco fœtuum animalium ibi depaſcentium decima ſuccedit, & ſubrogatur, ut ſentit Rebuffus *dict. quæſt.* 8. *num.* 22. *verſic. Duodecimo*, ibi *Vel de animalibus, quæ ibi paſcuntur ſolvitur lac, lana, & fœtus, ut Joann. Andr. ibi dicit, & ſuperiùs ſcripſi, quæſtione* 6.

8 Secundò intellige in hoc multum eſſe deferendum conſuetudini, quæ in loco viget, ex Rebuffo *ubi proximè*, ibi *Et in hoc conſuetudo eſt maximè attendenda*, & facit tex. *in dict. cap. commiſſum*, & in *cap. in quibuſdam*, §. *ultimo*, & in *cap. cum ſint homines*, & in *ca. dilecti*, & in *cap. Apoſtolicæ, de decimis*, & in *l.* 17. *titul.* 20. *par.* 1. ibi *Segun que es coſtumbre de cada tierra.* Conſuetudo enim, ut ex certis fructibus, veluti de fœno, herbis, oleo, & ſimilibus, præſtetur decima, (ſi modo ex aliis redditibus ſuperſit juſta ſercerdotum alimonia) utique ſuſtinetur, & nullo jure reprobatur, ut ex Paulo Caſtrenſ. *conſilio* 17. *libr.* 2. docet Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 8. *verſicul. Septimò*, Rebuffus *ubi ſuprà quæſtione* 13. *num.* 51. Et de jure noſtro Regio eſt 9
mirabilis in propoſito deciſio tex. *in l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 1. *novæ Recop.* ibi *Porque en algunas villas, y lugares deſtos Reynos, no ſe paga diezmo de la renta de las yerbas, y pan, y otras coſas, y ſomos informados, que aora nuevamente algunos Obiſpos, y Cabildos lo piden, y fatigan ſobre ello à los pueblos ante juezes Eccleſiaſticos, mandamos à los del nueſtro Conſejo, que llamadas las perſonas que vieren que cumple, platiquen ſobre ello, y lo provean como, convenga, y entre tanto no conſientan, ni den lugar que ſe haga novedad*, obſervat Gutierr. *lib.* 2. *Canonicarum quæſt. capite* 21. *num.* 39. qui *num.* 41. affirmat in Diœceſi Placentina conſuetudinem vigere, ut ex herbis propriarum defenſarum, quas domini earum propriis pecoribus paſcunt, nulla ſolvatur decima, ſecus autem ſi herbas locent, & in Civitatenſi urbe ex herbis nullam prorſus in omni caſu ſolvi decimam uſu receptum eſſe. Et talem conſuetudinem omni jure defendi poſſe teſtatur, quidquid contrarium tentaverit Menchaca *lib.* 2. *controverſiarum illuſtrium*, *cap.* 89. *n.* 8.

Ex pecudibus verò in paſcuo depaſcentibus tri- 10
plex cauſatur, & debetur decima triplici eorum fructui correſpondens: nam in iſtis animalibus triplex invenitur fructus. *Primus* conſiſtit in agnis, hædis, vitulis, equis, ſucculis, & aliis fætibus: *Secundus* in lacte: *Tertius* in lana, & ut in *l. in pecudum*, *ff. de uſuris*, §. *in pecudum*, *Inſtit. de rerum diviſione.*

Et ſanè ex fœtibus decimus in ordine naſcen- 11
di debetur, ut docet Joann. Andreas *in additionibus ad Speculatorem*, *tit. de decimis*, *verbo Speciem*; ſi verò non appareat, quis ſit decimus, mediocris debet perſolvi, & præſtari, ut exhortatur, & admonet Divus Ambroſius *in cap. quicumque, in princip.* 16. *quæſt.* 7. ibi *Quicumque recognoverit in ſe, quod fideliter non dederit decimas ſuas, modo emendet, quod minus fecit: quid eſt fideliter dare, niſi ut nec pejus, nec minus aliquando offerat de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio, aut de ipſa venatione ſua*, & facit text. *in l. ſi quid*, §. *venditor*, cum *l. ſequenti*, §. *illud*, *ff. de ædilitio edicto*, & indignum eſt Deo dare, quod dedignatur homo, ut in *cap. in fine*, 49. *diſtinctione.*

Itaque vitulus, vel fætus, qui perſolvitur, 12
lactatus eſſe debet, & impinguatus, ita ut ad uſum eſſe poſſit, & abſque matre vivere, ex Joann. Andr. *ubi proximè*, ne conceſſio inutilis ſit, & ex imbecillitate, vitulus pereat, ut argumento text. *in l. ſi ſervus decem*, *in fine*, *ff. de ſolut.* & in *l. eum qui ff. de annuis leg.* tradunt idem Joan. Andr. Henric. de Bohic. *in cap. cum homines*, *de decimis*, & ita conſuluit Oldrad. *conſ.* 236. *Circà propoſita* ſequitur Rebuffus *dict. tractat. de decimis*, *quæſtione* 6. *n.* 30.

Sed in pluribus locis certum tempus eſt ſtatu- 13
tum, in quo hæ decimæ perſolvi ſolent (ut notum eſt) & *ſuprà* relati obſervant.

De lana verò detonſa (ut Rebuffi propriis ver- 14
bis



bis utar, *ubi proximè*, *num.* 32.) ſolvi, & exigi ſolet ex decem velleribus unum pro decima, ut loquitur Joann. Andr. *in dict. additione*, & aliàs pro conſuetudine locorum, quia non eſt cauſa diſferendi hanc Decimam, teſte Antonino *in cap. Apoſtolica, de decimis.*

De lacte idem videtur, ut ex decem Pintis una debeatur, tamen ſi fiant de voluntate Curati (ita Parochum nominat *Rebuffus*) expreſſa, vel tacita, Caſei decimus præſtabitur Curato, quod eſt magis frequens. Et idem in butyro, ut etiam Decima debeatur, teſte Andr. Hiſpan. *quæſt.* 1. in his Joann. Andr. dicit conſuetudinem maximè attendendam per Gloſſ. *in c. revertimini*, 16. *quæſt.* 1.

15 Et licèt antiquitùs maximum dubium fuit, cui Eccleſiæ animalium decimæ deberentur, an ei, in cujus territorio decimatorio paſcua erant, an verò, ubi dominus animalium, & pecudum divina audiebat officia, & Eccleſiaſtica, & ſacroſancta recipiebat Sacramenta, ut in *dict. cap. cùm ſint homines* 18. *de decimis*, ibi: *Non eſt facile nobis ſuper hoc certum dare reſponſum, cum authoritates ſanctorum Patrum etiam ſint diverſæ*, & tradit Puteus *deciſ.* 176. *num.* 6. *volum.* 3. Tamen cùm hæ Decimæ animalium prædiales ſint, ut notat Gloſ. *in cap. Apoſtolicæ, de decimis*, Rebuffus *dicta quæſtione* 6. *num.* 25. ei parochiæ utique perſolvi debent, & Rectori, ſeu parocho, in cujus territorio, ſeu diſtrictu ſunt paſcua ubi aluntur animalia, ad ſimilitudinem cæterarum prædialium decimarum, ut in *cap. fin.*
16 *de parochiis*, ibi: *Ita quòd, ſi de agris in eorum parochia conſtitutis fructus percipiunt, ratione prædiorum decimæ ſolvantur*, ubi Gloſſ. *verbo Prædiorum*, & facit tex. *in cap. cum contingat*, *de decimis*, ibi: *Cùm perceptio decimarum ad parochiales Eccleſias pertineat*, & in *cap. quoniam* 13. *eodem tit.* ibi: *Reſpondemus, ut ſi terræ, quæ arabiles ſunt, intrà certam alicujus Eccleſiæ parochiam fuerint, decimas earum eidem Eccleſiæ facias aſſignari*, & de jure noſtro Regio decidit *lex* 6. *&* 7. *titul.* 20. *part.* 1. ibi: *Deven ſer dados à las Igleſias parochiales, e à los Clerigos que la ſirven.* ubi Gregor.[*] *in ſcholio*, verbo *A las Igleſias*, Rebuffus *ubi ſuprà*, *quæſtione* 3. *num.* 32. Mieres *de majorat.* 1. *part. quæſt.* 58. *num.* 15. Gutierr. 2. *part. canonicarum quæſtione* 21. *num.* 54. ubi dicit communem. Cævallos *lib.* 1. *practic. contrà commun. quæſt.* 458. *n.* 25. *&* 34.

17 Quod ex eo procedit, quòd hæ Decimæ animalium prædiales reputantur, ex Glo. in *capit. Apoſtolicæ*, *de decimis*, & ideo illi Eccleſiæ, in cujus Parochiæ diſtrictu animalia morantur, & paſcuntur, debentur, ut docet Gloſ. *verb. Paſcit*, in *cap.* 1. §. *item cum quis unquam* 15. *quæſt.* 1. Matthæus de Afflict. *in conſtitutionibus Neapolit. libro* 1. *rubrica*, *de decimis*, *n.* 23.

18 Sin verò per medietatem anni paſcuntur in una parochia, & per aliam medietatem in alia, decimæ dividendæ ſunt inter eaſdem Parochias, ut in *cap. fin.* 1. *quæſt.* 3. argumento textus *in cap. relatum*, *in fine*, *de teſtamentis*, & de jure Regio apertè probat tex. expreſſus *in l.* 9. *titul.* 20. *part.* 1. ibi: *Pero ſi acaeciere que el ganado pazca la mitad del año en el Obiſpado donde ſon ſeñores, è la otra mitad en otro, partaſe los diezmos por medio en eſtos dos Obiſpados*, & ita tradit Rebuffus *in tractatu de Decimis*, *quæſt.* 8. *num.* 11. *&* 13. Quid autem, quando in una parte paſcuntur, & in alia parturiunt, ubi decima perſolvi debeat, & plures alios caſus in propoſito occurrentes decidit dicta *lex partitæ*, cujus litera, ut elegans, & difficilium quæſtionum deciſiva ſic ſe habet: *Paſcen à las vegadas los ganados en las tierras, ò en los terminos, donde ſon los ſeñores: è à las vegadas han los de embiar à otras partes à aquellas tierras, donde entienden que viviran mejor, porque ſe aprovechen mas dellos: è porque ſe aprovechan mas dellos, è porque los omes ſepan à quales Egleſias deven dar los diezmos dellos, queremos lo aqui moſtrar. E dezimos, que ſi los ganados paſcieren todo el año en el termino onde moran ſus ſeñores, que deven dar el diezmo todo en aquellas Egleſias onde ſon parrochianos. E ſi los embiaren à otro Obiſpado, è fincaren y portado el año, alla deven otro ſi dar el diezmo è ſi la mitad del año paſcieren en aquel Obiſpado, onde ſon ſus ſeñores, è la mitad en el otro, deven partir el diezmo en ambos los Obiſpados: mas ſi el ganado an duviere por muchos Obiſpados, de manera que no puedan ſaber ciertamente en qual dellos fincò mas tiempo: por quitar contienda de entre los omes, mandamos que den la mitad del diezmo en aquel Obiſpado onde paſcieren las oveias, è la otra mitad en aquellas Egleſias onde ſon parrochianos los ſeñores de los ganados. E ſi acaeſcieſſe, que parieſſe el ganado, faziendo paſſada por algun logar, dezimos, que por aquella non deven tomar diezmo: fueras ſi fizieſſen y morada alomenos un mes. Pero ſi acaecieſſe que el ganado pazca la mitad del año en el Obiſpado, donde ſon ſus ſeñores, como ſobre dicho es: aſſi que pazca de dia en el un Obiſpado, è yazgade noche en el otro: eſton e partan la mitad del diezmo por medio en os dos Obiſpados: en el uno, por razon de la manida. E todo eſto ſobre dicho ſe entiende, que deve ſer fecho de guiſa que lo non fagan los paſtores por mala entencion, nin por fazer engaño à los Obiſpos, mudando los ganados de un Obiſpado à otro, por fazerles perder ſus derechos*, & *ibi* plura doctiſſimè congerit *Greg. Lopez* per *omnia ſcholia.*

## NOTÆ AD CAP. XXXV.

ILluſtrari, ac mirificè comprobari poſſunt *in* 1
*hoc cap.* contenta a traditis, plenèque examinatis per *Me in colluct. legal.* 14. *per tot. & ibi in Append.* ubi commemoratur *Noſter Auctor*, *vol.* 2. *ubi Doctrinis, Auctoritatibus, & Deciſionibus Supremorum Tribunalium* affertur, quidquid poſſit deſiderari in hac materia, etiam reſpectu conſuetudinis, præſcriptionis, & immemorabilis, oſtendendo, quando ſit, vel non, operabilis in propoſito decimarum.

Ac de decima fæni, de qua *hìc num.* 1. agitur in 2
*eadem collucł.* 14. *n.* 4. *cum Rota in rec. dec.* 102. *n.* 4. *p.* 13. *& dec.* 319. *n.* 5. *p.* 17.

De decima autem agnorum, de qua *hìc à n.* 11. 3
tractat *Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 7. *ex n.* 54. *&* adeſt *deciſ.* 114. *Franch. ubi omnes Add. adducunt plura, & plures, inter quos Anna conſ.* 64. *lib.* 1. *Ricc. collect.* 192. *Campanil. in diverſ. jur. rubr.* 12. *c.* 13. *n.* 160. *Gratian. dec.* 100. *&* 226. *ubi Scoppa, & de Luca.*

Circà decimam lanæ, & lactis, ut *hìc num.* 4
13. 14. agit *Amendola ad Franch. d. dec.* 114. *num.* 4. 7.

*Comes Vincentius Bondenus.*

## CAPUT XXXVI.

### ARGUMENTUM.

An ex locatione paſcuorum, & venditione herbæ debeat ſolvi Decima pretii (vulgò *gabella*.)

### *SUMMARIUM.*

1 *Lex* 1. tit. 17. lib. 9. recopilationis *expenditur.*

2 *Herba, ſeu gramen paſcui fructus eſt.*

3 *Locatio, ſeu venditio æquè naturaliter cadit ſuper jure percipiendi fructum, & ibi de* leg. arboribus, §. uſufructuarius, ff. de uſufructu, *&* l. ait Prætor, §. in eum, ff. de bonis authoritate judicis poſſidendis, *& in* l. ſi uſusfructus, ff. de jure dotium.

4 *Venditionis, ſeu locationis contractus in herbis paſcui frequens admodum eſt, & ibi de* l. 23. tit. 7. l. 7. novæ recopilationis.

5 *In venditione, ſive locatione paſcui ſola patientia percipiendi in fundo, vel abſtrahendi ab eo herbam, ſeu gravamen conſideratur, & ineſt, & ibi de* l. 3. ff. de uſufructu, l. quoties, §. fin. ff. de ſervitutibus, *& in* l. 1. in fine, ff. de ſervitutibus ruſticorum prædiorum.

6 *Venditio, an verò locatio contracta videatur ſuper jure percipiendi herbam, vel gramen ex paſcuo, ex conjecturis deſumitur, quarum tres ſunt potiſſimæ.*

7 *Paſcui herba, ſeu gramen, ſi pro certo pretio, antequam naſcatur, per unum, vel plures annos concedatur, locatio erit, non venditio.*

8 *Paſcui herba, ſeu gramen, ſi poſtquam naſcitur, ſeu demonſtratur, per aliquod pretium conceditur, venditionis contractum ſortitur, & ideo ex eo Gabella debebitur.*

9 *Paſcua Magiſtratus ordinis, & militiæ de Calatrava, quomodocumque pretio accedente concedantur, ſemper gabella debetur, & ibi de* l. 12. tit. 17. libro 9. recopil.

10 *Paſcui venditi gabella an perſolvenda ſit gabellario illius anni, in quo herba fuit vendita, an verò gabellario illius anni, in quo fuit ſecta.*

1 Cum ex lege Regia 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *Recopilationis* decimam, ſeu gabellam tantùm ex contractu venditionis, non verò locationis, perſolvi debere manifeſtum ſit, & quando jus percipiendi herbam ex aliquo fundo, pretio accedente alicui conceditur, an venditio, an verò locatio contrahatur, non ſit facilè diſcernere, profectò *hujus capitis* vera reſolutio in eo conſiſtit, ut propriam naturam hujus contractus metiamur, & radicitùs perſcrutemur.

2 Et ſanè illud & movet, & difficultatem auget, quòd herba, ſeu gramen defenſæ, vel prati fructus eſt, ut in *l. pratum*, ubi Rebuffus, *ff. de verborum*
3 *ſignificatione*. Juri autem percipiendi fructum, æquè naturaliter & locatio, & venditio convenit, ut in *l. arboribus*, §. *uſufructuarius*, ibi: *Vel locare, vel vendere poteſt*, *ff. de uſufructu*, & in *l. ait prætor*, §. *in eum*, ibi: *Qui nec locavit fructum prædii, nec vendidit*, *ff. de bonis authoritate jud. poſſid.* & in *l. ſi uſusfructus*, *ff. de jure dotium*, ibi: *Vel locet, vel vendat*; latè Joannes Gar. *de expenſis, & meliorat. c.* 10. *n.* 41.

Præterea hoc adeo verum eſt, quòd utriuſque 4
contractus tam venditionis, quàm locationis herbarum, frequenter in pluribus legibus Regiis mentio fit, ut in *l.* 23. *tit.* 7. *l.* 7. *novæ recopil.* ibi: *Y permitimos, que el que tuviere ganado, pueda arrendar la yerba que huviere meneſter para ello*, & ibi: *Y ſi algo le ſobrare dello*, & paſſim in pluribus legibus, & proviſionibus Regiis *de la Meſta* id agitur.

Rurſus ex eo, quod in iſto caſu, ſive venditio, 5
ſive locatio contrahatur, ſola patientia abſtrahendi à fundo, vel percipiendi fructus conceditur, & præſtatur. Quia, ſi venditio eſt, quamvis jus aliquod transferatur, per factum patientiæ fit; ſi autem locatio eſt, per eandem patientiam Colonus utitur, ut in *l.* 3. *ff. de uſufruct.* ibi: *Dare autem intelligitur, ſi induxerit in fundum legatarium, eumve patiatur uti, frui, l. quoties, §. fin. ff. de ſervitutibus, & l.* 1. *in fine, ff. de ſervit. ruſticor. prædiorum*, docet Bart. *in l.* 2. §. *& harum, num.* 3. *ff. de verbor. oblig.*

Verùm in propoſita quæſtione, ut ejus vera, ac ſecura reſolutio pateat, & generalis theoria, & ſpecialis traditio erit conſtituenda.

Generalis erit illa, quæ in genere reſpicit conjecturas, ex quibus dignoſci poſſit, quando venditio, vel locatio fructuum contrahatùr. Et harum tres potiſſimas conſiderare, & præ oculis habere debemus, ut noviſſimè animadvertit Laſar-
te *de decima venditionis, parte ... cap.* 2. *nu-* 6
*mer.* 55. *propè finem*, ibi: *Sed ita reſolvo, quòd, cum in dubiis verſemur, ſervandæ erunt conjecturæ traditæ ſuprà num.* 52. *ſcilicèt ut prius inſpiciamus, quid actum ſit, juxtà reſolutionem Menochii dicto remedio* 3. *n.* 25. *Deinde quibus verbis fuerint uſi contrahentes juxtà ſententiam Joann. de Imola in dicta l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de publicanis. Ultimo, pretii qualitas attendatur ex ſententia Bart. in dict. quæſtione* 4. *num.* 11. *Ita ut intelligas, deficiente prima conjectura (quæ omnium potior eſt) ad ſecundam eſſe deveniendum, & deinde ad tertiam, cùm ſecunda defecerit, quibus obſervatis, impoſſibile eſt, quin contractus qualitas detegatur.*

Specialis verò traditio in propoſito illa eſt, 7
quòd, ſi pratum, defenſa, vel ager paſcui per annum unum, vel plures, antequam herba, aut gramen naſcatur, vel maturum ſit, ob aliquod pretium à domino paſcui alicui concedatur, utique locatus ager ad herbam videtur, non herba vendita, & in hoc caſu loquitur, & intelligi debet Laſarte *ubi ſuprà num.* 55. ibi: *Adverto autem, quòd quamvis mons, & pratum, paſcuum, ſylva, vel collis, aut quicunque paſcuus ager paratum fructum (nempe herbam) habere ſoleat, ſicut de fundo pendentes fructus habente diximus, adhuc tamen in his paſcuis diverſum jus eſt, quia, cum naturalis paſcuorum uſus ſola herbæ perceptio eſſe ſoleat, qua oves, & pecora paſcuntur, rectiſſimè in eis cadit locatio, ſive prompta, & patens herba ſit, ſive naſcitura, ut pratum ipſum locatum conductumque ſit, & dominus patiatur colonum uti, fruique ſecundum rei conductæ qualitatem & naturam, nempè herbis, paſcendo ſuas oves, & pecora, ut eſt tex. expreſſus in l. ſed addes, §.* 1. *verſ. aliter atque ff. locati, & l.* 14. *titul.* 8. *part.* 5. *præſertim, quia & ipſius prati, præter paſtum animalium, alius uſus perquam utilis, & neceſſarius eſſe ſolet, ſcilicèt, ad manſionem paſtorum, & ovium, quem cum (pro pecunia) patiatur dominus, non minus locare dicendus eſt, quàm cùm fundum alium rectè quis ab eo conducit, ex notatis ſuprà n.* 6. *&c.*



8 Sin verò tantùm herba, quæ jam matura, vel demonſtrata eſt, aliquo pretio concedatur, tunc, cùm nullum factum, nec alia utilitas, aut commoditas in fundo præſtetur per talem contractum, ſed ſola prompta, & patens perceptio herbæ, aut graminis, atque ita res pro pecunia videatur dari, utique venditio, non locatio videbitur contracta, ut in *l. Quintus Mutius*, *ff. de actionibus empti*, & ita expreſsè in propriis terminis, ad exactionem Regalis Decimæ, juſtiſſima de cauſa, prædictaque juris ratione deciſum extat in *conditione* 25. *De los apuntamientos que ſu Mageſtad embiò à los lugares no encabeçados el año paſſado de* 1576. & hoc caſu abſque dubio gabella debebitur, & reſolvit Laſarte *ubi ſuprà ex num.* 55. Ripa *tract. de peſte, titul. de privilegiis contrà cauſam peſtis, à num.* 46. *cum ſequentibus*. Gironda *de gabel.* 8. *part. n.* 23. Azevedo *in l.* 13. *titul.* 17. *lib.* 9. *recopil.* Guttierr. *in tracta. de gabel. cap.* 8. *n.* 19. quæ reſolutio non ſolùm in herbis, verùm & in glandibus amplectenda eſt ex *ſuprà* dictis, quidquid *Laſarte* in hoc contrarium ſenſerit.

9 Licèt tamen in pratis, paſcuis, & montibus æquè locationem & venditionem eſſe poſſe ſuprà firmaverimus, ita ut contractus qualitas attentè ſit ex prædictis conſideranda, ut Regalis decima exigatur, quæ ex venditione debetur, ex locatione non ita, huc ex herbis, & paſcuis Magiſtratus Ordinis Calatravæ, quomodocunque contrahatur, decima indiſtinctè debetur, quaſi ſemper venditio herbæ, non paſcuorum locatio contrahi videatur ex antiqua conſuetudine, ut in *l.* 12. *titul.* 17. *libro* 9. *recop.* ibi: *Porque los arrendadores de las alcavalas delas yervas del Maeſtrazgo de Calatrava, de que nos ſolemos, y accoſtumbramos cobrar alcavola, ſepar como han de coxer, y cobrar, las dichas alcavalas.* Itaque, ubi talis conſuetudo non fuerit, reſolutio *ſuprà* dicta de jure erit obſervanda, in hac enim gabellarum ſolutione, plurimum attendi debet conſuetudo, ut in *l.* 9. *titul.* 18. *libro* 9. *Recopil.* ibi: *Segun, y como lo pagan, y acoſtumbran pagar las otras perſonas ſeglares.*

10 Sed, an hæc gabella herbæ venditæ perſolvenda ſit gabellario illius anni, in quo contractus fuit factus, an verò gabellario illius, in quo fuit herba ſecta, ſeu depaſta, decidit tex. *in dicta l.* 12. *titul.* 17. *libro* 9. ibi: *Que los arrendadores que fueren de alcavalas de las yervas del Maeſtrazgo de Calatrava, ayan de recebir, y recaudar el alcavala de las yervas de aquel año, ò años, en que entraren los dichos ganados, pueſto, que ſe cumpla el dicho año, ò temporada, que los ganados han de herbajar en el otro año ſiguiente, &c.* & in l. 13. ſequenti, dict. titul. 17. lib. 9. ibi: *Que aya de mandar el alcavala de las yervas por el arrendador à quien pertenece, y la demande haſta fin del año de la ſalida de los ganados*, de quarum legum vero intellectu, & praxi latiſſimè agunt Laſar. *dict. tractatu de decima venditionis parte, cap.* 5. *num.* 20. junctis his, quæ dixerat *in cap.* 3. *num.* 11. Gironda *de gabellis* 8. *part. num.* 23. Joannes Gutierr. *eodem tractat. dict. cap.* 8. *ex num.* 15. *prope medium uſque ad n.* 20. quos omnino vide, nec enim eorum dicta tranſcribere fas eſt.

### NOTÆ AD CAP. XXXVI.

Affert *Noſtrum auctorem in hoc cap.* ſuus *bonus Amicus Balmaſeda de collect. q.* 66. *n.* 1
10. *in fin.* ejuſque, ut ait, videndi reſolutionem admittit, addito *Solorzan. de Indiar. gubern. l.* 3. *c.* 21. *num.* 6. meminit *Caſtejon. in Alphab. juridic. verb. Paſcua n.* 14. *& vide Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *c.* 3. §. 2. *ex num.* 6. *&* 31. *ac* §. 3. *Larream alleg.* 111. *Sanchez conſ. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 19.

Et de quæſito *hìc in fine* facto *num.* 10. cui- 2
nam gabellario ſit ſolvenda gabella, an nempè illi, qui tempore venditionis, ac contractus venditionis erat talis; an verò illi, qui tempore herbæ ſectæ, & depaſtæ, ſeu fructuum recollectorum ſupervenit, *ad Noſtrum Auctorem, alioſque DD. per eum allegatos* ſe remittit *Balmaſeda d. q.* 66. *num.* 14. & videatur etiam *Cabal. conſ.* 124. 125. *cujus meminit Sabel. in ſumma tract. verb. gabella num.* 36. *tom.* 2. *cum aliis congeſtis in diverſis caſibus ad rem præſentem facientibus per Caſtejon. in Alphab. jurid. ver. Gabella num.* 11. *tom.* 1.

*Comes Vincentius Bondenus.*

## CAPUT XXXVII.

### ARGUMENTUM.

Jus paſcendi, an mobile, an verò immobile reputetur, & utrum ſuper eo conſtitui poſſit cenſus, & in ejus venditione poſſit competere jus retractus.

### *SUMMARIUM.*

1 *Paſcendi jus, quod competit cuilibet vicino, in Pratis, ſeu defenſis gublicis, nec ſervitutis, nec uſusfructus ſpeciem continet, ſed eſt jus quoddam incolatus, quod in utendo nemoribus, & Paſcuis, & communibus unicuique ex vicinis communiter competit.*

2 *Paſcendi jus in alieno agro, an mobile, an verò immobile reputetur.*

3 *Paſcendi jus in alieno agro, nec mobile, nec immobile verè, & propriè dicitur, ſed jus quoddam incorporale.*

4 *Servitutes omnes, ſeu jura incorporalia magis propriè immobilium rerum naturam redolent, & ſortiuntur, undè alienari debent cum ſolemnitatibus rerum immobilium, & eodem tempore, quo res immobiles, uſucapiuntur, num.* 5.

6 Lex, ſed ſi pecunia, §. ſimili modo, ff. de rebus eorum *expenditur.*

7 *Traditio vera, & actualis non datur in juribus merè incorporalibus, & loco traditionis habetur ceſſio.*

8 *Paſcendi jus tamquam quid immobile reputatur, quia rebus ſolis ineſt.*

9 *Cenſus poteſt conſtitui, & creari ſuper jure paſcendi, & n.* 10. *Proponitur quædam difficultas, & objectio, cui ſatisfit, n.* 11.

12 *Retractus utrum habeat locum ſuper jure paſcendi, remiſſivè.*

1 PAſcendi jus, quod competit cuilibet vicino in pratis, ſeu defenſis publicis, nec ſervitutis, nec uſusfructus ſpeciem continet, ut eruditè advertit Velazquez de Avendaño *in tractatu de cenſibus cap.* 68. *num.* 13. ex rationibus ab eo perpenſis, ſed eſt quoddam jus incolatus, quod in utendo nemoribus, & paſcuis communibus unicuique ex vicinis communiter competit: & circa hoc nec occurrit dubium, nec poteſt habere locum *hujus capitis* thema, ſaltem quoad conſtitutionem cenſus, ut competat jus retractus; cùm ſatis notum ſit alienari nullo modo poſſe, nec ad alium non vicinum porrigi.

2 Jus verò paſcui, quod competit alicui in alieno agro, ſeu fundo depaſcendi, vel ex conceſſione, vel jure ſervitutis, dubitari frequenter ſolet an mobile, an verò immobile reputetur, cujus naturam, & qualitatem ſi prius agnoſcamus, facile erit dubia in fronte capitis propoſita nota & aperta facere.

3 Itaque jus hoc (cum ſervitutis naturæ conveniat) nec mobile, nec immobile erit: ſed tertiam quandam ſpeciem conſtituit, ex Abbate *in cap. nulli, colum.* 4. *verſ. Quid autem in ſervitutibus; de rebus Eccleſiæ:* quem ſequitur Alexand. *in additionibus ad Bartolum in l. moventium, ff. de verborum ſignificatione,* & *conſ.* 53. *Viſo themate, colum. ultim. verſic. tertio moveor, libro* 1. Jaſ. *conſ.* 194. *Super vacuo, circa medium, libro* 2. Et illud generale eſt, quod jura incorporalia, nec immobilia propriè dicuntur, ex Baldo *in cap.* 4. *§. ſciendum, verſicul. Extra quærit, de feudi cognitione, in uſibus feudorum.* Lapus *allegatione* 91. *In primis videndum eſt, ad finem*; ſicut idem dicimus de actionibus, ut docet Speculator, *titul. de fructibus, & intereſſe, §. ſcias igitur, verſ. Sed pone,* ubi Additio *Joannis Andreæ* Bart. & Raphael Fulgoſ. *in l. quam Tuberonis, §. ult. ff. de peculio,* idem Bartol. *in l. ſi convenerit, in* 2. *in principio, ff. de pignoratitia actione* & in *l.* 1. *Cod. ſi adverſus tranſactionem,* ubi dicunt nomina non comprehendi in donatione rerum mobilium, nec immobilium, & plures refert Tiraquel. *de retractu linagier, §.* 1. *gloſſ.* 7. *num.* 9. & latiſſimè per plura fundamenta Rebuffus omnino videndus *in dict. l. moventium* 93. *ff. de verbor. ſignificatione verſic. Sed dubitari poteſt.*

4 Verum, licèt hæc ita ſe habeant, in pluribus tamen ſervitutes omnes, ſeu quælibet jura incorporalia magis propriè immobilium rerum naturam redolent, & ſortiuntur; idque ex eo, quod, quamvis immobilia verè non ſint, tamen immobilibus, & rebus ſoli adhærent, ut in *l. ſi aliena, §. hoc jure, ff. de uſucapionibus,*
5 unde Panormitanus, Anton. de Butr. & Imola *in cap. nulli, de rebus Eccl.* ſervitutum jura, abſque requiſitis, & ordinariis ſolemnitatibus, immobilium rerum Eccleſiaſticarum alienari non poſſe expreſsè affirmant, & pro hoc facit tex. in *cap.* 2. *de rebus Eccleſiæ, lib.* 6. ubi Gloſſ. & ideo uſucapiuntur eodem tempore, quo immobilia, ut *l. fin. Cod. de longi temporis præſcriptione,* Gloſſ. in *l. unica, verbo Intelliguntur, Cod.*
6 *de uſucapione transformanda,* & facit text. in *l. ſed & ſi pecunia, §. ſimili modo, ff. de rebus eorum,* ubi ſervitus in fundo minoris imponi non poteſt, nec, quæ ei debetur, remitti ſine decreto, tanquam res immobilis, obſervat Alexand. *conſ.* 211. *Ponderatis verbis ſtatuti, colum.* 2. *verſ. Negari non poteſt, libro* 6. Et quemadmodum ad tranſlationem rerum corporalium requiritur vera, & corporalis traditio, ut in *l. traditionibus, Cod. de pactis,* ita & ad tranſlationem rerum incorporalium ſolo cohærentium, corporalis, & vera traditio neceſſaria eſt, quia cum ſolo cohæreant inſeparabiliter, licèt ſint incorporalia, verè ſunt immobilia ſoli, & pro corporalibus habentur, ita Bald. in *dict. l. traditionibus,* & in *l.* 1. *Cod. communia utriuſque judicii.* Alexan. poſt alios, *conſ.* 184. *In cauſa, lib.* 6. Quod quidem ita non eſſet, ſi bona 7
incorporalia ſolo cohærentia, pro verè immobilibus non haberentur, ſed ſimpliciter eſſent incorporalia, ut aliqua jura, & facultates, quæ ſolo non ſunt cohærentia inſeparabiliter, in quibus ad veram dominii tranſlationem, ſeu acquiſitionem non eſt neceſſaria vera traditio, ſed ſufficit ceſſio, ut notat Gloſſ. per tex. *ibi, in l. fin. Cod. quando fiſcus, vel privatus,* quem tex. dicit in propoſito ſingularem Angelus *in l.* 1. *Cod. de actionibus, & oblig. n.* 4. Mieres *in tractat. majoratus,* 1. *part. quæſt.* 40. *per totam.* Velazquez de Avend. *in l.* 44. *Tau. per totam, gloſſ.* 9. *n.* 3. *& gloſſ.* 14. *n.* 27.

Ex quibus jus paſcendi quid immobile reputari, tanquam rebus ſoli inhærens, & inſitum, neceſſariò fateri debemus, & expreſsè ita firmat Andreas Tiraquellus *de retractu linagier, §.* 2. *gloſſ.* 5. *num.* 3. per text. *in l. pecoris, ff. de ſervit. ruſt. præd.* & in *§. inter ruſticorum. Inſtit. eodem tit.* & *ibi* allegat pro hac obſervatione Philippum Decium *conſ.* 483. *Pro reſolutione, col.* 3. verſ. *Non obſtat dictum,* Alex. Philippum Francum, & alios. 8

Unde, his ſuppoſitis, & prælibatis, ſuper jure paſcendi conſtitui, & creari poſſe cenſum (ſicut in aliis ſimilibus) veluti jure decimandi, & jure piſcandi, ingenuè defendit Velazquez de Avend. *tractatu de cenſibus, cap.* 52. *per totum,* ea motus ratione, quòd, cum tale jus inſeparabiliter ſolo cohæreat, licèt ſit incorporale, quoad hoc inter immobilia bona conſtitui debet; ſicut ſimiliter dicitur de feudo, quod, quamvis non poſſit formari, niſi ex rebus immobilibus ſoli, aut ferè, & propè immobilibus, ut in *dict. cap.* 1. *§. fin.* de feudi cognitione, *l.* 1. *tit.* 20. *part.* 4. poteſt tamen creari, & formari ex rebus, quæ, licèt verè immobiles non ſint, ſolo tamen cohærent, & pro immobilibus habentur, ut in *dict. §. fin.* ibi, *Niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus,* & probant ibi *Albericus, Iſernia,* & *de Afflictis,* Gregor. *d. l.* 1. *gloſſ.* verbo *Rayz,* & meritò Velazquez *in dict. loco num.* 14. carpit Alvarum Valaſc. qui in *tractatu de jure emphyteutico, quæſt.* 12. *num.* 6. in his juribus cenſum emphyteuticum conſtitui non poſſe affirmat, ex ea tantùm ratione, quòd non ſint verè bona immobilia, cum tamen ſufficiat pro immobilibus haberi: quod etiam (parum ſibi conſtans) in *eodem cap. n.* 3. *&* 4. ipſe Valaſcus cum Tiraquello agnovit, & conſtitui cenſum emphyteuticum in rebus ſolo cohærentibus prædixerat, & firmaverat. 9

Nec his obſtat, quòd bona quamvis ſolo cohærentia incorporalia ſint, in quibus non datur verum dominium, nec vera poſſeſſio, ſed quaſi poſſeſſio, ut eſt notum, ac per conſequens videtur, quòd in his rebus ſolo cohærentibus emphyteuſis creari non poſſit, quæ præſuppoſit ſeparationem utriuſque dominii tàm utilis, quàm directi, ita quòd directum maneat penès concedentem, *l.* 1. *& per totam; Cod. de jure emphyteutico* & utile transfertur in emphyteutam, ut in *l.* 2. *§. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur.* Nec etiam cenſus reſervativus, qui præſupponit tranſlationem utriuſque dominii in cenſuarium ut in *c. conſtitutus, de religioſis domibus,* nec conſignativus, qui præſupponit etiam manere directum dominium penès conſignantem, ut latè probat Velazquez de Avend. *de cenſibus, c.* 17. *per totum:* unde videbatur dicendum in omni cenſus ſpecie non poſſe creari in his rebus incorporalibus, etiam ſolo cohærentibus, in qua opinione inſiſtit Jacobinus *in praxi, tit. de actione in rem pro re emphyteutica, col. fin. verſ. Et notandum.* 10

11 Quia reſpondetur, quod, quamvis in juribus incorporalibus non detur verum dominium, nec vera poſſeſſio, ſed quaſi dominium, & quaſi poſſeſſio, & inde inferatur non poſſe dari concurſum utriuſque dominii, nec conſequenter ſeparationem, quam præſupponit contractus emphyteuticus: ab origine tamen conſiderando bona, & corporalia ſolo cohærentia inſeparabiliter, rectè in eis datur verum dominium, & vera poſſeſſio, ita ut dando jus paſcendi in cenſum, detur ſimul ſolum, cui inſeparabiliter jus illud inhæret, & concedendo jus illud in emphyteuſim, directum dominium ſolum maneat penès concedentem, utile (jus nempe paſcendi) transferatur in emphyteutam, & ſi ſuper eo jure cenſus conſignetur, dominium utriuſque, ſoli, & juris paſcendi, maneat penès conſignantem: quis enim poteſt conſiderare jus paſcendi ſeparatum à ſolo, cum naturaliter ſolo inhæreat, & in eo producatur, ergo virtualiter ineſt ſolo, & conſequenter quid immobile ſoli, & utrumque dominium in ſolo, & jure paſcendi concurrit, & ex eo cenſus creatur: quam reſolutionem firmiter tenet Velazquez de Avendaño *dict. c.* 52. *per totam.*

12 Et ex prædictis rationibus neceſſariò concludere debemus in jure paſcendi, etiam retractui locum eſſe, & ita obſervat Tiraq. *de retract. linagier, d. §.* 1. *glo.* 5. *n.* 3. Matienço *in l.* 7. *gloſſ.* 1. *n.* 49. *tit.* 11. *libro* 5. *recop.* & non ſolùm habebit locum retractus ſanguinis, verùm etiam ſocietatis, & communitatis, ut in *l.* 55. *tit.* 5. *par.* 5. ubi Greg. Lop. verbo *Communalmente,* Matthæus de Afflictis *in tractatu protomiſ. Gloſſ.* 1. *colum.* 3. Matienço *in l.* 13. *titul.* 11. *libro* 5. *novæ Recopil. Gloſ.* 3. & alia plura poteris colligere in propoſito ex his, quæ tradit Velazquez de Avendaño *de cenſibus, cap.* 87. *cum duobus ſequentibus.* Sed jam tempus eſt, ut receptui canamus & vela noſtræ diſputationis contrahamus.

## NOTÆ AD CAP. XXXVII.

1 QUòd hoc jus paſcendi magis immobilium naturam redoleat, ut firmatur *ab Auctore in iſto Cap.* ex *num.* 4. *&* 8. comprobari videtur ultrà ab eo tradita, à diſpoſitis *in tex. l. pecoris* 4. *ff. de*
2 *ſervit. ruſtic.* ex cujus inductione elicit *Cyriac. contr.* 141. *ſub num.* 31. 32. quòd tale jus dicitur prædiale, nulla habita ratione ovium, & animalium paſcendorum, ſed prædii tantùm, cui deſerviunt, & cujus cauſa tenentur, ita ut judicentur una res cum eodem prædio. *l.* 1.

Sed clariùs, quòd ſervitutes jam impoſitæ, ſeù
3 quòd impoſitiones ſervitutum, inter quas cadit indubitanter jus paſcendi, computentur inter immobilia, inquit *Quaranta in ſumma Bullar. verb. alienatio. n.* 21. *& cum eo Groſſ. de contract. minor. ſect.* 3. *q.* 36. *num.* 4. *Delben. de immunit. Eccleſ. c.* 17. *dubit.* 2. *ſect.* 2. *ex num.* 1. 2. *ac infrà tom.* 2.

4 Ac ideò, quòd in diſtractione illarum, ſi competunt minoribus, & Eccleſiis, requirantur ſolemnitates requiſitæ, ac præordinatæ in alienationibus rerum ſtabilium (ut *hìc num.* 5. 6.) firmitèr communiunt *cum Multis Groſſ. & Delben. ubi proximè.* nec non reſpectu mino-
5 rum *Barboſ. in collect. ad l. non ſolùm num.* 12. *C. de præd. & aliis rebus minor. Gutier. de tutel. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 24. *verſ. & idem de quavis. Virgil. de legit. perſon. c.* 2. *numer.* 23. *Narbona de ætat. ann.* 25. *q.* 21. *per tot. Baron. de effect. minor. ætat. circà contract. eff.* 17.
6 *numer.* 8. *ubi concord.* Et reſpectu Eccleſiarum. *Quarant. de verb. alienatio. à num.* 20. *Pellicion. q. illuſtr.* 41. *cap.* 13. *Ventrigl. in prax. rer. not. de alien. bonor. Eccleſ. annot.* 1. *§.* 2. *numero* 17. *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. q.* 2. *c.* 16. *& c.* 44. *ac q.* 14. *num.* 22. *Card. de Luca tit. de alien. & contract. prohib. diſc.* 1. *num.* 18. *& diſc.* 18. *numero* 8. *lib.* 7. *confert Rota cor. Papa Alex. VIII. Otthobon. dec.* 1. 59. *&* 220.

7 Infert *Noſter Auctor num.* 9. quòd ſuper hoc jure paſcendi poteſt conſtitui, & creari cenſus, proùt dicitur & ſuper jure decimandi, & piſcandi, *ex Avendan. de cenſib. c.* 52. *per tot.* quem genericè relatum & veluti multiplicitèr exemplificantem ſequitur *Conc. de cenſib. q.* 29. *ſub num.* 14.

8 Et quidem nihil videtur obſtare huic creationi cenſus, cum etiam illa admittatur ſuper jure gabellarum, & ſuper aliis juribus, & redditibus perpetuis Civitatum, ac Univerſitatum, *ex Sabel. in Summa verb. cenſus num.* 17. *verſ. item ſuper. tom.* 1. *Felician. de cenſib. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *num.* 36. *Leon. in theſaur. fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 15. *de cenſib. num.* 7. *ad fin. Cenc. de cenſib. d. q.* 29. *num.* 14. *& q.* 33. *num.* 21. 22. *Leotard. de uſur. q.* 46. *ex num.* 2. *Card. de Luca tit. de feud. diſc.* 92. *ſub num.* 1. *lib.* 1. *D. Præſes Gobius conſult.* 126. *num.* 12. qui *num.* 14. declarat eatenùs durare ejuſmodi creationem
9 cenſus, quatenùs durat jus impoſitoris, *ex Marta conſ.* 161. *num.* 16. 17. *Cenc. de cenſib. q.* 21. *Leotard. d. q.* 46. *num.* 30. *& q.* 53. *num.* 4. *ac notat. Sabel. d. verb. cenſus num.* 63. *in addit.*

10 Et, quòd creatio cenſus ſit valida, ac validè fiat ſuper officio cuſtodis unius Portæ Civitatis, ac emolumentis ex hujuſmodi cuſtodia provenientibus, ponitur *à Card. de Luca tit. de regalib. diſc.* 169. *n.* 2. *in ſuppl. p.* 1. *& tit. de cenſib. diſc.* 19. *l.* 5.

11 Circà ultimam Concluſionem *Noſtri Auctoris num.* 12. ut in jure paſcendi locum habeat retractus, conſideretur duntaxat, quòd, ſi retractus prælativus fuit adinventus ratione quietis, & commoditatis, æquum eſt vicinum extraneo præferri, ne ab homine novo, cujus mores regularitèr ſunt ignoti, infeſtetur, dum & valde intereſt non habere malos vicinos, juxtà *dictum Baldi,* qui habet malum vicinum, habet malum ſerum, & malum matutinum,
12 ut refert *Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 74. *n.* 15. l. 4. *cum Rota in rec. dec.* 173. *n.* 11. *p.* 4. *& cor. Buratt. deciſ.* 677. *num.* 11. Et ſucceſſivè dica-

dicatur æquam pariter eſſe præfatam Concluſionem, ut etiam ( reſpectu prælationis ex capite communionis bonorum *hìc in fin.* pariter *tactæ à noſtro Auctore* ) deſumitur à *D. meo Manſ. conſult.* 336. *n.*20.21. *lib.* 4. *ac congeſtis per Me in colluct. legal.* 48. *num.* 25. *vol.* 2. *Amat. reſol.* 54. *l.* 2. *Maſtril. deciſ.* 4. *Capyc. Latro dec.* 168. *ubi Gizz.* & *Manfrella in Addit. lib.* 2. *de Luca ad Franch. deciſ.* 550. *tom.* 2. cum quibus convenit in judicando *Senatus Mantuæ* ( non curatis *Corradin. de prælat. jur. q.* 34. *& Cæteris ab eo relatis, ac Rocca diſput.* 160. *lib.* 2. nec attenta *Rota cor. Coccin. in Magiſtrali deciſ.* 2229. *tom.* 5. ſivè *in rec. dec.* 417. *p.* 12. ) in *Caſu Utrinque Cagnola, Me Senatore Referente* 10. *Octobr.* 1681. *in actis Cancellar. Thomaſini & admittitur à Rota poſt Corradin. deciſ.* 7. *n.* 33. 34. *ſeù cor. Ubago. deciſ.* 3. *ad fin. & eſt in Roman. offic. curſuratus* 15. *Febr.* 1675. *§. ult. cor. eod.*

Cum qua Concluſione concluduntur & *Noſtræ* præſentes *Notæ*, ità à Nobis nuncupatæ, quia 14
ſub *Compendio* ſcripſimus, & *Compendioſo ſcribendi genere* uſi fuimus, ac uti debuimus, *ex Auctorib. politior. litter.*

*Comes Vincentius Bondenus.*

*FINIS HUJUS TRACTATUS.*

AD



# AD TRACTATUM OTERI DE PASCUIS, ET JURE PASCENDI, NOTIS UBERRIMIS COMITIS BONDENI *ILLUSTRATUM*, CAPITA SINGULARIA,

*Materias Juris Inſigniores, ad pleniorem Operis fructum capeſcendum, doctiſſimè complectentia, nuperrimè addita.*

## CAPUT XXXVIII.

### ARGUMENTUM.

Afferuntur aliqua loca *Obſervationum Reverendiſſ. æquè ac Sapientiſſ. Epiſcopi de Zaulis ad Stat. Favent.* in quibus utitur doctrina *Noſtri Oteri*, & deindè per extenſum ponitur integra *Illius Obſerv. ad Ead. Stat. tom.* 2. *lib.* 5. *Rubr.* 6. in qua agitur *De damnis perſonaliter datis*, inſerendo ad multa *ibidem* tradita.

### *SUMMARIUM.*

1 *Tranſiri non poteſt per fundum vicini, invito Domino.*

2 *Tranſiri non poteſt per Vineam alterius, præſertim, ſi adſit uva.*

3 *Rumpere quis non poteſt ſepem vicini.*

4 *Limita quia occaſione evacuationis, & exonerationis Corporis, ſeù ſeceſſus cauſa tranſiri poteſt per fundum vicini, quamvis pretioſiſſimis frugibus ſatum unà cum equo occaſione evacuationis, quam in Via publica non ſine verecundia id facere ei non licet num.* 4.

*Reus exiens ab Eccleſia, cauſa exonerandi ventrem, quandò gaudeat Immunitate Eccleſiaſtica num.* 4.

5 *Intrans fundum alienum delictum committit.*

6 *Uvam ex aliena Vinea ſurripiens, ut ſtatim eam ibi comedat, non tenetur actione furti, nec aliqua pœna. Decl. n.* 12.

9 *Statutum diſponens non licere Viatoribus ſurripere uvam ex aliena Vinea ad effectum ibidem comedendi non valet. decl. n.* 12.

10 *Peregrinus capiens herbam ex fundo alieno pro equo non tenetur actione furti. decl. num.* 12.

11 *Statutum puniens damnum dantem non comprehendit eum, qui comedit ficus ad ſolem poſitos. decl. num.* 12.

13 *Furtum Uvarum probatur ex veſtigiis pedum furis formæ confrontatione, ut ibi.*

15 *Furans roſmarinum, roſas, lilia, gelſuminos, & alios flores, ac herbas odoriferas, & medicinales, qua pœna puniatur.*

16 *Fures Uvarum, aliorumque fructuum reperti in Vineis ad furandum poſſunt ſtatim, abſque proceſſu duci per Civitatem cum Uvis, vel fructibus ad collum, vel poni ad berlinam, vel denudari ſubtùs torturam in publica Platea cum Uvis ad Collum, vel ſub pedibus vide ibi, & num.* 17.

17 *Delictum non poteſt eſſe tàm notorium, ut non competat aliqua defenſio.*

18 *In delicto notorio coram Judice commiſſo quomodò procedatur.*

19 *Inciſores vitium graviſſimum facinus committunt.*

*Inciſores vitium, tanquàm latrones puniuntur in pœnam ultimi ſupplicii. n.*19. *vide n.* 20.

20 *Inciſores arborum fructiferarum quomodò puniantur, & num.* 25.

21 *Inciſor arborum fructiferarum tenetur ad refectionem damni, videlicèt ad eos fructus, qui veriſimiliter percipi potuiſſent.*

22 *Actio duplex oritur in unoquoque delicto, nempè una pœnalis, & alia ad reparationem damni.*

23 *Vineæ fructus eſt incertus, & ejus liquidatio remittenda eſt arbitrio Judicis.*

*Vineæ in dies deteriorantur. num.* 23.

*Vites citiùs ſeneſcunt, quàm aliæ arbores. numero* 23.

24 *Damnum ex inciſione arboris reſultans regulari non debet juxtà tempus inciſionis, ſed habito reſpectu ad utilitatem futuram, æſtimato dubio eventu, etiam mediante juramento Domini.*

26 *Pali Vinearum dividendi ſunt inter locatorem & conductorem, ut ibi.*

27 *Spicas colligere licet poſt metentium terga abſque eo, quod agi valeat ad refectionem damni.*

*Racemos colligere licet poſt vindemiam factam, abſque eo, quod agi valeat ad refectionem damni. num.* 27.

28 *Racemi omiſſi amplius non ſunt in dominio, & poſſeſſione Domini.*

29 *Deſerendo rem propriam eam facimus communem, & fit occupantis.*

30 *Animus derelinquendi rem propriam præſumitur ex negligentia eam recuperandi, quamvis facilè recuperari poſſet.*

*Animus derelinquendi rem propriam ex conjecturis colligitur, n.* 30.

31 *Racematio in Vineis poſt Vindemiam non poteſt prohiberi.*

*Spicarum in agro relictarum recollectio non poteſt prohiberi. num.*31. *lim. n.* 34.

32 *Spicæ poſt recollectionem frumenti in agro remanentes relinqui debent pauperibus, & peregrinis. Vide num.* 33. *contrarium numero* 34.

*Racemi Uvarum poſt vindemiam relinqui debent pauperibus, & peregrinis. num.*32. *contrarium nu.* 34.

*Præcepta* Sacræ Scripturæ *alia ſunt judicialia, alia ceremonialia, & alia moralia, quæ autem ſint obligatoria vide num.* 34.

33 *Lex* moſaica *fundata in ratione morali obligationem inducit. vide num.* 34.

35 *Folia arborum, prout illa mororum, & myrtorum ſunt in fructu.*

*Vermes Serici veſcuntur foliis mororum. numero* 35.

*Sericum ratione originis eſt fructus terræ. numero* 35.

*Sericum non poteſt confici abſque foliis mororum. num.* 35.

36 *Vermiculorum conficientium Sericum natura &c. remiſſivè.*

*Ars ſerica in variis Regionibus, ac Civitatibus cum magna utilitate exercetur. numero* 36.

37 *Clerico licèt folia arborum in propriis bonis exiſtentium alicui laico concedere eo pacto, ut lucrum, quod ex bombycibus proveniet inter utrumque dividatur.*

38 *Clerico licèt arti ſericæ operam dare pro ſuæ familiæ ſuſtentatione, dummodò in hujuſmodi artificio perſonas ſuſpectas non adhibeat, & licentia Epiſcopi gratis concedenda concurrat.*

39 *Inciſores arborum non fructiferarum non poſſunt conveniri criminalitèr, ſed limita, ut ibi.*

40 *Inciſores arborum fructiferarum criminaliter conveniri poſſunt, & tamquàm latrones puniri etiam uſque ad mortem. decl. num.* 41. *vide num.* 42.

43 *Inciſores arborum fructiferarum ſemper tenentur ad refectionem damni.*

*Juramentum damnum paſſi quid probet.* ibid.

44 *Inciſionis arborum materiam tractantes remiſſivè.*

MAteriam reſpicientem damna in prædiis data, illorumque refectionem à damnificantibus præſtandam, juxtà ſenſum *Noſtri Oter.* reaſſumit, *eodem ſæpiùs allegato, Reverendiſſimus Epiſcopus de Zaulis in ejus Obſervationibus ad Stat. Faventiæ* typis traditis poſt (*Noſtras Notas*) Et præſertim *tom.* 2. *lib.* 5. *rubr.* 1. *ſub num.* 2. (ubi etiam regiſtrat *Litteras ſcriptas de ordine Sanctiſſ. Innocent. XI.* poſitas à (*Nobis in Notis ad cap.* 8.) Nec non in *eadem Obſervatione num.* 6. (ubi agit de materia tacta *in Notis ad cap.* 12. §. *de utraque appellatione*) Rursùs *in Obſer. ad rubr.* 2. *num.* 5. 6. 8. & 11. ubi de Saltuariis; de quibus *in Notis ad cap.* 1. *& ad cap.* 19. & paritèr *in eadem obſerv. à nu.* 12. *ad* 19. ubi de materia retentionis animalium damnum dantium, de qua etiam *in Notis ad cap.* 13. Iterum *in Obſerv. ad rubr.* 3. *num.* 6. ubi de liquidatione damni paſſi, de qua *itidem in Notis ad cap.* 15. De novo quoquè in *Obſerv. ad rubr.* 5. ubi de materia, de qua *Oter. cap.* 14. *& in Notis.*

Placet idcircò pro uberrima materiæ diſcuſſione ſubdere per extenſum hìc ea, quæ valdè utiliter continentur in *Obſerv. ipſius Epiſcopi de Zaulis ad eadem Stat. Faventiæ tom.* 2. *lib.* 5. *rubr.*6. ſic litteraliter ſe habentia.

## OBSERVATIO

*Reverendiſſ. Epiſc. de Zaulis.*

INvito Domino, quis non poteſt tranſire per 1
fundum vicini, *l. Per agrum* 11. *ibique Barboſ. & communiter Scribentes. C. de ſervit. & aqua* (*& apud* Ferrarienſes *adeſt particulare ſtat. lib.* 4. *rubr.* 70.) Præſertim, ſi ibi adſit vinea 2
cum uva, cum tunc promptius ſit damnum; Et multò minùs poteſt quis rumpere ſepem agri vicini, cum idem judicetur de ſepe, ac de arbo- 3
re, *Florian. de Sancto Petro in l. ſervitutes.* §. *traditio, ſub numero* 6. *ff. de ſervit. ruſtic. præd.* quem refert, & ſequitur *D. Pacichell. de diſtant. cap.* 4. *memb.* 1. *num.* 9. niſi occaſione evacuationis, ac exonerationis Corporis, ſeù ſeceſſus cauſa, nam iſto caſu homini permiſſum eſt, nedùm rumpere ſepem fundi vicini, ſed etiam per 4
eundem, quamvis pretioſiſſimis frugibus ſatum, tranſire una cum equo, dum in via publica non ſine verecundia id facere ei non licèt, ut probat *Feltman. de Incluſione animal. cap.* 16. & hujuſmodi cauſa adeò legitima, & neceſſaria judicatur, ut etiam Reus egreſſus ab Eccleſia ad exonerandum ventrem, ſtatìm regreſſurus, cum moraliter non cenſeatur egreſſus è loco Sacro, gaudere debet Immunitate Eccleſiaſtica, dummodò



modò in domibus extraneorum non ſe recipiat, ſed tantùm progrediatur per ſpatium triginta paſſuum. *can. deſſinivit. cauſ.* 17. *quæſt.* 4. *Del Bene de Immunit. Eccleſ. cap.* 16. *dub.* 25. *ſect.* 2. *tom.* 2. *Pannimoll. Annot.* 1. *num.* 3. *ad ejus dec.* 95.

5 Intrans autem fundum alienum delictum committit, *Gregor. Tholoſan. Syntagmat. jur. univer. lib.* 37. *cap.* 7. *num.* 7. *par.* 3. & ſi poſitivè probetur, quod, qui tranſivit per vineam alterius, damnum intulerit, uvam, poma, pira, ceraſa, alioſque fructus ſurripuerit, tenetur actione furti per *text. in l. verum* §. *eorum nomine l. ful-*
6 *lo* §. *frugibus ff. de furtis Bonifac. de furt.* §. *nobilis num.* 2. *Gregor. Tholoſan. Syntagmat. jur. univer. lib.* 37. *cap.* 9. *par.* 3. *Farinac. quæſt.* 163. *num.* 17. *& Baſilico deciſ.* 26. *n.* 1.

7 Adverte, quod, ſi uvæ, aliique fructus tempore ſurreptionis erant crudi, & immaturi, tenebitur actione *legis Aquiliæ*, juxta *Text. in l. ſi ſervus* 27. §. *ſi olivam, &* §. *ſeq. ff. ad leg. Aquil. Berlich. concluſ. par.* 5. *concluſ.* 53. *num.* 9. *Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.* 2. *cap.* 371. *num.* 8. *verſic. ſi enim ſint immaturi.*

8 Si autem erant maturi, tunc diſtinguendum eſt, nam aut ſurripuit, ut ſtatim illos comederet abſque aſportatione extrà fundum, & Vineam, & ſic, excluſo animo lucri, non tenetur actione furti, nec alia pœna puniendus, cum id ſit permiſſum etiam de *Jure Divino*, ut in *Deuteronom. cap.* 23. *num.* 24. ibi: *Ingreſſus vineam proximi tui comede uvas, quantum tibi placuerit; foras autem ne efferas tecum, ſi intraveris Segetem amici, franges ſpicas, & manu conteres, falce autem non metes. cap. diſcipulos, diſtinct.* 5. *de conſecrat. Afflict. in cap. unic.* §. *quicumque numero* 2. *verſic. nota primo. cum ſeq. de Pace tenen. ejuſque violat. Harprecht. in* §. *furtum num.* 19. *Inſtitut. de Obligat. quæ ex delict. naſ. Gregor. Tholoſan. Syntagmat. Jur. univer. lib.* 37. *cap.* 7. *n.* 6. *Carpzou. Prax. crimin. par.* 2. *quæſt.* 83. *num.* 33. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 80. *num.* 16. *cum ſeq. ubi numer.* 19.
9 ſubdit non valere ſtatutum interdicens hujuſmodi facultatem Viatoribus, tamquàm contra *jus Divinum, & num.* 20. addit, idem procedere in herba, quam licet capere peregrinanti pro ejus
10 equo, *Surd. de Alimen. tit.* 8. *privileg.* 39. *num.* 8. *Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.* 2. *cap.* 371. *nu.* 7. ubi etiam *num.* 10. ſubdit, quod, ſi ſta-
11 tutum puniat damnum dantem in loco alieno, non comprehendit eum, qui comedit ficus, quæ ad ſolem deſiccarentur, & refert *Bonacoſſ. in QQ. crimin. in verbo de damno dato verſic. ſi ſtatutum puniret.* tradit *Berlich. dicta concluſ.* 53. *num.* 10. *Baſilico cit. deciſ.* 27. *numero* 2. *cum ſeq. Vivius deciſ.* 488. *num.* 9. ubi firmat tranſeunti per viam publicam licitum eſſe herbam colligere pro equo, quatenùs poteſt, juxtà viam ipſam protendere brachium.

12 Quod intelligendum eſt, concurrente neceſſitate, utpotè, quia capiantur gramina pro equo delaſſato, & refectione indigente, nec alia media ſuppetant, ut, relatis *Coraſ. in l.* 1. *num.* 137. *ff. de ſervit. Boer. ad conſuetud. Bitioric. tit.* 10. §. 4. *add. & Joh. Thomas de Noxa animal. cap.* 15. *num.* 27. declarat *Fritſch. concluſ. pract. Miſcell. tit. de Meſſe cap.* 13. *num.* 9. & de viatoribus tranſeuntibus fame oppreſſis, quibus licet aliquot ſpicas, uvam, & poma evellere, & comedere, ut proſequitur *Fritſch. ubi ſuprà num.* 12. *cum ſeq.* cum de jure naturali pauperibus in extrema neceſſitate poſitis ſubvenire teneamur *ex firmatis infrà ſub num.* 34.

Sed, ſi tales uvas, & fructus ſurripuerit ad 13
effectum aliundè tranſportandi, lucri faciendi cauſa, eo caſu actione furti tenebitur, *dicta l. ſi ſervus* 27. §. *Si olivam verſic. ſed ſi collecta cum* §. *ſeq. ff. ad l. Aquil. l. fullo* 92. §. *frugibus ff. de furt.* & diſtinguendo firmat *Berlich. loc. cit. num.* 11. ubi *num.* 12. ſubdit, quod non punitur pœ- 14
na ordinaria mortis, ſed alia extraordinaria *Rendel. de Vinea, & vindem. cap.* 10. *de tutela fructuum* ubi in *verſic. & notatu quoque* allegat *Alberic. de Roſate in l. Judicia, C. de re judic.* aſſerentem, quendam Judicem condemnaſſe furem ad veſtigia pedum cognitum, eo quia remanſerant in terra humida ſigna, ubi uvarum furtum commiſerat, itaque ducto ad locum Reo, formaque pedis concordata, illum condemnavit.

Prædicta etiam procedunt contra furantes roſas, lilia, gelſominos, ac alios flores, & herbas
odoriferas, ac medicinales, ut docent *Berlich.* 15
*ubi ſuprà num.* 1. *cum ſeqq. Carpzou. dicta quæſt.* 83. *num.* 33. *& Baſilico allegat. dec.* 27. *n.* 3.

Et talibus furibus repertis per Birruarios, ſeù Officiales Rectorum Civitatis in vineis ad furan-
dum uvas, alioſque fructus, abſque proceſſu po- 16
teſt per Judicem mandari eos duci cum uvis ad collum per Civitatem, ut ab omnibus derideantur, vel poni ad catenam, ſeu berlinam juxtà praxim traditam per *Angel. in l. ictus fuſtium n.* 2. *ff. de his qui not. infam. quam ſequuntur Bajard. ad Clar. lib.* 5. §. *final. quæſt.* 8. *num.* 14. *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 78. *num.* 19. *& Dominus Urceol. conſult. forenſ. cap.* 42. *numero* 13. *vol.* 1. *ubi* ſubdit, vidiſſe *in Civitate Forolivii* iſtos Latrunculos in fragranti cum uvis repertos ſtatìm ſubtus tortura poni in publica Platea denudatos cum iiſdem uvis ad collum, vel ſub pedibus, & aliquando, ubi concurrebat notabilis uvarum quantitas furata, habitis prius duobus, vel tribus ictibus funis, relaxatos: Tutiùs tamen erit, ſi ſummariè aliqualis formetur proceſſus, cum nullum maleficium adeò ſit notorium, ut non competat aliqua excuſatio, ut cum *Guaz-*
*zin. ad defenſ. reor. defenſ.* 31. *cap.* 1. *num.* 5. 17
ſuadet *D. Urceol. loc. cit. num.* 16. (*ac viden. eſt Comes Bonden. colluct. legal.* 3. *à num.* 11. *ad* 16. *ex nu.* 173. *&* 201. ubi de defenſionibus dandis reo in fragranti crimine reperto, *& benè D. Calderon. in dec. Rotæ Lucenſ.* 61. *num.* 1. *& ſeqq. poſt Balduc. ad conſ. Ramon. lib.* 2.) & *cumulatis concordantibus*, advertit *Cavalcan. de Brachio*
*Regio par.* 1. *num.* 206. *cum ſeqq.* ubi docet, 18
quòd Judex in delicto notorio coram ſe commiſſo debet mandare Notario, quòd ſtatim ſe roget de tali delicto, ejuſque qualitatibus omnia per extenſum ſcribendo, ipſo Judice dictante, in præſentia adſtantium caſui notorio, & eis audientibus legantur, quæ ſcripta erunt, advertens, quòd Notarius dicat *Vos Teſtes, & ego Notarius rogatus &c.* & comprobatur *à Matthæo de re crim. controv.* 28. *num.* 23. *cum ſeqq. juncto num.* 43.

Inciſores vitium graviſſimum, atque atrociſſi- 19
mum facinus committunt, ut dicit *Cobell. ad Bullam boni Regim. cap.* 14. *num.* 100. *cum ſeq.* & ideò tamquam Latrones puniuntur, juxta *Text. in leg. ſciendum* 2. *ff. Arbor. furtim cæſar. Rot. coram Dunozet. jun. deciſ.* 1008. *num.* 10. & quidem de jure in pœnam ultimi ſupplicii juxtà *gloſſ. in dicta l. ſciendum, Clar. Pract. crim. lib.* 5. *quæſt.* 68. *nu.* 43. *Farinac. quæſt.* 20. *num.* 113.

*Caball.*

*Caball. var. reſolut. caſ.* 21. *num.* 1. *& ſeqq. cent.* 1. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 15. *num.* 1. *Cortiad.* alios cumulans *deciſ.* 109. *num.* 16. ubi teſtatur etiam id ſervari in *Principatu Catha-*
20 *loniæ.* Hæc tamen pœna capitalis *in praxi* non ſervatur, ſed imponitur pœna extraordinaria, modò trium ictuum funis, modò fuſtigationis, & modò triremium, juxtà facti, & perſonarum qualitatem, ut tradit *Clar. & Farinac. loc. cit. Conciol. dicta rubr.* 15. *num.* 4. ubi *num. ſeq.* ſubdit intrare pœnam criminalem, quoties concurrat animus injuriandi, & damnificandi, *Berlich. concluſ. part.* 5. *concluſ.* 52. *num.* 43. & alios refert *Cortiad. dicta dec.* 109. *num.* 16. *verſ. in aliquibus autem Regnis non imponitur*, quod conſonat cum diſpoſitione *Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici cap.* 71. ibi: *Deſiderando S. E. provedere con ogni opportuno rimedio alli mali, e danni eccesſivi, che intende, che continuamente ſi fanno por lo Stato Eccleſiaſtico, ordina, e commanda, che niuna perſona in modo alcuno tagli Viti, olivi, & altri arbori fruttiferi nelli Giardini, ò Poſſeſſioni altrui ſotto pena, ſe ſarà di giorno, di trè tratti di corda in publico, ſenza alcuna remiſſione, e ſe ſarà di notte, della Galera per cinque anni, è più, e meno ad arbitrio di S. E. oltre la reſcitione del danno, che haverà patito la parte.*

Eoque certiùs imponitur pœna extraordinaria, quando damnum eſt leve, nam etiam, ubi attenditur diſpoſitio juris communis, vel lex, aut Statutum particulare imponens pœnam mortis pro inciſione arborum, & vitium, adhuc eo caſu imponitur pœna mortis, ſi damnum ſit magnum, ſecus ſi ſit leve, ut proſequendo declarat *Cortiad. loc. cit. num.* 17. *ubi num.* 18. *cum Azeved. leg.* 6. *num.* 31. *cum ſeqq. lib.* 8. *Recopil.* ſubdit damnum eſſe leve, niſi inciſio excedat decem arbores; ſed ſuper hoc articulo *vide Ciarlin. controv. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 57. *cum ſeqq.*

21 Tenetur etiam damnificans ad refectionem damni, id eſt ad eos fructus, quos eorum Dominus veriſimiliter quotannis percipere potuiſſet, deductis expenſis, donec uſque aliæ vites fuerint ſubrogatæ, ex quibus tantumdem fructum percipi valeat, ut per *tex. in cap. fin. de Injur. & l. nihil intereſt ff. de Sicar.* latè comprobat *Aldovin. conſ.* 43. *nu.* 4. docet *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 51. *num.* 81. *Conciol. loc. cit. nu.* 3. *& Rot. coram Dunozett. Jun. cit. deciſ.* 1008. *num.* 6. *cum ſeq.* nam in uno-
22 quoque delicto duplex actio oritur, nempè una pœnalis ad pœnam, & vindictam, altera ad repetitionem damni, & intereſſe, ut firmat *Berlich. cit. concluſ.* 52. *numero* 14. *verſic. propterea.*

23 Sed quia quantitas fructus incerta eſſe poteſt, vel quia vineæ in dies deteriorantur, & vites citiùs ſeneſcunt, quàm aliæ arbores. *Poſt. reſolut.* 17. *num.* 51. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 19. *num.* 158. *juncto n.* 161. vel ratione caſuum fortuitorum, vel, quia non ſemper quot annis vites fructum producunt, idcircò liquidatio, & taxatio remittenda eſt arbitrio boni viri, & ſubdit *Barboſ. loc. cit.* Et, quod damnum datum ex arboris inciſione præcisè regulari non debeat
24 juxtà valorem de tempore inciſionis, ſed habito reſpectu ad utilitatem in futurum allaturam, æſtimato dubio eventu, etiam per juramentum Domini, relatis *Purpurat. conſ.* 430. *num.* 5. *Burſatt. conſ.* 70. *num.* 31. *cum ſeqq. Anſald. conſ.* 5. *num.* 23. *Fulgin. de Jure Emphyt. tit. de var. caducit. quæſt.* 2. *num.* 4. docet *Gobb. conſult.* 5. *numero* 88.

Cæterùm quoad *noſtram civitatem*, *ejuſque* 25
*Territorium* attendi debent, tàm quoad modum procedendi, quàm quoad pœnam, & refectionem damni, *Capitulationes* ſuper damno dato *impreſſæ infrà in Appendice pag.* 116.

Pali vinearum dividendi ſunt inter locatorem, 26
& conductorem, habita ratione ad tempus, quo ſunt duraturi, ut tradit *Gargiar. conſ.* 73. *num.* 4. per Doctrinam *Caſtr. in l. Domos hæreditarias* 61. *nu.* 6. *ff. de legat. primo*, ubi firmat, quòd vineam conducens ad quinquennium, ſi ponat ibi palos duraturos per decennium, repetit pro dimidia, ſi verò annuales, non repetit.

Nedum permiſſum eſt Spicas, poſt metentium 27
terga, & poſt vindemiam factam racemos colligere, ut ex *Sacra pagina in Jerem. cap.* 6. *n.* 9. ibi *uſque ad racemum colligent, quaſi in vinea reliquias Iſrael*; & ex *l. Sylva. §. ſtipula. ibique Alciat. de Verb. & rer. ſignific.* abſque eo, quòd agi valeat ad refectionem damni, ut tradit *Capiblanch. de Baron. par.* 1. *pragmat.* 8. *num.* 364. Nam racemi omiſſi, & neglecti ampliùs in 28
dominio, vel poſſeſſione Domini non exiſtunt, ſed tamquàm pro derelictis habiti, quaſi Dominus eos in poteſtate ſua ampliùs habere noluerit, ad *text. in l.* 1. *ff. Pro derelict.* deſerendo enim rem propriam, eam facimus communem omnibus, 29
adeò ut primo occupanti cedat, ſi derelinquamus, negligendo, & animo abjiciendi *§. penult. Inſtit. de Rer. diviſ. l. ſi id, quod ff. Pro derelict.* Præſertim, ſi Dominus rem, quam facile recupera- 30
re poteſt, nihilominùs negligit, quo caſu eo magis animus derelinquendi præſumitur, quaſi nolit eam ampliùs in numero rerum ſuarum habere, & animus derelinquendi ex conjecturis colligitur, ut in puncto racemationis ratiocinando, reſpondit *Nicolaus Mylerius in ejus Metrologia cap.* 20. *tit. de Jure ſtatuendi circà torcula &c. §.* 14. *per tot.* ubi firmat, quòd nec racematio prohiberi, & de libertate colligendi Spicas in agro derelictas 31
tenet *Fritſch. Concl. pract. Miſcell. tit. de Meſſe. cap.* 5. *num.* 3. *cum ſeqq.*

Verùm injunctum eſt hujuſmodi Spicas, & 32
racemos relinqui pauperibus, & peregrinis, ut in *Levitic cap.* 19. *numero* 10. ibi: *Cumque meſſueris Segetes terræ tuæ, non tondebis uſque ad ſolum ſuperficiem terræ, nec remanentes Spicas colliges, neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, ſed Pauperibus, & Peregrinis carpenda dimittes: Ego Dominus Deus veſter*, & in *Deuteronom. cap.* 24. ibi: *Quando meſſueris Segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reverteris, ut tollas eum, ſed advenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in ómni opere manuum tuarum*: quæ *lex Moſaica* eſt ſervanda, vel quia nos admonet, ut pauperum rationem habeamus, & abſtineamus ab illiberali, ac ſordida frugum collectione, vel quia, tamquàm fundata in ratione morali obligationem inducit, ut reſpondit *Fritſch. loc. cit. n.* 10. *cum ſeq.* Idque in pluribus locis ſervari teſtatur *Fulvius Benign. in Annotat. ad Statut. Agriculturæ Urbis cap.* 82. *litt.* Undè non eſt mirum, *ſi Gregorius Tholoſan. Syntagm. Jur. Univ. lib.* 37. *cap.* 7. *numero* 5. *cum ſeqq. part.* 3. afferat duram eſſe illam *legem Juſtiniani*, qua cavetur, quòd deprehenſus in 33
furto ſtipulæ alienæ in duplum reſtituat, & aliam, in qua mandatur, quòd ingrediens tempore meſſis fundum alienum, ut faſciculos, vel Spicas, aut legumina furetur, plagis affectus veſtibus exuatur.

Contrariam tamen opinionem, quòd potius hujuſmodi ſpicæ, & racemi poſt meſſem, & vindemiam inter fructus connumerentur, & adeò ad
34 Dominum fundi ſpectent, ut poſſit aliis prohibere collectionem, tamquàm veriorem latiſſimè tenet *Lagunez de fructib. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 15. *cum pluribus ſeqq.* ubi quinque fundamentis hanc opinionem comprobat, *& numero* 32. *cum ſeqq.* firmat non obſtare *S. Scripturam in locis ſuprà allegatis* animadvertendo præcepta antiquæ legis alia eſſe judicialia, quæ ad Juſtitiam hominibus exhibendam, Juſque unicuique tribuendum pertinebant; Alia cæremonialia, quæ ad Cultum Divinum, reverentiam, & honorem ergà Deum ſtatuebantur; Et alia moralia, quæ ex Juris naturalis ratione emanabant, ne quis aliquid à lege naturali alienum ageret; Et, quo ad præcepta judicialia per *novam Legem Evangelicam* ceſſaſſe, & vim præceptorum amiſiſſe; Moralia pariter non habent vim legis ex ipſius antiquæ legis authoritate, ſed ex eo ſolùm, quòd ſint à natura ipſa conſtituta, & ita à *Chriſto Domino* Lege Evangelica eadem ratione naturali confirmata, ut autem racemi, & ſpicæ Viduis, Peregrinis, & Pauperibus relinquantur ad Jus naturale non pertinet, ſed ſolùm in voto liberæ Charitatis conſiſtit, quia non aliter Jure naturali neceſſariò pauperibus ſubvenire adſtringimur, quam ſi eos in extrema neceſſitate conſtitutos inſpiciamus, *ibique concordantes Theologos, & Canoniſtas adducit.*

Hinc eò certius Magiſtratus ex certa cauſa publicam utilitatem reſpiciente ſpicarum collectionem prohibere, aut reſtringere valet, ut limitat *Fritſch. ubi ſuprà numero* 12. *cum ſeq.*

Folia arborum, prout illa mororum, & myrtorum *gloſſ. in l. Plenum. §. foliis. ff. de Uſu, & habitat.* ſunt in fructu *Barbat. de diviſ. fruct. part.* 1. *cap.* 17. *numero* 111. *cum ſeq. Lagunez,*
35 *de fructib. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 48. ubi circa ſolutionem decimæ *Giurban.* reprobat, *Rot. coram Zarate dec.* 90 *n.* 3. nam Sericum, quod vermium fructus eſt licèt hominis labore proveniat, ortum tamen ab ipſis mororum frondibus habet; eis namque veſcuntur vermes ipſi, & ſine eis confici non poſſet Sericum, proindè, ſi hominis labor interveniat, negari non poteſt ratione originis fructus terræ eſſe ( ac advertunt *Contr. diſcept. forenſ.* 86. *ſub num.* 6. *Cyriac. contr.* 468. *Andreol. contr.* 408. *num.* 24. *ad fin. Comes Bonden. colluct. legal.* 37. *num.* 14. *& num.* 19. 20. *ubi de ratione hìc tacta. vol.* 2. ) & prout ad effectum ſolutionis decimæ reſpondit *Giurb. obſervat.* 39. *num.* 24. & quod ex foliis mororum alantur vermiculi ſerici conficientes bombyces, quibus mediantibus ars ſerica in variis Regionibus,
36 & Civitatibus cum magno commodo, & publica utilitate fuit introducta, notat *Knipſchilt. de Jurib. & Privil. Civit. Imperial. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 70. quorum vermiculorum naturam, alimenta, curam, & utilitatem latè docet *Kloch. de Aerar. lib.* 2. *cap.* 6. ( Ac ſingulariter nota, quod niſi diligentiſſimè vermiculi iſti cuſtodiantur, ac ab immunditiis liberentur, non ſolùm in deterius ibunt, ſed vice fructificandi, ac ſericum dandi, alas binas expandent, & tam per locum, in quo enutriuntur, quam extra per portas, & feneſtras evolabunt, & citius peribunt, ut accidit aliquibus in *Civitate Ferrariæ, ejuſque Ducatu de anno* 1696. *in menſibus Maii, & Junii*, eoſque vermiculos ſic effectos alatos, antequam ſerico incumberent, & poſiti eſſent, ut dicitur *in fraſca*, plurimi viderunt, inter quos *Comes Bondenus*, qui ex ipſis aliquos præ manibus habuit: Ac cuncti, ceu nunquam ampliùs viſos, pro ſingularitate magna cum admiratione inſpexerunt. )

Dubitari poteſt, an Clerici cum foliis ſua- 37
rum arborum poſſint in propriis ædibus arti ſericæ operam dare, vel idem opus alteri ad medietatem committere, proùt interrogata *Sacra Congregatione Concilii* reſpondit *licere Clerico* arborum in propriis bonis exiſtentium folia alicui laico concedere eo pacto, ut lucrum, quod ex bombycibus proveniet, inter utrumque dividatur, ac pariter *eidem licere* earumdem arborum foliis per ſe ipſum abſque officii ſui dumtaxat detrimento, ac pro ſua, & familiæ ſubſtentatione arti ſericæ operam dare, dùm tamen in artificio hujuſ- 38
modi perſonas non ſuſpectas adhibeat, & quò ab hoc Epiſcopi licentiam, quæ gratis detur, obtineat, ut teſtatur *Fagnan. tunc ejuſdem Sacr. Congregationis à Secretis in cap. multa num.* 41. *cum ſeq. Ne Clerici, vel Monachi.*

Arborum, & plantarum non fructiferarum in- 39
ciſores non poſſunt conveniri criminaliter, niſi in duobus caſibus, nempè primò, ſi ſint deſignati ad confines terminandos, & ſecundò, ſi fiat in deſpectum, vel in injuriam Domini earum, ut notat *Foller. in Conſtit. Regni rub. de Offic. Inſtit. num.* 89. quem refert, & ſequitur *Carpan. ad Stat. Mediol. vol.* 2. *cap.* 375. *num.* 9.

Si autem ſint fructiferæ, tunc criminaliter conveniuntur, ut aliis relatis, firmat *Panimoll. dec.* 38. *num.* 27. & *de Jure communi*, tamquàm latro- 40
nes puniuntur; *per text. in l. ſciendum. ff. Arborum furtìm cæſar. Carpan. ad Statut. Mediolan. vol.* 2. *cap.* 66. *num.* 6. *& c.* 371. *num.* 8. Etiam, uſque ad mortem, ut tradit *gloſſ. in dicta l. ſciendum.* Quotieſcumque tamen id egerint more latronum 41
doloſè, & ad injuriam, ac cauſa celandi, ut ad *tex. in l. facienda. ff. Arbor. furt. cæſ.* firmat *Card. de Luca de Juriſdict. diſc.* 81. *num.* 4. *cum aliis adductis ſuprà* occaſione inciſionis Vinearum *n.* 20.

Attamen in praxi proceditur tantummodò ad 42
pœnam extraordinariam juxta facti, & perſonarum circumſtantias, ut tenet *Card. de Luca ubi ſuprà n.* 3. cum *aliis allegatis ſuprà*, circa inciſores Vinearum *num.* 20.

Maximè, concurrente diſpoſitione *Bannimen-* 43
*torum generalium cap.* 71. quorum verba relata fuerunt *ſuprà num.* 20.

Semper tamen tenebitur ad refectionem damni, *ex adductis ſuprà nu.* 21. pro cujus liquidatione attendendum eſt juramentum damnum paſſi, ut reſpondit *Rot. coram Dunozet. jun. dec.* 1008. *num.* 17. *tom.* 2.

Poſt hæc ſcripta in lucem prodierunt *Obſer-* 44
*vationes Criminales Domini mei Raynaldi tom.* 2. ubi *in cap.* 75. *§.* 2. materiam inciſionis arborum egregiè examinat; undè in quavis contingentia ille adeundus, *illiuſque opinio ſequenda.* De contentis in *hoc cap.* agitur etiam *infrà c.* 42. *num.* 41. *& ſeqq.* ubi ponitur *Reſponſ. Juris D. mei Auditoris Calderoni doctiſſimi Concivis Reverendiſſ. Epiſc. de Zaulis.*

*Dominic. de Zaulis Epiſc. Verul.*

CAPUT

## CAPUT XXXIX.

### ARGUMENTUM.

Agitur de damnis datis à Beſtiis, ſeù Animalibus, & ſignanter Locuſtis, de quibus, earumque expulſione multipliciter practicanda plenè agitur; Nec non de fida, ejuſque ſolutione, & de Affidatis, eorumque privilegiis, & foro, tam in Statu Eccleſiaſtico, quàm in Regno Neapol. 1. & alibi. Eſt Obſerv. Epiſc. de Zaulis ad Stat. Favent. lib. 5. Rubr. 7. tom. 2.

### SUMMARIUM.


1 Dominus pecudum, aliorumque animalium in alieno fundo depaſcentium, vel aliter damnificantium tenetur ad damni emendationem tàm in foro poli, quàm in foro fori.

2 Damnificato, quæ actio competat contrà Dominum animalium damnificantium.

3 Dominus animalis damnificantis poteſt vel dare idem animal pro noxa, vel damni æſtimationem ſolvere.

4 Dominus animalium damnificantium tenetur ad pœnam.

Animal damnum dans non poteſt occidi numero 4.

Occidi poteſt animal damnificans, ſi vigeat Statutum, vel Conſuetudo num. 4.

5 Oves, aliaque animalia tempore hyemali à locis, & contradis frigidis, ac herbis carentibus traducuntur ad loca, & contradas calidas, ſeù tepidas, ac paſcuorum abundantes, ut in Aquila, & in territorio Urbis, ac in Provinciis Maritimæ, & Campaniæ, & Patrimonio Divi Petri, tempore verò æſtivo reconducuntur ad Montaneas.

6 Fida eſt vectigal impoſitum ſuper animalibus.

In Regno Neapolitano ſida nuncupatur etiam Dohana Menepecudum ac Vectigal Pecuarium num. 6.

7 Fida eſt pretium illius ſervitutis, ac earum commoditatum, quæ à Principe dantur Paſtoribus in fundo, manendo, & redeundo cum eorum animalibus à paſcuis.

8 Fida eſt impoſitio debita Principi pro animalibus paſcentibus in paſcuis alienis.

9 Fida Romanorum tempore erat Vectigal cognitum, ac exigebatur.

Locus certus tempore Romanorum aſſignatus fuerat pro paſcendis pecoribus. num. 9.

10 Fida vectigal in Regno Neapolitano confirmatum, & reſpectivè ampliatum fuit a Regibus.

11 Fidæ deſcriptio remiſſivè.

12 Fida Status Ecbleſiaſtici differt à fida Regni Neapolitani, & num. 13.

13 Dohanerius Rev. Cameræ Apoſtolicæ non tenetur ſubminiſtrare paſculum Affidatis, ſed ſolum præſtare Securitatem.

Dohanerius Regni Neapolis tenetur præſtare affidatis paſcua, & Securitatem, & ad hunc effectum emit à particularibus Vaſſallis omnes herbas. nu. 13.

14 Quantitas fidæ in Regno Neapolis.

15 Fidæ redditus numeratur inter primarios Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

16 Pontifices invigilarunt, ne fidæ redditus diminuatur.

Prohibitum eſt cuique perſonæ, Collegio, Univerſitati &c. vendere, ac quovis modo alienare aliquid de paſcuis, tenutis, bannitis, & herbaticis ad ſe pertinentibus, & infrà limites Dohanæ ſitis abſque expreſſa licentia Dohanerii. numer. 16.

Prohibitum eſt cuicunque perſonæ, Collegio, Univerſitati &c. introducere aliquod genus animalium ad paſcendum in propriis tenutis, & herbaticis intrà limites Dohanæ ſitis abſque expreſſa licentia Dohanerii. num. 16.

17 Domini tenutarum, & paſcuorum ſitorum intrà limites Dohanæ tenentur vendere paſcua, tenutas bannitas, & herbatica Dohanerio pro juſto, & rationabili pretio.

18 Damnum, moleſtiam, aut impedimentum dantes perſonis, animalibus, rebus, & bonis, directè, vel indirectè conducentibus animalia ad paſcendum in Dohanam, tenentur ad refectionem damni, expenſarum, & intereſſe, ac etiam ad pœnam dupli.

19 Conducentes animalia in Dohanam ad paſcendum benignè recipi, & benevolè tractari debent, ac liberè tranſire, & exire permitti.

20 Communitates tenentur ad refectionem damnorum, & intereſſe, ac ad pœnam dupli ob damnum, moleſtiam, aut impedimentum illatum in ejus terris, & tenimentis, perſonis, aut animalibus, aut rebus, aut bonis, dum conducuntur animalia ad paſcendum in Dohanam.

21 Conducentes animalia in Dohanam ad paſcendum in quolibet territorio, in ipſo eorum itinere permanere poſſunt per triduum, quo durante, ad aliquam damni emendam non tenentur, niſi in ſeminatis, vineis, & ſimilibus damnum dederint, & quidem ſtudiosè, num. 22. Vide num. 97.

Affidati paſcere non poſſunt cum eorum animalibus in vineis, vel agris ſatis, & ubi extant fructus, num. 23.

24 Sed, elapſo triduo tenentur, nedum ad emendationem damni, ſed etiam ad pœnas, ſicut cæteri alii, etiamſi per dictum tempus Affidati cum belluis permanſerint in propriis domibus, & regionibus.

25 Affidati damnum ſtudiosè dantes tenentur, non ſolum ad emendationem damni, verùm etiam ad pœnam numero 22. Vide num. 97.

26 Æſtimatio, valor, quantitas, & qualitas damni probatur ex depoſitione jurata conducentium animalia ad Dohanam ad paſcendum, ac eorum famulorum, & paſtorum.

Nomina, & Cognomina, ac perſonæ damnum inferentes conducentibus animalia ad paſcendum in Dohanam probantur ex depoſitione jurata eorumdem, ac eorum famulorum, & paſtorum, num. 27.

27 Conducentes animalia in Dohanam ad paſcendum non tenentur ad ſolutionem alicujus gabellæ pro paſſu, vel tranſitu, & illam exigentes incurrunt pœnas, de quibus ibi remiſſivè.

Conducentes animalia in Dohanam ad paſcendum tenentur ſolum ad ſolutionem fidæ Cameræ, ſeù ejus Dohanerio, n. 27.

28 Fraudes circà ſolutionem fidæ quomodò exiſtimentur remiſſivè.

Licentia Dohanerii requiritur tàm in acceſſu, quàm in receſſu conducentium animalia ad paſcendum in Dohanam conductorum ſub pœna illorum amiſſionis.


29 Fructus




29 Fructus pecudum vulgò nuncupatus il tratturo delle pecore eſt quædam contributio, quæ in Regno Neapolis ſolvitur per Regem Dominis locorum, per quæ tranſeunt animalia.

30 Miniſtri vulgò nuncupati Paſſaggieri retinentur à Dohaneriis Patrimonii in variis locis, in quibus tranſeunt animalia, ne illa permittant exire, abſque bulletta, quæ ſupponit ſolutionem fidæ.

31 Stanga erat virga, quæ per Dohanerium retinebatur in quibuſdam locis, & viis ad impediendum Vergariis, aliiſque Cuſtodibus animalium ingreſſum antè numerationem, & receſſum antè ſolutionem fidæ.

32 Decima ex animalibus apud Levitas exigebatur, mediante appoſitione virgæ Paſtoris in certo loco arcto, & anguſto, per quem ſingulatim ea tranſire debebant, & illud, quod decimo loco egrediebatur, pro decima debebatur.

33 Loca intra Stangam, & extrà Stangam, quæ dicantur.

Tenutæ, & loca comprehenſa in Dohana Patrimonii, ſeù fidæ, quæ ſint remiſſivè numero 33.

34 Cives ex privilegio tenentur ad ſolutionem fidæ majoris, prout Forenſes.

35 Vervices, Caſtrati nuncupati, qui ultrà duos menſes intrà Dohanæ pertinentias permanent, tenentur ad ſolutionem fidæ.

36 Domini Tenutarum exiſtentium intrà Dohanam Patrimonii non poſſunt quidquam innovare, ac prætendere pluſquàm per Dohanerium ſit ſolvi ſolitum.

37 Omnes, & ſinguli, etiam Provinciales paſcuorum Urbis, Campaniæ, Maritimæ, & Patrimonii quomodolibet ſubjecti pro quibuſvis animalibus, etiam porcis in paſcuis alienis paſcentibus, ſivè intrà Stangam, ſivè extrà eam, ad ſolutionem fidæ tenetur.

38 Forenſes circa ſolutionem fidæ dicuntur etiam Cives cum privilegio, vel ex domicilio.

Forenſes ſolvunt fidam ad rationem juliorum ſexaginta ſex pro quolibet centenario animalium minutorum, & juliorum duorum pro qualibet bellua magna addito in totum alio julio pro quadam gabella applicata Populo Romano nu. 38.

39 Romani originarii ſolvunt fidam ad rationem Juliorum duodecim cum dimidio pro quolibet centenario belluarum minutarum, & medietatis unius julii pro qualibet bellua magna, ac ulteriùs julium unum pro gabella applicata Populo Romano.

40 Affidati ſolvunt pro carta, ſeu litteris patentibus, quas voluerint ad annum julios quatuor, & ſi ad ſex menſes julios duos.

41 Forenſes non eximuntur à ſolutione fidæ majoris ob fictitias aſſignationes, aliaſque ſimulationes.

Animalia empta per maritum forenſem ex pecuniis dotalibus favore uxoris Romanæ originariæ tenentur ad fidam majorem nu. 41.

42 Animalia donata à Patruo forenſe Nepoti infanti in Urbe nato tenentur ad fidam majorem.

43 Uſufructuarius animalium tenetur ad ſolutionem fidæ, tamquàm onus impoſitum perſonis pro re. Amplia num. 44.

Uſufructuarius tenetur ad ſolutionem Collectarum num. 43.

44 Amplia, etiam ſi proprietarius ſit immunis n. 4.

45 Forenſes intrà Diſtrictum, ſeu Provinciam Urbis habitantes majori parte anni non tenentur ad ſolutionem fidæ majoris; Et eo magis, ſi inibi contraxerunt domicilium.

46 Omnes exeuntes cum animalibus à proprio territorio, & ſe conferentes ad paſcendum in territorium alterius Caſtri, ſeù Terræ ejuſdem Status, ſeù Principatus tenentur ad ſolutionem fidæ.

Animalia tranſcurrentia de uno territorio ad aliud, ſi damnificarunt, tenentur ad emendationem damni, non autèm ad pœnam numero 49.

47 Cardinales tenentur ad ſolutionem fidæ.

48 Clerici, & Eccleſiaſtici quicumque tenentur ad ſolutionem fidæ pro eorum animalibus.

Pignatell. conſultat. 26. num. 25. cum ſeqq. part. 3. declaratur num. 48.

Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ad ſolutionem illius fidæ, quæ ſit pretium herbarum, non Vectigal. nu. 48.

Item Clerici volentes mittere eorum animalia ad Paſcua Univerſitatis impoſita n. 48.

Animalia Clericorum, & Eccleſiaſticorum non ſunt comprehenſa ſub diſpoſitione Statutorum laicorum num. 48.

49 Cives, & Incolæ Urbis æſtivo tempore tranſmittentes eorum animalia ad Montes intrà diſtrictum poſitos non tenentur ad ſolutionem fidæ.

50 Boves aratorii laborantes in propriis Tenutis, aut in proprio laborerio non tenentur ſolvere fidam. Contrarium, quando in proprio laborerio actu non laborant num. 52. vel numerus eſt exceſſivus nu. 59. Vide ibi.

Equæ triturantes proprium frumentum non tenentur ad ſolutionem fidæ nu. 50.

Contrarium, quatenùs actu in proprio laborerio non laborant. num. 52. vel numerus ex exceſſivus num. 59. Vide ibi.

51 Barones exigentes fidam pro bobus per Vaſſallos ab exteris conductis, pro cultura terrarum reddititiarum gravant.

53 Dictio quando adjecta verbo futuri temporis importat conditionem. Vide nu. 55.

54 Obligatio, aut actio non oritur antè impletam conditionem, ſub qua concepta fuit promiſſio.

55 Dictio quando adjecta executioni non reddit diſpoſitionem conditionalem, ſed accipitur temporalitèr tantum.

56 Dictio quouſque denotat temporalitatem, ac eſt limitativa temporis.

57 Qualitas adjecta verbo debet verificari ſecundùm tempus verbi verè, & realiter, & numero 58.

60 Fida debetur juxtà diſpoſitionem ſtatuti, Conſtitutionum, & Conſuetudinis loci.

61 Taxa fidæ alterari non poteſt, aliàs Vaſſalli gravantur.

62 Manutentio datur exiſtenti in quaſi poſſeſſione percipiendi fidam pro animalibus aliqua paſcua intrantibus.

63 Fida Reverendæ Cameræ, & pro ea Dohaneriis ſolvenda eſt in Statu Eccleſiaſtico, non autem Baronibus feuda, & bona intrà Dohanam poſſidentibus.

64 Barones Regni Neapolis an poſſint affidare animalia in territoriis Vaſſallorum, ita ut fida eis ſit ſolvenda. Vide ibi remiſſivè.

65 Jus Fidæ, & Diſſidæ eſt de Dominio feudi.


 66 Barones

66 Barones affidare non poſſunt animalia Exterorum in tanto numero, & quantitate, ut uſus paſcendi Vaſſallis reſtringatur.

67 Affidati fruuntur variis privilegiis, de quibus ibi, & num. 68. remiſſimè, & quare, nu. 78. Vide num. 97.

69 Fori privilegio gaudent Affidati.

70 Forum affidatorum Regni Neapolis eſt vel Regia Dohana, vel R. C. 8.

71 Aſſeſſores tres cum ampliſſima juriſdictione deputantur à Dohanerio Patrimonii, nempè unus in Urbe, & alter in Civitate Viterbii, & tertius in Provincia Campaniæ, & Maritimæ. Vide ibi, & num. 97.

72 Inhibitiones fidæ expediuntur, tàm ab Aſſeſſore Dohanerii, quàm ab Eminentiſſimo Camerario, Illuſtriſſimo Dohanarum, & Graſciæ Præſide, ac à DD. Conſulibus Agriculturæ; Vide num. 97.

73 Fori privilegio, ut Affidati gaudeant, debent poſſidere belluas parvas, nempè pecudes, vel ſues, vel capellas in numero triginta, vel belluas magnas, vid. Boves, vel Vaccas, vel Bubalas, vel equas in numero decem, in quo non connumerantur Equi, & Muli.

74 Privilegia fidæ non ſuffragantur pro parvo numero Animalium affidatorum.

75 Immunitate, & exemptione non gaudent in Regno Neapolis Affidati, non habentes propria Animalia in numero ducentum, nec cum eis accedentes ad paſcua Apulca per Regiam Cameram locata.

76 Supranumerariis, & extraordinariis non debentur privilegia.

77 Exequi non poteſt mandatum contrà Affidatum qui, vel antè, vel in ipſo actu præſentavit inhibitionem fidæ, etiamſi prætendatur ipſum non gaudere privilegiis Affidatorum. Vide num. 97.

Attentatum committitur, ſi non obſtante præſentatione inhibitionis fidæ, mandatum exequatur contrà Affidatum, etiamſi inhibitio non ſuſtineretur, numero 78.

79 Deferentes Graſciam ad Urbem benignè ſunt tractandi, ac favoribus proſequendi, non autem angariis moleſtandi.

80 Lex generalis pro ſpretu inhibitionum fidæ non eſt promulganda, & quare? numero 81.

81 Revocatio inhibitionum injuſtè extortarum facilè obtinetur.

82 Leges antiquas mutantes, aut corrigentes pro abuſibus corrigendis in nova, & majora incommoda quotidiè incidunt.

83 Minus malum experitur Leges, vel Conſuetudines in aliqua parte vitioſas tolerando, ſeù quadam diſſimulatione permittendo, quàm novas majores difficultates, & damna inferentes condendò.

84 Remedia incerta, aut quæ ſint graviora, & periculoſiora ipſorum malorum, adhibenda non ſunt pro curatione Reip.

85 Vitia ſemper erunt, donec homines erunt.

86 Mercatura prohibenda non eſt ob abuſum aliquorum Mercatorum.

Pecunia damnanda non eſt, ut avaritiæ occurratur. num. 86.

Panni banniendi non ſunt, ut faſtus retundatur. num. 86.

Fœminæ ſepeliendæ non ſunt, ut libidine non concitentur viri. num. 86.

Oculi eruendi non ſunt, ex quo cum eis peccatur. num. 87.

Lingua adimenda non eſt, ex quo cum ea peccatur. num. 87.

Nihil prodeſt, quod lædere non valeat, numero 87.

Nihil eſt adeò ſanctum, ac benè divinitùs proviſum, quod in perniciem ſuam abuti non poſſit humana fragilitas, & malitia. numero 87.

88 Princeps leges novas facilè ferre non debet, ſed ſumma maturitate enixè ponderare tenetur, an Reip. utile, effectu promptum, eidemque Principi glorioſum futurum ſit.

89 Leges utiles plùs Reipublicæ proſunt, quàm arma.

Leges erroneæ, & inconſultæ plus damni afferunt, quàm homines occidere. n. 89.

90 Novitates calamitatibus pondus adjiciunt.

91 Novitates periculoſæ ſunt.

Arbores annoſas è loco ſuo evellere, & in alium tranſplantare difficile eſt. nu. 91.

92 Remp. ad aliam vivendi normam traducere, dimiſſis ejus inveteratis Inſtitutis, non licet.

Eventus varios res nova ſemper habet. nu. 92.

93 Malè præſumitur contrà illos, qui regimina, & adminiſtrationes Civitatis innovare nituntur.

94 Præſumitur contrà Judicem, qui adverſus antiquam Curiæ praxim, & Stylum novam citationis, & in Jus vocationis formam inducit.

95 Eligendi ſunt Judices doctrina, & integritate excellentes ad evitanda infinita damna, alioquin ex mala eorum electione contingentia. Judices docti, & integri, vel non concedunt inhibitiones injuſtas, vel eas conceſſas facile revocant, ibid.

Damna reſultantia ex multiplicitate inhibitionum, earumque præſentatione ceſſant, mediante electione Judicum, Doctrina, & integritate excellentium. ibid.

96 Birruarii exequentes mandata, non obſtante præſentatione inhibitionum, puniendi ſunt, ac cogendi ad refectionem damnorum, & expenſarum, alioquin reportarent utilitatem ex propria culpa, & dolo, mediante exactione capturæ.

Tertius reportare non debet pœnam ex facto alieno, ibid.

Tertio præjudicare non debent attentata ab alio commiſſa, ibid.

97 Fidam groſſam ſolventes, & habentes requiſita neceſſaria privilegio fori gaudent, quo ad executionem perſonalem, ipſaſque res, ſeù bona affidata, & tantummodò in cauſis, ac negotiis quomodocumque concernentibus fidam, vel ab ea dependentibus, & non in aliis.

Affidati Urbis Romæ, Latii, Sabinæ, ac Maritimæ, & Campaniæ ſolvunt fidam parvam, ibid.

Fidam parvam ſolventes fori privilegio gaudent, & inhibitiones ſuffragantur, quoad affidatos tantùm, & in cauſis fidam concernentibus, nec non quo ad perſonas ſolùm ex profeſſo incumbentes ſervitio gregis, & animalium affidatorum num. 97.

Privilegium affidatorum ſuffragatur uſquequò permanſerint ad depaſcendum cum animalibus intrà Stangam, ſeù Dohanam per tres dies, poſtquàm reverſi fuerint ad eorum domos, & Provincias. numero 97.

Affidati



Affidati exempti ſunt à Repreſaliis, nu. 97.

Affidati immunes ſunt à pœnis damnorum datorum, dummodò non probentur ſtudioſè commiſſa, num. 97.

Damnorum datorum ſtudioſè ab Affidatis cognitio ſpectat ad Judices locorum, n. 97.

Inhibitiones fidæ concedendæ tantùm ſunt ab Eminentiſſimo Camerario, & Graſciæ Præſide, juxtà formam, de qua ibi, aliàs non ſuffragantur, nu. 97.

Appellatio à decretis moderationis inhibitionis fidæ non admittitur in ſuſpenſivo, n. 97.

Moderatione inhibitionis fidæ obtenta, omnes aliæ inhibitiones per Affidatum obtentæ non ſuffragantur, & poſſunt ſperni, nu. 97.

98 Anſer appellatus fuit à Germanis Gaza.

Anſer animal pugnaciſſimum appellatur, n. 98.

Anſer animal improbatum eſt, num. 98.

99 Anſeres, Pavones, Gallinæ, & ſimilia animalia ſi damnum dederint, Dominus tenetur ad illius emendationem.

100 Anſeres, Anates, necari poſſunt, ſi vigeat Statutum diſponens, quod includens alienum animal in ſuo fundo, poſſit illud occidere. Amplia, ut ibi, vide ibi.

Stercus anſerum, & Anatum eſt valdè nocivum agris, num. 100.

101 Animalia irrationabilia puniuntur aliquandò ad exemplum, & in deteſtationem patrati criminis, ad illius memoriam abolendam. Limita, num. 102.

102 Animalia injuriam facere non videntur. Imperium in belluas non exercetur.

103 Locuſtæ, brucus & ſimilia excommunicantur, & anathematizantur.

Locuſtarum generationem Corporis formant alia ad materiam, vide remiſſivè n. 103.

104 Locuſtæ generationem ſumunt ex limo terræ.

Locuſtæ hùc, & illùc errantes volant, nec in uno loco ſemper permanent.

Ventus urens paſsìm locuſtas levat, & ad longinqua loca etiàm trans mare conducit. n. 104.

105 Locuſtæ depaſcuntur, devaſtant, & devorant omnia earum edacitate.

106 Locuſtæ præſagia ſunt, vel peſtis, vel belli, vel penuriæ.

107 Locuſtæ ponuntur inter caſus ſterilitatis.

Remiſſio affictus facienda eſt, ob damnum illatum à Locuſtis. num. 107.

108 Remiſſio affictus debetur, ſi ob juſtum timorem Locuſtarum conductor deſierit agros colere.

109 Locuſtæ ponuntur inter caſus inopinatos, & inſolitos. Declara num. 110.

111 In Locationibus agrorum Urbis ſolet conveniri circa caſum Locuſtarum.

Conventio circa caſum Locuſtarum inita inter Locatorem, & Conductorem eſt ſervanda, num. 111.

112 Reſtaurum debetur Conductori, ob damnum intolerabile ex cauſa Locuſtarum.

113 Pacto inter Locatorem, & Conductorem de facienda remiſſione penſionis, ſuccedente caſu fortuito, tùnc facienda eſt, quamvìs damnum non ſit intolerabile, & notabile.

114 Penſio integra Conductori eſt remittenda, ſi omnes fructus, & Segetes fuerunt à Locuſtis devoratæ.

115 Pactum negativè conceptum, inter Locatorem, & Conductorem de non petenda remiſſione penſionis, ſuſtinetur, eveniente caſu fortuito, non autèm ſi ex facto Locatoris, vel quem ipſe impedire poterat, ità ut locator ad remiſſionem non teneatur.

116 Fugantur Locuſtæ vi ventorum, dùm in mari, vel in flumine delatæ ſubmerguntur.

Extirpantur Locuſtæ variis modis, de quibus remiſſivè nu. 116. 118. & 120.

117 Locuſtæ feminæ moriuntur ſtatim ac pepererint.

118 Locuſtæ pariunt de Menſe Auguſti ova condenſa.

Ova Locuſtarum ſub terra durant hyeme, & veniente menſe Aprilis ex eis emittuntur Locuſtæ, num. 118.

119 Locuſtæ in primo, & ſecundo annò, non volitant, nec graviter damnificant, ſecùs in tertio, & quarto.

Locuſtæ moriuntur in quarto anno, num. 119. vide ibi.

120 Ova Locuſtarum perquiruntur in menſibus Septembris, & Octobris, illaque conteruntur, & concremantur.

Alimenta prava, & corrupta humanum Corpus alterant, & inficiunt. nu. 121.

121 Occiduntur Locuſtæ poſtquam ſunt natæ, & quomodò.

122 Conſules Agriculturæ Urbis, mediante edicto pænali, de quo ibi, injungunt Dominis terrarum, & tenutarum, etiam privilegiatis, & Eccleſiaſticis extirpationem Locuſtarum, & nu. 124. ac nu. 129.

123 Expenſæ pro extirpatione Locuſtarum, ad quem ſpectent, & num. 125.

Statutum laicale de expellendis Locuſtis non ligat Eccleſiaſticos, nu. 124.

124 Domini terrarum etiam privilegiati, & Eccleſiaſtici cogi valent, ut mundent eas à Locuſtis, ne vicini inficiantur. Vide ibi.

126 Collecta pro extirpatione Locuſtarum impoſita ſolvenda eſt ab omnibus etiam privilegiatis.

127 Commiſſarii in Pontificatu Pauli V. tranſmiſſi fuerunt pro extirpatione Locuſtarum ſumptibus Annonæ, & cum ampliſſimis facultatibus cogendi Ruſticos ad illas occidendas, ſoluta competenti mercede.

128 Commiſſarii pro extirpandis Locuſtis, ut plurimum deputantur à Tribunali Agriculturæ Urbis.

Hominum agmina colliguntur ad debellationem Locuſtarum, ac ſi adversùs hoſtes dimicandum foret num. 128.

130 Unica expurgatione Locuſtarum facta per Dominos terrarum non dicitur ſatisfactum, ſed requiritur diligentiarum continuatio toties, quoties caſus evenerit. Vide num. 131.

132 Excommunicantur, & anathematizantur Locuſtæ. Contrarium num. 135.

133 Excommunicatio eſt gladius ſpiritualis, quo quis ſeparatur à communione fidelium, & bonis Spiritualibus Eccleſiæ privatur.

134 Homo baptizatus, mortalis, & baptizanti ſubjectus ſolùm excommunicari poteſt.

136 Exorciſmis, & adjurationibus uti poteſt contrà Locuſtas, & quare.

Aqua benedicta, & precibus uti poteſt contrà Locuſtas, nu. 126. vide nu. 141.

137 Adjurationis ſolemnitas aliquatenùs reſpondet ſolemnitati excommunicationis.

Adjuratio à Vulgo accipitur excommunicatione, num. 137.

138 Locuſtæ mittuntur à Deo irato, tamquàm maledictio in populo audire nolente vocem ejus ac mandata illius contemnente, & ſic, uti flagellum,

 prop-

*propter ſcelera hominum.*

139 *Recurrendum eſt ad orationes, pœnitentias, & proceſſiones publicas pro extirpatione Locuſtarum, & placanda ira Dei.*

*Proceſſiones inſtitutæ ſunt* à Sancta Matre Eccleſia, *pro placanda ira Dei. n.* 139.

140 *Litaniarum multa remiſſivè.*

142 *Benedicuntur populi, & agri ad effectum extirpandi Locuſtas, & quarè. nu.* 143.

143 *Benedictionis populi, & agrorum formula remiſſivè.*

## OBSERVATIO

*Reverendiſſ. Epiſc. de Zaulis.*

1 DOminus pecudum, aliorumque Animalium in alieno fundo depaſcentium, vel alitèr damnificantium, tenentur ad damni emendationem, tàm in foro poli, ut latiſſimè examinato articulo reſpondit *Gutierez Canonic. quæſt. lib.* 2. *cap.* 27. quàm in foro fori, & quidem utroque jure, competente damnificato contrà D. Animalium damnificantium actione de paſtu, per *Text. in dicto §. Si glans.* vel actione *legis Aquiliæ. cit. l. final. C. ad leg. Aquil.* vel actione de paupe-
2 rie, ſi animalia dederint damnum, faciendo foveas in prato, per *Text. in leg.* 1. *ff. Si quadrup. pauper. feciſſ. dicatur*, vel actione ad exhibendum, ut in *leg. Julianus*, *§. glans. ff. ad exhiben.* tradit *Oter. de paſc. cap.* 13. *num.* 2. *cum ſeq.* & latiſſimè materiam examinat *Joannes Thomas de Noxa animalium, & David Mevius in jus Lubecenſe lib.* 3. *tit.* 11. *tom.* 2.

Poterit tamen Dominus, vel animal damnifi-
3 cans pro noxa dare, vel damni æſtimationem ſolvere, ut, innovando *legem* 12. *tabul.* diſponitur in *dicta l.* 1. *in princ. ff. quadrup. pauper. feciſſ. dicatur leg. Si ſervus C. de Noxal. action.* & tradit *Carpzou. prax. crim. part.* 3. *cap.* 131. *num.* 17. *Thor. Vot. part.* 1. *vot.* 38. *num.* 6. *injuncto num.* 9. 13. 21. & 27. & pleniſſimè *Thomas d. tract. de noxa.*

Præter emendationem damni, tenetur etiam
4 ad pœnam inflictam, vel *à Statuto*, vel *à Bannimentis*, ut proſequitur *Oter. ubi ſuprà numer.* 2. Sed non poteſt animal damnum dans occidi, tàm de *Jure Canonico* argumento *Text. in cap. ſi læſerit de injur. & dam. dat. ibique Abb. num.* 3. quàm *Civili l. Quintus Mutius* 39. *& l. Quamvis* 40. *ff. ad leg. Aquil. ubi gloſſ.* ibi, *ſi invenias animal alterius in Agro tuo, ipſum occidere non debes, ſed expellere ſine damno, Antonell. de loc. legal. lib.* 3. *cap.* 20. *quæſt.* 2. *nu.* 14. Secùs verò, ſi vigeat *Statutum*, vel *Conſuetudo* permittens illud occidi, ut tradit *Antonell. de loc. legal. lib.* 3. *cap.* 20. *quæſt.* 2. *num.* 17.

Quid dicendum de animalibus damnificantibus occaſione eorum acceſſus ad Dohanam ad paſcendum, vel receſſus ab ea, vel permanentia in ea, reſolutio pendet ab examinatione materiæ fidæ, quæ eſt quotidiana in Urbe, undè præſciendum eſt, primò quòd Greges Ovium, aliaque animalia tempore hyemali à locis, & contradis frigidis, & herbis carentibus, ut eſt Provincia Aprutina, & ſimiles traducuntur ad lo-
5 ca, & contradas calidas, ſeù tepidas, ac paſcuorum abundantes, ut in Apulia, ubi eo tempore viget clementiſſimum Cælum, ac uberrimum paſculum, proùt etiam in Territorio Urbis, ac in Provinciis Maritimæ, & Campaniæ, & Patrimonio Divi Petri, tempore autem æſtivo reconducuntur ad Montaneas, ut quotidiana experientia docet, ac tradit *Rebuff. in l.* 1. *ſub numero* 1. & 3. *in fine. C. de paſc. public. vel privat. lib.* 11. *Freccia de ſubfeud. lib. authorit.* 46. *numero* 12. *cum ſeqq. Moles deciſ. tit. de Dohana Menæpecudum Apuliæ quæſt.* 6. *§.* 1. *cum ſequent.*

Impoſitum eſt autem ſuper iſtis animalibus quoddam vectigal, quod in Urbe fida nuncupatur, 6
in Regno verò Neapolitano vocatur etiam *Dohana Menæpecudum, ac vectigal pecuarium*, ut per *Moles loc. cit. eod. §.* 1. quod eſt pretium illius ſervitutis, ac earum commoditatum, quæ 7
à Principe dantur Paſtoribus in eundo, manendo, & redeundo cum eorum animalibus à paſcuis, ut ponderando verba *Bullæ Gregorii XIII.* 69. *Bullar. veter.* docet *Spad. conſ.* 7. *ſub num.* 16. *vol.* 1. vel eſt impoſitio debita 8
Principi pro Animalibus paſcentibus in paſcuis alienis.

Quod vectigal etiam tempore *Reipublicæ Romanorum* erat cognitum, ac exigebatur, certumque 9
locum publicum pro paſcendis pecoribus olim fuiſſe aſſignatum probat *Freccia loc. cit. ſub nu.* 14. *cum ſeqq.* quem refert *Card. de Luca de Regal. diſc.* 94. *ſub numero* 12. *de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 4. *de Regalib. impoſit. §.* 8. *num.* 56. & comprobat *Moles loc. cit. numero* 2. *cum ſeqq. Scyaloja de foro competen. cap.* 20. *ſub nu.* 1. In *Regno verò Neapolitano* confirmatum fuit per 10
*Regem Federicum II.* & deindè per *Regem Alfonſum I.* ampliatum, ut tradit *Scyaloja d. cap.* 20. *num...* & firmant *Freccia, & moles, ubi ſuprà* cum certis legibus, & conditionibus, de quibus idem *Moles §.* 2. & fuiſſe deſumptum *ex l.* 1. *& tot. tit. C. de paſc. public. & privat. lib.* 11. tenet *de Ponte cit. §.* 8. *num.* 46. *cum ſeqq. ac num.* 56.

Advertendo, quòd fidæ, quæ ſolvitur in Statu Eccleſiaſtico, non convenit deſcriptio facta 11
per *Knichen. de Superioritat. ejuſque poſſeſſ. vel quæ actib. cap.* 3. *num.* 338. *cum ſeqq. & à Card. de Luca de Regal. diſc.* 94. *num.* 2. *& diſcurſ. ſeq. num.* 3. Nam iſte illam deſumpſit *ex DD. Regnicolis* loquentibus de fida *Regni Neapolita-* 12
*ni*, quæ diverſimodè ſolvitur: Etenim Dohanerius Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ non tenetur ſubminiſtrare paſculum affidatis, ſed ſolùm præſtare ſecuritatem, utrumque verò præ- 13
ſtare Dohanerius Regni, idcircò Rex ad hunc effectum emit à Vaſſallis pro certa annua reſponſione omnes herbas, quas poſteà Dohanerius ſubminiſtrat Animalium Dominus, qui vice verſa tàm ratione privilegiorum paſſus liberi, 14
quàm fori, & paſculi, ſolvunt Scuta duodecim, carolenorum undecim pro ſingulo centenario pecudum Regni, & forenſium, ſcuta ſex, aliorum verò animalium, quæ nuncupantur *groſſi*, ſcuta viginti quinque, ut docet *Moles deciſ. tit. de Dohana Menæpecudum. quæſt.* 6. *§.* 2. *per tot.* & præſertim *num.* 4. *& §.* 3. *num.* 13.

Præſciendum eſt etiam ſecundò, quòd Summi Pontifices non ignari redditus ex Dohana pecudum paſcuorum *Urbis, Campaniæ, Maritimæ,* 15
*& Patrimonii* inter *Cameræ Apoſtolicæ* primarios contineri, ut ex *infrà recenſendis Bullis Apoſtolicis* patebit, attentè ſemper invigilarunt, ne 16
diminuerentur, varia remedia, & diligentias adhibendo, & præſertim *Pius II.* ſub graviſſimis pœnis prohibuit tàm omnibus, & ſingulis *Comitibus, Populis, Univerſitatibus, Baronibus,*



*Dominis* cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, aut dignitatis, tàm *Clericis, quàm Laicis, Capitulis, Collegiis, & quibuſuis aliis Univerſitatibus*, ne vendant, ac quovis modo alienent *alicui perſonæ, Communi, Collegio, & Univerſitati* aliquid de paſcuis, tenutis, bannitis, & herbaticis ad ſe pertinentibus, & infrà limites Dohanæ præfatæ conſiſtentibus, atque in eiſdem, aut eorum aliquo introducere, aut fidare aliquod genus animalium ad paſcuandum, quam cuicunque ſub eiſdem pœnis emere, aut aliquod genus animalium in eis introducere, locumve certum paſcendi aſſignare (quod fidare dicitur) ſine Dohanerii pro tempore exiſtentis expreſſa licen-
17 tia, ſed ſub eiſdem pœnis teneantur omnia, & ſingula paſcua, tenutas, bannitas, & herbatica vendere, & concedere Dohanerio pro Camera Apoſtolica, & in uſum, ac utilitatem Dohanæ hujuſmodi ementi pro juſto, & rationabili pretio, ut in ejus *Conſtitutione in Bullario veteri in ordine la* 6. confirmata *à Gregorio XIII. in ejus conſtitutionibus impreſſis in eodem Bullario veteri la* 46. *&* 69.

Idem *Pius II.* conſulendo etiam conducentibus animalia in dictam Dohanam plurima damna, & impedimenta, quæ illis, eorumque animalibus inferebantur per Communitates, Univerſi-
18 tates, Comites, Barones, Dominos, & particulares perſonas inveniendo, ſtando, & recedendo, ſub certis pœnis mandavit omnibus, & ſingulis mediatè, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjectis, cujuſcunque gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis, aut dignitatis, Clericis, & Laicis, etiam Capitulis, Collegiis, & quibuſcunque aliis Univerſitatibus, quatenùs ſub prætextu alicujus conſuetudinis, aut quavis alia ratione, occaſione, vel cauſa, directè, vel indirectè conducentibus animalia cujuſcunque generis ad paſcendum in Dohanam præfatam, damnum, moleſtiam, aut quodvis aliud impedimentum in perſonis, animalibus, rebus, & bonis univerſis eorum, inveniendo, ſtando, & redeundo nullatenùs inferre audeant, vel præſumant, ſed hujuſmodi animalia conducentes benignè recipiant, & benevolè pertractent, & ſine injuria prorſus, aut aliquo impedimento reali, vel perſonali per eorum Civitates, Terras,
19 loca, & tenimenta liberè tranſire, & exire permittant, alias teneantur ad refectionem omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe, ac etiam ad pœnam dupli æſtimationis eorumdem damnorum illatorum Cameræ Apoſtolicæ applican-
20 dam, quas pœnas quæcumque Communitas, in cujus terris, & tenimentis damnum illatum fuerit, incurrat, ut in ejus *Conſtitutione in d. Bullar. in ordine la* 9. Ita ut in quolibet Territorio in ipſo eorum itinere per triduum permanere, ſeù moram trahere permittant, quo tri-
21 duo durante ad aliquam damni emendam, niſi in ſeminatis, vineis, & ſimilibus damnum dederint, teneantur, ut conventum legitur *in Inſtrumento Appaltus cap.* 23. ibi: „ *Poſſino gl' Affidati per ſervitio, e commodo loro allargarſi, e ſtare per trè giorni per ogni Territorio, non facendoſi danni à Seminati, Vigne, & altre coſe ſimili, come è ſolito, e facendo danno, ſiano tenuti all'emendatione del danno, e non alla pena*: Et diſponitur *in Bannimento generali Dohanæ Patrimonii Eminentiſſimi Camerarii publicato ſub die* 4. *Februarii* 1681. ibi: „ *Dichiarando, che gl' Affidati poſſino ſtare trè giorni per ogni Territorio, non facendo danno alli ſeminati, vigne, e altre coſe ſimili, come il ſolito, è facendo danno, ſiano tenuti all'emenda del danno, e non alla pena tanto in venire à detta Dogana, ſtare, e tornare, quanto anco mentre ſtanno nelle loro Terre, e Caſe proprie in qualſivoglia Provincia, Terre, e Luoghi dello Stato Eccleſiaſtico, e per tutto il tempo della loro fida, conforme alli loro Privilegii antichi, & al Breve della fel. mem. di Gregorio XIII.* Et ex alio antecedenti *Bannimento Eminentiſſ. Camerarii publicato ſub die* 22. *Maji* 1671. ſuper obſervatione privilegiorum, & exemptionum Affidatorum, ibi. „ *Item, che ſotto l'iſteſſe pene, non ardiſchino far pagare e detti Affidati pena alcuna delli danni, che deſſero, con li loro animali, mentre ſtanno in Dogana, mà il danno ſolo dà ſtimarſi, conforme ſi contiene nelle loro Patenti, e ſide, al quale ne meno ſiano tenuti, non eſſendo in detto modo ſtimato, e quando ſono in viaggio, tanto nel venire, quanto nel tornare, non ardiſchino farli pagare ne pena, ne danno dato, eccetto ſe non foſſe dato ſtudioſo in vigne, Seminati, & in coſe ſimili, mà ſi laſcino paſcere li loro animali, mentre ſono in viaggio liberamente, ſecondo il ſolito, ſenza alcun pagamento, & impedimento, per tutti li Territorii in qualſivoglia de quali poſſino liberamente per trè giorni pernottare, & paſcere.* Ac ex litteris patentialibus, quæ à Dohanerio dantur Affidatis, ibi: „ *E di più gli promettiamo, che facendo danno alcuno con loro Beſtiame tanto in venendo, ſtando, e tornando à detta Dogana, quanto anco mentre ſtaranno nelle loro Terre, e Caſe proprie in qualſivoglia Provincia, e Terre, e Luoghi dello Stato Eccleſiaſtico, e per tutto il tempo della loro fida, non poſſino eſſer coſtretti à pagare pena, mà ſolo ad emendare il danno, dà ſtimarſi da duoi huomini communemente eletti per le parti, quali non eſſendo d'accordo, li promettiamo Noi, ò noſtri mandati ſtimarli, & accordargli.*

Quòd autem non poſſint paſcere in vineis, vel 22
agris ſatis, & ubi extant fructus, firmat *Capyc. latr. conſultat.* 83. *numero* 25. *cum ſeqq.*

Elapſo verò triduo, tenentur ad emendationem damni, ac ad pœnas ſicuti ceteri alii, etiamſi per dictum tempus Affidati cum belluis permanſerint in propriis Domibus, & Regionibus, 23
cùm illud fuerit aſſignatum pro faciliori acceſſu ad loca paſcuorum, & receſſu ab illis, ut reſpondit *Sacra Congregatio boni Regiminis de anno* 1606. cujus reſolutiones referendo declarat *Cohell. ad Bullam boni Regiminis cap.* 50. *numero* 170. *verſ. declarat. cum ſeq. & Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 38. Et, quòd teneantur ad ſolutionem ſimilium pœnarum pro tempore, quo permanent in eorum propria Patria, ſeù aliis locis *Status Eccleſiaſtici* pro eorum animalibus affidatis, quæ conduxerunt, & retinuerunt intrà limites, & Stangam dictæ Dohanæ Patrimonii, illaque poſteà reconduxerunt ad eorum Patriam, ſeù alia quæcunque loca *Status Eccleſiaſtici*, tempore æſtivo, ad effectum illa *Menſe Septembris* intrà eandem Dohanam reconducendi, & retinendi *per totum Menſem Maji*, declaratum fuit *ſub die* 13. *Octobris* 1660. mediante Sententia per *Auditorem fæl. record. Cardinalis Carracioli* tunc *Graſciæ Præſidis per acta Mazzatelli in cauſa vertente inter D. Principem Præneſtis, & Saluſtium*

*de Angelis*, *ac Univerſitatem Affidatorum*. Ve-
rum, cum poſtmodum emanaverint prædicta *Ban-
nimenta* fundata *in Capitulis appaltus Chirographo
Papæ munitis*, eorum diſpoſitio eſt attendenda,
& ſic Affidati hodiè non tenentur ad ſolutionem
alicujus pœnæ pro damnis per eos, vel illorum
animalia datis, ſed tantùm ad eorum emendatio-
nem pro toto tempore, quo permanent in fida,
25 vid. intrà limites Dohanæ, niſi damnum ſtudiosè
datum fuerit, nam iſto caſu tenetur etiam ad
pœnam, cum proprius dolus, & culpa nemini
patrocinari debeat, nec Lex debet eſſe vincu-
lum iniquitatis *ex vulgatis*.

Advertendo, quòd circà æſtimationem, &
valorem, ac quantitatem, & qualitatem damni,
26 ac circà nomina, perſonaſque auferentium, &
inferentium ipſum damnum animalibus, plena fi-
des adhibenda eſt depoſitioni juratæ conducen-
tium eadem animalia, ac illorum famulorum, &
paſtorum, ut ſequendo diſpoſita per Anteceſſo-
res mandavit *Gregorius XIII. in ejus Bulla im-
preſſ. in Bullar. veteri la* 46. & de ſimilibus Con-
ſtitutionibus *Regni Neapolis* tradunt *Borell. de
Magiſtrat. edict. lib. 4. cap. 6. num. 25. cum ſeq.
Novar. de Gravam. Vaſſal. gravam. 42. num. 3.
Sanfelic. deciſ. 8. nu. 8. part.* 1.

*Paulus IV.* quoquè ad facilitandam introdu-
ctionem animalium in Dohanam, ſub nonnullis
pœnis prohibuit omnibus exactionem Gabellæ
27 pro paſſu, vel tranſitu animalium tàm in adven-
tu, quàm in reditu, volens ſolummodo teneri ad
ſolutionem fidæ favore Cameræ, ſeù Dohanerii,
à quo recipienda ſit bulletta, ut in ejus *Conſti-
tutione in Bullar. veteri in ordine la prima*, quod
confirmavit etiam *Gregorius XIII. in dicta Con-
ſtitutione* 46. undè contrà *Dominum Ducem Mu-
tum* prætendentem Gabellam paſſus pro belluis
tranſeuntibus per ejus Territorium *Terræ Rigna-
ni*, Sententiatum fuit favore Univerſitatis Affi-
datorum, Dohanerii, & Cameræ Apoſtolicæ
Commiſſarii *in Tribunali Eminentiſſimi Camera-
rii ſub die* 20. *Octobris* 1646. *per acta Maz-
zatelli*.

Ad evitandas tamen fraudes, quæ circà ſo-
28 lutionem fidæ committi poſſunt in præjudicium
Dohanerii, traditur modus, & praxis per *Moles.
deciſ. tit. de Dohana Menæpecudum quæſt. 6. §.
2. cum ſeqq.* Et præſertim requiritur licentia ip-
ſius Dohanerii, tàm in acceſſu, quàm in receſſu
animalium ſub pœna amiſſionis animalium, jux-
tà diſpoſitionem *Bannimentorum Dohanæ*, ut in
terminis bullettini tradendi à Dohaneriis *Regni
Neapolis* docet *Moles deciſ. tit. de Dohana Me-
næ pecudum quæſt. 6. §. 6. nu. 13. ubi nu. 2. &
29 per tot.* notat, quòd in *illo Regno* ſolvitur per
Regem quædam contributio vulgò *il tratturo del-
le Pecore* Dominis locorum, per quæ tranſeunt
animalia.

Hinc per Dohanerium in diverſis locis, per
quæ tranſeunt animalia, quæ introducuntur, &
exeunt à Dohana, ſeù fida, retinentur Mini-
30 ſtri vulgò nuncupati *Paſſagieri*, qui non per-
mittunt exire animalia abſque bulletta Dohane-
rii, quæ ſupponit præcedentem ſolutionem fi-
dæ ſequutam in manibus Miniſtri ad talem effe-
ctum deputati; ſecundùm verò antiquam tradi-
tionem retinebatur per Dohanerium in quibuſ-
31 dam locis, & viis virga, vulgò nuncupata *Stan-
ga*, qua mediante impediebatur vergariis, aliiſ-
que Cuſtodibus animalium ingreſſus antè illo-
rum numerationem, & reſpectivè receſſus, priuſ-
quam de ſolutione fidæ docerent, ad ſimilitu-
dinem praxis exigendi decimam ex animalibus,
deductam ex *Leviticis*, reſtringendo ſcilicet ea
in certo loco habente arctum, & anguſtum egreſ-
ſum, per quod ope virgæ Paſtoris ſingulatim 32
tranſire debebant, & illud, quod decimo loco
egrediebatur, ſivè macilentum, ſivè obeſum, &
pingue, in ſortem *Levitarum* pro decima tran-
ſibat, ut cum *Oleaſtro notat Nicolaus le Maiſtre
de bonis, & poſſeſſionibus Eccleſiar. lib.* 1. *cap.*
10. *verſ. modum verò pag.* 51. ubi etiam refert
verba *Levitici*, *& Paraphraſis Chaldaicæ*. Et præ-
dicta enim appoſitione, & retentione Stanghæ
traxit originem terminus intrà *Stangam*, quod 33
ſcilicet intrà Stangam contineantur loca compre-
henſa in fida, ſeù Dohana recenſita in *Bulla Gre-
gorii XIII. la* 69. *in Bullar. veteri*, *in cujus exe-
cutionem emanarunt Bannimenta Eminentiſſimi Ca-
merarii de Anno* 1647. *ſub die* 26. *Aprilis*, quæ
innovari ſolent in principio cujuslibet novi Ap-
paltus, extrà Stangam verò comprehendantur lo-
ca extrà fidam, ſeù Dohanam.

Sed quia his remediis, & proviſionibus non
obſtantibus, valdè iſte proventus in præjudicium
*Reverendæ Cameræ*, & publici diminuebatur,
ex quo multi Advenæ, & Forenſes favoribus, 34
& interceſſionibus obtinentes civilitatem Urbis,
ſe à fida majore eximere ſatagebant, idcircò *In-
nocentius VIII. mandavit*, *quòd non attenta tali
civilitate ad ſolutionem* integræ fidæ teneantur,
prout cæteri forenſes, ut in ejus *Conſtitutione
impreſſ. in Bullar. veteri la* 6. innovata *per Ju-
lium III. in ſequenti ejus motu proprio. Julius
Epiſcopus &c. motu proprio &c. Cum inter alios
Cameræ Apoſtolicæ redditus diverſis etiam Roma-
næ Curiæ Officialium Collegiis ſint annui reddi-
tus, qui ex Dohana Patrimonii vulgaritèr nuncu-
pata percipiuntur, conveniatque non ſolùm pro Offi-
cialium prædictorum, ſed etiam pro ipſius Came-
ræ, quæ Officialibus prædictis obligata exiſtit in-
tereſſe redditus hujuſmodi non ſolùm manuteneri,
ſed etiam pro poſſe augeri. Et licèt inter alias Te-
nutas in pertinentiis Patrimonii exiſtentes ad di-
verſas perſonas, Collegia, Univerſitates, Eccle-
ſias, & Loca pia ſpectantes uſui dictæ Dohanæ,
ex cujus proventibus earundem Tenutarum Domi-
nis certæ annuæ pecuniarum Summæ ſolvi conſue-
verunt, fuerit, & ſit quædam Tenuta vulgaritèr
nuncupata Montis Romani, & pro manutentione
dictæ Dohanæ fel. rec. Innocentius Papa VIII.
Prædeceſſor noſter ad obviandum fraudibus, quæ
plerumque in præjudicium Dohanæ prædictæ fie-
bant, ſtatuerit, & ordinaverit, quòd omnes per
Privilegium, ſeù aliàs quomodolibet facti Romani
Cives, non obſtante acquiſita Civilitate hujuſmo-
di, & illius Privilegiis, nihilominùs ad ſolven-
dum conſuetum Dohanæ prædictæ obligarentur, &
licèt etiam inſuper ſecundum decretum aliàs in
plena Camera factum pro vervecibus, Caſtratis
nuncupatis, qui ultrà duos menſes intrà ejuſdem
Dohanæ pertinentiàs permanſerint, eidem Dohanæ* 35
*debitum ſit perſolvendum, nihilominus non de-
ſunt, qui in dies Dohaneriis, & Agentibus Do-
hanæ prædictæ in præmiſſis ſe opponere, eoſque im-
pedire ſatagant. Nos igitur pro Officialium, &
Cameræ præfatæ indemnitate, modernorumque, &
qui erunt pro tempore, ejuſdem Dohanæ Dohane-
riorum quiete oppoſitiones, & impedimenta hujuſ-
modi penitus removere, & tollere volentes, Mo-
tu ſimili &c. omnes, & quaſcumque lites, & cau-
ſas ſuper præmiſſis, & quolibet præmiſſorum inter
Dohanerios, ſeù etiam Cameram præfatam ex una,
& quoſcumque alios ex altera parte forſan penden-
tes*



*tes ad Nos avocamus, & penitùs extinguimus,
partibuſque ipſis deſuper perpetuum Silentium im-
ponimus. Volumuſque, ſtatuimus, & ordinamus,
quòd de cætero in perpetuum omnes illæ Tenutæ,
quæ fuerint uſui dictæ Dohanæ, ut præfertur, de-
putatæ, eiſdem modo, & forma permanere, &
36 perſeverare, nec ab illorum Dominis deſuper quic-
quam innovari, aut pluſquam ſit, eos per Doha-
nerios ſolvi conſuetum peti poſſit. Quodque circà
exemptionem Civium Romanorum non originario-
rum, & circa ſolutionem debiti Dohanæ præfatæ
ordinatio Innocentii Prædeceſſoris, & Decretum
Camerale prædictum reſpectivè inviolabiliter ob-
ſervari debeant. Mandantes dilectis filiis Guido-
ni Aſcanio S. Euſtachii Diacono S. R. E. Cardi-
nali Camerario noſtro, & Theſaurario Generali,
Præſidentibuſque, & Clericis Cameræ, ut præmiſ-
ſa obſervent, & ab aliis inviolabiliter obſervari
faciant, & mandent. Præſenteſque, quarum ſolam
Signaturam, Regula contraria non obſtante, ſuffi-
cere, & ubique in judicio, & extrà ſidem face-
re volumus, de ſubreptionis, obreptionis, inten-
tionis noſtræ defectu, ſeù alio vitio infringi, no-
tari, redargui nullatenùs poſſe. Sicque per præno-
minatos, & alios quoſcumque Judices quacun-
que præfulgeant dignitate, & auctoritate fun-
gantur etiam Sac. Palatii Apoſtolici Cauſarum
Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de la-
tere Legatos ſublata &c. ac irritum, & inane
&c. judicari, & interpretari debere decernimus
Præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus
Apoſtolicis tàm ſub plumbo, quàm per Breve ſub
quibuſvis verborum expreſſionibus, & aliis quan-
tumcumque fortiſſimis, & inſolitis derogatoriarum
derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis il-
lorum, & præmiſſorum, & aliorum omnium, &
ſingulorum ſic forſan latius generalitèr, vel ſpe-
cialiter de neceſſitate exprimendis tenores, perin-
dè, ac ſi ſpecifica individua mentis, ac de ver-
bo ad verbum expreſſio facta foret, non per clau-
ſulas generales idem importantes pro plenè, & ſuffi-
cienter expreſſis, & ſupra dictis, cæteriſque in con-
trarium facientibus, non obſtantibus quibuſcum-
que cum clauſulis opportunis, & conſuetis. Pla-
cet motu proprio &c.*

Declaravit etiam *Gregorius XIII.* quòd non ſo-
lùm forenſes, & qui extrà Provincias Dohanæ
prædictæ ſubjectas degunt, fidam hujuſmo-
37 di Dohaneriis ſolvere teneantur, ſed etiam om-
nes, & ſinguli Provinciales in præfatis Pro-
vinciis paſcuorum *Urbis*, *Campaniæ*, *Maritimæ*,
*& Patrimonii* quomodolibet ſubjecti, tàm intrà,
quàm extrà Stangam, & tam ſi bullettam ſibi dari
fecerint, quàm non pro quibuſvis animalibus
etiam porcis in paſcuis alienis paſcentibus, ità,
& talitèr, quòd nemo, ſivè ſit Romanus, ſivè
Forenſis, ſivè Diſtrictualis, vel Provincialis ex
prædictis Provinciis Dohanæ prædictæ ſubjectis,
ſivè intrà Stangam, ſivè extrà eam à tali ſolu-
tione fidæ ſub quovis prætextu cujuſvis con-
ſuetudinis, præſcriptionis non uſus, permiſſio-
nis, ſeu quavis alia ratione, occaſione, vel cau-
ſa nullatenus exemptus ſit, ut *in dicta ejus Con-
ſtitutione in ordine la* 46.

Hac adhibita diſtinctione, quòd nempè à Fo-
38 renſibus, inter quos comprehenduntur Cives ex
privilegio, vel ex domicilio, ſolvitur ad ratio-
nem *juliorum ſexaginta ſex pro quolibet centena-
rio animalium minutorum*, nempè pecudum, ca-
prarum, & ſuum, & *juliorum duorum pro qua-
libet bellua magna*, nempè equa, bove, vaccina
& bubala, addito in totum *alio julio* pro qua-
dam Gabella applicata favore *Populi Romani*; à
Romanis verò originariis ad rationem *juliorum
duodecim cum dimidio* pro quolibet centenario bel- 39
luarum minutarum, & *medietatis unius julii*
pro qualibet bellua magna, ac ulteriùs *julium
unum* pro dicta Gabella *Populi Romani*. Et ſi Af-
fidati volunt ad annum paginam, ſeù cartam, vel
litteras patentes Fidæ, ſolvere debent *julios qua-* 40
*tuor* pro illius expeditione; Si verò pro ſeme-
ſtre ſolvere tenentur *julios duos*, repoſita electio-
ne ſpatii temporis in eorum arbitrio.

Nec ad effugiendam Fidam majorem debitam
à Forenſibus admittuntur fictitiæ aſſignationes, 41
aliæque ſimulationes in fraudem Dohanerii, proùt
reſolutum fuit à *Tribunali Cameræ Apoſtolicæ* 27.
*Novembris* 1673. *in Romana Fide coram Emi-
nentiſſimo Coſtaguto tunc Cam. Apoſt. Clerico*, in
qua denegata fuit *Chriſtophoro Nicolao* appella-
tio ſuſpenſiva à mandato contrà eum relaxato
*ab Illuſtriſſimo Theſaurario* pro ſolutione majoris
Fidæ, quamvis Maſſaria pecudum empta fuiſſet
ex pecuniis dotalibus favore Magdalenæ Uxo-
ris Civis originariæ Urbis, eique aſſignata à Vi-
ro, ad hoc ut ſe, & filios aleret, ſicuti etiam in
alia *Romana Fidæ ſub die* 4. *Maii* 1676. *coram
Eminentiſſimo Aſtallio tunc Cameræ Apoſtolicæ
Clerico* reſolutum fuit, *Auguſtinum de Tertiis Fo-
renſem* teneri ad ſolutionem Fidæ majoris pro 42
Maſſaria donata *Jacobo ejus filio* infanti, nato in
Urbe *ab Achille Patruo*, quia, cum uſusfructus
dictæ Maſſariæ, tanquàm peculii adventitii ſpe-
ctaret ad *Auguſtinum Patrem*, ſolutio hujuſmo-
di vectigalis debetur ab uſufructuario, uti onus
impoſitum perſonis pro re eodem modo, quo
uſufructuarius tenetur ad ſolutionem collectarum 43
*Paciſc. de Salvian. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 529.
*Koppen. deciſ.* 6. *num.* 3. *par.* 2. ubi *num.* 8. ſub-
dit procedere, etiamſi proprietarius ſit perſona 44
immunis, *Nicolaus Antonius Marotta de collect.
cap.* 7. *num.* 11. *impreſſ. penès Joannem Franciſ-
cum Marottam Diſceptat. Forenſ. Caſtill. de Uſu-
fruct. cap.* 56. *num.* 14. *cum ſeq.* & firmavit *Rot.
in Ravennaten. Bonorum* 12. *Junii* 1676. *coram
bo. mem. Albergato §. tertio onera* juncta ulte-
riùs non levi ſuſpicione ſimulationis, quæ pon-
deratis omnibus circumſtantiis concurrebat.

Eximuntur tamen Forenſes à ſolutione Fidæ
majoris, quotiès intrà diſtrictum ſeù Provinciam 45
etiam habitaverint majori anni parte, ut in *capit.*
25. Appaltus Dohanæ Patrimonii ſtipulati cum
D. Luca Antonio Roncha de anno 1680. ibi
*Che alli Cittadini aggregati alle cittadinanze di
qualſivoglia luogo di detta Provincia per privile-
gio non debba ſuffragare in coſa alcuna detto Pri-
vilegio in pregiuditio delle Dogane, ſe loro non
habitaranno nelli luoghi, dove ſono aggregati con
la ſua famiglia la maggior parte dell' anno.* Eo-
que magis, ſi inibi contraxit domicilium, habi-
tando cum tota familia, poſſidendo bona ſtabi-
lia, & alia ſimilia domicilium importantia exer-
cendo, & gerendo, proùt in cauſa *Romana*,
*ſeù Alatrina Fidæ favore Franciſci Diotallevi
contrà eundem Roncam* pronunciatum fuit in Tri-
bunali *Eminentiſſimi Camerarii*, cujus ſententia
canonizata fuit à *Tribunali Cameræ coram Illu-
ſtriſſimo de Aſte* reſcribendo ſub *die* 23. *Februar.*
1685. *in dovolutivo*.

Ad ſolutionem Fidæ verò tenentur omnes ii,
qui exeunt à proprio Territorio, & unà cum 46
animalibus ſe conferunt ad paſcendum in Terri-
torium alterius Caſtri, ſeù Terræ, licet utrum-
que Caſtrum ſit ejuſdem Status, ſeù Principatus,

proùt fuit pronuntiatum de anno 1633. in Tribunali Cameræ per bon. mem. Serram, ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ Clericum, quæ ſententia per pactum canonizatur in Inſtrumento appaltus ſolito Chirographo Summi Pontificis confirmato, apponendo ſequens Capitulum: „ Che perſona „ alcuna non habbia ardire cavare beſtiame, ne „ d'Eſtate, ne d'Inverno fuori del Territorio ſuo „ per mandarlo in quello d'altri, ſenza ſaputa, „ e licenza in ſcriptis del Doganiero, che ſe li „ darà gratis, acciò ſi paghi la Fida dovuta in „ qualſivoglia tempo, & il Territorio di ciaſcu- „ no s'intenda quel del luogo, dove è, & habita „ la maggior parte dell'anno, ancorche ſi mandi- „ no in altri luoghi dello Stato del medeſimo Ba- „ rone, ò Signore in conformità della ſentenza „ data in Camera da Monſignor Serra dell' anno „ 1633. ſotto li 3. Ottobre per gl'atti del Gior- „ dani Notaro di Camera. Dichiarandoſi, che paſ- „ ſato S. Giovanni di Giugno s'intenda, doverſi „ pagare la Fida dell'Eſtate, come e ſolito. Propterea non obſtant deducta contrà Juſtitiam dictæ ſententiæ per Card. de Luca de Regal. diſcurſ. 95. ſed ſi animalia per tranſcurſum exierint a proprio Territorio, damnum inferendo in alieno Territorio, tenentur ſolùm ad emendationem damni, non autem ad pœnam, ut reſolvit Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Imperialis, dùm omnium plauſu exercebat Theſaurariatum Generalem, ut ex ejus Epiſtola ſcripta D. Gubernatori Verularum tenoris ſequentis.

Molt' Illuſtre, e Molt' Eccellente Signore.

„ Quando ſia vero, quanto rappreſentano coll' „ anneſſo Memoriale Domenico Paniccia, Gio. „ Battiſta d'Amico, e compagni, ſi compiacerà „ V. S. di non dare ad eſſi loro alcuna moleſtia „ ad inſtanza di Giuſeppe Benſoni Commiſſario „ Cavalcante del Signore Ronca Doganiere del „ Patrimonio, mentre per il ſemplice traſcorſo „ de loro beſtiami per paſcere ne territorii d'al- „ tri luoghi confinanti con quello di coteſta Cit- „ tà, non devono ſoggiacere alle pene, mà ſola- „ mente tenuti all'emenda del danno, e reſto.

Di V. S. Roma 18. Agoſto 1688.

Affettionatiſſimo per ſervirla.
G. R. Imperiale Theſ. Gen.

Tenentur ad ſolutionem Fidæ etiam S. R. E. Cardinales, ut ſequendo diſpoſitionem dictæ Bul-
47 læ Gregorii XIII. la 69. circà medium, in qua mandavit, Conſtitutiones, Bullas, privilegia, & Decreta circà hanc materiam, jam emanata ab omnibus, & quibuſcunque &c. etiam Cardinalatus honore &c. præfulſerint, & præfulgeant, &c. obſervari debere, canonizavit Tribunal Cameræ ſub die 5. Julii 1677. coram fœl. mem. D. meo Cardinali de Cavaleriis tunc Cameræ Apoſtolicæ Clerico, in Romana Fidæ inter fœl. recordat. D. Cardinalem Uldericum de Carpinea, & bo. mem. Jacobum de Romanis Dohanerium, reſolvendo pro infirmatione ſententiæ Eminentiſſimi Camerarii, qui abſolverat D. Cardinalem, & ſic pro ſolutione Fidæ; conceſſa tamen nova audientia adverſus prædictam reſolutionem, cauſa terminata fuit per concordiam, mediante interpoſitione ejuſdem D. mei Cardinalis de Cavaleriis, cujus arbitrio pro exactione tantummodò medietatis Fidæ majoris, ſe ſubmiſit Dohanerius.

48 Hinc indubitanter tenentur animalia quorumvis Clericorum, & Eccleſiaſticorum ad ſolutionem Fidæ; undè non applicantur reſolutiones Sacræ Congregationis Immunitatis relatæ per Pignatell. conſultat. 26. num. 15. cum ſeqq. par. 3. in quibus firmatum fuit, eſſe exempta, cum loquantur non in terminis dictæ Conſtitutionis Gregorii XIII. ſed particularium Statutorum locorum; in quibus vel ratione defectus poteſtatis, vel voluntatis non ſunt comprehenſa. Cæterùm quotiès agitur de Fida, quæ non ſit Vectigal, neque Collecta, ſed ſit pretium herbarum depaſtarum ab animalibus, tunc etiam Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ volentes depaſcere eorum animalia, tenentur ad ſolutionem Fidæ, ut tradit Jaſon. in l. 1. in prima lectur. ſub num. 19. verſ. advertit tamen, & in ſecunda lectur. num. 25. C. de Sacroſanct. Eccleſ. ubi firmat, quod ſi Communitas habeat loca paſturæ in fundis privatorum, & Clericus velit immittere ſua animalia ad ibi depaſcendum, tenetur ſolvere Communitati: comprobat Abb. conſ. 6. per tot. quos refert, & ſequitur Rocca Epiſcopus Iſolanus Diſputat. ſelect. volum. 2. cap. 170. num. 3. cum ſeq. & quod Clerici volentes mittere eorum animalia ad paſcua Univerſitatis teneantur ad onera à Statuto Univerſitatis impoſita, docet Fagnan. in cap. cum in cunctis n. 20. de His, quæ fiunt à major. part. Capitul. & reſolvit Sac. Congregatio boni Regiminis in Farſen. ſolutionis Paſcui, ſeù Faxæ ſub die 22. Novembris 1687. reſcribendo Eccleſiaſticos non teneri, niſi pro animalibus depaſcentibus, & non eſſe cogendos ad paſcendum.

Non tenentur tamen ſolvere Fidam Cives, &
Incolæ Urbis quando æſtivo tempore tranſmit- 49
tunt animalia ad Montes intrà diſtrictum exiſtentes, & ita ſuper manutentione in quaſi poſſeſſione tranſmittendi eorum animalia ad paſcendum quolibet anni tempore de loco ad locum, & de Territorio ad Territorium Urbis diſtrictum, abſquè ulla ſolutione Fidæ, ſeù obligatione petendi licentiam à Dohanerio, pronunciatum fuit bo. mem. D. Metellum Talpan Auditorem Eminentiſſimi Caraccioli tunc Rev. Cam. Apoſt. Clerici, & Graſciæ, ac Dohanarum Præſidis. de Menſe Octobris 1656. & in petitorio lata fuit ſententia de menſe Julii 1672. per bo. mem. D. Joannem Baptiſtam Raulinum Auditorem Illuſtriſſimi Salviati paritèr tunc Graſciæ, & Dohanarum Præſidis; in qua pronunciatum fuit Cives, & Incolas prædictos non teneri ad ſolutionem Fidæ, ob tranſmiſſionem eorum animalium ad paſcendum quolibet anni tempore de loco ad locum, & de Territorio ad Territorium, in qua cauſa pro Dohaneriis ſcripſit Eminentiſſimus de Luca de Regal. diſcurſ. 34. qui de prædicta ſententia teſtatur.

Eximuntur etiam à ſolutione Fidæ boves aratorii, & equæ laborantes, & reſpectivè triturantes in Tenutis propriis, aut in proprio labore-
rio ex diſpoſitione „ cap. Appaltus, ibi Che alla 50
„ Fida ſiano tenute tutte le ſorti de beſtiami tan- „ to groſſi, quanto minuti, che s'introducono nelli „ Territorii, ò Tenute d'altri, come ſi diſpone „ nelle Conſtitutioni di Gregorio XIII. eccetto li „ boui aratorii, e le cavalle per le trite, quando „ lavoreranno, è triteranno reſpettivamente nelle „ tenute proprie, overo nel proprio lavoro. Et quòd Vaſſalli graventur, quando Barones exi-
gunt Fidam pro bobus per eos ab exteris con- 51
ductis pro cultura terrarum reddititiarum eiſdem Baronibus, reſpondit Novar. de Gravam. Vaſſal. gravam. 39.

Advertendo, quòd, quàmvis Bobaterii Veli-
terni prætenderent vigore præfati Capituli Ap- 52
paltus, quod exemptio extendatur etiàm ad illud tempus, quo laborerio quieſcunt boves, & equæ



deſtinatæ ad arandum, & reſpectivè triturandum extrà proprium territorium; Nihilominùs in cauſa Romana, ſeù Veliterna Fidæ ſub die 21. Junii 1677. coram bonæ memoriæ R. P. Domino Raggio à Tribunali Cameræ reſolutum fuit boves aratorios, & equas triturantes teneri ad ſolutionem Fidæ, tempore quo actu non laborant in propriis laboreriis, quæ reſolutio mihi viſa
53 fuit juſta, ponderando dictionem illam quandò adjectam verbo futuri temporis lavoreranno, e triteranno, quæ cum importet conditionem, Surd. conſ. 298. num. 35. Comes Bonden. colluct. legal. 45. num. 46. ubi concord. vol. 2. Larrea deciſ. 52. num. 18. part. 2. Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 428. nu. 2. coram Bichio deciſ. 196. num. 8. & coram Arguelles deciſ. 97. num. 3. cum ſeq. antè implementum ejuſdem conditionis, nulla ori-
54 tur obligatio, vel actio, l. cedere diem ff. de Verb. ſignific. Surd. loc. cit. num. 36. & proſequitur Rot. coram Ludoviſ. num. 3. cor. Cerro. dec. 109. num. 11. tom. 1. & dec. 940. num. 7. tom. 3. cor. Celſo. dec. 100. num. 1.

Et quatenùs prædicta dictio tanquàm àdjecta executioni non reddat diſpoſitionem conditiona-
55 lem, & accipiatur temporalitèr tantùm, ut tradit Honded. conſ. 53. num. 58. vol. 2. quem ſequitur Rot. coram Bich. dicta deciſ. 196. num. 9. eò clariùs reſtringitur exemptio ad tempus culturæ,
56 & triturationis, eo modo, quo dictio quouſquè denotat temporalitatem, ac eſt limitativa temporis, Bart. in l. final. ſub num. 2. ff. ad S. C. Tertull. Dec. conſ. 637. numer. 12. ac 14. Menoch. conſ. 274. numer. 10. Cattan. conſil. 8. num. 20. Bertazzol. de Clauſul. inſtrumen. clauſ. 15. gloſſ. 4. num. 1. Comes Bonden. colluct. legal. 26. ex n. 80. 81. 82. vol. 2. Manſ. conſult. 101. num. 32. lib. 2. & faciunt tradita per Rot. in rec. dec. 475. ſub num. 1. p. 2. & coram Carrill. deciſ. 266. numero 4.

Accedente, quòd qualitas adjecta verbo debet verificari ſecundùm tempus verbi, per tex.
57 in l. In delictis §. extraneus ff. de Noxal. & in l. Titius 26. ff. de Milit. teſtamen. cum aliis vulgatis: Et quidèm verè, & realitèr, ac actu, ad
58 Text. in l. Quod pupillæ 30. ff. Quemad. dies legat. credat. Barbaſtren. de Intruſ. quæſt. 22. num. 6. cum ſeq. Larrea dicta deciſ. ſub eodem num. 18. cum ſeq.

Notando in propoſito, quòd moderatè introducendus eſt numerus bovum, & equarum pro
59 cultura, & trituratione, ne ſub iſto prætextu exindè reſultet præjudicium Dohanerio, nam alioquin competit exactio Fidæ, ad tradita per Covar. Pract. qq. cap. 37. num. 1. Cancer. Variar. reſolut. part. 3. cap. 4. numer. 65. verſ. unum cum ſeqq. Novar. de Gravam. Vaſſall. gravam. 38. ubi concordantes. Ad effectum verò dignoſcendi, an numerus animalium introductorum ſi exceſſivus, nec ne, eligendi ſunt Periti, quorum judicio ſtandum eſt, ut proſequitur Novar. ubi ſuprà gravam. 38. num. 2. cum ſeq.

Circà ſummam, & quantitatem verò Fidæ ſol-
60 vendam, ſervandæ ſunt Conſtitutiones, Statuta, & Conſuetudo loci illam taxantes, ut docet Rebuff. in l. 1. circà finem C. de Paſc. public. vel privat. lib. 11. Sanfelic. deciſ. 8. ſub num. 14. par. 1. abſque eo quòd taxa alterari poſſit, alias
61 gravantur Vaſſalli, ut docet Novar. de Gravam. Vaſſal. gravam. 41. num. 1. Et exiſtenti in quaſi
62 poſſeſſione percipiendi Fidam pro animalibus aliqua paſcua intrantibus datur manutentio, Poſth. de Manutent. obſervat. 10. num. 74.

In Statu Eccleſiaſtico, ſicuti non cadit diſpu-
tatio, cuinam ſit ſolvenda, cùm Reverendæ Ca- 63
meræ Apoſtolicæ, & pro ea Dohanerio debeatur, non autem Baronibus Feuda, & bona intrà Dohanam poſſidentibus, juxtà diſpoſitionem dd. Conſtitutionum Pii II. ac aliorum Summorum Pontificum, ut reſpondit Spad. conſ. 7. per tot. & præſertim à n. 15. verſ. animadvertendumque eſt, uſque in finem vol. 1. ita nec circà quantitatem, cum debeatur ad rationem, de qua ſuprà num. 38. & 39.

Quid autem ſit dicendum circà Barones Regni 64
Neapolitani, an ſcilicèt poſſint affidare animalia in territoriis Vaſſallorum, ita ut Fida eis ſit ſolvenda ab Exteris pro animalibus paſcua ſumentibus in Feudo, vide Novar. de Gravam. Vaſſallor. gravam. 37. cum ſeqq. Capiblanc. de Baron. pragm. 11. Monach. ad Minad. deciſ. 32. numer. 18. Adden. ad Reverter. deciſ. 472. Capyc. Latr. conſultat. 83. Hieronymus Calà in reſponſ. 3. impreſſ. poſt ejus tract. de Reſtitut. in integrum min. quandoque denegan. ubi num. 3. tenet, quòd Jus Fidæ, & Diffidæ ſit de Dominio Feudi, San-
felic. dec. 8. Quatenùs verò Baronibus ſit ſol- 65
venda, notandum eſt, quòd ipſi non poſſunt affidare animalia Exterorum in tanto numero, & quantitate, ut uſus paſcendi Vaſſallis reſtringa-
tur. Caput. de Regim. Reipubl. cap. 1. §. 2. num. 66
122. verſ. ſicut Borell. de Magiſtrat. Edict. lib. 4. cap. 6. num. 33. cum ſeqq.

Præſciendum eſt etiam tertiò, quòd Affidati, 67
ut ſincero animo, & hilari mente abſque aliqua trepidatione, vel timore ad ipſam Dohanam accedere, & in illa ſtare valeant, ut ſunt verba præciſa dictæ Bullæ Gregorii XIII. la 46. antè fi-
nem, decorati fuerunt variis privilegiis, de qui- 68
bus ſuprà, aliiſque expreſſis in litteris patentibus, ſeù Fida concedi ſolita per Dohanerium, cujus fit mentio in genere in cit. Conſtitutionibus Gregorii XIII. & in ſpecie eis conceditur privile-
gium fori, ut legitur in eadem Fida, Capitulis 69
Appaltus muniti ſpeciali chirographo Papæ, tenoris ſequentis, ibi: Præterea pro faciliori dd. Dohanarum gubernio, & adminiſtratione, Juriumque debitorum conſecutione, omnes, & ſingulos Pii II. Pauli II. Leonis X. Alexandri VI. Pauli IV. Gregorii XIII. & omnium aliorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Conſtitutiones pro dictis Dohanis, & illarum Affidatis emanatas, nec non omnia, & ſingula privilegia, juriſdictiones, immunitates, & exemptiones, facultates, gratias, & jura quæcunque tàm per eoſdem Prædeceſſores noſtros, quàm per ipſam Cameram vigore quarumvis litterarum patentium, Statutorum, & Bannimentorum, ſeù quarumvis aliarum proviſionum, tàm ipſis Dohanis Theſaurariæ, illarumque Dohaneriis, & Theſaurariis, Officialibus, Agentibus, & Miniſtris, quàm omnibus Affidatis, eorumque bonis, rebus, animalibus, quomodolibet conceſſas, & indulta, illorumque omnium, & ſingulorum tenores hìc pro expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, harum ſerie pariter confirmamus, approbamus, innovamus, ac de novo concedimus, & indulgemus, & præcipuè ſtatuimus, & mandamus, quòd ipſe Dohanerius, & ejus Agentes, & Miniſtri tanquàm ipſius Cameræ Officiales ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ juriſdictioni immediatè, & privativè quò ad omnes ſubſint, & nullus alius Judex tàm Ordinarius, quàm Delegatus, etiam S. R. E. Cardinales de Latere Legati, Vicelegati, ſeù Gubernatores in eorum Cauſis, & negotiis ſe ingerere,

rere, aut intromittere valeant ipſeque Dohanerius, ac ejus Auditor, vel Aſſeſſor in omnibus Cauſis fraudum dd. Dohanarum, & damnorum datorum in ſuis Tenutis, ac in omnibus Affidatorum Cauſis activis, & paſſivis Civilibus, Criminalibus, & mixtis ( infrà dicendis tantùm exceptis ) etiàm damnorum datorum, tàm cum quibuſvis particularibus perſonis, quàm cum quibuſvis Communitatibus, & Univerſitatibus, eorumque incidentibus, deperdentibus, annexis, & connexis, ſint Judices competentes privativè quò ad omnes alios Judices, tàm Civiles, quàm Criminales, tàm Ordinarios, quàm Delegatos, & Commiſſarios etiàm Legatos, Vicelegagos, Gubernatores, & præſertìm, quò ad Conſules Artis Agriculturæ, & Magiſtros Juſtitiarios Urbis, qui in quibuſvis Affidatorum, & ipſius Dohanerii Cauſis etiàm ſub prætextu damnorum datorum, & aliarum rerum in Capitulis, & Statutis Artis Agriculturæ, & Juſtitiariorum comprehenſarum nullo modo ſe ingerere poſſint, etiàm ſi damna ſtudioſe data fuiſſe prætenderetur, vel appareret, ità ut Affidati ad pœnam etiàm tenerentur, quia has quoque Cauſas à dicto Dohanerio, ſivè ejus Aſſeſſore, vel Auditore in prima Inſtantia, in aliis verò in Camera noſtra cognoſci volumus, alios verò Judices, & Tribunalia, etiam ſi deputati eſſent à Congregatione ſuper bono Regimine, ac ſublevamine, ad eaſdem procedere poſſe etiàm ſub prætextu præventionis, omninò prohibemus; Inhibentes propterea iiſdem, & præſertìm dictis Conſulibus Artis Agriculturæ, eorumque Aſſeſſori, & Notario, ne in dictis cauſis damnorum etiàm ſtudiosè datorum, procedere valeant, quibus etiàm Inhibitionem ſub pœna ſcutorum quingentorum auri, nullitatis, & attentatorum, ità ut præventionem nunquam inducere poſſint, juxtà formam prædictorum Capitulorum fieri poſſe à dilecto filio noſtro S. R. E. pro tempore, exiſtente Camerario, ſeù à Camera noſtra, totiès, quotiès opus fuerit, Volumus, & mandamus, quodquè nullus alius Judex tàm Eccleſiaſticus, quàm Sæcularis juriſdictionem dicti Dohanerii, aut Aſſeſſoris, vel Auditoris in prima inſtantia, etiàm ſub prætextu cujuſcunque obligationis Cameralis, ſeù alterius privilegii valeat impedire, ſed ipſe Dohanerius, ſive ejus Auditor, vel Aſſeſſor poſſit, & debeat in omnibus cauſis prædictis, uſquè ad ſententiam incluſive ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, etiàm non obſtantibus quacunque inhibitione, & impedimento cujuſvis Judicis, Tribunalis, & Congregationis, procedere, exceptis tamen Cauſis homicidii voluntarii, Læſæ Majeſtatis, furti, ultrà tamen ſummam ſcutorum quinquaginta, ac omnibus aliis Criminibus, ex quibus pœna mortis, aut mutilationis membrorum infligenda veniret, quæ cauſæ per eorum Judices competentes cognoſci, & decidi debeant, cum interventu tamen Dohanerii, ſeù illius Aſſeſſoris, quatenùs intereſſe, & intervenire velit, & non aliàs, uſu quocunque in contrarium, & aliis non obſtantibus. Et in Bannimento Generali Dohanæ publicato 4. „ Februarii 1681. ibi: Item, che
„ neſſuna perſona Giudice, ò Offitiale di qualſivoglia ſtato, grado, e dignità ſi ſia, benche
„ deputato dalla Congregatione del buon Governo
„ poſſa conoſcere in modo alcuno le cauſe d'eſſi
„ Affidati tanto attive, quanto paſſive, civili,
„ Criminali, e miſte, etiam li danni dati anco
„ ſtudioſi, ancorche doveſſero pagare le pene, ne
„ quelle decidere, eccetto eſſo Doganiere, ò Giu-
„ dice, ò vero Aſſeſſore da deputarſi da eſſo,
„ quale ſia Giudice competente privativè quò ad
„ omnes alios, eccetuando però dalle cauſe Cri-
„ minali, crimen læſæ Majeſtatis, hereſia, homi-
„ cidio volontario, e furto, che eccedeſſe la ſom-
„ ma di ſcudi cinquanta, quali ſi riſervano al loro
„ Giudice competente coll'intervento del Doganiere
„ ò ſuo Aſſeſſore, volendovi intervenire, ſotto
„ pena di ſcudi 500. d'applicarſi &c. Et de Affi- 70
datis Regni Neapolis, quorum forum eſt, vel Regia Dohana, vel R. C. S. A Ponte de Poteſt. Proreg. tit. 4. de Regalib. impoſit. §. 8. nu. 48. cum ſeqq. Moles cit. quæſt. 6. §. 2. nu. 3. Gizz. in Addit. ad Capyc. latr. deciſ. 54. num. 13. cum ſeq. Novar. de Elect. ſor. quæſt. 47. num. 2. cum ſeq. & latiſſimè Scyaloia de Foro compet. cap. 20.

Ad quem effectum per Dohanerium deputantur tres Aſſeſſores cum præfata ampliſſima, & 71 privativa juriſdictione, nempè unus in Urbe, quatenùs tamen accedat approbatio Illuſtriſſimi Theſaurarii, quæ non debet concedi ob præjudicium reſultans propriæ juriſdictioni, & ne multiplicentur inutilitèr Tribunalia; Alter in Civitate Viterbii, cujus meminit Cobell. ad Bullam boni Regim. cap. 50. nu. 171. verſ. inſuper cum ſeq. Et tertius in Provincia Campaniæ, & Maritimæ, ſed hujuſmodi deputatione non obſtante, adhuc ab Eminentiſſimo Camerario, & ab Illuſtriſſimis 72 Theſaurario, & Graſciæ, & Dohanarum Præſide, ac à DD. Conſulibus Agriculturæ expediuntur favore eorumdem Affidatorum inhibitiones.

Sed hujuſmodi inhibitiones nequeunt impedire, quin Curia Eccleſiaſtica valeat procedere in cauſis ad ejus Forum ſpectantibus, & ſi Aſſeſſor avocaret ad ſe cauſam, poteſt Judex Eccleſiaſticus contrà eum procedere, ut ex ſequentibus reſolutionibus Sac. Congregationis Immunitatis.

*In Sacra Congregatione ſuper Immunitate Eccleſiaſtica, & controverſiis juriſdictionalibus habita die 2. Octobris 1691. fuerunt propoſita pro parto Epiſcopi Anagnini infra ſcripta dubia, & reſoluta prout infrà.*

„ Primo. Se ne caſi di traſgreſſione dell' Editto
„ di eſſo Veſcovo fatto publicare di concerto con
„ il Governatore Laico per ovviare alli danni,
„ che dalli Garzoni, & animali degl' Eccleſiaſti-
„ ci, e de Laici s'inferivano alli Pignoni di gra-
„ no eſiſtenti ne beni di perſone Eccleſiaſtiche,
„ poſſa la Curia Veſcovale procedere, ſenza at-
„ tendere l'Inhibitione della Fida, e di Pietro
„ Paolo Graziani, che come ſtato deputato per
„ quarto Aſſeſſore delle Dogane della Fida in quel-
„ la Città, hà eretto nuovamente un Tribunale
„ ſopra i danni dati.
„ Secondo. Se parimente detta Curia poſſa pro-
„ cedere contro il prefato Aſſeſſore, quando pre-
„ tenda avvocare à ſe le Cauſe ne caſi particolari
„ della traſgreſſione, come ſopra.
„ Terzo. Se debba non ſolo ordinarſi la remo-
„ tione del Tribunale eretto dal detto Graziani,
„ atteſo il non havere potuto gl'Appaltatori delle
„ Dogane deputarlo per quarto Aſſeſſore, mentre
„ non hanno facoltà d'elegerne ſe non trè, come
„ ſi diſpone nel Capitolo 21. dell' Inſtromento dell'
„ Affitto, mà ancora provederſi dell' Attentato,
„ che detto quarto Aſſeſſore hà commeſſo per ha-
„ vere con ordine del Tribunale dell' Eminen-
„ tiſſimo Sig. Cardinal Camerlengo fatto reſtitui-
„ re, non oſtante l'Inhibitione della predetta Fu-
„ ria Veſcovale, à Padroni gl' animali ſtati per
„ ordine della detta Curia Eccleſiaſtica arreſtati,
„ come trovati à far danno ne beni di due Chie-
„ rici.

Sacra



Sacra Congregatio reſpondit, Ad primum, & ſecundum affirmativè. Quo ad tertium, ad D. Secretarium cum Auditore Eminentiſſimi Camerarii. Et ſub die 8. Julii 1692. confirmavit eandem reſolutionem, ut ex Epiſtola ſequenti ſcripta Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Maſerio Nobili Peruſino, ac doctiſſimo, & vigilantiſſimo Epiſcopo Anagnanino.

*Illuſtre, e molto Rev. come Fratello.*

„ Eſaminatoſi da queſta Sacra Congregazione dell'
„ Immunità Eccleſiaſtica le nuove iſtanze fatte
„ per parte di V. S. e di Pietro Paolo Grazia-
„ ni aſſerto Aſſeſſore della Dogana della Fida in
„ coteſta Città, l'EE. loro ſono ſtate coſtanti nel-
„ la riſolutione preſa ſotto li 2. Ottobre dell' An-
„ no proſſimo ſcorſo, è di più anno decretato,
„ che aboliti gl'atti fatti avanti detto Graziani
„ per la turbativa inferita alla di lei giuriſditio-
„ ne, con hauere ordinata la reſtitutione d'una
„ Cavalla, che ſi riteneua in pegno dal Depoſita-
„ rio, come fatta carcerare dalla Corte Eccleſia-
„ ſtica di V. S. con altri animali del Canonico
„ Graziani ritrovati a danneggiare in una Te-
„ nuta di coteſto Capitolo. Ella con le facoltà,
„ che quì ſe le communicano, lo aſſolva, etiam
„ in forma privata dalle Cenſure per tal cauſa
„ contro di lui fulminate. Il che tutto ſe le ſigni-
„ fica, perche così ſi contenga; E Dio la proſpe-
„ ri. Roma 8. Luglio 1692.

Di V. S.

Come Fratello

Il Card. di Carpegna.

N. Grimaldi Segret.

Animadvertendo, quòd ad hoc, ut Affidati in Statu Eccleſiaſtico gaudeant privilegio fori,
73 requiritur, quòd ſaltem poſſideant belluas parvas, nempè pecudes, vel ſues, vel capellas in numero triginta, vel belluas magnas vid. boves, vel vaccas, vel bubalas, vel equas in numero decem, in quo non connumerantur equi, & muli: Nam privilegia Fidæ non ſuffragantur pro parvo numero animalium, ut relato A Pon-
74 te de Poteſt. Proreg. tradit Capiblanch. de baron. pragm. 8. par. 2. num. 167. quem ſequitur Cobell. ad Bullam boni Regim. dict. cap. 50. numer. 172. in fine. juncto num. 293. Undè, deficiente numero prædicto animalium, non deberent concedi litteræ patentales, & inhibitiones, quæ tunc fraudulenter obtinentur ad ſe confovendum in delictis, in graviſſimum præjudicium anima-
75 rum, & Publici, ac eo caſu Affidati nequeunt allegare privilegium fori, ut de non gaudentibus immunitate, & exemptione, ex quo non habeant propria animalia in numero ducentum, necnon cum eis recedant ad paſcua Apuliæ per Regiam Cameram locata, tradit Novar. de Elect. for. quæſt. 47. num. 4. verſ. declara, Cobell. ad Bullam boni regim. cap. 50. num. 293. & Scya-
76 loja dict. cap. 20. num. 14. cum ſeq. Cùm habeantur tanquàm extraordinarii, & ſupranumerarii, quibus non debentur privilegia, ut per tex. in l. final. C. de apparit. Magiſtr. milit. lib. 11 loquendo de Cavallariis, tenet A Ponte allegat. §. 8. num. 53. cum ſeq. & Novar. d. quæſt. 47. nu. 6. Non ideò tamen id judicandum erit ab Adverſario, exequi curando mandatum expeditum
77 contrà Affidatum, non obſtante præſentatione inhibitionis Fidæ ſequuta, vel antè, vel in ipſo actu executionis, ſed adeundus erit Judex inhibitionis, qui illam revocabit, quoties non con-
78 currant neceſſaria requiſita. Sic enim aperiretur via ſpernendi hujuſmodi inhibitiones, Affidati trepidantes, & timentes apprehenſionem, vel capturam perſonæ, ſeù bonorum recuſarent accedere cum eorum animalibus ad Dohanam, vel ſaltem difficiliùs venirent, contrà mentem, & diſpoſitionem tot Summorum Pontificum, qui ad alliciendos præſertim forenſes, varia privilegia eis indulſerunt, præ oculis habentes, quòd ex majori concurſu animalium non ſolùm augetur Vectigal Fidæ favore Reverendæ Cameræ, quod redundat in beneficium publicum, ob faciliorem ſolutionem fructuum locorum Montium, & Officiorum, pro quibus fuit deſtinatum: Verùm etiam exindè reſultat commodum Dominis Tenutarum, prædiorum, & paſcuorum, ac evidens utilitas Urbis, & omnium ad eam confluentium ob majorem abundantiam carnis, caſei, lactis, lanæ &c. ut advertit Gregorius XIII. in d. ejus Bulla la 69. circà med. Undè optimè applicatur, quòd deferentes Graſciam ad Urbem be- 79 nignè tractandi ſunt, ac favoribus proſequi debent, ut deinceps alliciantur, non autem angariis moleſtari, ut relato Platone in lib. de Repub. & tex. in l. 1. ff. de Nundin. tradit Caput. de regim. reip. cap. 7. §. 14. ſub num. 25. Scanarol. de viſit. Carcerat. lib. 3. cap. 5. nu. 64. Matien. ad ll. Hiſpan. tit. 25. gloſ. 3. per tot. pag. 484.

Et quamvis non deſint, qui affectant gaude- 80 re privilegiis Affidatorum, utendo inhibitionibus injuſtè extortis; attamen non eſt promulganda Lex generalis permittens ſpretum hujuſmodi inhibitionum, conſtituendo adverſarium Judicem in cauſa propria; nam periculum retrahendi ab introductione animalium in Dohanam operari valet, quòd per eam non dicatur porrectum remedium, ſed medium productivum majoris damni; præponderant namque lucra, & commoda ſupra recenſita ex majori concurſu animalium, quàm damnum reſultans ex abuſu, vel injuſtitia etiam quamplurium inhibitionum Fidæ, cùm iſta- 81 rum revocatio facilè obtineatur à juſtis Judicibus, ſed concurſus animalium, qui etiam ex vana, & erronea voce, & credulitate inobſervantiæ inhibitionum Fidæ impediri poteſt, ut in ſimili cum Anna Sen. allegat. 21. advertit Card. de Luca de regal. diſcurſ. 107. ſub num. 7. verſ. & de Appaltatore, & faciunt firmata per Rot. in Bononien. Pecuniaria, ſeù Afflictus Gabellarum 10. Decembris 1659. coram Veroſpio impreſſ. penes Actolin. reſol. 44. ſub num. 25. eadem facilitate aliundè non valet reſarciri, undè conveniret, quod animadvertit Plato lib. 4. de Rep. de Le- 82 ges corrigentibus, aut mutantibus, ut novis, quæ ſubindè pullulant, abuſibus corrigendis occurrant, quod ii in nova, & majora incommoda quotidiè incidant, & ſequitur Solorzan. de jure Indiar. lib. 1. cap. 4. nu. 86. Propterea minus malum experitur Leges, vel Conſuetudines 83 in aliqua parte vitioſas tolerando, ſeù quadam diſſimulatione permittendo, quam novas majores difficultates, & damna inferentes condendo, cùm minus malum comparativè ad majus habeat rationem boni, can. duo mala diſt. 13. & can. juravit cauſ. 22. quæſt. 4. comprobat Barboſ. axiom. 141. num. 6. cum ſeq. Borell. de Magiſtrat. edict. lib. 2. cap. 30. nu. 106. in fine cum ſeq. & priùs cap. 1. num. 24. Pro curatione enim 84 Reip. non ſunt adhibenda remedia incerta, aut quæ ſint graviora, & periculoſiora ipſorum malorum, quorum reparatio deſideratur incidendo in id, quod dixit Ovid. lib. 3. de Ponto eleg. 7. ibi:

*Curando fieri quædam majora videmus*
*Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.*

&

& comprobando proſequitur *Solorzan. cit. cap.* 85 30. *num.* 109. *cum ſeqq.* ubi *num.* 141. notat, quòd ſemper vitia erunt dùm homines erunt, & *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 27. *cum duobus ſeqq.*

Hinc mercatura non eſt prohibenda ob abuſum aliquorum Mercatorum; nec pecunia dam- 86 nanda, ut avaritiæ occurratur; nec pretioſi panni banniendi, ut faſtus retundatur; nec fæminæ ſepeliendæ, ne libidine concitentur viri; nec vineæ extirpandæ, ob aliquorum ebrietatem; nec 87 oculi eruendi, nec linqua adimenda, ne cum eis peccemus; cum nil proſit, quod lædere non valeat, nihilque eſt adeò ſanctum, ac benè divinitus proviſum, quod in perniciem ſuam abuti non poſſit humana fragilitas, & malitia, ut elegantiſſimè, aliis pluribus exemplis cumulatis, advertit *Quintilian. lib.* 2. *inſt. orat. cap.* 16. & cum *D. Chryſoſtomo homil.* 3. *in princ. ad Corinth.* concludit *Acoſta lib.* 3. *de procur. Indor. ſolut. cap.* 22. *Petr. Gregor. lib.* 6. *de rep. cap.* 2. *num.* 11. & *lib.* 13. *ferè per tot.* & præcipuè *cap.* 19. *Solorzan. de jure Indiar. lib.* 1. *cap.* 4. *numero* 90. *cum ſeq. Mager. de advocat. armata cap.* 1. *numero* 328.

88 Nec ideò Princeps proclivis eſſe debet ad novas Leges ferendas, ſed ſumma maturitate enixè ponderare tenetur, an Reip. utile, effectu promptum, eidemque Principi glorioſum futurum ſit, ut admonet *Tacit. lib.* 2. *hiſtor.* ibi: *omnes, qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an id, quod inchoatur, reip. utile, ipſis glorioſum, aut promptum effectu, aut certè non arduum ſit*; & comprobat *Solorzan. d. tract. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 69. *cum ſeqq.* ubi etiam notat, 89 quòd, quemadmodum Leges utiles plus Reipublicæ proſunt, quam arma, ità erroneæ, & inconſultæ plus damni afferunt, quàm homines occidere.

90 Novitates enim ſunt, quæ calamitatibus pondus adjiciunt, ut cum *Senec. epiſtol.* 91. notat *Knipchild. de jurib. & privil. civit. imperial. lib.* 5. *cap.* 3. *ſub nu.* 55. Undè ſunt novercæ quietis, nocumenta Reipublicæ, & nutritivæ ſcandali. *Valenzuel. conſ.* 24. *à num.* 1. *lib.* 1. *Queſad. contr.* 3. *nu.* 28. *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. *de quibus, & aliis Comes Bonden. colluct. legal.* 28. *nu.* 118. *vol.* 2. ſicque ſem- 91 per periculoſæ, & eo modo, quo difficile eſt arbores annoſas, quæ jam latè radices egerunt è loco ſuo repellere, & in alium tranſplantare, ità Rempublicam ſuis inſuetam, inveteratamque inſtitutis ad aliam vivendi rationem, ſeù normam traducere non licet, quia maximi rerum novarum motus indè conſequuntur, ut juxtà illud 92 *Cornelii Galli. Eventus varios res nova ſemper habet*, aliis relatis comprobat *Knipſchilds. d. cap.* 3. *num.* 53. *cum ſeq. Menoch. de Præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 34. *num.* 2. *cum ſeqq. Hermoſill. ad Lopez. gloſ.* 2. *prol. parte* 5. *num.* 102. *tom.* 1. Atque ideò malè præſumitur contrà illos, qui regimina, & adminiſtrationes Civitatis innovare 93 nituntur, ut ex *Bald. & Angel. in l. in rebus ff. de conſtit. princip. Menoch. loc. cit. num.* 5. *Knipſ-* 94 *childs. ubi antè ſub num.* 54. Et quòd præſumatur contrà Judicem, qui adversùs antiquam Curiæ praxim, & ſtylum novam citationis, & in Jus vocationis formam inducit, tradunt *Angel. in l. ultima C. de Canon. largit. lib.* 10. *Felin. in cap.* 2. *in verbo Stylus de Reſcript. Jaſ. in l.* 1. *§.* 1. *num.* 3. *ff. Si quis Jus dicen. non obtemp.* quos cum aliis refert, & ſequitur *Menoch. ubi ſup. n.* 6.

Verum autem, ac ſingulare remedium circà ſubjectam materiam videtur ſola electio Judicum, 95 qui doctrina, & integritate ſint excellentes, proùt ad evitanda infinita mala, quæ Reipublicæ obniunt, & quæ eligentibus adſcribi poſſunt, generaliter, admonet Principes. *Fontanell. deciſ.* 221. *num.* 25. cum à ſimilibus Judicibus ſperanda ſit vel denegatio hujuſmodi inhibitionum, vel ſaltèm eis conceſſis, facilis illarum revocatio, quotieſcunque non doceatur de neceſſaria juſtificatione.

Non minor etiam utilitas reſultabit ex rigoro- 96 ſa punitione Birruariorum, (quorum generatio eſt omnium iniquitatum acervus, & omnium fraudum cumulus, ex *Comite Bonden. collucł. legal.* 3. *num.* 84. *vol.* 2. & qui propterea ſunt ribaldi, infames infamia facti, & ob ſpem lucri facilè mentiuntur, & multa mala patrant, ut *in ead. collucł.* 3. *num.* 56. 57. & 106. *ac collucł.* 46. *num.* 66. *eod. vol.* 2. *Guazzin. ad defenſ. reor. def.* 5. *c.* 9. *ſub numero* 8. *Caren. de S. Offic. p.* 3. *tit.* 5. *§.* 7. *num.* 1. *Epiſc. Ricc. dec.* 59. *p.* 2. *Epiſc. Sperel. dec.* 77. *num.* 5. *tom.* 1. & *deciſ.* 149. *numero* 17. *in fin. tom.* 2.) & qui proprio marte ſæpè attentant, ac ex propria culpa, & delicto præmium conſequuntur, mediante exactione capturæ, creditor verò innocens condemnatur ad refectionem damnorum, expenſarum, & intereſſe, quamvis tertius non debeat reportare pœnam facti alieni, & ejus culpa gravari, ut in ſpecie attentatorum advertit *Rot. in Terraconen. Sacriſtiæ* 14. *Maii* 1677. *coram Ubago §. Et in omnem caſum.* Et ideò acritèr reprehendi debent illi Judices, qui non puniunt Birruarios ultrà reſtitutionem capturæ, mandando refici damna, & expenſas factas occaſione attentatæ executionis, ac etiam corporalem pœnam infligendo, nulla habita ratione, quod redarguatur de exceſſu, nam *habet aliquid ex in quo omne magnum exemplum, quod contrà ſingulos utilitate publica rependitur*, juxta verba *Cornel. Tacit. lib.* 14. *Annal. cap.* 44. Nec alienum erit à juſtitia, ſi Judices id negligentes cogantur de proprio ſolvere expenſas, & reficere damna, tanquàm deficientes in eorum Officio.

Dùm prædicta erant Typis mandanda, ſupervenit decretum emanatum à Congregatione particularitèr deputata, & à *Summo Pontifice* approbatum ſub *die* 10. *Auguſti* 1692. tenoris ſequentis.

*Licèt in Decretis Sacræ Congregationis ſuper Reformatione editis tempore Sa. mem. Urbani VIII. & confirmatis per Sa. mem. Innocentium XI. in ejus Conſtitutione incipien. Decet Romanum Pontificem, intèr cætera ſancitum fuerit, quod quibuſcunque ſolventibus Fidam groſſam, habentibus tamèn requiſita neceſſaria ſerventur, ſolitæ Inhibitiones non ſuffragentur, niſi reſpectu rerum Fidam concernentium: Nihilominùs quia contrà, ſeù pratèr intellectum eorumdem Decretorum, & privilegiorum Affidæ, plures irrepſerunt abuſus nimis adminiſtrationi Juſtitiæ, ac fœlici regimini præjudiciales, Congregatio Particularis, ut infrà, à Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Divina Providentia Papa XII. deputata & approbata, re maturè diſcuſſa, & auditis intereſſe habentibus, declaravit,*

*Quod ſolventibus Fidam groſſam (habentibus tamen, ut ſuprà, requiſita neceſſaria) privilegium Fori ſuffragetur dumtaxat quo ad executionem perſonalem, ipſaſque res, ſeù bona affidata, & tantummodò in cauſis, & negotiis quomodocunque,*



*que, & qualitercunque eandem Fidam concernentibus, vel ab ea dependentibus, & non in aliis.*

*Solventibus verò Fidam parvam, prout ſunt Affidati Urbis Romæ, Latii, Sabinæ, ac Maritimæ, & Campaniæ, idem Fori Privilegium, & Inhibitiones ſuffragentur pariter quò ad res affidatas tantùm, & in cauſis (ut ſuprà) Fidam quomodocunque concernentibus; Quò verò ad perſonas, nullo modo idem privilegium, vel Inhibitiones juvent, niſi ex profeſſo, ſeù principaliter incumbant ſervitio Gregis, & animalium affidatorum.*

*Rursùs declaratum ſuit, quod privilegium Affidatorum ſolventium tàm Fidam groſſam, quàm parvam, veniendo, ſtando, & redeundo, duret, & durare debeat, durante ipſa Fida, nempè uſquequò permanſerint ad depaſcendum cum eorum animalibus intrà Stangham, ſeu Dohanam, ac ulteriùs per tres dies, poſtquàm reverſi fuerint ad eorum Domos, & Provincias, & non ultrà, excepto caſu Repræſaliarum, in quo, etiamſi reverſi fuerint, & permanſerint in eorum Domibus, & Provinciis, adhuc debeant gaudere exemptione à prædictis Repræſaliis; Prout etiàm in eorum Domibus, & Provinciis cenſeantur, & ſint immunes à pœnis damnorum datorum, dummodò non probentur ſtudiosè commiſſa: Eorumdem verò damnorum cognitio in hoc caſu ſpectet tantummodò ad Judices locorum.*

*Inhibitiones Affidæ in poſterùm non concedantur à Dohanerio, neque ab ejus Aſſeſſoribus, ſed dumtaxat à Camerario, & Graſciæ Præſide, ſervata tamen forma, & cum præciſa inſertione præſentium Decretorum, aliàs Inhibitiones præfatæ impunè valeant contemni.*

*A Decretis moderationis præfatarum Inhibitionum nullus Judex, aut Tribunal etiam Cameræ Apoſtolicæ admittat Appellationes ſuſpenſivas, nequè concedat ſuperſeſſorias ad impediendam executionem mandatorum.*

*Obtenta autem moderatione unius Inhibitionis vigore Privilegiorum Affidæ, omnes aliæ Inhibitiones ſimiles per Affidatum expeditæ, aut expediendæ coram eodem, vel diverſo Judice, nullæ ſint, & invalidæ, & abſque incurſu attentatorum poſſint impunè ſperni. Die* 10. *Auguſti* 1692.

*Facta relatione Sanctiſſimo præfatorum Decretorum, Sanctitas ſua approbavit, eaque ſervari mandavit in omnibus Curiis, & Tribunalibus tàm Urbis, quàm Status Eccleſiaſtici.*

*Anſaldus de Anſaldis SS. D. N. Auditor.*

Anſer olim à Germanis *Gaza* fuit appellatus, 98 ut cum *Plinio* tradit *Feltman. de Incluſion. animal. cap.* 21. *ſect. prima numero* 2. Iſtud animal pugnaciſſimum appellatur *à Petronio in Satyr. par.* 81. & improbum dicitur *à Virgilio Georgic. lib.* 1. ibi.

*Nec tamen hæc cùm ſint hominumque, bovumque labores,*
*Verſando terram experti nihil improbus Anſer,*
*Strymoniæque graves, & amaris intuba fibris*
*Officiunt &c.*

ut refert *Feltman. loc. cit. nu.* 3. & *numeris ſeqq.* ampliat ad domeſticos.

Si Anſeres, Pavones, Gallinæ, & ſimilia damnum dederint, pro damni emendatione tenentur 99 Domini, *Borell. de Magiſtrat. Edict. lib.* 4. *cap.* 6. *cum ſeq.* (& *Ferrar. extat lib.* 4. *rubr.* 47. *in fin.*)

Et ſi vigeat *Statutum* diſponens, quod inveniens alienum animal in ſuo fundo, poſſit illud 100 occidere, poſſunt necari Anſeres, nullo habito reſpectu, an ager ſit frugibus ſatus, nec ne, ſtercus enim anſerinum valdè ei eſt noxium, efficitque, ne reviviſcat æſtate, niſi pluvia abundet; ut notat *Felman. loc. cit. ſect.* 2. & 3. ubi tamen tradit, quod Dominus priùs eſt denunciandus, & *ſect.* 6. ſubdit hæc omnia procedere, etiam in Anatibus.

Puniuntur etiam aliquandò ipſamet animalia 101 irrationabilia, & bruta, quorum occaſione delicta commiſſa ſunt, ad exemplum, & in deteſtationem patrati criminis, ac ad illius memoriam abolendam, ut de conjunctione carnali in *Levitic. cap.* 20. *numero* 15. & 16. ibi, *qui cum jumento, & pecore coierit, morte morietur, pecus quoque occidite. Mulier, quæ ſuccubuerit cuilibet jumento, ſimul interficietur cum eo, ſanguis eorum ſit ſuper eos, ibique Divus Auguſtinus, ut in can. mulier Cauſ.* 15. *quæſt. prima*, & tradunt *Carpzou. Prax. crimin. par.* 3. *cap.* 101. *num.* 20. *cum ſeq. Solorzan. de Crimin. Parricidii lib. primo cap.* 2. *Franciſcus Fernandez de Minano Baſis Pontificiæ juriſdictionis, tract.* 2. *fundam. primo, quæſt.* 3. *§.* 2. *num.* 37. *Queſada, & Pilo. controv.* 14. *num.* 20. *Pegaſ. in Ordinat. Regni Portugal. ad lib. primum tom.* 5. *tit.* 68. *§.* 28. *cap.* 7. & *Thor. Vot. deciſiv. par. prima, vot.* 38. *n. primo cum duobus ſeqq.* & in eadem cauſa *vot.* 5. *n.* 38. *cum ſeqq.* ubi, diſtinguendo, firmat, id non procedere in cæteris delictis ab ipſo ſolo animali 102 commiſſis, ut homicidio, & vulnere, non ſolùm quia animalia injuriam facere non videntur, verùm etiam quia imperium in belluas non exercetur, *Joannes Thoma de Noxa animal. cap.* 27. *n.* 27. *cum ſeqq.* ubi id admittit in caſibus obſcænis, & atrocibus.

Pariter excommunicantur, & anathematizan- 103 tur Locuſtæ, bruchus, aliaque ſimilia portenta, quæ inferunt multa, & graviſſima mala, & damna in agris, & vineis ſecundùm opinionem *Chaſſanæi*, ut *infrà dicam*, qui autem funditus ſcire deſiderat Locuſtarum generationem, deſcriptionem, ſpecies, corporis formam, cæteraque pleniſſimè de materia, adeat *Aldrovandum de Inſectis. li.* 4. *cap. primo, juxtà ſecundam impreſſionem Bononiæ de anno* 1638. *Quinonnes de Locuſtis. Patan. eod. tractat.*

Hujuſmodi animalia ex limo terræ originem 105 ſumunt, huc, & illuc errantes volant, nec in uno loco ſemper permanent, quia ventus urens paſſim eas levat, & ad longinqua loca etiam trans mare conducit juxtà illud *Exodi cap.* 10. ibi *ventus urens levavit Locuſtas, quæ aſcenderunt ſuper univerſam terram Ægypti, & ſederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ quæſt.* 11. *num. primo cum tribus ſeqq. de Conſtit.* earum edacitate omnia depaſcuntur, devaſtant, & devorant, ſivè ſegetes, ſivè plantas, ſivè nemora, ſivè prata, ut in *Deuteronomio cap.* 28. *numero* 38. *cum ſeq.* ibi *ſementem multam jacies in terram, & modicum congregabis, quia Locuſtæ devorabunt omnia, &c. in libr. Judicum cap.* 6. *numero* 5. ibi *Ipſi enim, & univerſi greges eorum veniebant cum tabernaculis ſuis, & inſtar Locuſtarum univerſa complebant, innumera multitudo hominum, & camelorum, quidquid tetigerant devaſtantes. David. in Pſalm.* 103. *Feriæ Sabbathi* ibi *dixit, & venit Locuſta, & bruchus, cujus non erat numerus, & comedit omne fænum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum, can. revertimini* 67. *Cauſ.* 16. *quæſt. prima*, ibi, *verùm aut Locuſta veniat, aut bruchus, aut erugo, aut eruca, & labores hominum vaſtabunt. l. Excepto* 18. ibi,

18. ibi, edaci Locuſtarum pernicie, C. Locati,
& tradunt Fermoſin. ubi ſuprà, Amaya Obſerv. Jur.
lib. 3. cap. 3. nu. 6. cum ſeq. Aldrovand. loc. cit.
ubi de eorum victu, & damnis pag. 421. cum ſeq.
juncta pag. 427. litt. B. Cened. QQ. canonic. 19.
n. 2. Chaſſan. conſ. primò, n. primo, ſuntque præ-
106 ſagia, & prodigia vel peſtis, vel belli, vel penu-
riæ, ut variis exemplis comprobat Aldrovand. ſub
cit. cap. primo pag. 421. cum ſeqq. & præſertim
pag. 425. ubi quod non peſtem ſolummodò, ſed
& bellum portendunt, & quod periculum peſti-
lentiæ afferant cum Oroſ. lib. 5. Hiſtor. cap. 11.
& aliis tradit Amaya ubi ſuprà n. 8. Menoch. de
Recuper. remed. 12. num. 36. Aldrovand. cit. cap.
4. ubi loquendo de earum victu, & damnis pag.
421. cum ſeqq. refert variis temporibus aerem
corrupiſſe, vel quia uno agro, ac arborum fron-
dibus depaſtis, in alium tranſvolantes ad inſtar
nubis denſiſſimæ depopulabantur, paſſim humi
naſcentia, fætore graviſſimo poſt ſe relicto, vel
quia ventorum flatu in mari, aut flumine ſub-
merſæ, & deindè refuſione Oceani in litus re-
jectæ, ſeù aliter extinctæ putredinem aeris ex
fætore pepererint, & comprobant Divus Hieronym.
Comment. in Joel. cap. 2. Matthia Unthzer. de Pe-
ſte lib. primo pag. 34. ac Card. Gaſtald. de Avert.
& profflig. peſt. cap. 249. n. 52. cum ſeq.

Undè ponuntur inter caſus ſterilitatis, ut pro-
ſequitur Amaya loc. cit. ſub n. 8. qua ratione fa-
107 cienda eſt conductori remiſſio affictus, ut per
text. in l. Excepto. 18. C. Locati tradunt Sebaſtian.
Medic. de Caſib. fortuit. part. 2. quæſt. 10. numer.
39. D. Pacion. de Locat. & conduct. cap. 46. nu-
mero 60. cnm ſeq. & Magon. deciſ. Florentin. deciſ.
67. num. 11. cam ſeqq. ubi nu. 22. cum ſeq. firmat,
108 quod, ſi ob juſtum timorem Locuſtarum condu-
ctor deſierit agros colere, adhuc debetur illi re-
miſſio, Amaya Obſervat. Jur. lib. 3. cap. 3. nu.
12. Balmaſeda de Collectis quæſt. 53. n. 4. & re-
ſpondit Joannes Antonius Molignanus altercat. 98.
num. 17. cum ſeqq. ac inter caſus inopinatos, &
109 inſolitos, Amaya ubi ſuprà eod. numero 8. Me-
noch. d. remed. 12. numero 36. & de Arbitr. Ju-
dic. caſ. 80. num. 9. Valaſc. de Jure emphyt. qu.
27. num. 25.

Adverte tamen hunc caſum olim forſan nume-
110 rari inter caſus inſolitos, & inopinatos in agro Ro-
mano, verùm cum in hoc ſæculo pluries evene-
rit, nempè de anno 1577. & de anno 1612. in
Pontificatu Pauli V. de anno 1644. Sede Vacan-
te per obitum Urbani VIII. de anno 1652. per
totum annum 1655. pro quarum extirpatione ſump-
tus aſcendit ad ſcuta 50. m. circiter, de anno
1687. & de anno 1688. in quo hæc ſcribebam,
talis ampliùs non eſt judicandus, ſed ſolitus, &
qui prævideri valet, prout prævidetur, dùm re-
111 gulariter in locationibus agrorum, & tenutarum
expreſsè ſolet conveniri circà hunc caſum, quæ
conventio eſt ſervanda, Fermoſin. in cap. Ec-
cleſia S. Mariæ qu. 11. n. 21. de Conſtitution.

Et, ſi nullum inter contrahentes interceſſit pa-
ctum, adhuc conductori, qui abſque ſua culpa
damnum intolerabile paſſus eſt in fructibus, cau-
112 ſa Locuſtarum debetur reſtaurum tanquàm caſus
fortuitus per tex. in l. Si merces §. vis major, &
l. Ex conducto. §. primo ff. Locat. ibiquè Scriben-
tes, & in puncto l. Excepto, C. Locati reſpon-
dit Joannes Antonius Molignanus altercat. 98. n.
7. Paſchal. de Virib. patr. pot. par. 4. cap. 6. nu.
95. Narbon. ad leg. recopilat. lib. 4. tit. 4. leg. 57.
gloſſ. unic. numer. 50. cum ſeq. Theſaur. QQ.
forenſ. lib. 3. qu. 79. num. 2. Magon. Deciſ. Flo-
rentin. deciſ. 67. num. 11. cum ſeqq.

Inito verò pacto de facienda remiſſione pen- 113
ſionis, ſuccedente caſu fortuito, tunc ad hoc, ut
pactum aliquid operetur ultrà Jus commune, fa-
cienda eſt remiſſio, quamvis damnum non ſit in-
tolerabile, & notabile, ut tradit Giurb. obſerv.
24. num. 15. verſ. declara quinto, D. Pacion. de
Locat. & conduct. qu. 24. numer. 3. & in puncto
Molignan. loc. cit. n. 8. cum ſeq.

Et ſi omnes fructus, & ſegetes fuerunt à Lo-
cuſtis devoratæ, integra penſio erit remittenda, 114
nam ineſt contractui locationis conditio, ſi fru-
ctus colligantur, d. leg. Ex conducto §. primo verſ.
ſed ſi ager. Antonius Faber in tit. de Locat. defi-
nit. 22. in ſpecie firmant Molignan. loc. cit. nu. 14.
cum ſeq. & Balmaſed. de Collect. quæſt. 53. n. 4.

Si autem pactum negativè conceptum ſit, nem-
pè de non petenda remiſſione penſionis, cum ver- 115
ſetur in caſu impedimenti provenientis ex caſu
fortuito, non autem ex facto locatoris, vel quem
ipſe impedire potuerit, ſuſtinebitur, ità ut lo-
cator ad remiſſionem non teneatur, l. Si quis fun-
dum 10. ff. de locat. Valaſc. de jure emphyt. q.
270. num. 34. verſ. ſecundus caſus, Caſtill. con-
trov. jur. lib. 3. cap. 3. ſub numero 62. & diſtin-
guendo tenet D. Pacion. de locat. d. qu. 49. nu-
mer. 24.

Fugantur Locuſtæ vi ventorum, nam median-
te eorum flatu in Mari, ſeù Flumine delatæ ſub- 116
merguntur. Edoard. Vuotton. Oxonienſ. de differ.
animal. lib. 9. c. 215. eſt & alius. Extirpantur etiam
variis modis latè recenſitis à Plin. Hiſtor. natural.
lib. 11. cap. 29. ab Ulyx. Aldrovand. in Ornitolo-
gia lib. 10. cap. 5. & lib. 12. cap. 6. à Bartholomæo
Patan. de Locuſtis, à Luinones eodem tract. cap.
3. ab Aldrovand. loc. cit. in §. Ut fugentur pag.
426. cum ſeq. & in Pragmatica edita à Proregc Nea-
polis die 8. Octobris 1652. ac impreſſa penès Rovit.
tit. de Bruchis pragmat. 1. Nam, quò ad Matres 117
ſtatim moriuntur ac pepererint, vermiculo tunc cir-
cà fauces innaſcente, qui eas ſtrangulat. Aldro-
vand. ubi ſuprà, Chaſſan. conſ. 1. ſub num. 1. Edo-
ard. Vuoton. d. c. 215. verſ. pariunt exitu. Quò
verò ad partum, extirpantur, ova obterendo,
deindè fætum, poſtremo adultas, ut cum Plin.
d. cap. 29. tradit Fermoſin. loc. cit. n. 5. Etenim,
cum pariant de menſe Auguſti (& modus parien-
di ſit, in terra fixo claviculo illo, qui caudæ 118
adnaſcitur; fœtum deponunt eodem loco, ita ut
quaſi favus eſſe videatur: hinc vermiculi ſpeciem
ovi gerentes oriuntur, qui terreno quodam præ-
tenui, tanquam membranula ambiuntur, qua diſ-
ſecta, emergunt Locuſtæ, ac evolant, ſic Edoard.
Vuotton. d. c. 215. §. pariunt fœminæ) pariant in-
quam ova condenſa, quæ ſub terra durant hye-
me, donec uſque ſubſequenti menſe Aprilis, ex
eis emittuntur parvæ, nigricantes, & ſine cru-
ribus, penniſque reptantes Locuſtæ, quæ paulo
poſt majores efficiuntur. Ariſtotel. de Hiſtor. ani-
mal. lib. 5. cap. 17. (Edoard. Vuotton. eod. c. 215.
verſ. hic concoctione. Pacion. de locat. & conduct.
c. 46. num. 62.) Aldrovand. d. lib. 4. cap. 1. ac
Chaſſan. d. conſ. 1. num. 1. Hyppolit. Rimin. conſ.
40. n. 29. vol. 1. & in primo, ac ſecundo anno 119
quidem non volitant, nec graviter damnificant,
ſecus verò in tertio, & quarto, qui eſt ultimus
annus earum vitæ, ſecundùm opinionem aliquo-
rum; ſed juxtà aliorum ſententiam, incertum eſt
tempus earum vitæ. Perquiruntur enim ova re-
gulariter in menſibus Septembris, & Octobris, il- 120
laque conteruntur, & concremantur, Rimin. loc.
cit. num. 30. cum aliis ſupra allegat. Occiduntur 121





etiam poſtquàm ſunt natæ, & adhuc non voli-
tant, vel introducendo ibi ſues (non tamen præ-
gnantes, nec parvuli, ob periculum eorum mor-
tis) qui avidè illas perquirunt, & comedunt,
prout practicatum fuit de anno 1688. in Agro Ro-
mano, quod remedium tamen cautè videtur pra-
cticandum, nam cum tale alimentum ſit peſſimæ
conditionis, caro ſuina, ob contractam illam ma-
lam qualitatem, ex proximo eſu ejus, facile po-
teſt præjudicare ſaluti humanæ, nam alimenta pra-
va, & corrupta humanum corpus alterant, & quam-
vis in primis coctionibus digerantur, ſuas tamen
retinent malignas vires, quibus ſanguinem, &
ſolidas etiam partes corporis immutant, & inficiunt.
Campeg. de Re cibar. lib. 1. cap. 11. & 19. Præ-
videll. de Peſte, tit. de cæter. ad ſalubrit. Civit.
pertin. §. dum diximus; Ripa eod. tract. in præ-
lud. num. 7. & 20. Marchin. eod. tractat. lib. 1. &
Card. Gaſtald. de Avert. & profflig. poſt. cap.
250. num. 1. cum ſeq. Tale remedium tamen de
anno 1689. in quo vigebant in aliquibus Tenutis
Agri Romani, non fuit practicatum, quia expe-
rientia agnitum fuit, quòd ſuas illas ſaltiantes in-
ſequendo paulatim introducebant de uno ad alium
Agrum, ità ut brevi tempore poſſet totum terri-
torium infici, & corrumpi: Vel extendendo
pannos lineos albos ſupra terram, ad quos pau-
latim introducuntur ab Operariis mediantibus ſco-
pis, aut aliis ſimilibus inſtrumentis, & hoc re-
medium eſt tutius, & facilius, prout expertum
fuit de anno 1689. in Agro Romano, cum Lo-
cuſtæ hujuſmodi colorem album amantes, ſta-
tim currant, & ſuper imponant, deindè eiſdem
pannis inſimul junctis, illiſque percuſſis, om-
nia ea animalia deſcendunt in ſacculum in me-
dio panni conſitum, ibique comprimuntur, &
occiduntur, & poſteà comburuntur, vel in fo-
veis ſepeliuntur, & ita practicatum etiam fuiſſe
de anno 1648. in Territorio Valliſoletano, ac
in Provincia Caſtellæ, teſtatur Fermoſin. in cap.
Eccleſia S. Mariæ qu. 11. ſub n. 4. de Conſtitu-
tion. Idemque modus ſervatur quoque, quando
grandiores factæ volitant.

Ad prædictum effectum, habita notitia hu-
juſmodi animalium, mediante Edicto publico pœ-
nali DD. Conſulum Agriculturæ Urbis injungitur
Dominis Terrarum, & Tenutarum expurgatio,
122 &, ne ob controverſiam inter Locatorem, &
Conductorem, cuinam ex eis incumbat onus ex-
purgandi, differatur expurgatio in grave præju-
dicium publicum, præ cæteris expreſsè in eo-
dem Edicto ſubditur. „ In ordine poi alle ſpe-
123 „ ſe, che ſi faranno, ſi devoranno ripartire, e
„ pagare fra li Padroni delle Tenute, & Affit-
„ tuarii, e Lavoratori in conformità d'un decreto
„ generale fatto dal ſudetto Tribunale dell' Agri-
„ coltura li 27. Aprile 1654. Dichiarando però,
„ che il peſo, e cura diſpurgare debba eſſere de
„ Padroni, e non altrimente degl' Affituarii, e
„ Locatori, à quali volendo fare, e facendolo con
„ effetto ſaranno fatte reſtituire le ſpeſe per la ra-
„ ta, che toccarà à Padroni ſubito, con una ſem-
„ plice citatione, dandoli anco facoltà di poter-
„ ſeli ritinere nell' affitti, e riſpoſte à loro arbi-
„ trio. Tenor autem dicti Decreti eſt qui ſequi-
tur. Mandarunt expurgari Tenutas, Caſalia, &
Terras tàm ad Eccleſiaſticas perſonas, Capitula
Eccleſiarum, loca Pia, Hoſpitalia, quàm ad quoſ-
cunque alios ſpectantia, & pertinentia, & tàm ſa-
ta, quàm ſativa, à Grillis, ſumptibus propriis, pro
quibus poſſint ſe revalere contra Dominos pro me-
dietate, & contrà Laboratores pro tertia parte, pro
rata ſatorum dividenda inter Dominos, & Affictua-
rios pro medietate, & in caſum non expurgationis,
mandarunt expurgationem fieri per vicinos, ſump-
tibus eorumdem Dominorum, vel per Cameram
Agriculturæ ex officio, & reſpectu quantitatis il-
larum, ad effectum illas repetendi, ſeù agendi pro
illarum ſolutione, ſtari notulæ juratæ eorumdem vi-
cinorum, ſeù Miniſtris ab ipſis deputandis, caſu
quo expurgare noluerint niſi infrà duos dies à die
affixionis per Mandatarium ad Valvas Officii no-
ſtri, omni &c.

Valerius de Sancta Cruce Conſ.
Ludovicus Caſalius Conſ.
Marius Gabriellius Conſ.
Petrus Vanninus Conſ.

Nam illi, in quorum prædiis hujuſmodi anima-
lia reperiuntur, compelli valent, etiamſi privile-
giati, & Eccleſiaſtici, ut eorum expenſis propria 124
prædia mundent, ne alii vicini inficiantur, ut te-
net Bobadll. in Politic. lib. 2. cap. 18. fallent. 18.
num. 292. Mexia in Pragm. taxæ panis, concluſ. 5.
n. 44. & latè Fermoſin. in cap. Eccleſia S. Mariæ
10. qu. 11. num. 8. cum ſeqq. & præſertim n. 13.
cum ſeqq. ubi num. 19. advertit talem compulſio-
nem faciendam eſſe per Judices Superiores Eccle-
ſiaſticos de Conſtitution. nam Judex Laicus ſuper
illis non poteſt exercere juriſdictionem eo modo,
quo Statutum laicale de expellendis Locuſtis non
comprehendit Eccleſiaſticos, ut firmat Mart. de
juriſd. par. 4. centur. 1. caſ. 2. num. 11. Taliter
enim ceſſat controverſia in Urbe, cui incumbat
onus expurgandi, & an ex publico ærario, vel 125
privato ſit facienda, quam examinant Fermoſin.
loc. cit. Narbon. in leg. 57. tit. 4. lib. 2. recompil.
gloſſ. unic. num. 4. cum ſeqq. qui tenet, expen-
ſam faciendam eſſe ex ærario Principis, cum
agatur de debellatione depopulatorum agrorum,
& extirpatione Hoſtium publicorum, quod redun-
dat in utilitatem totius Principatus, & Reipub.
ob evidens periculum penuriæ, & peſtis, Boba-
dill. in Politic. lib. 2. cap. 18. fallent. 18. n. 292.
& lib. 5. cap. 4. n. 41. Avendan. de Exequen. man-
dat. par. 2. cap. 10. num. 26. Villadieg. in Politic.
cap. 5. §. 30. n. 32. 76. cum ſeq. Mexia de Taxa
panis concl. 5. n. 44. cum ſeqq. Balmaſeda de col-
lect. qu. 53. n. 1. juncto n. 6. cum ſeqq. qui cum Bo-
badill. dicto n. 292. & Mexia tenet, quòd, quo-
ties imponitur collecta pro extirpatione Locuſta- 126
rum, omnes, quamvis privilegiati ſolvere, & con-
tribuere tenentur, quia etiam in eorum utilitatem
reſultat, Cobell. ad Bullam boni Regim. cap. 42.
num. 87.

Pro facienda autem perquiſitione, & extirpa-
tione, aliàs ſedente Paulo V. à Congregatione An-
nonæ miſſos fuiſſe Commiſſarios ſumptibus ipſius 127
Annonæ, cum ampliſſimis facultatibus cogendi
ruſticos ad illas occidendas, ſoluta competenti
mercede, de viſu teſtatur Cobell. d. cap. 42.
num. 86. Ut plurimum tamen deputantur à Tri-
bunali Agriculturæ Commiſſarii, & non minùs 128
ad earum debellationem, hominum agmina col-
liguntur, quàm ſi adverſus Hoſtes dimicandum
foret, ut de Gn. Sicinio Prætore à Romanis de-
ſignato ad extirpandam immenſam quantitatem
Locuſtarum à Mari vento repentè in Apuliam
illatam, refert Tit. Livius, lib. 2. dec. 5. &
tradunt Amaya obſerv. lib. 2. cap. 2. numer. 6.
Jo. Antonius Molignanus Legal. altercation. 98.
n. 2. Rimin. d. conſ. 40. n. 29. cum ſeq. Menoch.
de recuper. poſſeſſ. remed. 12. nu. 13. cum duobus
ſeqq. & Magon. deciſ. Florentin. 67. num. 12.

129 Publicari enim ſolet in Urbe *Edictum*, in quo præcipitur omnibus etiam Eccleſiaſticis, & privilegiatis, ,, *Che debbano ſpurgare, e far ſpurgáre ,, prontamente le loro Tenute, Caſali, poſſeſſioni, ,, terre, e territorii dalle Locuſte, o Grilli dentro, e fuori del ſuo diſtretto, quando ſiano, e ,, ſi ſcopriſſero in eſſe, dovendo ſubitamente, incontinenti, e ſenza tardanza veruna dar principio ,, à detto ſpurgo, e quello ſeguitare, ſino alla totale eſterminatione d'eſſe, per riparare ſicuramente alli pregiuditii, che potrebbero fare nelle ,, proſſime raccolte, ſotto pena alli traſgreſſori di ,, ſcudi 500. d'oro d'applicarſi la metà alla Rev. ,, Camera Apoſtolica, e l'altra metà alla Camera ,, dell' Agricoltura, & altre pene anche corporali ,, ad arbitrio; all'eſecutione delle quali ſi procederà irremiſſibilmente, ſenza ammettere ſcuſa, ò appellatione; oltre che ſiano tenuti à rifare à Vicini tutti li danni, che moſtraranno haver patiti per difetto di detta eſpurgatione, la quale ſi farà anco fare ex officio à ,, ſpeſe di quelli, che mancaranno d'eſpurgare, ,, & alla refettione di dette ſpeſe, e rifacimenti di danni patiti ſi procederà manu Regia, de ,, facto ſubitamente, rimoſſo ogni ricorſo, & appellatione, & affinche detta eſpurgatione ſegua onninamente, ſi dà anche facoltà à Vicini di potere eſpurgare nelle terre d'altri Vicini, quando però nel termine di trè giorni proſſimi non havranno poſto mano allo ſpurgo ne ,, luoghi tocchi da detti animali, e riſpetto alle ,, ſpeſe, & eſpurgatione, ſi ſtarà alla nota giurata, che ſi darà da Vicini, che havranno ſpurgato, ſenz'altra prova, e giuſtificatione*; & ,, teſtatur *Card. de Luca de ſervitut. diſc.* 46. *n.* 1. *cum ſeq. lib.* 4.

130 Nec per unicam diligentiam in expurgando dicitur ſatisfactum, ſed cum agatur de reſpicientibus certum effectum, ac tractum ſucceſſivum, injuncta dicitur earumdem diligentiarum continuatio toties quoties caſus evenerit, ut tenet *Card.*
131 *de Luca ubi ſupra num.* 4. Intelligendo tamen de diligentiis moralibus, ut reſpondit *Card. de Luca eodem diſcurſ.* 46. *n.* 5. *cum ſeqq.*

132 Anathematizantur etiam, & excommunicantur Locuſtæ ſecundum opinionem *Chaſſan.* latiſſimè comprobatam in *conſil.* 1. *per tot.* & præſertim *num.* 80. *verſ. partem tamen affirmativam uſque in finem*, ubi ponit etiam formulas monitorii, & ſententiæ ferendæ, aliaque ad praxim neceſſaria ad validam excommunicationem fulminandam, & teſtatur de facto latas fuiſſe quatuor ſententias, quibus mediantibus, liberatos fuiſſe populos à vexatione talium animalium, & relata auctoritate *Hieronymi Grati* proſequitur *Aldrovand. loc. cit. pag.* 427.

Verùm quia cenſetur ſuperſtitioſum, & à ratione omninò alienum, quod excommunicatio, quæ
133 eſt pœna, quæ fertur in animam, & eſt gladius ſpirituális, quo quis ſeparatur à communione fidelium, & ſpiritualibus Eccleſiæ privatur, ferri poſſit contra hujuſmodi animalia, dum ſolus homo
134 baptizatur, mortalis, & baptizanti ſubjectus excommunicari poſſit, idcircò opinio *Chaſſanei* re-
135 probatur à *Navarr. lib.* 5. *ſent. excom. conſ.* 5. *n.* 1. *& in manual. cap.* 27. *num.* 13. *verſ. quare ſuperſtitionis eſt*, *Soto de juſt. & jur. lib.* 5. *q.* 12. *art.* 2. *& in lib.* 8. *q.* 3. *art.* 3. *Ugolin. de cenſur. Eccleſ. tabul.* 1. *cap.* 17. *n.* 2. *cum ſeqq. Rodriguez tom.* 1. *caſ. conſcient. cap.* 78. *nu.* 3. latè diſcuſſo articulo, & aliis relatis reſpondit *Cened. Canonic. qq.* 19. *per tot.* qui ſub *n.* 10. cumulatis concordantibus, advertit, quod liberatio à vexatione hujuſmodi animalium non fuit ſubſequuta ex bonitate, & virtute ſententiarum relatarum à *Chaſſanco loc. cit.* ſed ex poteſtate Diaboli, qui abſtulit illa animalia de terris, vel occidit ea etiam ſubito ad perſuadendum credentibus illam liberationem provenire ex efficacia præfatorum proceſſuum, & ſententiarum, & ſic continere, & manutenere confidentes in eis in perverſis ſuperſtitionibus, & invocationibus, & amicitia Dæmonum, qui ut plurimum cupiunt haberi, & adorari pro Diis, & benefactoribus noſtris. *Clar. lib.* 5. *§. fin. qu.* 99. *num.* 8. *in fine*, ubi dicit nunquam vidiſſe in practica obſervari opinionem *Chaſſanei*, *Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par.* 4. *cap.* 3. *Duard. in Bulla Cœnæ Domini cap.* 1. *q.* 3. *numero* 90. *P. Theophilus Raynaudus de Monitoriis Eccleſiaſtic. c.* 12. qui poſt regiſtratam formulam ſententiæ excommunicationis, tenet eſſe abuſum, & nugacitatem, judicium inſtituere cum illis beſtiolis, eaſque admonere & excommunicare, *Molignanus d. altercat.* 98. *num.* 4. latiſſimè *Joannes Thoma de Noxa animalium cap.* 27. *à num.* 40. *uſque in finem.*

Religioſè tamen uti poſſumus contrà illa animalia aqua benedicta, precibus, adjurationibus, & exorciſmis juxtà *Ritum*, de quo *infrà in obſervat. ad rubr.* 39. *hoc eodem libro*, humiliter im- 1
plorando auxilium Divinæ Clementiæ adverſus Dæmones, quibus in ultionem delictorum noſtrorum permitti divinitùs ſolet hujuſmodi incurſionibus nos infeſtare, ut referunt *Sot. lib.* 5. *quæſt.* 12. *art.* 2. *in fine*, *& lib.* 8. *quæſt.* 3. *art.* 3. *Vega in Sylva lib.* 5. *caſ.* 102. *Rodriquez d. cap.* 78. *in fine*, *Navarr. cit. conſ.* 5. *num.* 14. ubi advertit, quod in his exorciſmis, & orationibus non debet fieri mentio excommunicationis, & anathematizationis, quarum nec ipſa animalia, nec Dæmones capaces ſunt, quos cum aliis refert, & ſequitur *Cened. d. quæſt.* 19. *n.* 7.

Nam miniſter Eccleſiæ pro poteſtate ſibi in Satanam conceſſa execratus ejus malignantem urget illum in nomine *Domini*, ut recedat, deſinatque illa animalia movere in damnum mortalium. Et quia plerumque, annuente *Deo*, non diſpar exitii, aut ſucceſſionis talium animalium, effectus ſequitur, quando cum homo excommunicatus abſcedit, deſeritque aliorum hominum commercium, ac etiam quia ſolemnitas adjurationis aliquatenus reſpondet ſolemnitati, quæ inter ex- 1
communicandum ſervatur, propterea vulgus eò devenit, ut talem Satanæ bruta illa moventis execrationem, & adjurationem arbitretur eſſe excommunicationem, eoque nomine illam appellet, juxtà præciſa verba *Patris Raynaudi loc. cit. ſub numero* 4. *& numero* 5. *cum ſeqq.* ubi refert varios caſus liberationis reportatæ, mediante hujuſmodi adjuratione, pro excommunicatione *à vulgo* ſumpta.

Cùm enim hujuſmodi animalia ut plurimum miſſa ſint à Deo irato, tanquam maledictio in Populo, audire nolente vocem ejus, ac man- 13
data illius contemnente, & ſic propter ſcelera noſtra, uti flagellum in pœnam noſtrorum peccatorum, & ſcelerum, ut in *Deuter. cap.* 28. *nu.* 38. *cum ſeq. in lib. Judic. cap.* 6. *num.* 5. teſtatur *Regius Propheta in Pſalm.* 77. ibi: *miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem immiſſiones per Angelos malos, & dedit erugini fructus eorum, & labores eorum Locuſtæ, & occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina, & tradidit grandini jumenta eorum,*





*& poſſeſſiones eorum igni*, advertit *Amaya cit. cap.* 3. *num.* 5. *Balmaſeda de collect. quæſt.* 53. *n.* 1. *& Cobell. ad Bull. boni Regim. cap.* 42. *num.* 87. *verſ. verum quia.* Ideo, ut avertatur ira Dei, & preces noſtras placatus admittat, & flagella ſuæ
139 iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur avertat, recurrendum eſt ad validum remedium publicarum orationum, & pœnitentiarum, nec non proceſſionum, quas *Sancta Mater Eccleſia* ad hunc effectum inſtituit, ut tradunt *Avendan. de Exequen. mandat. par.* 2. *cap.* 10. *num.* 27. *Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 31. *cum ſeqq. Cobell. loc. cit. num.* 89. *Garz. de Expenſ. cap.* 21. *num.* 36. *cum ſeqq.* ubi multa *de Litaniis* in hujuſmodi ſupplicationibus decantari ſolitis,
140 de quibus etiam loquitur *Card. Baron. in Annal. tom.* 1. *ſub anno Chriſti* 58. *Pontificatus B. Petri. pag.* 534. aſſerens hunc precandi ritum antiquiſſimum tàm in Orientali, quàm in Occidentali Eccleſia fuiſſe, & quod variis temporibus reportata fuerit liberatio ad interceſſionem Religioſorum, & Sanctorum Virorum, relatis exemplis, teſtatur *Aldrovand. loc. cit. pag.* 427. *& de Stephano VI. Pontifice Cardin. Baronius Annal. tom.* 10. *anno* 885. *pag.* 661. *lit. A. & B.* teſtatur legiſſe in antiquo *Codice Vaticanæ Bibliothecæ* ſequentia verba: *Cum clades itaquè Locuſtarum, quæ Prædeceſſoris ſui Adriani, vid. totam Patriam penè conſumpſerant, malo multiplicato germine, naſci cœpiſſent, & omnia repleviſſent, miſertus ille Papa afflicti Populi primùm quidem divulgavit, ut ſi quis de iis unum ſextarium caperet, & ſibi attuliſſet quinque, vel ſex denarios ab eo perciperet. Hoc autem Populi audientes cœperunt huc, illucque diſcurrere, eaſque capere, & miſericordiſſimo Patri portare, ſed cum illas tali argumento delere debuiſſet, ad Domini miſericordiam confugiens in Oratorium B. Gregorii, ubi ejus lectus habetur juxtà Eccleſiam Principis Apoſtolorum veniens ſe ſe cum lacrimis in orationem dedit, cumque diutiùs oraſſet, ſurrexit, & aquam propriis manibus benedi-*
141 *cens Manſionariis præmonente, ut in nomine Domini agros ſuos circumeant, & hanc aquam ſpargant per ſata, & vineas, petentes Divinum ſibi ſuffragari ſubſidium, quo facto, tanta Omnipotentis Dei ſubſequuta eſt miſericordia, ut ubicunque ipſa aqua aſperſa eſt, nulla penitùs Locuſta remanſerit, & circumquaque vicini audientes, ad Urbem confluunt, ſubveniri ſibi depoſcunt, omnem terram in pulveris modum Locuſtis coopertam clamitant, quos benignus Papa benignè commonuit de Cælo auxilium petere debere contrà flagellum imminens.*

Benedicuntur etiam Populus, & agri, nam benedicere, eſt alicui bonum precari à Deo, à quo eſt omne bonum, non quidem ut ipſa benedictio ex opere operato, aut infallibiliter impetret, quod precatur, ſed quod nomine Eccleſiæ facta, magnam vim habeat ad illud impetrandum, ut docet *Lezana Oper. Moral. tom.* 2. *verbo Benedictio. num.* 1. ad effectum autem abſolvendi, & benedicendi Populos, & agros, ex Apoſtolicæ ſedis indulto traditur formula à *Leone in Theſaur. For. Eccleſ. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 43. & in *Rituali Romano in fin.* ibi enim à Delegato auctoritate *Dei Omnipotentis*, *& Beatorum Apoſtolorum Petri*, *& Pauli à Sanctiſſimo D. N. Papa* ſibi conceſſa, abſolvit Populos, & omnes illius loci ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, & pœnis, etiam *in litteris die Cænæ Domini* ſolitis legi contentis, per eos incurſis, quas modo ignorant, & reſtituit eos omnes communioni, & unitati Fidelium, & *Sanctis Sacramentis Eccleſiæ*, nec non benedicit agros;
implorata verò à Deo averſione illius iræ, & be- 142
nedictione, poteſt exinde etiam ſperari increpatio contra talia animalia, ut in *Can. revertimini* 67. *Cauſ.* 16. *quæſt.* 1. ibi, *& increpabo pro vobis*
*devorantes Locuſtas, videlicèt & reliqua*, *quæ* 143
*prædiximus*, *& non corrumpent fructum terræ veſtræ*: (nam, quod ex *Locuſtis*, aliæ ſunt, quæ tantam corruptionem fructuum præſtant, ut *peſtem*, *& calamitatem ſatorum omnium totis regionibus afferant*, ex *Marcello penès Edoard. Wotton. Oxonion. de different. animal. lib.* 9. *c.* 215. *ubi per* tot. plurima de *Locuſtis traduntur in fin. ac Pacion. de locat. & conduct. c.* 46. *numero* 61.)

De materia contenta *in hoc Cap.* Vide etiam *Capita ſubſequentia*, & maximè *cap.* 42. *ex numero* 41. *ubi datur Reſponſ. Juris D. mei Auditor. Calderoni.*

*Dominic. de Zaulis Epiſc. Verul.*

## CAPUT XL.

### ARGUMENTUM.

Univerſitati, nùm in ejus domaniali territorio, ſive proprio Baronis, competat jus lignandi, & paſcendi quoad uſum tantùm, vel etiam quoad induſtriam. Eſt Prima pars *diſſertationis Forenſis D. Joſephi Speræ*, in qua continentur etiam ultrà reſpicientia principalem materiam, plurima ſcitu digniſſima, ferè ſemper innixa doctrinæ *Noſtri Oteri*, nunc ſingularioribus *Auctoritatibus* ditata.

### *SUMMARIUM*

*Alphabeticè compoſitum.*

120 *Abſque fida animalia in territoriis immittentes ad diffidæ ſolutionem tenentur.*
89 *Ad præſumendam unionem quid probandum.*
116 *Ad validandam Baronum bannam, quæ requirantur. Et quandò à Baronum bannis curat præſumptio.* ibid. *Quid ſi fuerint Cives pignorati.* eod. n.
102 *Aetas quæ requiratur in teſtibus deponentibus de immemorabili.*
11 *Animalia in alieno territorio paſculari inventa, ad inſtantiam domini territorii detineri poſſunt, donec fida, & diffida ſolvatur.*
*Declaratur* ibid.
13 *Animalia in territoriis bannitis deprehenſa pro emendatione damni, ſolutioneque pœnæ, detineri poſſunt.*
*Declaratur.* ibid.
25 *Animalia in alieno territorio paſculari inventa* de jure Conſtitutionis *non poſſunt per Dominum territorii retineri, ſed capi, & Bajulo conſignari.*
50 *Animalia in territoriis non bannitis paſculari inventa*, Conſtitutione cum per partes Apuliæ, *attenta retineri non poſſunt.*
95 *Animalia communicata ſocio, quoad ejus partem in ſuo tranſeunt pleno dominio, quoad alia, remanent penès tradentem.*
123 *Animalia quando poſſint terras intrare bannitas. Quid, quando damnum dederint, & non dederint.* n. 122. & 123.

*Quid, quando terra fuerit clauſa, aperta, ſeminata.* ibid. *Et quando exigi poſſit pœna.* ibid.
60 Aviles in c. prætor in gloſſ. juriſdictio, So. Ant. Novarius in Rubr. Codicis de paſcuis publicis lib. 11. *rejiciuntur.*
57 *Baro, an ut unus civis, vel ut duo uſum in territorio habeat.*
64 *Baro jure paſcendi uti non debet cum tanta animalium quantitate, per quam uſus aliorum civium in domanialibus territoris occuparetur.*
65 *Barones in Regno quoad domanialia territoria fundatam habent intentionem.*
101 *Baro concedens Univerſitati, & ejus hominibus paſturare cum eorum beſtiis, an licitum ſit cum beſtiis alienis.*
103 *Baro an poſſit facere defenſam in territorio proprio ſito in præjudicium Univerſitatis.*
12 Capicii deciſio *ad ſenſum reducitur.*
34 *Cenſus ſuper meliorationibus, & expenſis per hæredem detrahendis cenſetur impoſitus.*
35 *Cenſus ſuper meliorationibus in re emphyteutica factis an ſuſtineatur.*
*Limitatur* ibid.
37 *Cenſus impoſitus ſuper prædio, cujus medietas prohibita eſt alienari, an ſit nullus in totum, vel in parte.*
66 *Clauſulæ in inveſtituris appoſitæ nullum jus tribuunt.*
*Declaratur* ibid.
81 *Clauſula*, Non obſtante quacunque præſcriptione, *an excludat longiſſimi temporis præſcriptionem.*
49 *Clericorum, & religioſorum pecora in paſcuo vetito inventa, utrùm pignorari, & detineri poſſint, & quis ſit judex competens pro pœnæ exactione.*
*Locatio paſcui publici an jure ſit permiſſa.*
*Quomodò ſit faeienda.*
*Quibus perſonis prohibeatur.* ibid.
68 *Communitates ſine Regio aſſenſu inſtitui non poſſunt.*
*Species ſunt alienationis.* ibid.
70 *Communitas, ſeù compaſcua in feudalibus diminutionem feudi arguunt.*
71 *Communitas legitimè dicitur conſtituta tàm ſi præſumptus, quàm ſi expreſſus intervenerit aſſenſus.*
69 *Compaſcuum eſt æſtimabile pretio.*
51 *Conſtitut.* cum per partes Apuliæ *maximam continet æquitatem.*
*In toto Regno ſervatur.* num. 52.
85 *Conſuetudo Regni inveterata regiſtrandi Regios aſſenſus ſuper Feudis, requirit centenariam, ſeù immemorialem præſcriptionem.* & num. 86.
115 *Contradictio verbalis poſſeſſionis turbationem an faciat; quæ Interdictum* Retinendæ *pariat.*
118 *Contraventionis exactio juriſdictionis eſt actus.*
*A privatis exerceri non poteſt.* ibidem.
*Nùm à Principibus.* n. 119.
100 *Deciſiones contrariæ ſupremorum Neap. Tribunal. conciliantur.* & n. 101.
103 *Defenſarum conſtructio, ſeù ordinatio arguit dominium territorii tanquàm domanialis.*
104 *Defenſæ non poſſunt inſtitui abſque Regia conceſſione.*
*Quid contrà Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas.* ibid.
56 *Deſtinatio territorii ad Principem pertinet.*
40 *Detentor animalium in repetitione expenſarum non tenetur probare eas feciſſe, cum præſumantur, dum retinuit ea penes ſe.*
43 *Detentor ob expenſas cuſtoditis animalibus factas, ea hypothecata habet, & præfertur omnibus creditoribus anteriorib.*
119 *Diſſida vocatur pœna.*
122 *Diſſidæ exactio per Bajulum quando, & quomodò fieri poſſit.*
96 *Dominii communicatione poſita, veræ ſocietatis contractus nomen meretur, non autem innominati contractus.*
4 *Dominium cenſetur probatum, immemorialis temporis curſu probato.*
57 *Dominium territorii habens à Rege intelligitur tàm pro uſu, quàm pro induſtria.*
98 *Dominium pro parte communicata ſocio transfertur in ipſum ex ſocietate contracta.*
17 *Domini animalium damnum dantium retineri non poſſunt.*
62 *Dominis Oppidorum in eis non habitantibus, an liceat uti jure paſcendi.*
28 *Dominus paſcui pro alimentis tempore retentionis, & incluſionis animalibus præſtitis, poterit de his pignus propria auctoritate conſtituere.*
53 *Dominus Animalium ad emendationem damni per animalia dati, tenetur.*
98 *Donans de portione ſua donare præſumitur.*
60 *Ex uſu compaſcui territorii, utentes inter ſe fidari dicuntur.*
114 *Feudi territorium habere in alio feudo ſeparato inconveniens minimè eſt.*
54 *Fida pro animalibus cum cuſtode tantùm paſculari inventis debetur, ſecus ſine eo.*
37 *Gravatus per fideicommiſſum reſtituere, cenſetur cenſum ſuper portione per eum detrahenda impoſuiſſe.*
38 *Gravatus, & prohibitus facere detractiones, cenſetur ſuper melioramentis impoſuiſſe cenſum.*
30 *Hæredi eſt permiſſa retentio rei fideicommiſſo ſubjectæ, pro expenſis in ea factis cauſa conſervationis.*
106 *Immemorialis uſus habet jus ſervitutis.*
61 *Judicis arbitrio eſt remittendum, an Baroni liceat uti jure paſcendi ut unus, vel ut duo ex ditioribus civibus.*
82 *Jure communi attento quando omnis actio præſcripta intelligatur.*
29 *Juriſdictionem aſſerens habere, id probare debebit, ſi obtinere velit.*
111 *Juris paſcendi poſſeſſorium, ex quo proprietati accedit, petitorium abſorbet.*
18 *Jus dicere ſibi ipſi propria auctoritate, non permittitur.*
10 *Jus, fidæ dominium territorii arguit.*
107 *Jus paſcendi, & lignandi, quæ ſervitus ſit.*
109 *In præſcriptione ſervitutis hujuſmodi tempus quod requiratur.*
111 *Jus paſcendi in alieno territorio eſt ſervitus realis, & non poteſt quæri, niſi præſcriptione immemoriali.*
8 *Jus paſcui per actus ſingulorum de univerſitate non acquiritur Univerſitati.*
5 *Jus pecoris paſcendi, præſertim ſi nullus titulus allegetur, minori tempore, quàm immemoriali non probatur.*
35 D. Alex. Sperell. *celebratur.*
76 *Longiſſimi temporis præſcriptio vim præſumpti aſſenſus habet.*





39 *Melioramenta ſunt propria emphyteutæ, & poſſunt tacitè, & expreſsè hypothecari, & pro eis competit ſalvianum.*
114 *Nihil prodeſt obtinere in poſſeſſorio, & ſuccumbere in petitorio.*
56 *Oppidis &c. nihil eſt deputatum, niſi quod ex Principis privilegio eſt conceſſum.*
62 *Ordo temporis, & menſura ſervari debet.*
101 *Partiarius, an ſolvere teneatur mercedem pro pecudibus ad ſocidam conceſſis.*
63 *Paſcendi jure moderatè quis uti debet.*
45 *Paſturagio locato, competit pro mercede conventa hypotheca in pecudibus.*
19 *Pignora capere, ſpecies eſt juriſdictionis.*
*Limitatur* n. 20.
24 *Pignus in animalibus ad damnum repertis fieri poteſt propria auctoritate ad finem cognoſcendi, cujus ſint.*
36 *Portio detrahenda pro meliorationibus factis, uti libera poterit ſubjici oneri cenſus.*
1 *Poſſeſſio juris paſcendi, & lignandi ex immemorabili tempore probari poteſt.*
9 *Poſſeſſio ſemper regulatur ex præambulo titulo.*
112 *Poſſeſſorium, quando habet annexam cauſam proprietatis, ſententia lata in poſſeſſorio præjudicat in petitorio.*
2 *Præſcriptio immemorabilis habet vim tituli, privilegii, aſſenſus, ac directi dominii.*
72 *Præſcriptio centenaria vim habet aſſenſus.*
115 *Præſcriptio an interrumpatur per banna, vel per citationem.*
*Ubi, quomodò intelligendus* Covar. in Regul. poſſeſſor, de reg. jur. in 6. p. 2. §. 12. num. 4. & n. 8. verſ. Illud verò.
74 *Privilegium, & vetuſtas idem.*
117 *Proclamata emanare eſt juriſdictionis actus.*
102 *Probibitio lignandi, & paſculandi pro induſtria, facta per Baronem Vaſſallis per proclamata, quid operetur. Et quid, ſi Vaſſalli acquieverunt illis, fidamque ſolverunt.* numero 102.
91 *Quando territorium conceſſum Univerſitati affirmandum ſit eſſe ipſius domaniale.*
73 *Quod poteſt tribuere privilegium Principis, idem poteſt tribuere temporis præſcriptio.*
83 *Regiſtratio aſſenſuum pro expeditione Privilegiorum ſuper Feudis, infrà quod tempus fieri debeat, Prag. Regni attentis.*
88 *Per formulam illam decretationis, an Regius aſſenſus ſuper feudis ſit inſuſpenſus, & dominium ſuſpenſivè dicatur tranſlatum.*
87 *In Regno ex vi ſolitæ deoretationis, Regius aſſenſus ſuper feudis reſolvitur ex defectu non ſequutæ regiſtrationis per Regias Pragm. præceptæ.*
113 *Reſervatio jurium in petitorio nihil deducit in eſſe, niſi id, quod erat tempore reſervationis.*
23 *Retentio animalium majus periculum continet, quàm res aliæ.*
26 *Retentio animalium, jure communi attento, domino paſcui, erat permiſſa.*
27 *Retentio animalium etiam jure conſtitutionis domino paſcui permittitur infrà ſpatium illud viginti quatuor horarum, interim, quod Bajulo, animalia ipſa non conſignentur.*
14 *Retentio animalium utrùm pro emendatione damni fiat, an verò ut cognoſcatur cujus ſint, quæritur.*
*Solutio quæſtionis refertur.* n. 15.
69 *Servitus in territoriis ex communitatum inſtitutione inducitur.*
109 *Servitus juris paſcendi, & lignamina incidendi eſt magni præjudicii.*
98 *Societas non tollit facultatem donandi rem communem.*
*Et quomodo.*
75 *Tantum operatur tempus, ſicut poteſtas Principis.*
47 *Tertius poſſeſſor actione pignoratitia conventus præfertur in rei retentione pro meliorationibus factis creditori pignoratitio.*
94 *Vaſſalli in territorio domini incidere ſoliti non tantùm pro uſu proprio, quam etiam mercandi cauſa, an, contradicente domino, debeant in poſſeſſione manuteneri,* & n. 95.
102 *Vaſſalli, ſubditi, pauperes, & perſonæ ſubjectæ pro Domino an teſtes idonei, & boni.*
29 *Vento vivere nemo præſumitur.*
79 *Verba* Nullius temporis *generalitatem important.*
83 *Verba illa* Fiat in forma *quid importent in fine memorialium Regiorum aſſenſuum ſuper Feudis.*
77 *Verba*, Præſcriptione non obſtante, *longiſſimi temporis præſcriptionis excluſionem importare videntur.*
76 *Unio minus legitimè facta ſine aſſenſu tribuit jus præſcribendi per lapſum quadraginta annorum, & remanet valida, & quomodò.*
4 *Univerſitas dominium territorii habere non dicitur, niſi conſtito de poſſeſſione, vel deſtinatione.*
90 *Univerſitas an poſſit ad libitum à communione recedere.*
103 *Univerſitas in territorio domaniali, an poſſit facere defenſam in præjudicium uſus Baronis ſui.*
92 *Uſus competens Univerſitati, ſive Baroni in domanialibus territoriis, an intelligendus etiam quoad induſtriam.*
103 *Uſus domanialium feudi debet eſſe liber civibus, & habitatoribus.*
106 *Uſus immemorialis paſcendi, & lignandi etiam pro induſtria in territorio proprio Baronis, quid importet.*
93 *Uxori infrà annum luctus non habenti, unde vivere poſſit, ſuus, vel extraneus viri hæres an teneatur ei præſtare alimenta. Et quid, ſi habeat unde ſe alat.*

## DISSERTATIONIS

*Joſephi Spræ Neapol.*

### *PARS PRIMA.*

UTiliſſima, practicabiliſque quæſtio determinari occurrit elapſis annis inter Univerſitatem N. ejuſque Baronem; verum ille Doctor, qui Univerſitatis jura magno cum fundamento tuebatur, hæc quantum onus in ſe fuit pro Univerſitate adſcribere curavit; repetendo, pariterque demonſtrando tàm ex juris noſtri Cæſarei fundamentis, quàm ex traditionibus Principum Univerſitatis, ſivè ſimus in territorio ipſius domaniali, ſive proprio Baronis, tàm quoad uſum, quàm quoad induſtriam, jus lignandi, & paſcendi competere, inſtando in judicio reſtitutionis in integrum pro parte Univerſitatis confirmari ſententiam in poſſeſſorio ordinario ad ejus favorem primo loco emanatam, illamque ad favorem Baronis revocari.

Quibus juris traditionibus nonnulla magna cum

diligentia combinavi. Quodque territorium, de quo
controvertebatur, Univerſitatis erat domaniale,
primo demonſtrabatur ex immemorabili poſſeſſio-
1 ne deducta per Univerſitatem, & ex regulis ju-
ris optimè probata lignandi, paſcuaque ſumendi
in dicto territorio pro uſu, & induſtria, aliaque
faciendi, quæ non niſi dominis territorii licent
ad dicta per *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. authorit.*
46. & Univerſitas non obtinuiſſet in poſſeſſorio,
ſi territorium fuiſſet proprium Baronis, ut infrà
dicemus, & probatiſſimum eſt immemorabilem
habere vim privilegii, tituli, & aſſenſus, *c. ſu-*
2 *per quibuſdam de verbor. ſignificat.* ubi *DD. Eu-*
*gen. conſ.* 40. latiſſimè *Gilchen. in authent. quas*
*act. C. de Sacroſ. Eccleſ. cap.* 19. *num.* 63. *Ann.*
*allegat.* 68. *Dom. Reg. de Pont. deciſ.* 2. *num.* 8.
*Camill. Borrell. conſ.* 86. *num.* 1. *Dominus Do-*
*natus Antonius de Marinis I. C. perſpicaciſſimus,*
3 *tom.* 1. *reſolut. quotid. ca.* 107. *num.* 20. noviſſi-
mè *Laganar. in addit. ad Comment. D. Reg. Ro-*
*viti pragmat.* 1. *de Salar. eor. num.* 5. Ac etiam
directi dominii, ex *Bald. in l. traditionib. C. de*
*pact. Avendan. de exequend. mandatis lib.* 1. *cap.*
12. *n.* 5.

Quod ſat erit, inquit *Mynſing. cent.* 1. *obſer-*
*vat.* 30. *num.* 1. & 2. ſi quis fundet intentionem
4 ſuam ex temporis curſu, cujus initii memoria non
extat in contrarium: quia, tali tempore probato,
cenſetur etiam probatum eſſe dominium, ut per
*Jaſ. in §. omnium col.* 14. *Inſtit. de action.* & ha-
bet tale tempus vim privilegii, & conceſſionis
etiam in his, quæ ſunt Principi reſervata, *d. cap.*
*ſuper quibuſdam §. propterea de verbor. ſignifi-*
*cat. Jaſ. in l. de quibus col.* 10. *ff. de legib. Alex.*
*conſ.* 35. *vol.* 2. Immò non eſt neceſſaria tituli
allegatio in hoc tempore, ut per *Alex. conſil.* 6.
*vol.* 1. & *conſ.* 125. & *ſeq. vol.* 2. referens ſu-
pra dictam materiam in cauſa Knobloch contra
Hagenauu anno 1550. diſputatam fuiſſe, ſupra-
dictaque fundamenta à ſaniori parte dominorum
approbata, de cujus immemorabilis viribus vi-
* denda ſunt latè edocta *per Bonden. colluct. legal.*
14. *ex num.* 57. *colluct.* 28. *à num.* 129. *colluct.*
29. *à num.* 19. & *colluct.* 47. *per tot. vol.* 2. *ac*
*remiſſivè in Notis ad Oter. de paſc. c.* 18. *ubi ad-*
*dit ſuum dilectiſſimum Balduc. virum ſummè do-*
*ctum ad Ramon. conſ.* 24. *in obſervat. num.* 19.
*cum multis ſeqq. lib.* 1.

Cujus quidem appropriatio, præter immemo-
rialem præſcriptionem, vel deſtinationem haud ac-
5 quiri potuerit, refert *deciſ. in Camera Conſilii*
*Delphinat. Guid. Pap. deciſ.* 573. & ex *Bovadilla*
*lib.* 2. *politic. c.* 16. *num.* 149. *fallen.* 44. *Caſſan.*
*in Conſuetudin. Burg. tit. des forets. rub.* 13. §.
1. & §. 2. *Gloſſ.* 1. *num.* 16. *noſtro Iſern. in Conſti-*
*tut. regn. Cum per partes Apuliæ Curt. Jun. conſ.*
174. *num.* 28. & *Mynſing. cent.* 4. *obſerv.* 53. aliiſ-
que latiſſimè fundat Doctus ille Monopolitan. I.
6 C. *Proſper. Rendell.* in utili *tract. de jurib. & paſ-*
*cu. reg. p.* 3. *cap.* 1. *fol.* 136. & 137. & *p.* 2. *cap.*
10. *fol.* 120. per R. C. deciſ. referens ad hoc, ut
factum dicatur antiquum in his prohibitis, & ſi
in Barone loquatur, ex natura tamen æquipara-
torum idem procedit in Univerſitate, ut obſer-
vat *dict. cap.* 10. *fol.* 121. Aliter enim ipſiuſmet
dici non poſſunt, niſi de prædicta conſtet appro-
priatione, ut doctiſſimè firmat tàm ex noſtrorum
digeſtorum juribus, quàm legibus Hiſpanis, alio-
rumque I. C. authoritatibus. *Doctiſſimus Hiſpan.*
*Anton. Fernand. de Otero in celeberrimo tract. de*
*paſcu. & jur. paſcend. cap.* 9. *& ibi Bonden. in*
7 *Notis.* At de Baronis menſa, dummodo ſint in-
trà confines feudi, ut ex pluribus tradit idem
*Oter. num.* 18. *ſubdens nu.* 20. Villam, Civita-
tem, ſeu Univerſitatem non aliter dominam ha-
rum terrarum cenſeri, niſi ſit in eorum poſſeſſio-
ne, ut potè quòd homines de dicta univerſitate
conſueverint in dictis terris, aut ligna incidere,
aut pecora depaſcere, ut ſuprà in principio dixi-
mus, & cum *Menoch. de præſumption. præſumpt.*
100. *num.* 9. concludit *Cancer. d. cap.* 4. *num.*
61. ubi dubitat, quid juris erit, quando domi-
nus loci, & cæteri vicini ſimul reperiuntur poſſi-
dere nemus, vel paſcuum, & reſolvit præſumi
tale nemus, vel pratum de univerſitate, & do-
minum non jure dominii, vel proprietatis, ſed
ut vicinum, & aliorum incolarum caput pro ſua
portione poſſidere, ad notat. per *D. Vincent. de*
*Franch. deciſ.* 197. Hæc ipſe ſequitur, idem
*Rendell. d. p.* 2. *cap.* 4. & *cap.* 6.

Hinc obſerva, quòd, ſi immemorabilis hujuſ-
modi poſſeſſio allegata lignandi, & paſcendi in
territorio pro uſu, & induſtria fuerit per parti-
culares homines de Univerſitate adepta, imme-
diatè, & independenter, Dominium utique ip-
ſamet Univerſitas dicti domanialis territorii acqui- 8
ri haud potuerat, ex actibus enim ſingulorum
Univerſitati acquiri non poteſt expreſsè firma-
vit, ut *Cuman. conſ.* 158. *Corn. conſ.* 299. *vol.*
1. maximè *num.* 15. ubi inquit, quod licet ho-
mines, ſeu vicini alicujus caſtri poſſederint ali-
quod prædium, eorum animalibus paſculanti-
bus in eo, incidendo ligna, vel alia ſimilia fa-
ciendo, non tamen per hoc acquirunt poſſeſſio-
nem Univerſitati, nec per teſtes ita deponentes
probabitur poſſeſſio ab Univerſitate, quia neceſ-
ſariò debet conſtare de mandato Univerſitatis,
& non poteſt dici factum ab Univerſitate, quod
non fit, congregato concilio, ex *tex.* in *l.* 1. §.
*municipes, ibi: quia univerſi conſentire non poſ-*
*ſunt, & in l. ſi ego, ff. de negot. geſt.* & aliis ju-
ribus in propoſito, & ita ſe conſuluiſſe contra *
communitatem Cobuldullii, ut habetur *conſ.* 46.
*vol.* 3. idemque repetit *conſil.* 63. *vol.* 4. ubi
ait quod Univerſitas non quærit poſſeſſionem ex
actibus particularium, *Dec. conſ.* 221. *numer.* 5.
*Pariſ. conſil.* 27. *num.* 102. & *ſeq. volum.* 1. *Ber-*
*trand. conſ.* 42. *numer.* 62. *vol.* 2. *Rubeus conſil.*
5. *in fin. Surd. conſ.* 28. *ex num.* 2. *Boſſ. in praxi*
*titul. de plurib. violent. num.* 6.

Aut verò per univerſos illius ordine, manda-
to, ſeù approbatione, vel quolibet alio munimi-
ne fiunt, & poterit jus, ex immemorabili illa
poſſeſſione Univerſitati acquiri, ex *Innoc. in cap.*
*bone il.* 2. *verb. temere recedentes, num.* 7. *in fin.* 9
*extra de poſtulat. prælator. Felin. in cap. cum om-*
*nes, numer.* 27. *de conſtitut. Socin. in l.* 1. *§. fin.*
*in fin. ff. de acquirend. poſſeſſ.* ubi advertit, quod,
licet univerſitas non acquirat poſſeſſionem, niſi
communicato conſilio, tamen ſi agatur de exe-
cutione facti, ut quia jam eſſet data licentia ap-
prehendendi, tunc nuda apprehenſio poterit fie-
ri per particulares, & per eorum apprehenſio-
nem erit acquiſita communitati poſſeſſio, quod
in propoſito extollit *Pariſ. conſ.* 111. *numer.* 71.
*vol.* 1. *Surd. dict. conſil.* 38. *num.* 29. *Corn. dict.*
*conſil.* 249. *vol.* 1. & *conſil.* 46. *vol.* 3. *Put. de-*
*ciſ.* 26. *lib.* 2. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1190.
*num.* 10. & 19. & *Dec. conſil.* 221. ubi docet
cautum debere eſſe Advocatum in articulando
Univerſitatis nomine particulares uſos fuiſſe ne-
more, vel paſcuo, ac ſcientibus ejus adminiſtra-
toribus, *Benintend. deciſ. Bonon.* 70. *num.* 17. &
poſſeſſio ſemper regulatur ex præcedenti, ſeù
prævio



prævio titulo, *l.* 2. *ubi gloſſ. & DD. C. de acquir.*
*poſſeſſ. l.* 1. *§.* 1. *ff. de except. rei judic. l. qui ne-*
*gotiationem*, ubi *Bar. ff. de adminiſtrat. tutor. Al-*
*ciat. de præſumpt. regul.* 2. *præſumpt.* 23. *Oſaſc.*
*deciſ. Pedemont.* 58. *num.* 18. *Veg. conſil.* 6. *nu-*
*mero* 6. & ille videtur facere, cujus nomine fit,
ad *tex. in l. quod meo. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Ex d. igitur diſtinctionis fædere, diſſidentes
opiniones in hac quæſtione ortas ad conciliatio-
nem reducit idem *Oter. in tract. de paſcuis, &*
*jur. paſcend. cap.* 20. *per tot. & ibi Bonden. in*
*Notis. ubi cum Aliis alia in propoſito tradit, &*
*ponderat.*

Secundo, nam licet per Baronem dictæ Ci-
10 vitatis fuerit uſurpatum jus fidæ in dicto terri-
torio quoad exteros, attamen producuntur titu-
li, quibus conſtabat ante conceſſionem factam
Baronibus dictæ Civitatis à Sereniſſimis retro Re-
gibus jus fidæ etiam quoad exteros competiiſſe
Uniuerſitati in dicto territorio, & tituli produ-
cti, tamen poſt ſententiam in petitorio latam,
ſunt v3. Littera Regis Caroli anni 1306. Exi-
ſtente Civitate in Regis domanio, qua prohibet
Rex ſuis Caſtellanis, ne moleſtent cives Civita-
tis N. ſumentes paſcua cum eorum animalibus,
quoniam damnificabant animalia dictorum civium,
dictique fraudabantur cives fida, quam ab exte-
ris exigebant; jus enim fidæ dominium territorii
arguit, ex traditis per *Domin. Regent. de Ponte*
*conſil.* 47. *num.* 4. *Lanar. conſ.* 45. *Præſ. de Fran-*
*ch. deciſ.* 305. & *Jacob. Cancer. lib.* 3. *var. cap.*
13. & *infrà repetitur num.* 120.

Item alia ejuſdem anni, ubi exiſtente eodem-
met Sereniſſimo Rege in poſſeſſione cujuſdam
defenſæ Umbruli in territorio dictæ Civitatis,
prohibentur ſupra dictæ defenſæ cuſtodibus, ne
in cuſtodia antiquos limites dictæ foreſtæ exce-
dant ad civium paſcua impediendum, atque fidæ
exactionem, quam ab exteris in eo affidantibus
exigebant.

11 Undè obſerva, quod animalia paſculari inven-
ta in alieno territorio, poſſunt ad domini inſtan-
tiam carcerari, ab eiſque, non autem eximere,
niſi prius ſoluta fida, & diffida, ut deciſum te-
* ſtatur in cauſa Illuſtr. Principis Achaiæ cum Uni-
verſitate Montis Mali, oculatiſſimus *Dom. Joan.*
12 *Baptiſta de Thor. in compend. deciſ. Neap. part.*
4. *verb. animalia paſculantia fol.* 22. 1. *colum.* id-
que procedit, cum Baronis intentio quoad jus
fidæ in territoriis appatronatis eſſet fundata, ut
obſervat *Flamin. Monach. in Addit. ad deciſ. Mi-*
*nad. deciſ.* 32. *num.* 27. ſecus cum Baronis in-
tentio, quoad jus fidæ in territoriis appatrona-
tis eſſet incerta, non tunc, præſtita cautione de
ſolvenda fida, & diffida, animalia in alienis ter-
ritoriis paſculari inventa debent reſtitui, ita *Dom.*
*Reg. Tapia in comment. ad Conſtit. Cum per par-*
*tes Apuliæ lib.* 9. *Jur. Regni colum.* 2. *fol.* 71. In
hiſque terminis eſſe intelligendam *Capic. deciſ.*
45. inquit idem *Monach. ubi ſuprà, & in Ad-*
*dit. ad dictam Capic. deciſ.* 45. & deciſum refert
* idem *D. Jo. Baptiſta de Thor. ubi ſuprà verb. ani-*
*malia damnum dantia fol.* 35. & in cauſa inter
* Illuſtr. Ducem Ebuli, & Univerſitatem præten-
dentem uſum, quem habent Cives in domaniali
territorio, allectis Civibus non competere dato
termino ſuper prætenſis, ſic per S. C. quoad ani-
malia intercepta determinatum refert D. *Reg. San-*
*felic. deciſ.* 75. *par.* 2.

Verùm ex prædicta obſervatione plura perpen-
di contingunt; Primo, quòd hoc procedit, cum
13 in territoriis bannitis animalia damnoſa fuerint
paſculari inventa, tunc enim capi poſſunt, &
bajulis conſignari pro emendatione damni, & pœ-
næ, ſivè diffidæ ſolutione, ut expreſsè cavetur
ex *Conſtitut. Regni animalia, ubi Iſern. noſter &*
*de Afflict.* corrigente Conſtitutionem *Pervenit* di-
ſponentem, ut debeant capi, Juſtitiariiſque con-
ſignari; *Avendan.* ubi ſuprà *par.* 1. *c.* 13. *n.* 2.
*verſic. & quia in herba de Afflict. in Conſtit. Re-*
*gni Pacis cultum, Coler. de proceſſ. execut. par.*
1. *cap.* 2. *num.* 97. *Ann. ſingul.* 138. *Borell. de*
*magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 45. & 55. idem
*Dom. Reg. Tapia in d. Conſtit. Cum per partes Apu-*
*liæ*; quo caſu diſpoſitio *d. Conſtitut. Regn. Cum*
*per partes Apuliæ* locum non habebit, & hoc,
cum animalia, data opera, fuerint immiſſa, ſe-
cus ſi ex ſe ipſis intraverint, puta quia fuerunt
deperdita, vel caſu fortuito fugiendo à lupis,
vel aquarum multitudine, ex quo in dictis terri-
toriis damnum intulerint, ita *Alberic. in tract.*
*ſtatut. lib.* 2. *quæſt.* 76. *Carpan. in Conſtitut. Me-*
*diolan. tit. de damn. dato cap.* 336. *Avendan. d.*
*cap.* 13. *num.* 20.

Inſuper ex ante dictis conjicimus, an ſupra 14
dicta retentio animalium, ut damnum reſarciatur,
principaliter fiat, an verò ad finem recognoſcen-
di dominum, ut ſecundariò contrà eum pro emen-
datione damni agi poſſit.

Quouſque dominus recognoſcatur, eorum per- 15
mitti detentionem principaliter ad effectum, ut
ſecundariò contrà eum pro damno dato agi poſ-
ſit, docet *Bal. in l.* 2. *num.* 2. *C. de ſerv. fu-*
*gitiv.* dicens, quòd poſſum animal repertum in
meo capere, & detinere, donec ſciam dominum,
*arg. l. capite quinto, ff. de adult.* authoritate cu-
jus idem firmavit *doctiſſimus I. C. D. Andr. Al-*
*ciat. de præſumpt. regul.* 1. *præſumpt.* 50. *numer.* 16
3. *v.* 3. *quod ſi alienum pecus inveniatur in agro*
*damnum dare, non tamen poteſt dominus agri re-*
*tinere, niſi ad finem, ut cognoſcat, cujus eſt: &*
*debet illi reſtituere, & contrà eum agere de dam-*
*no dato, ex juribus, & Doctoribus, ut per eum*
*de Afflict. in d. Conſtit. Pervenit. num.* 3. & 6.
*& in dict. Conſtitut. Cum per partes ſub num.* 3.
*&* 7. *Surd. de Alim. tit.* 8. *privileg.* 62. *num.* 2.
*& conſil.* 561. *num.* 17. *vol.* 4. ubi *num.* 27. de
communi concludit, quòd multò minus licebit
retinere perſonas, & dominos animalium dam-
num dantium, cum iſta executio contrà perſonas 17
nunquam concedatur à lege, niſi poſt excuſſio-
nem mobilium, immobilium, & nominum debi-
torum, ex *l. à Divo Pio §. in venditione, ff. de*
*re jud.* quibus addo *Rendell. ubi ſuprà p.* 4. *cap.*
4. *verſ. quintum.* Primò, quia hoc eſſet authori-
tate propria ſibi jus dicere, quod non permittitur 18
*l.* 1. *C. ne quis in cauſ. prop.* Secundò, ne viole-
tur juriſdictio jus dicentis, cum pignora capere,
ſit ſpecies juriſdictionis ad notat. per *Jaſ.* & alios 19
in *l.* 1. *ff. ſi quis judic. non obtemp.* & ita in ſpe-
cie concludit *Coler. in c. illud num.* 23. *verſic. cir-*
*ca quod tamen de præſumpt.* mixtique imperii exer-
citium dixit *Marin. Frecc. de offic. Mag. Seneſc.*
*nu.* 8. *in fin.* quem refert, & ſequitur idem *Ren-*
*dell. ubi ſuprà c.* 4. *par.* 4. *fol.* 250. *verſ. ſepti-*
*mum*, quæ tamen admittitur pignoratio, quan-
do eſt certa perſona damnum dantis, quod tunc 20
conſultum eſſe poteſt per actionem de paſtu pe-
coris, & legis Aquiliæ ex *Rendell. ubi ſupra ver-*
*ſic. ſextum*, perpenditque recolend. ſemper memo-
riæ *Dom. Franciſc. Merlin. J. C. doctiſſimus, ac* 21
*propriis meritis digniſſimus S. R. C. Præſes tom.* 2.
*forenſ. controverſ. cap.* 58. & inſignis ille *Doctor*
*Mercurial. Merlin. in ſuo celeberrimo tractat. de* 22
*pigno.*

pigno. & hypoth. lib. 1. tit. 2. q. 14. num. 13. fol.
15. 1. col. & hæc eſt tertia concluſio enumera-
ta per eumdemmet Surd. ubi ſuprà.
23 Quartò, nam majus eſt periculum in retentio-
ne animalium, quàm in aliis rebus. quia facilius
pereunt, Bart. ibique addent. in dict. §. de his
autem verb. majus Cæpoll. de ſervit. ruſtic. præ-
dior. cap. 9. num. 30. in fin. de ſervit. juris paſ-
cend. not. Canoniſtæ in cap. ſi læſerint, extra de
injur. Plot. in l. ſi quando num. 699. C. unde vi.
Pirr. tit. de paſc. cap. 9. poſt Veron. de ſervit.
pecor. paſcen. & declarat optimè Menoch. de re-
cuperan. poſſeſſ. num. 281. Gandin. de maleſic. tit.
de jurib. verſ. ſed pone num. 11. Pichard. in §.
cæterum à num. 13. inſtit. ad l. Aquil. Oſuald. ad
Donell. lib. 15. Comment. cap. 44. litt. P. ſic in
facti contingentia conſuluit doctiſſimus Cancer.
part. 2. variar. reſol. cap. 10. num. 86. in puncto
Grat. to. 1. forenſ. diſcept. cap. 88. à n. 1. diffu-
sè omnium optimè idem Oter. ubi ſuprà cap. 13.
à nu. 11. qui inter ſe pugnantes opiniones in hac
noſtra quæſtione ad concordiam reducit (ac ple-
nè materia reaſſumitur ibidem à Bonden. in Notis
ad idem cap. 13.)

Verùm reſpectu ſupra dictæ concluſionis firma-
24 tæ poterit dominus paſturagii de animalibus in
ſuo repertis ſibi pignus propria authoritate con-
ſtituere, ut obſervat idem Merlin. ubi ſuprà nu.
11. his loquens verbis: Datur etiam quædam ſpe-
cies pignoris, quæ authoritate alicujus conſtitui-
tur, ut cùm animalia in bonis alienis inveniuntur
damnum dare, quoniam dominus poteſt facere
de his animalibus ſibi pignus propria authoritate
conſtituere, donec dominus cognoſcatur, ad effe-
ctum agendi contrà ipſum pro damno dato. Hæc
ipſe.

Hinc ex eodem Rendell. d. cap. 4. verſ. hic
verò fol. 247. obſerva hujuſmodi detentionem in-
25 terceptorum animalium de jur. Conſtitut. haud
eſſe conſiderandam penès eundemmet dominum
paſturagii, at penès Bajulum, cui conſignatio
prædictorum fieri debet, ut expreſsè ante eum
firmavit de Afflict. ubi ſup. & voluit Veron. d.
cap. 9. num. 30. Barthol. de Capu. in d. conſtit.
pervenit, qui ſingul. 32. ait hodie dic in Regno,
ut in conſtitut. de detinen. animal. l. 1. quia de-
bet capi, & Judici aſſignari, & contrà jus Lon-
gobard. conſuetudinem inducit, ut etiam boves
inventi in damno, poſſint capi, & ad Bajulum
duci, ut ponderavit etiam idem Grat. d. c. 80.
26 num. 10. Quicquid communi jure reperiatur diſ-
poſitum, licere in domino paſcui in ſuo prehen-
ſum animal retinere, juxtà J. C. Pomponii ſen-
tentiam in l. quamvis ff. ad l. Aquil. his aperiens,
Itaque (inquit) qui pecus alienum in agro ſuo
deprehendit, non jure includit, nec agere illud
aliter debet, quàm (ut ſup. diximus) quaſi ſuum,
ſed vel abigere debet ſine damno, vel admonere
dominum, ut ſuum recipiat, ſequitur Gloſſ. ibi-
dem, & teſtantur DD. per nos longa ſerie ſuprà
adducti. Cui diſpoſitioni, cùm quædam adapta-
retur localis conſuetudo ſic in cauſa Vincentii,
aliorumque litis conſortium, conſuluit, Grat. d.
cap. 80. nu. 8. prout valere hujuſmodi ſtatuta di-
cit Boſſ. de damn. dat. in fin. Coller. d. cap. illud
n. 21. verſ. verùm de jure ſaxonico.

Imò addo, eſto, quòd dicti juris communis
diſpoſitio per jus conſtitutionis videatur rejecta,
27 attamen ex his, quæ infrà dicemus, eam vi-
gere patebit & permiſſam utique eſſe apud do-
minum paſcui, interceptorum animalium reten-
tionem, quouſque infrà 24. horarum tempus ad
hoc ſtatutum, animalia Bajulo non conſignen-
tur, vel donec dominus paſcui de damno certio-
retur, à quo tempus conſignationis currere inci-
pit, ut poſt Ferron. in conſuetudin. Burdegal. tit.
de animal. invent. in agr. alien. in princip. not.
idem Rendell. fol. 248. verſ. ſecundum, & ter-
tium.

Prout etiam cum de reſtituendo impenſam pro
pabulo ipſis præſtitam interim, quòd eorum do- 28
minus invenitur, ageretur, quo in caſu ſi co-
gnito domino animalium eorum, fit reſtitutio,
poterit dominus paſcui pro præſtitis ipſis alimen-
tis, de his ſibi propria authoritate pignus con-
ſtituere, ut apertiſſimè Paul. lib. 21. ad edictum
in l. ſi res 10 ff. de rei vendic. ejuſdemque ſen-
ſus videtur Ulpian. lib. 53. ad edictum in l. hoc
amplius, §. de iis ff. de damn. infect. & Impe-
rat. Anton. in l. in ſumma, C. de pignorib. & hy-
poth. Gloſſ. in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de
cond. indebit. & quidem: Nec enim vento vi-
vitur, quòd Alexander Auguſtus in alimentis 29
pupillo taxandis, perpendit in l. fin. C. de ali-
ment. pupill. præſtand. aperteque docet Alciat.
d. præſumpt. 50. numer. 2. qui in hiſce noſtris
terminis loquens; Et iſtud (inquit) facit ad quæ-
ſtionem ejus, qui bovem vagabundum retinuit in
ſtabulo ſuo, ut expenſas quas aſſerit ſe feciſſe, te-
neatur ei dominus reſarcire, cùm præſumptio na-
turæ ſit, quòd non vixerit de vento. Subjungit-
que ſub num. 3. ad concordiam reducendo con-
trariam Jacob. de Aret. in hac noſtra quæſtione
ſententiam, quia ille qui reperit bovem alienum
in fundo ſuo, & eum tenuit per aliquod tempus,
& alimentavit, aut vult retinere, ut ſolvatur ſi-
bi damnum, & non poterit d. l. Quintus, aut
vult retinere ut reſtituatur ſibi pretium alimento-
rum, & tunc ſecus ſecundùm ſupra dicta, & fa-
cit, quia cum alimenta verterint in utilitatem ip-
ſius rei, meritò debet poſſe rem retinere donec ſa-
tisfiat l. in ſumma, & ibi Sali. C. de pigno. &
quæ not. Bar. in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff.
de condit. indeb. Et ſequitur Jo. Nicol. Arela-
ten. in addit. his verbis. Infertur etiam ex hac
præſumptione, quòd ſi creditor repetat expenſas
factas in alendo equo pignorato, ei teneatur do-
minus reſtituere; præſumitur enim equum credi-
tor ſuis expenſis aluiſſe, ex quo reperitur nutri-
tus, non enim creditur vixiſſe de vento, id ip-
ſum fuerunt amplexi Coraſ. in rub. ff. de ſervit.
num. 140. & 138. cum ſeqq. Sola in conſtit. Pe-
dem. in decret. de capt. debit. in gloſ. 3. par. n.
6. Avend. de exeq. mandat. cap. 13. ſub num. 4.
verſic. ſi tamen par. 1. Surd. qui utiliter alia plu-
ra in propoſito cumulat dict. privileg. 62. à nu.
2. Grat. d. cap. 80. num. 11. eruditiſſimus Jo.
Garſ. in tract. de expenſ. & meliorat. cap. 16. n.
16. & cap. 4. n. 28. & 29. Rendell. d. cap. 4. verſ.
Quia ſunt pro pignore fol. 254. Oter. dict. cap. 13.
n. 26. & ibi Bonden. §. qui penès ſe.

Quemadmodum id eademmet ratio poſtulat in
gravato reſtituere alteri domum per fideicommiſ-
ſum, cui retentio rei reſtitutioni ſubjectæ per- 30
mittitur, donec à fideicommiſſario ſibi ſatisfiat
pro expenſis, ipſiuſmet reſtitutionis temporis va-
lore attento ut J. C. Papian. reſpondit lib. 9. reſ-
ponſor. in l. domos ff. de leg. 1. Domos, (inquit)
hæreditarias exuſtas, & hæredis nummis extru-
ctas, ex cauſa fideicommiſſi poſt mortem hæredis
reſtituendas, boni viri arbitratu ſumptuum ratio-
nibus deductis, & ædificiorum ætatibus examina-
tis, reſpondi, ejuſdemque ſenſus videtur Paul.
lib. 3. ad Sabin. in l. ubi purè, §. Te rogo, ff. ad
Sena-



Senatuſconſult. Trebell. ibi. Qui in diſtrahendis,
conſervandiſve rebus hæreditariis ſumptus factus
eſt, imputari hæredi debet. Ulp. lib. 5. diſp. in l.
Mulier §. ſed enim ff. eod. ibi. Sed & ipſe, ſi quem
ſumptum fecit in res hæreditarias, detrahet. Sic
Bar. Bald. Alberic. Imo. Cum Alex. Jaſ. & aliis in
d. jurib. relati, & ſequuti per Surd. d. privileg. 62.
* n. 7. idem Garſ. ubi ſup. cap. 16. n. 1. & latiſſimè cap.
17. n. 1. & 2. pluries refert deciſ. recol. ſemper me-
mor. Dom. Præſes de Franch. deciſ. 109. ubi Domi-
ni Addentes, per Rot. Florent. Marzar. de fideicom-
miſſ. cap. 65. & per S. Roman. Rot. in una Bononien.
29. Nov. 1604. Coram Ludoviſio. Ricc. p. 4. collect.
1332. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 50. nu. 62.
Cancer. lib. 1. var. c. 2. n. 33. Seraphin. deciſ. 925.
31 n. 3. Vincent. Fuſar. J. C. Brixien. celebris, alios
referens in aureo tract. de ſubſtitut. q. 670. num. 6.
plura de refectione expenſarum congerit idem
Ricc. p. 1. collect. 191. p. 4. d. collect. 1332. 1348.
& 1379. & p. 5. collect. 1917. & 2801. Illuſtriſſ.
32 Dom. Epiſcop. Marant. noſtræ legalis Philoſophiæ
abyſſus, atque Epiſcoporum totius collegii decor,
par. 1. reſponſ. 18. numero 30. & par. 2. reſponſ.
10. Dom. Jo. Baptiſt. Ciarlin. J. C. Diſertiſſim.
33 & Diœceſis Regiæ Corona tom. 2. for. controv. 169.
num. 58.
34 Quinimò, cenſus, & conſtitutio ſuper melio-
ramentis, & expenſis, prædicta facta cenſetur,
quam validam exiſtimat Illuſtriſſ. & Reverendiſſ.
Dom. Alexand. Sperell. J. C. miraculum, ac hu-
35 jus Parthenopenſis digniſſimus Nuntius Apoſtoli-
cus, in aureis ſuis deciſionibus tom. 2. deciſ. 120.
num. 99. de meliorationibus loquens in re em-
phyteutica factis, ut ſuper illis cenſus ſalvari, &
ſubſiſtere poſſit (quicquid ſit in cenſu ſuper ipſa-
met re emphyteutica conſtituto, attenta prohi-
bitione expreſſa alienandi, ac de caducitate pro-
pterea incurrenda, ut doctiſſimè more ſolito fir-
mat d. deciſione) dummodò tamen in inveſtitura
dictum haud fuerit, ut propter alienationem re-
vertatur ad dominum fundus unà cum meliora-
mentis; utique cenſus ſuper dd. meliorationi-
bus imponi potuit, & impoſitus cenſetur, præ-
ſertim ad caducitatem evitandam, ex Cenc. de
cenſib. par. 1. cap. 2. q. 2. artic. 1. n. 16. & artic.
2. num. 17. Duard. ad Bullam felic. record. Pii V.
ſuper §. 1. q. 10. n. 29. & q. 12. n. 51. Anton. de
Amat. variar. reſol. 3. n. 80. tom. 1. Milanenſ. de-
ciſ. 8. n. 389. lib. 1. Rot. Rom. deciſ. 349. n. 1. p.
2. & deciſ. 116. num. 19. par. 6. recentior. & de-
ciſ. 11. nu. 8. impreſſ. addit. ad Cenc. per eum re-
latis. Portio enim illa ratione melioramentorum
36 detrahenda remanet libera, proinde ſubjici tali
oneri poterit, eſto quòd apta ſit illud ſufferre,
ut in terminis fundat latiſſimè Mareſcott. lib. 1.
variar. cap. 72. reſolvendo quæſtionem illam,
quam haud contemnendam putat, an cenſus ſim-
pliciter impoſitus ſuper prædio, cujus medie-
tas eſt prohibita alienari, ſit nullus in totum,
vel potius quoad medietatem liberam ſuſtinea-
* tur; Quodque, quoad medietatem liberam ap-
tam illum ſupportare, ſuſtineri inquit reſolven-
dum, ſic pluries per S. Roman. Rot. deciſ. re-
ferens.
37 Et in puncto num. 101. de gravato alteri per
fideicommiſſum fundum reſtituere, quòd cenſus
impoſitus cenſetur, & ſuſtinetur ſuper portione,
quæ ratione detractionum faciendarum remanet
libera, ſi tamen ſit capax, probat ex Mareſcot.
ubi ſupra Cenc. ubi ſupra d. par. 1. cap. 2. q. 1.
artic. 7. n. 7. & 8. Honded. conſil. 58. num. 99. lib.
1. Duard. ubi ſuprà d. §. 1. q. 7. nu. 37. Felic. re-
cord. Gregor. XV. deciſ. 225. nu. 1. & ſeq. & de-
ciſ. 256. nu. 1. ità S. Rom. Rot. ſæpiùs cenſuit de- *
ciſ. 55. n. 6. & deciſ. 59. n. 12. & 13. poſt Cenc.
& deciſ. 344. n. 2. par. 4. diverſ. & d. deciſ. 116.
n. 19. Imò n. 102. ſubdit, ſi nulla competeret de- 38
tractio ſuper re ipſa, cenſus cenſeretur ſuper me-
liorationibus impoſitus, ſi re vera illæ adſunt.
Rot. deciſ. 349. & d. deciſ. 344. Beltramin. in ad-
dit. ad Gregor. XV. d. deciſ. 225. num. 16.

Adeò ut propria meliorantis dicuntur, & ad 39
quoſcunque hæredes, ſucceſſoreſque tranſitoria (ex
multis apud Bonden. colluct. legal. 35. nu. 35. ubi
in ſeqq. materia latè declaratur vol. 1. Rot. cor.
Duran. deciſ. 329. num. 5. tom. 2. cor. Merlin. dec.
546. ſub num. 24. 25. tom. 2. cor. Bicchio dec. 483.
n. 34. 35. to. 2. cor. Papa Alex. VIII. Ottobon. dec.
83. n. 3.) & poſſunt hypothecari, veniuntque in
generali bonorum obligatione, & pro ipſis com-
petit Salvianum, Clar. in §. emphyteuſ. q. 45. nu.
2. Garſ. de expenſ. cap. 6. num. 20. & cap. 23.
num. 32. Rot. deciſ. 720. n. 8. par. 1. diverſ. de-
ciſ. 186. num. 6. par. 2. diverſ. & deciſ. 349. nu.
1. par. 2. recent.

Quapropter dominus ipſe ea repetendo, pro-
bare ipſa præſtitiſſe haud tenetur: cum præſump-
tio ſit ſuis expenſis animalia vixiſſe, non verò de 40
vento, ex quo retinuit penès ſe, d. l. fin. C. de ali-
ment. pupill. præſtand. prout ex not. per Bar. Imol.
Alex. & Jaſ. in l. cum ſervus, ff. de verb. obligat.
in puncto firmarunt Neguſant. de pignorib. 3. mem-
br. 7. par. princip. n. 17. Surd. dict. privileg. 62.
n. 13. idem Garſ. d. cap. 4. n. 27. Coler. in tract. de
aliment. cap. 8. n. 18. lib. 3. S. Rom. Rot. deciſ. 399.
144. par. 2. & 4. recentior, Oter. d. cap. 13. ſub n.
27. (& ibi Bonden. in Notis c. qui penes ſe, ubi plu-
res allegat.) licèt contrarium ſentire videantur
Grat. d. t. 1. forenſ. cap. 25. num. 22. & 23. & ex
eodemmet Grat. idem Dominus Mercurial. Mer-
lin. de pignorib. lib. 3. tit. 1. q. 5. n. 65. loquuntur 41
enim in eo, qui paſcua locavit, quo in caſu, niſi
expreſsè conſtaret, quòd in cauſam impinguandi
animalia fuerit facta, acquirere haud potuerat lo-
cans ſuper animalibus ipſis hypothecam: cum in
his terminis, naturalis ratio illa text. in d. l. fin.
C. de aliment. pupill. præſtand. non militet, prout
in noſtris, ut ſuprà firmavimus, viget, & diſer-
tiſſimè tradit Giurba deciſ. 40. (ac videantur Card.
de Luca tit. de cred. diſc. 18. num. 3. 4. lib. 8. Bon-
den. ad Oter. c. 13. ad fin. ubi concord. Rot. in
rec. dec. 114. p. 4. tom. 2.) doctiſſimus Jo. Dominic.
Gait. in tract. de credito cap. 4. quæſit. 11. à num.
1563. cum ſeqq. & recol. memor. exim. ille J. C. 42
Jo. Mar. Novar. Cathedralis Eccleſiæ hujus in-
clitæ Civitatis præſtantiſſimus Canonicus in Scho-
liis ad tres libros, Cod. in rub. de paſcuis publi-
cis n. 14.

Imò & hypothecata habebit animalia ipſa deten-
tor pro præſtitis ipſis alimentis cum prælatione om- 43
nibus creditoribus anterioribus juxtà theoricam
Bar. in l. interdum nu. 1. verſ. nota caſus iſtos, ff.
qui pot. in pignor. habeant, qui ſpecialiter favore
alimentorum hoc eſſe notandum commendat, ſe-
cundùm quam ſic firmarunt Neguſant. dict. membr.
3. num. 16. Garſ. d. cap. 4. à n. 30. Surd. d. privi-
leg. 62. nu. 12. & 19. Aloyſ. de Leo in l. 1. n. 19. C.
ad l. Aquil. Anton. Fan. de pignor. part. 7. membr.
3. à n. 14. & part. 2. membr. 4. n. 133. & 141. Me-
noch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 11. num. 8. &
judicatum Volaterris ad favorem Fornarini cam- *
parii, & cuſtodis fructuum de anno 1570. re-
fert Cavalcan. deciſ. for. Fivizanen. 23. ſub num.
31. & deciſ. 44. ſub numero 46. qui pro campariis
damni

damni dati, & fructuum, dicit notandum, & de
anno 1571. ſic ſe ad favorem D. Gabrielis de
Incontris, virtute quarundam equarum, con-
ſuluiſſe, his verbis Fivizanenſibus hominibus ad-
monendo, *notate vos de Teverano Fivizani in
fidandis paſcuis alpium Teverani*, & de conſue-
tudine approbata, ità in Senatu Mediolanenſi
ſervari teſtantur idem *Surd. d. n.* 19. *Grat. d. t.*
1. *for. c.* 25. *n.* 17. *&* 18. qui id expeditum etiam
44 tradit in eo, qui paſcua, vel prata locavit, ut
etiam hypothecam ſuper animalibus, aut armen-
45 tis habebit pro pretio fæni, quod fuit conſump-
tum ab illis, ità ut præferatur anterioribus cre-
ditoribus, & latè plura alia utilia in propoſito
congerit *dict. cap.* 80. *à num.* 12. & poſt multos
fundant *Rendell.* ubi ſuprà *d. cap.* 4. *fol.* 254.
*Oter. à num.* 27. idem *Dominus ſemper memor. re-
colend. Præſes Merlin. tom.* 1. *forenſ. controverſ.
cap.* 61. *n.* 20. latiſſimeque poſt alios doctiſſimè
exornant iidem *DD. Mercurial. Merlin. dict. lib.*
3. *titul.* 1. *quæſt.* 5. *à n.* 16. *& lib.* 4. *titul.* 5. *quæſt.*
92. *Joann. Dominicus Gaitus, ubi ſuprà à n.* 1558.
*cum ſeqq. recol. memor. Dominus D. Ferdinandus*
46 *Arias de Meſa J. C. celebris S. R. C. Neapolitani
Conſiliarius meritiſſimus, olim juris civilis veſper-*
47 *tinus Lector primarius, in ſuis aureis reſolut. lib.*
1. *cap.* 49. qui pro abſoluto in tertio poſſeſſore
actione hypothecaria à creditore pignoratitio con-
vento docet, ut pro meliorationibus poſt adjudi-
cationem in prædio factis in concurſu, præfera-
tur creditori pignoratitio in rei retentione, ſic-
48 que in facti contingentia ad relationem recol. me-
mor. D. Andreæ Marcheſio, tunc Regii Conſi-
liarii digniſſimi, poſtmodum ipſiuſmet S. R. C.
præſtantiſſimi præſidis, ipſo interveniente in cau-
ſa I. V. D. Franciſci Faleſii cum Beatrice Jaco-
mina, & aliis die 17. Decembris 1639. deciſum
referens, in Banca Cioffi.

Item, num ſi hujuſmodi animalia Clericorum,
49 vel Religioſorum in vetito paſcuo reperta fue-
rint, an detineri, & pignorari poſſint, quiſnam
ſit competens Judex pro pœnæ exactione, *vide
ſuprad. Rendell. d. cap.* 4. *fol.* 255. *Oter. d. cap.*
12. *num.* 31. *Eruditiſſimum D. Donat. Anton. de
Marin. t.* 1. *reſolut. quotid. cap.* 220. (ſed pro
vera reſolutione habenda, recurre *ad Cam. Bon-
den. in Notis ad Oter. de paſc. c.* 8. *ubi latè*) Et
an locatio paſcui publici à jure ſit permiſſa, quo-
modo facienda, quibus perſonis ſit interdicta. *vid.
d. Oter. cap.* 31. *per tot. & ibi Bonden.*

50 Secundò, quòd, ſi ſumus in territoriis non ban-
nitis, tunc per *dictam Conſtitutionem Cum per par-
tes Apuliæ* ex ſupra dicta animalium detentione
eorum deterioratio, & peremptio fuit conſide-
rata, ut notatur per *Afflict. in dict. Conſtitut.
lib.* 3. *rubric.* 27. *num.* 3. & hoc pro vexationibus,
quas foreſterii dominis animalium ſolent inferre,
idcircò ad eas tollendas, Baronumque pariter ini-
quitatem coercendam, civibus Apuliæ inſtantibus
per Regem Gulielmum fuit dicta emanata Con-
ſtitutio, quam æquitatem maximam continere di-
51 cunt *Luc. de Penn. in l. in ſignis, C. de paſc.
public. lib.* 11. *idem Dominus Reg. Tap.* ubi ſu-
prà *in fin. Monach. in dict. deciſ.* 32. *num.* 25. hinc
*Iſern. noſter, & Afflict. in comment. ad dictam
Conſtitutionem* fatentur Apuliam dediſſe cauſam
impulſivam huic legi, quam etſi localem eſſe non-
nulli dixerunt, tamen verius eſt per totum Re-
52 gnum ſervari, ut per eundem *Iſern. Afflict. &
Reg. Tapiam ibidem Rendell. par.* 1. *cap.* 16. *fol.*
36. *& p.* 3. *c.* 9. *fol.* 207. per quam ergo extat
diſpoſitum, ut pro animalibus damnoſis paſculari
inventis eorum domini ad damni emendationem
teneantur, ut voluerunt *Afflict. in d. Conſt. num.* 53
7. *& Andr. verſic. nocumentum Dom. Reg. Lanar.
conſ.* 98. *ſub n.* 1. *verſic. & in hoc ſecundo caſu*, ſic-
que deciſum inquit *Ann. ſingular.* 138. *Dominus
Reg. Capyc. Lat. conſultat.* 102. *n.* 7. 11. *&* 12. *tom.*
2. & hoc eſt intelligendum, cùm animalia oberran-
tia damnum dederint, quod ſi appenſatè, & cul-
pa domini fuit datum, tunc ad damnum, & pœ-
nam tenentur, prout diſtinxit *Avendan. dict. cap.*
13. & quamvis dicta Conſtitutio non loquatur de
pœna dupli, poteſt tamen applicari, ut dixit
idem *Regens Tapia in d. Conſtit. verſic.* 2. *con-
cluſio in medio.*

Tertiò. Si dicta animalia paſculari tantùm fue- 54
rint inventa; Et pro reſolutione diſtinctionem ad-
hibent iidem *Domini Regentes Lanar. dict. conſ.*
98. *& Tap.* ubi ſuprà, v. 3. aut cum cuſtode ibi
reperta fuerunt, & fida tantùm territorii domi-
no debetur; Aut ſine cuſtode, & dominus ter-
ritorii nullam exigere poterit affidaturam, *Ren-
dell. p.* 2. *cap.* 11. *fol.* 130. quod intellige, ſi
intrà decem dies paſcua ſumpſerint, quòd, ſi ul-
trà, tunc animalium dominus ad fidam tantùm
tenetur, & ante eos notavit *Afflict.* ubi ſuprà *n.*
15. quem refert, & ſequitur *Monach. in d. deciſ.*
32. *n.* 26.

Per Regiam verò hujus Regni pragmaticam 55
*ſtatuimus* ſub *tit. de officio bajuli*, inquit idem *La-
nar. d. conſ.* 98. *n.* 6. dictæ benignæ legis munici-
palis diſpoſitioni eſſe derogatum, dum legumla-
tores dictæ Pragmaticæ voluerunt damnum eſſe
illatum, tàm ſi animalia per cuſtodem, non ob-
ſtante banni emanatione, in territorio fuerint im-
miſſa, quàm ſine eo, ſicque in utroque caſu pœ-
na pro damno dato exigi debeat; fundamentalis
quidem ratio non alia eſſe poteſt, niſi ratione con-
temptus dicti proclamantis, quo caſu pro moderata
pœna exigi poterit, ut tradunt *Ann. ſingular.* 138.
*Novar. de gravam. vaſall. tom.* 1. *gravam.* 51. *n.*
5. *&* 6. *& in commentar. ad dict. pragm. n.* 13. qui
in cauſa Univerſitatis Lauri adverſus Marchionem
ſic deciſum referunt in Banca Cioffi *Rendell. d.
cap.* 11. *fol.* 128. *&* 131.

Videbatur ergo limitatè ultrà defenſæ terminos 56
totum territorium liberè concedere, & ita decla-
rare, dotare enim tenetur Princeps aſſignatione
territorii Univerſitatum ex *Innoc. in cap. cum ad
ſedem de reſtit. ſpoliat. Calcan. conſ.* 89. *Aven-
dan. dict. tract. de exequendis mandat. cap.* 4. *n.*
4. *& cap.* 12. *num.* 2. 3. *&* 4. Cùm animadver-
tendum putent *Oter.* aliique *DD.* per eum relati,
*d. cap.* 9. quod oppidis, caſtris, ſeu villis de ju-
re nihil ſit deputatum, quod de ejus pertinentiis
ſit, niſi quatenus ex Principis privilegio, conſue-
tudine, vel hominum diſpoſitione reperitur con-
ceſſum. Quæ quidem deſtinatio, ut *n.* 4. ſubdit,
cum facti ſit, non præſumitur *l. in bello, §. fa-
ctæ, ff. de captiv.* & ſic concludenter probari de-
bet à villa, ſeu oppido intentate ad ſe, paſcua,
vel terminos, de quibus contenditur, pertinere,
*Alex. conſ.* 187. *numero* 9. *lib.* 2. latè *Cravett.
conſil.* 293. *num.* 5. *Soccin. in l.* 1. *num.* 7. *ff. de
reb. dub.*

Ex hujuſmodi ergo aſſignatione conſtabat Uni- 57
verſitatem, quoad dominium irrevocabiliter pe-
nès ipſam tranſlatum, juxtà *tex. in l. in tantum,
§. Univerſitatis, ff. de rer. diviſ. & in l. omne ter-
ritorium, ff. de cenſib.* quos ſequitur *Burg. de Paz
in l.* 3. *Taurin. numer.* 455. fundatam erga do-
minium paſcuorum publicorum, nemorumque
in territorio exiſtentium habere intentionem.
*Covarr.*



*Covarr. pract. quæſt. c.* 37. *num.* 1. *Gregor. Lopez
in l. Tauri part.* 3. *tit.* 28. *l.* 9. *gloſ.* 2. *Valaſc. de ju-
re emphyteutico quæſt.* 8. *n.* 42. *idem Avendan. d.
cap.* 12. *num.* 19. *ubi plura de aſſignatione territorii
limitatè conceſſi.* (*Hermoſil. ad ll. Hiſp. l.* 15. *gloſ.*
3. *n.* 24. *tit.* 5. *p.* 5. *cujus, unà cum aliis meminit Bon-
den. ad Oter. de paſc. c.* 2. *verſ. ita nec Baro.*) Et
utilitas paſcuorum tranſit in ſingulos de Univerſita-
te, incolas, & habitatores *l. teſtatrix, §.* 1. *ff. ſi
ſervit. vindic. Bertrand. conſ.* 51. *vol.* 2. *Avendan.
& Burg.* locis citatis, (*eſtque viden. Comes Bon-
den. ad Oter. de paſc. c.* 3. *ubi concord.*) & domi-
nium evidenter ex perceptione fidæ Communi-
tatum, compaſcuorumque, cum conſtructione de-
fenſarum, cumque à Rege territorii dominium
habeat, plenum dicitur habere pro uſu, & indu-
ſtria, & poteſt aliis vendere, & locare, *Adden-
tes ad Dom. Præſid. de Franch. deciſ.* 301. & licèt
Baro in hoc territorio deberet habere nudum uſum,
ut civis, vel duo cives, ex *Rendell. p.* 2. *c.* 4. qui de
hoc diſertiſſimè agit, cum ſit demaniale Univerſi-
tatis, ex dictis per *Frecc. de ſubfeud. d. lib.* 2.
*auth.* 42. & ſi aliquid ultrà uſum habet Baro, præ-
ſumitur uſurpatum, optimè *Padill. in l. ſi aquam
n.* 12. *C. de ſervit. & aqua.*

59 Tamen obſerva contrariam in jure veriorem
eſſe opinionem, ut uſus Baronis, tanquam pri-
mus civis, ex dictis per dictum *Dom. Præſid. de
Franch. deciſ.* 197. *num.* 1. *& D. Amendol. in ad-
dit. ad dict. dec.* 301. *num.* 10. in demanialibus
territoriis competens, non ut duo ex ditioribus
civibus, vel ut unus ſibi ſpectabit, ut malè ſentit
60 *Aviles in cap.* 3. *Prætor in Gloſ. juriſd.* propè fi-
nem, atteſtando ſuam in praxi ſervari opinionem,
& *Novar. in Commentar. ad tres lib. C. in rubric.*
61 *de paſc. publicis lib.* 11. *num.* 2. At Judicis arbi-
trio prudentis eſt remittendum paſcui quantitates,
qualitatemque conſiderando, & poſtmodum ani-
malia repartire, ut pro omnibus commoditas di-
vidatur, ſcripſerunt *Alberic. in d. l. in tantum, §.
Univerſitatis, ff. de rer. diviſ. & in l. Imperatores,
ff. de ſervit. ruſtic. prædiorum, Bertrand. conſ.* 37.
*vol.* 1. *& conſil.* 1. *vol.* 3. *Cravett. conſ.* 60. *Covarr.
dict. cap.* 37. *Urſill. ad Afflict. dec.* 388. *idem
Monach. ubi ſuprà n.* 33. *uſque ad fin.* (qua de
re latè *Oter. de paſc. c.* 6. *Bonden. ad eund. c.* 2.
*in fin. Gall. de fructib. diſp.* 3. *art.* 4. *ſub num.*
55. 56. *Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 6. *à n.* 65. *ad*
69.) & poſt commiſſionis decretum expertis latum
per *Domin. Præſid. de Franchis* tunc cauſæ Com-
miſſarium, vertentis inter Scipionem Dens, &
Officiales Ducis Ebuli ad finem videndi quantita-
tem feudi, & facta relatione per expertos, fuit
per decretum S. C. facta taxa, ut in *d. deciſ.*
301. *num.* 9. *&* 10. fuitque etiam deciſum in cau-
ſa Univerſitatis Laurenzani, cum Magnifico
Joanne Vincentio Loffredo, teſte *Ann. ſin-
gul.* 80. pariterque in cauſa Univerſitatis An-
drech. cum Comite S. Angeli, patrocinante
Camillo Borrello, ut ipſemet fatetur in *tract.
de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 6. ubi plenè, in
cauſa Univerſitatis Vallis Vitulanæ, cum ejus
Barone idem *Capiblanc. in pragm.* 12. *num.* 21. *de
Baronib.* & notavit idem *D. Joann. Bap. de Thor.
in addit. ad Dom. Reg. de Pont. in tract. de po-
teſtat. Proreg. tit. de elect. officialium, §.* 2. *ad
num.* 4. qui in *tom.* 4. *ſui Compendii, verb. Ani-
malia alicujus*, inquit, *quòd hujuſmodi territorii,
ſivè Animalium diſtributio ad nihil aliud deſervit,
niſi, ut animalia domini minimè damnum patian-
tur, ſed ut omnes commodè territoriis ad paſtu-
ram deſtinatis uti valeant*, ſic enim de jure
probatum extat, ut in *l. arbor, §. fin. ff. commun.
dividund.* quòd ordo temporis, & menſura ſervari 62
debeat, idem *Frecc. d. lib.* 2. *authorit.* 46. *in fin.* &
fuit deciſum in cauſa Illuſtriſſimi Epiſcopi Acer-
rar, cum Illuſtri Marchione Laynæ, & Civi-
bus, teſte eodem de *Thor. ubi ſuprà, & in verb.
Epiſcopus fol.* 180. Quibus, aliiſque fundamen-
tis, ut veriſſimam hanc noſtram comprobat ſen-
tentiam *Oter. cap.* 3. *per tot.* ubi latiſſimè hujuſmo-
di quæſtionem pertractat, *ſicuti & ibi Bonden. in
Notis.* Et an Dominis oppidorum in eis non ha-
bitantibus uti uſu prædicto paſcui liceat, videas
ipſummet *c.* 6. *per tot. & ibi Bonden. in Notis.*

Cùm ergo ex tot, tantiſque I. C. auctoritatibus 63
quam dilucidè conſtet, quòd pro modo quis hu-
juſmodi lignandi, paſcendi, ſimilibuſque juri-
bus uti debeat, ne propter immoderatum uſum,
aliis præjudicium, quoad eorum animalia infera-
tur, ut videre eſt apud *Luc. de Penn. in l. uſum
aquæ C. de aquæductu*, idem *Alberic. in dict. l.
Imperatores, & in d. l. teſtatrix, §.* 1. *Peregrin.
conſ.* 14. *Covar. d. cap.* 37. *Frec. d. auctorit.*
46. *Ann. d. ſing.* 80. S. C. deciſiones referentem,
& apud eundem *Monach. ubi ſuprà ſub d. num.*
33. *&* 34. Si enim Baro tantam animalium quan- 64
titatem in paſcuis immitteret, quantam duo ex
ditioribus civibus, ut dixit *Frecc. d. auctorit.*
46. *ex forenſ. uſu recepto, & Covarr. d. cap.* 37.
*ſub nu.* 1. illud ſequeretur abſurdum, quod ex
illa animalium quantitate totum paſcuum rema-
neret abſorptum, pro civibuſque uſui locus mi-
nimè erit, quod eſt prohibitum, ut per *DD. ſu-
prà citatos*, ſi ut unus, & Baronalis præeminentia
eſſet detecta, inter alioſque concives confundere-
tur, ut quæ ſint animalia Baronis, aliorumque
civium, diſcerni non valeret.

Et licèt *Luc. de Penn. in l. quicunque C. de fund.* 65
*limitroph. lib.* 11. dicat in Regno Barones ex
forma Privilegiorum, conſuetudineque Regni
antiqua fundatam habere intentionem, cum in-
veſtituræ fiant ſylvis, paſcuis, & nemoribus, ut
per *Capyc. inveſtitura feudali verb. paſcuis,
Frecc. d. auth.* 46. tamen verius eſt clauſulas in- 66
veſtituræ nullum jus tribuere, *Cravett. conſ.* 896.
*num.* 1. latè *Theſaur. deciſ.* 16. *num.* 9. ubi intel-
lige, cum non conſtet de Univerſitate territorii,
facta aſſignatione, & hodie eſt expreſsè declara-
tum in Regno per pragm. Caroli Quinti, inci-
pientem *Ad noſtras etiam aures*, ubi expreſsè
ſtatuitur, quod per dictas clauſulas non intelli-
gatur aliquod jus conceſſum Baroni, nec talis
clauſula aliquid operetur, niſi ea, quæ tempore
conceſſionis privilegiorum comprobatur juſto ti-
tulo, præſcriptione legitima, ſeù conſuetudine
præſcripta, de qua mentionem facit *de Nigris in
cap. gravamina nu.* 25. ubi inquit, *Capyc. & Gram-
mat.* non habuiſſe notitiam *d. pragm.* cum eorum
temporibus edita non fuerit.

Item adducebantur Privilegia Reginæ Margari-
tæ, Reginæ Joannæ, & Regis Alphonſi in anno
1439. ubi idem *de Nigris in commentar. num.* 3.
*fol.* 245. *Loffred. conſ.* 25. *de Afflict. dec.* 290.
quos omnes recenſet *de Bott. in addit. ad dict.
cap. Regni Pondus æquum*, in quibus legitur, ſer-
vatis ſervandis, fuiſſe prolatam ſententiam inter
dictam Univerſitatem N. & Univerſitatem S. Joannis
Rotundi declarantem communitatem promiſcuam,
& compaſcua inter dictas Univerſitates in eorum ter-
ritoriis, & proinde animalia intercepta per cives d.
Univerſitatis N. pro fida eſſe reſtituenda civibus S.
Joannis Rotundi, ſicque ex dictis Privilegiis domi-
nium, & poſſeſſionem dicti territorii Univerſitatis

67 eſſe probabatur; certum eſt enim jus fidæ, dominium territorii arguere, *Regens de Pont. conſ.* 47. *n.*4. *Reg. Lanar. conſ.* 98. *Dom. Præſes de Franch. citat. deciſ.* 301. *& dictum fuit ſuprà ſub n.* 10. *& infrà n.* 120.

68 Quod corroborabatur ex compaſcuorum, paſcuorumque communitate in dicto territorio inter dictam civitatem, aliaſque Univerſitates, ut Manfredoniæ, Veſtarum, & ſignanter S. Joannis Rotundi, qui ex paulò antè citatis Privilegiis confirmatis in ſpecie per invictiſſimum Carolum Quintum in anno 1563. habet compaſcua in dicta civitate, & iſtæ communitates paſcuorum ſunt nullæ ſine Regio aſſenſu, habent enim alienationis ſpeciem ad *tex. in cap. Regn. Pondus æquum, de Afflict. deciſ.* 245. *n.* 4. ubi *Urſill. in addit.* noviſſimè *Langar. in addit. ad D. Reg. Rovit. in pragm. num.* 4. *de ſalario eorum*, imò inducitur ſervitus in territorio ex dictis per 69 *Loffred. d. conſ.* 25. & Univerſitates utendo compaſcuis dicuntur ſe reciprocè fidare in eorum territoriis, nam illud compaſcuum eſt æſtimabile pretio, ac ſi pretium reciperet pro fida, 70 arg. *tex. l. quoties duobus, ff. de uſufruct.* Si ergò communitas paſcuorum arguit alienationem territorii ſervitutem realem in territorio diſcontinuam cauſam habentem, ad quam præſcribendam immemoriale requiritur tempus, ut diximus, & in feudalibus diminutionem feudi ex dictis per eundem *Loffred. d. conſ.* 25. *& Conſ. de Georg. allegat.* 14. hæc non poſſunt fieri in territorio proprio Baronis, in quo Univerſitas ſimplicem habet uſum, ne cives vitam ducant inertem, *Frecc. d. author.* 46.

71 Ex his ergo duo ſunt obſervanda, Primo, quod ſupra dicta paſcuorum communitas non ſolum legitimè dicitur conſtituta, cum expreſſus intervenerit Regius aſſenſus, ſed etiam præſumptus, v. 3. cum duæ Univerſitates, conſtiterit, quod per ſpatium annorum centum, vel tanti temporis, cujus memoria non extat in contra- 72 rium, in communione permanſerint, quæ quidem præſcriptio vim habet aſſenſus, ex firmatis per *Andream in c. imperialem, §. præterea ducatus num.* 50. *de prohib. feud. alienat. per Federic. in cap.* 1. *de prohibit. feud. alienat. per Lothar. & in tit. quæ ſint Regal. verb. flumina, ſub num.* 8. qui in *Conſtitut. Regni, Si dubitatio. numer.* 80. *verſic. item in fine dicit, quod domanium*, & in *Conſtit. Regni quadragenal. num.* 50. 1. *co-* 73 *lum.* rationem reddit, quia, quod poteſt tribuere privilegium Principis, idem tribuit præſcriptio temporis, cujus non eſt memoria, tunc jure conſtituti habetur ex juribus per eum adductis, & in *num.* 70. ſubdit hæc paria ſunt, privilegium, & vetuſtas, ut idem ſit jus in uno, 74 quod in alio, unde, uno poſito, poſitum intelligitur & reliquum, etiam, ſi taceatur, *l.* 1. *C. de diverſ. præſcript. l.* 1. *&* 2. *C. ſi unus ex plur. Andr. in d. §. præter. ducatus d. num.* 50. *in fin.* quem ſequuntur *Afflict. in d. tit. quæ ſint Regal. verb. flumin. numer.* 4. *in prælud. Conſtitut. quæſt.* 2. *num.* 2. *in Conſtitut. Regni Cum ſatis, num.* 2. *de official. reprobat. rubric.* 48. *tom.* 1. *in Conſtitut. Cum Univerſis num.* 5. *notab.* 6. *de hominib. affidat. non tenend. rubric.* 7. *tom.* 2. *& in d. Conſtitut. quadragenalem, numer.* 3. *de reſcript. rubric.* 31. & ita per S. C. deciſum refert, ut in *deciſ.* 254. *ſub numer.* 4. *verſic. undè omnes Domini D. Balduc. ad Ramon.* 75 *conſ.* 24. *num.* 22. *l.* 1. *Comes Bonden. collućt. legal.* 29. *num.* 5. *ubi concord. vol.* 2. *Rota in rec. dec.* 101. *num.* 4. *& deciſ.* 145. *num.* 12. *p.* 11. *dec.* 786. *num.* 2. *p.* 18. *tom.* 2. *& dec.* 364. *n.* 10. *p.* 16. *cor. Pegna dec.* 128. *n.* 4. 5. *cor. Celſo dec.* 32. *num.* 5. *dec.* 110. *ſub num.* 3. *& dec* 118. *n.* 10. *cor. Coccin. dec.* 2182. *n.* 7. *& cor. Innocent. X. Pamphil. dec.* 525. *n.* 3. operaturque tantum tale tempus, ſicut poteſtas Principis, ex *doctrin. Andreæ*, per eum relata, inquit idem *Afflict. deciſ.* 324. *n.* 6. ſequuntur *Campagn. in d. cap. pondus æquum n.* 4. *fol.* 245. *à terg. Ann. allegat.* 68. *n.* 1. *Anton. Gabriel. commun. concluſ. tit. de præſcript. concluſ.* 1. *n.* 1. *Theſaur. lib.* 2. *quæſt. forenſ. quæſt.* 27. *n.* 17. *in puncto, Capiblanc. tom.* 2. *de Baron. cap.* 80. *n.* 10. *cum Aliis apud Saminiat. contr.* 22. *n.* 29. *lib.* 1. *D. Balduc. ad Ramon. d. conſ.* 24. *num.* 28. *Sperel. dec.* 37. *n.* 13. 14. *tom.* 1.

Quicquid alii ſuſtinuerint longiſſimi temporis 76 præſcriptionem vim etiam præſumpti aſſenſus habere, ita ut communitas per tanti temporis ſpatium validè conſtituta dicatur, ab eaque recedi non valeat, ad hunc ſenſum extorquentes verba illa *tex. in cap.* 1. *§. præterea de cap. Corrad.* ibi *præſcriptione non obſtante*, ſcilicèt longi temporis, quaſi quod iſta vim aſſenſus non habeat ad communitatem convalidandam, ſecus longiſſimi temporis, cum per iſtam præſcripta, convalidataque remaneat communitas, tanquam vim aſſenſus habens, ſicque omnis ſublata actio, vulgat. *tex. in l. ſicut in l. omnes, C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum*, tenuit *gloſ. in d. §. præterea, verſ. præſcript.* quam fuerunt ſequuti *DD. per Afflict. relati d. deciſ.* 254. *n.* 2. *per Capyc. in repetit. legis Imperialem, §. undè Imperator, fol.* 40. *columm.* 2. & niti videtur *Andr. in d. §. præterea de cap. Corrad.* quibus accedit, quod ſcripſit *Roman. conſ.* 275. ſcilicet, quod unio, licet minus legitimè facta, id eſt ſine aſſenſu, tribuit jus præſcribendi per lapſum quadraginta annorum, ita ut per iſtam præſcriptionem remaneat valida, utpotè vim Regii aſſenſus habens.

Nos vero dicti *tex. in d. cap.* 1. *§. præterea*, 77 inhærendo ſenſui fatemur verba illa (*Præſcriptione non obſtante*) longiſſimi temporis etiam præſcriptionis excluſionem importare, & velle videtur eademmet *gloſ. in d. §. præterea*, dum dicit quod, dum indiſtinctè loquitur *tex.* de omni præſcriptione, debet intelligi. Et *Imperatores Lothar. ſanxerunt in l. Imperialem, §. undè Imperator*, ibi (*Nos autem ad pleniorem Regni utilitatem providentes, non ſolum in poſterum, ſed etiam hujuſmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas, hac præſenti ſanctione caſſamus, & irritas deducimus, nullius temporis præſcriptione impediente, &c.*) & *Federic. in Conſtitut. Conſuetudinem pravam, nu.* 20. ibi (*Præſcriptionem quanticumque temporis in nullo prodeſſe ſibi cenſemus*) utiquè veriorem ſententiam fuit ſequutus idem *Andr. in d. §. præterea, in d. cap.* 1. *verſic. Benefic. ſub n.* 7. *in fin. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. in d.* 1. *§. Imperator Lotharius de prohibit. feud. alienat. per Federic. in d. conſtitut. conſuetudinem pravam, & in dict. conſt. ſi dubitatio ſub n.* 80. *verſic. & niſi probet*, ex approbatione, *Ardizzon. in ſumm. ſub rubr. Ut præſcript. feud. acquir. Capyc. in d. l. Imperialem, §. unde Imperator, verſ. ſed contr. ſentent. de Afflict. d. deciſ.* 254. *n.* 3. & ex dictis per *Bamb. de feud. in tit. ſi de feud. defunct. contentio &c. quæſt.* 9. *n.* 63. Prædictorum deſumi ratio po- 78 terit, ſcilicet, quia per triennalem poſſeſſionem Regius aſſenſus præſumi non poterit.





79 At quantumcumque ex adverſo argui valeat, quod dum verba illa (*Nullius temporis*) generalitatem importent, ex eo quia Imperator ex illo *tex.* indiſtincte fuit loquutus, ergo etiam immemorialis debeat includi præſcriptio. Nihilo minus reſpondetur, quod expreſsè hujuſmodi jus præſcribendi reperitur exceptuatum, ut habetur in *dict. Conſtit. quadragenalem*, & voluerunt *Bald. in l. cum ſatis, C. de agricol. & Cenſit. lib.* 11. *Angel. in l.* 1. *& in l. omnes, C. de præſcription. triginta, vel quadraginta annor. in l.* 1. *Cod. de annali except. in l.* 1. *Cod. de quadrienn. præſcript. & in authent. ut cum de cætero non faciant, §. penult. collat.* 5. *Curt. Jun. conſ.* 158. *nu.* 13. *lib.* 2. *in puncto*, ubi in aliqua Conſtitutione dicitur, nulla præſcriptione obſtante, non intelligatur excluſa præſcriptio immemorialis, & poſt eos ſcripſit idem *Iſern. in d. conſtit. conſuetud. pravam num.* 70. *verſ. Præterea, & in dict. conſtitut. Si dubitatio aliqua ſub num.* 80. *verſ. Sed dicas* rationem reddens, quia non eſt veriſimile, quod Princeps per hæc verba, *nulla præſcriptione, &c.* voluiſſet tollere jus, quod æquiparavit 80 privilegio talis præſcriptionis, *C. de inofficioſ. teſ-* 81 *tam. l. ſi quando*, cum talis præſcriptio habeat locum plus in aliis præſcriptionibus, quia vocatur vetuſtas, quem fuit ſequutus idem *Capic. in d. §. unde Imperator Lothar. Afflict. d. dec.* 254. *n.* 5. ubi *Urſill. in addit. n.* 7. *in fin.* de clauſula, *non obſtante quacunque præſcriptione*, an per eam intelligatur etiam ſublata longiſſimi temporis præſcriptio, videas *Barboſ. de clauſul. uſufrequent. clauſul.* 88. ſed latius *Bonden. collućt. legal.* 47. *num.* 9. *& ſeqq. vol.* 2. ubi *in Append. num.* 10. *allegatur Rota cor. Cerro. dec.* 103. *n.* 5. *tom.* 1. *& dec.* 690. *n.* 12. *tom.* 3. *in rec. deciſ.* 330. *n.* 1. *p.* 16. *& dec.* 35. *n.* 5. *p.* 17.

82 Pariterque duplici alio modo contrariæ opinioni ſatisfieri poterit. Primò, quod, quamvis ſupra dicta verba (*text. præſcriptione non obſtante*) longiſſimi non excluderent temporis præſcriptionem, & per dictum temporis ſpatium ſufficiat, quod Univerſitates in communitate juris paſcendi permanſerint, ad hoc ut altera ex eis recedere à communione non valeat; hoc jure communi attento procedit, per quod præſcripta omnis dicitur actio ex *vulgatis juribus*, ſecundum quod fuerunt loquuti *Bal. in d. §. præterea n.* 4. *de cap. Corradi* aliiquè *D. D.*

83 Non autem de jure Regni; evidentiſſimè enim hujuſmodi præſcriptionis patet excluſio ex expreſſa juſſa regiſtratione aſſenſus per formam illam decretationis memorialium (*fiat in forma*) impètrati ad validè feudum alienandum, ſubſequendam infra tempus à Regiis Pragmaticis ſtatutum, quod eſt biennium à die expeditionis memorialis decurrendum pro regiſtratione in Regiſtris Regiæ Cameræ ad expediendum privilegium ſuper aſſenſum præſtito; Et infra annum decurrendum à die conſignationis Privilegii pro eademmet facienda in Quinternionibus Regiæ Cameræ; cum ad ejus validitatem haud ſat erit, ut regiſtretur in Regiſtris Regiæ Cameræ pro expeditione privilegii cum appoſitione ſigilli, ſed etiam in Quinternionibus Regiæ Cameræ. Hacque de cauſa ultra verbum illud *fiat*, ſubnectitur, *in forma*, id eſt regiſtretur infra tempus à Regiis Pragmaticis ſtatutum, ut obſervant *D. Præſ. de Franch. deciſ.* 62. *n.* 74. *deciſ.* 663. *D. Reg. de Ponte conſ.* 5. *n.* 32. *vol.* 1. *& conſ.* 157. *num.* 14. *vol.* 2. *& in tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §.* 9. *Conſ. de Georg. allegat.* 3. *n.* 11. *& in repet. feudal. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 4. *Marcell. Maur. alleg.* 29. *in princ. Urſill. ad Afflict. deciſ.* 197. 213. *D. Reg Rovit. in pragm. ult. de feud. & in pragm.* 1. *num.* 5. *de fid. memor. Conſ. Gizzarell. deciſ.* 3. *Dom. Reg. Lanar. in repet. feud. cap.* 1. *de his, qui feud. dar. poſſint n.* 107. *D. Jo. Bapt. de Thor. in compend. par.* 1. *verb. aſſenſus Regius & par.* 2. *verb. regiſtratio aſſenſus*, & latiſſimè in *addit. ad eundem Dom. Reg. de Ponte in d. tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §.* 4. *&* 9. notant *D. Add. ad eundem Giz-* 84 *zarell.* citat. *deciſ.* 3. & poſt omnes doctiſſimè more ſolito perpendit *Dom. Donatus Anton. de Marin. Advocatus famigeratiſſimus tom.* 1. *quotid. reſolution. cap.* 304.

Quapropter ex prædicta inveterata conſuetudi- 85 ne eos regiſtrandi, centenaria, ſeu immemorialis requiritur præſcriptio. Quo temporis ſpatio 86 attento, aſſenſus conceſſus præſumitur, ut tradit *Dom. Didac. de Mar. vir quidem doctiſſimus, ubique venerandus*, ad eund. *Gizzarell. d. deciſ.* 3. *in n.* 15. *in fine. Oter. de paſc. c.* 11. *ubi tamen Bonden. pluribus* oſtendit ſufficere decurſum temporis longiſſimi ſuprà annos triginta, hocque *multis exemplis* comprobat.

Quin imò ex vi ſolitæ decretationis, ut memini- 87 mus, aſſenſus reſolvitur ex defectu non ſequutæ regiſtrationis per Regias Pragmaticas præceptæ, ut loquuntur hujuſmodi municipales leges cum clauſula decreti annullativa, quæ reſolutionem, ejuſque extinctionem ipſo jure operatur, ex traditis per eundem *D. Reg. de Pont. conſ.* 5. *nu.* 33. 44. 64. *&* 68. *& in conſ.* 67. *n.* 23. *&* 36. *& in d. §.* 9. *n.* 3. *&* 4. *Reg. Rovit. d. pragm. ultim. de feud. n.* 32. *Gizzarell. d. deciſ.* 3. *ſub n.* 15. *Capiblanc. in pragmat.* 8. *de baron. par.* 1. *n.* 7. Cum pro forma per dictas leges regiſtratio requiratur, ut ponderatur ab eodemmet de *Ponte dict. conſ.* 5. *n.* 44 *& Gizzarell. d. deciſ.* 3. *n.* 15.

An autem per prædictam formulam decretatio- 88 nis aſſenſus ſit inſuſpenſus, & dominium ſuſpenſivè dicatur tranſlatum, quid hujuſmodi regiſtratio deſerviat: num habeat locum in aſſenſibus dominium transferentibus. Num verò ad ejus validitatem ſufficiat, ut originalis aſſenſus tradatur regiſtratori, vel copia reperiatur ſita in Quinternionibus Regiæ Cameræ. An elapſo tempore ad regiſtrandum poſſit Prorex aſſentire, ut non obſtante lapſu temporis, aſſenſus redigatur in Privilegium, & regiſtretur. Videas dictos *Reg. de Pont. d. conſ.* 5. *num.* 34. *& à num.* 65. uſque ad 71. & *in d. tract. de poteſt. Proreg. §.* 4. *n.* 4. *&* 5. *& in §.* 9. *n.* 4. *Franc. de Amic. de feud. in tit. de his, qui feud. dare poſſunt cap.* 1. *§. pecunia f.* 17. *Gizzarell. d. deciſ.* 3. *à nu.* 15. *uſque ad* 21. *ibique Dominos addentes, eundem Dom. Jo. Bapt. de Thor. in d. §.* 4. *n.* 4. *D. Præſ. Lanar. tunc temporis Advocat. in addit. ad patruum in d. tract. de feud. num.* 32. *Laganar. in addit. ad Commentar. ſuper Pragmatic. Dom. Reg. Rovit. in pragmatic.* 20. *de feud. fol.* 77.

Secundò ſat erit reſpectu præſumendæ unio- 89 nis, v. 3. ſi probetur, quod duæ Univerſitates per dictum temporis ſpatium in unione permanſerint, tunc præſumptivè erit probata unio, ita limitando firmavit *Joann. Andr. auctor reſolutionis quæſtionis prædictæ in cap. qui contra de regul. jur. in* 6. *& conſulendo Oldrad. conſ.* 296. ſequuntur *Fel. in cap. cauſamque n.* 3. *verſic. limita dupliciter de præſcription. Joann. Franc. Bald. in tract. de præſcription. part.* 1. *§. part. principalis quæſt.* 19. *n.* 2. & poſt eos ponderavit idem *Campagn.* ubi ſuprà *verſic. limitat tamen dicens in iſto caſu procedere, Ludovic. Roman. opinionem in ſuprà cit. conſ.* 265.

Secundò principaliter eſt obſervandum poſſe al- 90 teram ex Univerſitatibus ad ejus libitum à prædicta

communione recedere, cum facultas eam petendi, non præſumatur præſcripta per tempus illud annorum centum, ſeu cujus initii memoria non extat, quod utpotè vim præſumpti Regii aſſenſus habens in defectu expreſſi pernecesſe debet concurrere ad validè dictam communitatem fundandam, ità in individuo ſcripſit *Vincent. Siccod.* olim M. C. V. acerrimus Fiſci Patronus tuendo jura Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Principis Venuſii in cauſa vertente inter ipſum, & Univerſitatem Toræ, pariterque in cauſa Univerſitatis Murconi cum Univerſitate Sanctæ Crucis in S.
* C. obtinuiſſe referens, cujus juris reſponſum reportatur per *eund. Laganar. in rubric. tit. de paſcuis, & foreſt. fol.* 156. qui opinionem ejus Soceri ſequendo idem firmavit in *pragmat. tit. de ſalar. eorum.* quicquid *Afflict. deciſ.* 254. & *D. Reg. Rovit. in d. pragm.* 1. *num.* 31. malè hæc deguſtando ſcripſerint.

91 Undè, cum ex prædictis pro parte Univerſitatis adductis conſtiterit Univerſitatem N. lignaſſe, & in dicto Territorio paſculaſſe, ex uſu immemorabili pro uſu, & induſtria habuiſſe jus fidæ ante conceſſionem dictæ Terræ factam per Regem Federicum dicto Gonſalvo de Corbuda, ac habere defenſas in dicto territorio, & ante dictam conceſſionem factam Baroni habere territorium limitatum, & de jure etiam intentionem fundatam, ſequitur manifeſtiſſimè, dictum territorium eſſe demaniale Univerſitatis, & pro communi publico poſſe vendere etiam paſcua ex deciſis per *d. Præſ. de Franch. deciſ.* 197. & *ibi de Luca, ac Comes*
* *Bonden. ad Oter. de paſc. c.* 11. *Barbat. de diviſ. fruct. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 70. *Capiblanc. de Baronib. in pragm.* 11. *n.* 4. *tom.* 1.

92 Hinc, quod ſupra dictæ Concluſioni accedit, obſerva, quod uſus competens Univerſitati, ſivè Baroni in demanialibus territoriis, intelligatur etiam quoad induſtriam, patet, quia ſi aliquis fidando animalia in demanialibus territoriis ipſi deficeret, quo ad commodam ſuſtentationem requiſita, puta frumentum, vel vinum, poterit in demanio fidata animalia exteris vendere, ſeque induſtriari; cum non mercari, ſed induſtriari dicatur civis ille, qui animalia tenet, illorumque fructus, ac partus vendit, ità ut, animalibus venditis, poſſit animalia tenere, quæ ſibi ad victum ſuppetant, notat *Crpiblanc. in pragmat.* 12. *de Baron. num.* 35. & 36. ità vendendo ea, quæ ſibi ad victum ſuppetant, emere valeat, uſus enim intelligi debet reſpectu omnium neceſſariorum pro victu hominis, *Ann. alleg.* 48. *num.* 1. 2. & 46. Sic in iis, quæ inter Barones, & Vaſſallos, contingebant, ut Advocatus tenebat ante eum *D. Præſ. de Franch.* teſtatur *deciſ.* 489. *n.* 31. & 32. & addit *Dom. Amendol. in addit. ad eund. Dom. Præſ. deciſ.* 301. *n.* 11. qui in *addit. ad d. deciſ.* 489. *n.* 10. dicit uſus vaſſalli in demanio Baronis, herbarum debet intelligi latè, & non ſtrictè, ità ut poſſit tenere animalia,
93 quibus poſſit ſuſtentare familiam. Quod multum conferebat caſui ſupra dictæ deciſionis, ſcilicet, quod uxor infra annum luctus non habens, unde vivere poſſit, tam ſuus, quàm extraneus viri hæres tenetur ei præſtare alimenta, ſecus eſt, quod ſi haberet undè ſe aleret, forſan poſſidendo bona, quorum natura eſt, quod convertantur in alimenta, v. 3. recolligit multum de vino, & nihil de pane, tamen ex venditione vini poteſt habere de pane, & vino quantum ſufficit, tunc tenetur vendere, ſic decidit *Bald. conſ.* 30. incipient. *ſicut dixi, & dico vol.* 5. quem ſequitur *Socin. in l. divortio* 3. *declarat. ff. ſolut. matrimon. Tell. Fernand. in l.* 10. *Taur. num.* 14. *verſic. fundamentum, quo tunc movebat fol.* 95. ex iſtaque notabi- *
li *Bald. dec.* firmavit idem *Dom. Præſ.* caſum dictæ deciſionis, quem multum aſſerimus conferre caſui noſtro, ut ſatis clarè etiam exornat *Dom. Reg. Rovit. in pragm.* 1. *tit. de Salar. eor. num.* 24. & 25.

Ex his primò obſerva, quod ſi vaſſalli eſ- 94
ſent in territorio domini, non tantum pro uſu proprio, quam etiam cauſa mercandi lignamina incidere ſoliti, an contradicente domino, debeant in poſſeſſione manuteneri, & affirmativè deci- *
ſum refert apud *Grammat. dec.* 67. *nu.* 7. *Dom. Jo. Bapt. de Thor. in compend. par.* 1. *verb. vaſſalli ſoliti.* Ut accidit pro Univerſitate Sancti Jo. Rotundi contrà Abbatem Sancti Jo. in Lamis Ludovicum Sfortiam contradicentem, procurando de anno 1578. bannum in M. C. V. prohibendo cives d. Univerſitatis, ut nemore uti non poſſent, niſi pro eorum uſu tantùm. Et facta per eand. M. C. proviſione, quod ſummaria caperetur informatio, quis poſſideret ad finem providendi, quis, lite pendente, eſſet manutenendus in poſſeſſione, probataque per d. cives præſcriptione centenaria per d. M. C. die 6. Octobris *
1579. proviſum fuit univerſitatem Sancti Jo. ejuſque cives, & homines, lite pendente, manutenendos eſſe, & manuteneri debere in poſſeſſione territorii in judicio deducti, aquandi, paſculandi, lignandi, & pernoctandi tàm pro uſu, quàm pro induſtria, & terminum dierum decem ad probanda incumbentia utrique parti. Et de his poſſeſſoris judiciis vide latè, quæ remiſſivè ſcribit *Rendell. part.* 1. *cap.* 10. & *part.* 3. *cap.* 8. *fol.* 190. *verſic. cum igitur.*

Secundò, paſculandi facultate hujuſmodi 95
in demonialibus Territoriis Baronis Univerſitati, ejuſque hominibus competente cum ſuis propriis animalibus, quatenus inter ſe ipſos uſus eſſet, etiam quoad animalia ad ſocidam tradita, uti eſt ipſis permiſſum. Si quidem animalia communicata ſocio quoad ejus partem in ſuo tranſeunt pleno dominio, & quoad aliam remanent penes tradentem, *Bert. in lib.* 2. *ff. pro ſoc.* ubi *Fulgos. Greg. Lopez in l.* 47. *tit.* 28. *partit. verb. el Señorio, Antonin. de Leo in l. ſi ſocius, ff. ſi cert. petat. Tell. Fernand. in l.* 16.
*Tauri* 1. *not. Doctiſſimus IC. Connan. lib.* 7. *com*- 96
*ment. cap* 13. *nu.* 8. *Inſignis Hiſpan. Molin. lib.* 4. *de jur. primogenit. cap.* 2. *num.* 33. *Tiraquell. de jure conſtit. ampliat.* 32. *num.* 8. Cujus quidem translatio haud ſolum ſuum ſortitur effectum per veram traditionem, juxtà *tex. l. traditionibus, C. de pact.* ut quando expreſsè animalia traduntur gratia ſocietatis contrahendæ de illis, ex mente *Gloſ. in l. ſi paſcend.* 8. *C. de pact.* At etiam quando tacitè, quia non exprimitur, quòd gratia, vel ſocidæ traduntur, ſed ut communia ſint tunc ipſo jure in ſocio cenſetur tranſlatum dominium, ad *tex. verſ. in* 1. *l. in ſocietate, ff. pro ſoc.* (adeo ut jura dominii gerere, & exercere valeat, *Rota cor. Bichio dec.* 452. *num.* 23. *tom.* 2. & *in rec. dec.* 629. *num.* 13. *p.* 18.) qua communicatione dominii poſita, verè ſocietatis contractus nomen meretur, non autem innominati, ut docet *Bald. in d. l. ſi paſcend.* decernit id apertiſſimè *Chaſſan. in conſuet. Burgund. tit. des droictz. & appar. rubric.* 4. §. 23. *numer.* 62. Quodque ex dicto ſocietatis contractu transferatur dominium pro parte communicata ſocio, firmatur ex traditis per *Cæpoll. de cautel. cap.* 232.



232. *numero primo*, qui dicit, quòd ſi ſocius recuſaverit reficere rem ad ſocietatem traditam nolendo contribuere pro parte ſua reficienti etiam cum uſuris, vel intereſſe, perdet dominium ſuæ partis poſt quatuor menſes, & applicatur reficienti, ut eſt caſus valdè notabilis in *l.* 4. *C. de privileg. creditorum, & in leg. ſi duobus, §. idem reſpondit, ff. pro ſoc.* (*ac viden. Sperel. deciſ.* 56. *num.* 33. *Fenzon. ad Stat. Urb. lib.* 1. *c.* 108. *Epiſc. de Zaulis ad Stat. Favent. lib.* 6. *rubr.* 19. *num.* 11. 12. 13. *tom.* 2.) & ita notat, & tenet *Angel. Aretin. inſt. de act.*
98 *§. ſequens*, & per *Ciarlin. tom.* 1. *forenſ. controverſ. cap.* 16. *num.* 43. & 45. dicentem, quòd ſocietas non tollit facultatem donandi rem communem, nam ſi donat, de portione ſua donare præſumitur, argum. *tex. in l. filius, ff. de donat. Caſtrenſ. conſ.* 358. *n.* 3. *ver. quid, lib.* 2. *Card. Tuſcus practicab. concluſ. litt. S. conc.* 283. *n.* 68. & ſi in ultimis diſponit, lex præſumit ſocium tantum de parte ſua diſponere, & non de portione ſocii ad *tex. in l. ſervi elect. §. ſervus, in l. quod in rer. §.* 1. *in l. domus, §. final. ff. de legat.* 1. & *in l. uxor patrui, C. de legat. Craſſ. in §. legatum quæſt.* 14. *n.* 9. *lib.* 1. ergò evidenter de portione ad ſocium communicata ex vi contractus ſocietatis dominium præſupponitur. Proindè ut propria admittenda omninò erunt per dictos de Univerſitate in Territorio domini, & ſic fuit per S. R. C. deciſum in differentia habita inter Univerſitatem Apriceni,
* & magnificum N. Pappacoda, *quòd conſervetur Univerſitas in poſſeſſione paſculandi, aquandi, pernoctandi, aliaque faciendi, prout in memoriali, comparitione, & articulis continetur.* Cùmque pro parte dicti N. Pappacoda præſentata fuerit ſupplicatio ad finem declarandi prædictum decretum ut ambiguum, eſtò quòd ex verbis ipſius decreti non apparebat jus prædictum competere etiam quoad induſtriam, ſtante bina declaratione facta, fuit per idem S. C. oppoſitis non obſtantibus, pro parte dicti N. Pappacoda denegata petita declaratio, ex eo quòd, cum decretum erat relativum ad acta, videbatur quòd etiam de prædictis decretum loqueretur, & die 7. Julii 1562. ad relationem magnifici conſiliarii Antonii Orificii fuit
* per idem S. C. decretum, *quod liceat uti etiam cum pecoribus emptis, cauſa mercimonii, ſeu lucri* ſuper quo, Univerſitatis jura tuendo doctiſſimè ſcripſit *recolend. mem. Fabius Supinus noſter Avus legum doctor nemini ſecundus, omnigena lectiſſima*
99 *poeſi præditus*, cujus rei reſponſum per *Nos recentiorum I. C. authoritatibus nunc munitum in fine operis ad communem utilitatem edere operæ precium duxi, & erit nunc infrà in cap.* 42. *per tot.*

100 Non itaque ex adverſo fundamentum quicquam eſt faciendum S. R. C. decreviſse licere Vaſſallis in demanialibus territoriis Baronis immittere
* animalia, quatenus inter ſe ipſos uſus eſſet, nec ipſa capi ad ſocidam, vel ut exteris vendant, & in caſu contrario ad pœnæ ſolutionem aſtringi, ut teſtantur *Marin. Frecc. lib.* 2. *de ſubfeud. author.* 46. *ſub nu.* 4. *Dom. Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de' elect. official. §.* 2. 3. 4. & 14. *Rendell. in tractatu de jurib. & paſc. Regiis par.* 2. *cap.* 3. *fol. mihi* 64. *verſ. & ſecundum hæc D. Jo. Bapt. de Thor. d. p.* 1. *verb. vaſſalli quamvis.*

101 Nam ipſius S. R. Tribunalis deciſionibus haud refragando, at potius eas ad æquum reducendo intellectum reſpondeo ſupra dictas deciſiones eſſe intelligendas quoad partem pertinentem ad ſocium tradentem ad ſocietatem animalia, non licere uti vaſſallo recipienti jure paſcendi in Baronis demanialibus territoriis, cum ex carent à dominii inter ſua adnumerari non valeant prout probat idem *Rendell. ubi ſup. cap.* 10. *fol. mihi* 114. dicens, pone quod Univerſitati, & ejus hominibus conceſſit Baro, ut poſſint paſturare cum eorum beſtiis, clarum eſt conſequens cum alienis beſtiis non licere, *Dec. conſ.* 667. *incip. non conſonat, quod communitates, Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *authorit.* 46. An autem pro pecudibus ipſis ad ſocidam conceſſis mercedem partiarius ipſe ſolvere teneatur, vid. quæ doctiſſimè tradit *Oter. cap.* 14. & 26. qui perfunctoriè quæſtionem hujuſmodi diſputat. In materia iſta animalium ad ſocidam datorum adeſt S. R. Conſ. Neapol. hujus tenoris. Cauſa relata *in S. R. Neapol. Senatu* perque *Reg. Conſiliar. Thomam de Salamanca* ſub *die menſ. April.* 1598. deciſum fuit; Benè fuiſſe judicatum per *Noſtram Magnam Curiam Vicariæ* in declarando; Univerſitatem *Papanici fori* fore, & eſſe manutenendam in poſſeſſione paſcendi in territorio in actis deducto cum animalibus propriis tantùm; ità quod uſum non excedat; verùm poſſint teneri animalia ad *ſocidam*, dummodò pro rata ſolvant fidam: ſalva proviſione facienda tàm quoad intereſſe, quàm quoad declarationem uſus prædicti. *Jo. Thomas Salamanca in Banca de Ferrariis.* Et in cauſa *Univerſitatis Caſalis Papanici fori Provinciæ Calabriæ*: cum *Illuſtr. Barone Civitatis Inſulæ Gaſpare Ricca.*

Nec quicquam faciebat, quòd Baro in ejus 102
poſitionibus in poſſeſſorio nixus fuerit probare territorium eſſe proprium, prohibuiſſe civibus, etiam per proclamata jus lignandi, & paſculandi pro induſtria, & cives acquieviſſe bannis, fidamque ſolviſſe, ac in dicta poſſeſſione eſſe ab uſu immemoriali. Nam teſtes ad hoc probandum nullius erant fidei, quia vaſſalli, ſubditi, pauperes, & perſonæ ſubjectæ, nec habent ætatem à jure requiſitam ad deponendum ſuper immemoriali, juxtà tradita per *D. Præſ. de Franch. dec.* 56. *num.* 12. (& de qua ætate teſtium deponentium ſuper immemorabili, videndus eſt *Comes Bonden. colluct. legal.* 4. *ex n.* 99. *vol.* 2. *Panimol. elec.* 10. *adnot.* 5. *ex numer.* 16. *ad* 20. & *dec.* 33. *adnot.* 1. *num.* 29. *tom.* 1. *Rot. cor. Dunozet. jun. dec.* 775. *num.* 2. *tom.* 2.) Imò falſi, nam deponebant cives acquieviſſe bannis prohibentibus paſcua, & jus lignandi; Et tamen apparebat contrarium à bannis fuiſſe appellatum, & banna de ſolo jure lignandi tantum tractare, & de paſcuis nunquam fuerunt conqueſti Barones, dicebant Barones poſſediſſe ſine more ſervitutis, & demonſtratum eſt adeſſe compaſcua, & communitates inter tot Univerſitates, ut non immeritò per S. C. in poſſeſſorio ordinario nulla fuerit habita ratio de dictis teſtium de poſitionibus, & Univerſitas fuerit conſervata in poſſeſſione lignandi etiam pro induſtria.

Tertiò principaliter pro parte Univerſitatis pon- 103
derabatur, Civitatem ipſam N. habere in dicto territorio duas defenſas, & pro altera ipſarum Regius Fiſcus ſolvit dictæ Univerſitati ann. duc. quatuor centum, & ordinatio, ſeù conſtructio defenſarum arguit dominium territorii tanquam demanialis, *Covarr. practic. quæſt. cap.* 37. *num.* 2. *verſic. jure communi inſpecto*, digna ſcribit *Avendan. de exeq. mandat. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 30. & in dictis defenſis Baro nec habet uſum, quod eſt majus, cùm etiam in territorio demaniali non poſſit Univerſitas facere defenſam in præjudicium uſus Baronis, quod nec etiam licet Baro in præjudicium Uni-

Univerſitatis in territorio proprio Baronis, ex dictis per *Frecc. d. author.* 46. *Avendan. loc. citat.* & per *D. Reg. Sanfelic. deciſ.* 76. *p.* 2. *n.* 1. & 2. qui rationem reddit, quod uſus demanialium feudi eorum Baroniæ debet eſſe liber civibus, & habitatoribus.

104 Quibus addo *D. Reg. Rovit. in pragm. primo de offic. Bajul. num.* 14. & 15. & *in pragmat.* 1. *parag. cum nec Comitibus de ſalar. eorum nu.* 18. & 19. dicentem, quod abſque regia conceſſione defenſæ non inſtituuntur. Quid autem dicendum ſit contra Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas, videas eundem *D. Reg. Flamin. monac. in addit. ad deciſ. Minad. deciſ.* 32. *ſub num.* 20.

105 Limitantur verò ſupra dicta in territoriis clauſis, & cultis, cum vineis, & fructibus, nam in iſtis per dominos poſſunt hujuſmodi fieri defenſæ in præjudicium Baronis, & univerſitatis, ut tradit idem *Laganar in d. pragm.* 1. *num.* 74. *de offic. Bajul. fol.* 124. *colum.* 3. declarando in hoc *D. Reg. Rovit.* doctrinam, in quibus pariter territoriis Barones nihil uſurpare, & prætendere valent juxta tradit. per *Capiblanc. in dict. pragm.* 11. *n.* 28. per eund. per *Borell. d. lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 40. alioſque *Doctores* relatos eund. *Monac.*
* *d. deciſ.* 32. *num.* 20. *in fine*, ſic in cauſa Univerſitatis Piſticci cum ejus Barone judicatum referens Neap.

Nec obſtabat Baronem habere etiam defenſam Umbri, ſeu foreſtam in dicto territorio, nam dicta defenſa erat regia, & constructa ante conceſſionem factam Baronibus dictæ civitatis, ut ex litteris Regis Caroli anni 1306. ſupra enunciatis, & conceſſio dictæ Civitatis eſt de anno 1491. à Rege Federico, qui eam conceſſit D. Conſalvo de Corduba.

106 Quartò, & ultimo jura Univerſitatis hoc præſuppoſito tuebantur, dato enim, & non conceſſo, quando dictum territorium Civitatis N. fuiſſet territorium proprium Baronis, adhuc Univerſitas dictæ Civitatis debebat obtinere in petitorio eadem ratione, qua in poſſeſſorio ordinario ex uſu immemoriali paſcendi, & lignandi etiam pro induſtria in territorio proprio Baronis obtinuit, immemorialis enim uſus habet jus ſervitutis, *Joan. Andr. in cap. ſuper quibuſdam verſic. nota ibi in gloſ. de verb. ſignific. Eugen. conſ.* 40. *num.* 29.
107 jus itaque paſcendi, & lignandi in alieno territorio, cum conſideretur ut ſervitus realis, prout ſervitutem realem magis communiter ſcribentes eſſe ſtatuunt, & adhuc in præſcribenda ea uſus immemorialis temporis requiritur, *Guid. Pap. deciſ.* 573. *Padill. in l. ſi aquam, C. de ſervit. D. Reg. Tap. par.* 4. *Jur. Regni tit. de commun. territor. n.* 4. *Covarr. d. cap.* 17. *lib.* 1. *numer.* 11. *Morl. in empor. Jur. Civil. tit.* 6. *de ſervit. cap.* 4. *nu.* 28. *in Loffred. conſil.* 25. *n.* 4. *Gilchen. de uſucap. par.* 2. *membr.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. ſubdens *num.* 32. præſcribenda ſervitute juris depaſcendi requiri uſum immemorialem (qua de re agitur *à Dexart, dec.* 70. *Panimol. dec.* 25. *adnot.* 2. *numer.* 3. *tom.* 1. *Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 35. *numer.* 18. *lib.* 4. *Rota in rec. dec.* 300. 347. *p.* 9.) quia accedunt juri proprietatis, & emolumenti, *Ludovic. Caſanat. conſ.* 42. *num.* 49. *Caſtill. de uſufruct. cap.* 68. *num.* 18. ſicque deciſum in S. R. C. refert *Ann. alleg.* 294. di-
108 cens, quod, quando competeret ratione perſonæ, præſcribitur minori tempore, & quando cum aliqua ſolutione, tunc ſufficit ſpatio decem annorum, de qua deciſione memor eſt etiam idem *D. Joan. Bapt. de Thor. in compend. par.* 1. *verb. Jus paſcendi præſcribitur.*

Quicquid dixerint *Corn. conſ.* 63. *nu.* 8. *vol.* 4. 109
*conſ.* 188. 193. *num.* 4. *vol.* 3. & *Bertrand. conſ.* 81. *num.* 2. *vol.* 5. tractantes de ſervitute incidendi ligna, & dicunt magnum præjudicium eſſe in meo territorio incidere ligna, & eſſet me dominio, poſſeſſioneque rei meæ privare, & ſimiliter paſturare, & *ibid. num.* 17. ſubdunt, quod cum iſtæ ſervitutes non habeant cauſam continuam, ſed jus perſonale, ſola immemoriali quæruntur præſcriptione, ubi nec interdictum uti poſſidetis pro iſtis ſervitutibus nec confeſſoriam, aut negatoriam actionem dari, ſequitur *Surd. deciſ.* 136. *n.* 4.

Et licet *Covarr. in d. cap.* 17. *num.* 11. dicat 110
ad inducendam præſumptionem pro ſervitute juris depaſcendi, quod ſufficit allegare titulum cum uſu decennii, vel quod dominus receperit pretium, vel quod per binas ſententias fuerit judicatum, id tamen nec in praxi obtineri poſſe inquit.

Atqui, cum jus depaſcendi in alieno territo- 111
rio ſit ſervitus realis, non poſſit quæri niſi præſcriptione immemoriali, & Univerſitas in poſſeſſorio ordinario non adduxit alia jura, nec alium titulum, niſi ipſum legis reſultantem ex probatione immemoriali, & obtinuit, alioque jure haud potuerit in poſſeſſorio obtinere, niſi ex ipſo titulo legis, ſeù hominis privilegio, qui titulus, ſeù privilegium eſt ſufficiens ad obtinendum etiam in petitorio, qua ergo ratione vi dictæ immemorialis uſus probati obtinuit in poſſeſſorio, debebat eadem ratione obtinere in petitorio, eo magis, cum in petitorio aliud per Baronem non fuerit deductum, ultra deducta in poſſeſſorio, poſſeſſorium enim iſtud juris depaſcendi, cum accedat proprietati, abſorbet petitorium,
ut ex *Gilchen. probatur.* Et quando poſſeſſorium 112
habet annexam cauſam proprietatis, ut in jure depaſcendi, ſententia lata in poſſeſſorio præjudicat in petitorio, *Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *quæſt.* 66. *n.* 510.

Nec obſtabat ex parte Baronis reſervatio juri- 113
um in petitorio, quia dicta reſervatio nihil deducebat in eſſe, niſi ea, quæ erant tempore reſervationis. *D. Præſ. de Franch. d. deciſ.* 50. *n.* 5. cumque tempore reſervationis Univerſitas habebat titulum legis, & ſervitutem præſcriptam pro jure depaſcendi, qui ſufficiens eſt, & validus in poſſeſſorio, & petitorio, ea reſervatio nihil operari poterat, alio non deducto per Baronem in petitorio.

Et licet Univerſitas in judicio ordinario, uti poſ- 114
ſidetis prætendens jus lignandi, & paſculandi in territorio Baronis, debeat manuteneri in poſſeſſione juris paſcendi, pendente judicio ordinario, conſtito tamen prius de poſſeſſione, & allegato titulo, ex his quæ ſcribit *Capyc. deciſ.* 189. ſequitur *Covar. d. cap.* 17. *num.* 6. Tamen ſi in judicio fuerit deductum jus Univerſitatis, & de eo cognitum, ſi facta cognitione, non oſtendebatur privilegium, nec fiebant probationes in poſſeſſione, Univerſitas manuteneri haud poterat, *Franch. in cap. cum perſonæ, verſic. quid ſi talis, notabil.* 2. *de privil. in* 6. *Capyc. d. dec.* 189. *col.* 3. Unde cum Univerſitas deduxerit immemorialem, de eaque legitimè fuerit cognitum, & obtinuerit, & aliter obtinere non poterat, niſi legitime probata immemoriali, & hic titulus legis validus eſt etiam in petitorio, debebat obtinere pariter in petitorio, cum nihil prodeſſet Univerſitati obtinere in poſſeſſorio, & ſuccumbere in petitorio, ex his quæ ſcribit *Caſtrenſ. conſ.* 3. *vol.* 2.





115 Nec quicquam emanationes bannorum vim faciebant, prohibendo inciſionem lignorum, ut per iſta banna dicatur ſaltem præſcriptio ſervitutis interrupta, ad tradita per *Covarr. in regul. poſſeſſor. de Reg. jur. in* 6. *par.* 2. §. 12. *num.* 4. ubi concludit per citationem præſcriptionem interrumpi, nam *Covarr.* loquitur in præſcriptionibus ordinariis, non autem immemorialis temporis, ut ſub *num.* 8. *verſic. illud verò* declarat, dixitque *Innoc. in cap.* 2. *numer.* 3. *verſic. mirum videtur de reſtit. in integr.* ex contradictione verbali turbationem poſſeſſionis non fieri, quæ interdictum retinendæ pariat, ſequitur *Cravett. conſ.* 658. *num.* 7. loquens in proclamatibus Baronum, *Covar. in d. regul. poſſeſſor.* §. 4. *numer.* 7. *Menoch. lib.* 2. *conſ.* 140. *numer.* 8. *Bertrand. conſ.* 128. *numer.* 3. *vol.* 2. loquens in paſcuis, *doctiſſimus Cancer. cap.* 4. *tit.* 6. *de ſervit. num.* 145. Eò magis, cùm à dictis bannis non ſolum fuit appellatum verbo, ſed etiam facto, paſcendo, & ligna incidendo, ut optimè conſiderat
116 *Cravett. d. conſ.* 658. In acquirendis enim iſtis juribus negativis requiritur prohibitio, & obedientia vaſſallorum, unde dicta banna nullius ſunt momenti, niſi per Baronem probetur fuiſſe dictis bannis per vaſſallos obtemperatum, ab eoque tempore currit præſcriptio, *Suarez allegat.* 16. *in fin.* ubi dicit, etiam ſi cives fuerint pignorati, *Theſaur. dec.* 16. *nu.* 6. *Caſanat. conſil.* 39. *num.* 7. ubi de receptiori teſtatur opinione, & ſecundùm eam *judicatum in ſupremis Hiſpaniarum Tribunalibus*, & de hac materia *videatur Bonden. collect. legal.* 4. *numero* 176. 177. & *ſeqq. vol.* 2. *ac apud Oter. de paſcuis c.* 45. *numero* 54. *Rota in rec. dec.* 335. *à numero* 3. *ad* 6. & *dec.* 544. *numero* 29. *pag.* 18. & *dec.* 254. *numero* 25. *p.* 19.

117 His accedit, quod notat *Innocent. in cap. cum acceſſiſſent de Conſtitut.* quod proclamata emanare, cum ſit actus juriſdictionis, ideò non niſi à Barone, eoque qui juriſdictionem habet, publicari valeant, quem ſequuntur *Frecc. de ſubfeud. authorit.* 24. *Petr. de poteſt. Principis cap.* 7. *n.* 11. *Dec. conſ.* 199. *vol.* 1. ut & de matrice Eccleſia pulchre notat *Gratian. tom.* 3. *forenſ. diſcept. cap.* 578. *n.* 18. dicens idem eſſe concludendum de aliis juriſdictionibus competentibus ex immemorabili conſuetudine Eccleſiæ matricis, ut publicatio edictorum Ordinarii.

118 Probatur, nam, cum per contraventionem ad pœnam videantur adſtricti, cujus exactio juriſdictionis eſt actus, qui à privato exerceri non poteſt, obſervat idem *Frecc. ubi ſuprà authorit.* 46. ideo à Principe, non autem à privato hujuſmodi proclamata emanari debent, & diffida vocatur
119 pœna prædicta, ut dicunt *Capyc. in inveſtitur. feudal. verb. feudorum clauſulæ, verſic. fidis, fol.* 105. *columm.* 2. *aliique Doctores per Monac. relati in addit. ad Minad. d. deciſ.*
120 32. *num.* 19. Proprieque cadit in proclamatibus editis à Barone, ne quis accedat ad campeſtria territoria cum animalibus, cum jure fidæ quis utendo, in ſuis fidando animalia territoriis, quod dominii præſumptio eſt, ex *Calliſtrati ſententia l.* 3. *de cogn. in l. divus* 16. *ff. de ſerv. ruſtic. præd. D. Reg. de Pont. conſ.* 97. *numero* 2. *vol.* 1. *ac dictum fuit ſuprà numero* 10. *verſ. jus enim*, & *num.* 67. & diffidæ vetando ne in ſuis animalia accedant territoriis, quod dominorum propriè eſt ab ingreſſu arcere, ingreſſumque permittere, idem *Reg. de Pont. ubi ſuprà*, quare, ſi abſque fida in illis immiſſa fuerint animalia ad diffidæ ſolutionem, immittentes tenerentur, *Iſern. ubi ſuprà Aſſl. d. conſtit. n.* 4. *Reg. Lanar. d. conſ.* 98. *ſub*
*n.* 2. & doctiſſimè more ſolito ſcripſit *D. Angel.* 121
*Scialoya* I. C. nemini ſecundus, mihique ob eminentem ejus doctrinam cariſſimus, ac amicitiæ fœdere conjunctus, in celeberrimo tractatu *de for. competent. cap.* 26. *n.* 31. quod hujuſmodi pœnæ,
ſivè diffidæ exactio per Bajulum fieri non poterit, 122
ſi animalia introierint terras appatronatas non bannitas, niſi animalia damnum dederint, *Reg. Lanar. conſil.* 98. *n.* 8. *Capiblanc. in d. Pragm.* 8.
*p.* 1. *n.* 395. Sed ſi terra ſit bannita, ſi animalia in- 123
trant, pœna debetur, licet animalia damnum non dederint, intellige ſi terra ſit clauſa, alias ſi aperta, & tunc, licet ſit bannita, pœna non exigitur, niſi terra ſit ſeminata, vel clauſa, ita *deciſ.* te-
ſtatur *Capiblanc. d. prag.* 8. *d. n.* 395. ubi *n.* 37. 38. *
& 39. idem *D. Scial.* plura ad corroborationem eorum, quæ ſuprà, *n.* 12. *in fin.* 54. & 55. firmavimus, elegantiſſimè cumulat.

*D. Joſeph Spera J. C. Neapolit.*

---

## CAPUT XLI.

### ARGUMENTUM.

Sequitur Altera pars *Diſſertationis forenſis D. Joſephi Speræ* & cognito, quando liceat Domino Caſtri edere proclamata pœnalia contra damnum dantes in ſuis prædiis, reaſſumitur materia principalis, de qua *in antecedenti Capite, ſeù* Prima parte *iſtius Diſſertationis:* ac plura circa juriſdictionem afferuntur.

### *SUMMARIUM.*

*Alphabeticè compoſitum.*

184 *Ad finem obtinendi in poſſeſſorio adipiſcendæ, aliquid de proprietate eſt tangendum.*
252 *Ad obtinendum in poſſeſſorio juriſdictionis quid probandum.*
278 *Ad obtinendum in petitorio, tituli requiritur allegatio.*
126 *Ad privatorum preces licet officiali pœnalia emanare proclamata erga accedentes illorum poſſeſſiones, ità erga introeuntes poſſeſſiones illius proprias.*
132 *Affidare an ſit licitum in paſcuis alienis.*
187 *Agnato pro feudo obtinendo virtute* tex. in C. ex præſumptuoſæ, *datur Interdictum* Adipiſcendæ. *An per conſequens ad tituli exhibitionem, ſeù poſſeſſionis cauſæ adſtringatur.* ibidem.
291 *Allodiale cenſendum, quicquid eſt intra feudi fines.*
159 *Annua ſolutionis præſtatio an conſtituat emphyteuſim.*
261 *Appellatione ſacci, an veniat farina, Et quid è contrà,* ibidem.
194 *A regulis Juris quo caſu recedendum.*
219 *Aſſerens Juriſdictionem habere, id probare debebit, ſi obtinere velit.*
131 *Baro juris habet reſiſtentiam in fundo alieno ſupponens libere poſſe immittere animalia, & jure feudi. Amplia* num. 132.
140 *Baroni an licitum ſit mutare faciem territorii, in quo Univerſitas habet uſum. Et de locis nemoroſis facere arbuſta, oliveta, & ſeminatoria. Quid, quandò vaſſalli, jure ſervi-*

*tutis habent uſum.* ibid. *Baro dicitur de feudo inveſtitus.*

211 *Baro juriſdictionem feudi adeptus, ſi exercitium ejus ultrà feudum, quoad paſcua publica intrà feudi confines exiſtentia extendere cupit, lite pendente in judicio manutentionis non poterit obtinere, donec juriſdictionem ad ſe ſpectare, etiam quoad paſcua publica, de jure conſtiterit, per tituli ſcilicet exhibitionem.*

265 *Baro ex generali conceſſione ſuper demanialibus, titulum à Rege habere an præſumatur.*

*In exercendo in feudo juriſdictionem, an acquirat poſſeſſionem in alio ejuſdem ſpeciei.* ibid.

263 *Baroni abſque Principis ſpeciali conceſſione Juriſdictio non tribuitur. Ut de delegato Judice, cui abſque ſpeciali Papæ auctoritate, non conceditur.* num. 264.

270 *Baro de petitorio contendens, proprietatem domanialium territoriorum intrà feudi fines exiſtentium, an validè poſſit prætendere. Quodque in hoc apparet ſpecialis libertatis præſumptio, an nempè demanialia prædicta exiſtimentur à feudo exempta, per tituli ſcilicet exhibitionem.*

274 *Baro, aut alius Regis vaſſallus de jure Regni rem, quæ in allodio poſſidet, in feudalem vertere qualitatem non poteſt.*

106 *Baronis aſſertioni ex juris præſumptione* (Quod feudale cenſeatur quicquid intra feudi fines ſit) *ſtandum non eſt. Amplia in omni eo, qui de jure à lege, vel ab homine limitatam habet poteſtatem.*

279 *Barones in Regno habent quædam demanialia tàm ex privilegio, quàm ex vetuſta conſuetudine.*

300 *Baro juris aſſiſtentiam non videtur habere demanialia, uti feudalia poſſidens.*

245 *Caſtro ſimpliciter conceſſo, juriſdictio non intelligitur conceſſa. Specialis, & non generalis requiritur conceſſio, ut translata dicatur.* num. 246.

261 *Caſtri diverſitas à territorio.*

293 *Caſtro conceſſo, non venit jus regium, nempè, quod Rex habet in caſtro.*

226 *Cauſa præſtationis Regalium concurrit in quolibet regnante.*

113 *Chriſtus Rex regum.*

235 *Clerici, qui reſiſtentiam juris communis, & municipalis habent juriſdictionem volentes exercere titulum exhibere tenentur.*

*Limita prout* num. 236.

143 *Comitatus non præſumitur feudalis, niſi probetur.*

245 *Conceſſo ſimpliciter caſtro, juriſdictio non intelligitur conceſſa.*

284 *Contractus venditionis, ſi appelletur donatio, non ex hoc talis erit, ſic è contrà.*

290 *Contractus robur non ſumit ex partium nominatione, ſed ex inſtrumenti ſubſtantia.*

299 *Data poſſeſſione, Baro bona, uti feudalia avocando, ad tituli exhibitionem adſtringitur.*

275 *Defectus poteſtatis infeudandi etiam ad Regiam Cameram extenditur.*

288 *Deficiente materia, & forma, deficit eſſe rei.*

241 *Demanialia territoria intrà feudi fines exiſtentia quoad juriſdictionem univerſalem ſunt in Baronis dominio, non autem reſpectu dominii directi, & utilis.*

281 *Demanialia, ut à Barone uti feudali poſſideri poſſint, quid requiratur.*

260 *Demanialia, licèt ſint intus feudum, de eo nil participabunt. Ut de ſacco, & farina.*

262 *Denominationem à quo recipiat feudum.*

284 *Denominatio in feudum inhabilis eſt ad qualitatem feudalem inducendam, niſi ipſius ſubſtantialia concurrant.*

288 *Denominatio nullius conſiderationis, ſubſtantialibus deficientibus.*

261 *Diverſitas caſtri à territorio.*

128 *Diù pro juſto habitum, juſtum cenſendum.*

304 *Dominium ex immemoriali poſſeſſione, vel ex privilegio à Principe conceſſum eſt.*

135 *A dominis territoriorum, dum ea vacant à ſemine, & frugibus, vendi an poſſint agreſtæ herbæ, illorumque pretium quomodò recipere poterint.*

124 *Domino caſtri licitum, an ſit pœnalia emanare proclamata contrà damnum dantes in ſuis propriis prædiis.*

161 *Emphyteuſis in dubio ex quibus cognoſcenda.*

162 *Emphyteuta plus recipit de fructibus, quàm ſolvit de canone.*

167 *Emphyteuſis natura quæ.*

165 *Emphyteuſis eſſentia quæ.*

188 *Exceptio defectus proprietatis, quæ facilè eſt liquidabilis, in poſſeſſoriis admittitur.*

189 *Exceptio defectus proprietatis non ad merum factum, ſed ad jus pertinet.*

190 *Exceptio* dolo facis, quia petis, quod reſtituturus es, *in quo vindicet ſibi locum.*

193 *Exceptio dominii in continenti probati, vel probandi admittitur in poſſeſſorio Salviani.*

279 *Ex poſſeſſione titulus præſumitur.*

261 *Farina etſi in ſacco ſit, non venit appellatione ſacci.*

276 *Ferendum non eſt de allodio feudum fieri.*

*Quid de jure communi feudorum.* n. 277.

141 *Feudale eſt, quod intrà feudi fines eſt.* & n.142.

221 *Feudalis qualitas ſervitutem ſapit.*

*Non præſumitur, niſi probetur.* ibidem.

222 *De Regalibus ſupremi Principis eſt, ſcilicèt Regis, privativè ad ſubditos, mediatè à Deo.* num. 223.

286 *Feudalis res non judicanda, quando ipſius contractus ſubſtantia aliud demonſtrat.*

279 *Feudalium poſſeſſio, Regio aſſenſu deficiente, ſubſequi an poſſit.*

199 *Feudatarii hæres, ſeù alius, qui feudum prætendit ad ſe ſpectare, quæ probare poterit, ac teneatur.*

178 *Feudatario decedente abſque legitima prole, quæ ad feudi ſucceſſionem vocetur, ſi agnatus ſuccedere intendens petierit de feudo inveſtiri, ſi in promptu infrà annum à die mortis feudatarii de cauſa ſucceſſionis non docuerit, an Fiſcus poſſit infrà dictum tempus ſequeſtrum facere.*

*Quid, ſi illud diſtulerit, an poterit in poſſeſſorio adipiſcendæ obtinere.* ibidem.

151 *Feudatarius ſervus, & non liber homo eſt.*

149 *Feudi ſubſtantia eſt fidelitas.*

282 *Feudorum ſubſtantiale quod.*

155 *Feudum eſt quid univerſum facti.*

176 *Feudum poteſt ad eum pervenire, & poſſideri, etſi ſucceſſionis, & dominii non fuerit capax.*

251 *Feudorum poſſeſſionem prætendentes, titulum validum, & efficacem exhibere debent.*

282 *Feudum à quo denominationem recipiat.*

283 *Feudum eſſe poſſe ſine fida impoſſibile eſt.*

287 *Feudum quando cenſeatur liberè datum.*

295 *Feudum, ſi erit totum meum, erunt etiam & ſingulæ partes, & ejuſdem juris.*

302 *Feudum nedum in ſe poteſt continere feudalia,*





*& ſubfeudalia, verum burgenſatica, tàm ſi ſint feudo reddititia, quàm ab onere libera.*

133 *Fida an ſit ſervitus.*

134 *Fida, an Baronibus competat ſuper privatarum demanialibus, ex quo demanialia intra eorum feudi fines ſint.*

135 *Fidari an poſſint animalia in territoriis, ubi adſunt iardena, ſegetes, arbuſta, & alia ſimilia.*

305 *Fidæ, ac Diffidæ jus quando ad Univerſitatem ſpectet.*

*Quod, per quantum temporis curriculum inductum dicatur.*

*Et quando contra Regem præſcribatur,* n. 306.

283 *Fida ſublata, aufertur feudalis qualitas.*

151 *Fidelitas contraria eſt libertati.*

287 *Fidelitas, ac ſervitium feudorum ſubſtantia.*

147 *Fidelitatem reſervare, in feudum dare eſt.*

176 *Filius ſpurius ad feudum an admitti poſſit.*

181 *Fiſcus in dies citat in Regno Feudorum poſſeſſores ad titulum oſtendendum, ſed non de facto ſpoliat.*

*Limita prout* à num. 182.

145 *Forma præſtandi homagium ligium, & non ligium.*

168 *Forma communis inveſtiturarum refertur. Hæc titulum præbet.* n. 169.

273 *Generalis dominii præſumptio, quæ ex incluſione, ſivè confinium comprehenſione oritur, vincitur prorsùs ex ſpeciali poſſeſſione.*

238 *Genus Regalium quod.*

138 *Herba, quæ naſcitur in fundo meo, eſt mea.*

293 *Hærentia ſupremæ poteſtati in generali conceſſione non veniunt.*

277 *Hominum malitiis, eorumque fraudibus eſt obviandum.*

192 *Immiſſio in poſſeſſionem an impediatur, quando excipitur teſtatorem non potuiſſe teſtari.*

*Intellige ſi talis probatio ſtatim offeratur.*

225 *Imperium Merum, & Mixtum.*

224 *Imperium merum, & mixtum competit ratione univerſalis dominii, & ſuperioritatis.*

283 *Impoſſibile eſt feudum eſſe abſque fida.*

156 *In cenſuali conceſſione totale dominium transfertur, quod Baroni denegatur abſque Domini directi aſſenſu.*

204 *In exorbitantibus non datur extenſio.*

248 *In generali conceſſione non veniunt, quæ jure ſpeciali, ſivè diverſo ad Principem ſpectant.*

293 *In generali diſpoſitione non venit feudum.*

120 *Ingreſſum arcere, & ingreſſum permittere dominorum eſt.*

284 *Inhabilis eſt denominatio in feudum ad qualitatem feudalem inducendam, niſi ſubſtantialia ipſius concurrant.*

197 *Intendentes adversùs fiſcum pro feudo agere, petitorio, non poſſeſſorio uti debent.*

187 *Interdictum* Adipiſcendæ, *ad hoc, ut locum habeat, an de titulo conſtare debeat.*

212 *Interdictum* Uti poſſidetis *cui detur.*

179 *Inventarium, ſequeſtrum, & Deſcriptio bonorum, an de jure prohibita.*

125 *Judex inferior, qui ſtatuere non poteſt contrà ſuperioris legem, poteſt tamen addere ad pœnam ſuperioris augendo prohibitionem.*

167 *Judex debet conſervare in poſſeſſione eum, qui etiam quovis modo, vel jure poſſidet.*

*Maximè concurrente præſumptione.* numero 168.

133 *Judicio pendente ſuper fida, pro libertate eſt judicandum.*

149 *Juramentum fidelitatis venit in conceſſione feudi, etiam ſi de eo nulla mentio facta fuerit.*

124 *Jure communi puniendus eſt ille, qui invito domino in alterius poſſeſſionem accedit.*

134 *Jure paſcendi conceſſo, an intelligatur conceſſum aquandi jus.*

300 *Jure primævo omnis terra erat libera, niſi in quantum violentia inferebatur.*

148 *Jure, quo primogenitus ad feudum admittatur, quanta ſit in feudo noſtro hæreditario, in quo jure francorum vivitur, legitima, ſecundo genito exiſtente, debetur remiſſivè* & numero 149.

228 *Juriſdictio eatenùs apud Principem eſt, ut licet alteri ab eo concedatur, ſemper inhæret oſſibus concedentis jure ſuperioritatis, & in eo tanquàm in origine ſervatur.*

229 *Juriſdictio naturaliter penès ſupremum Principem reſidere dicitur, ut in fonte, à quo fluit poteſtas, & juriſdictio, veluti flumina à mari, per reſcripta, & conceſſiones.*

242 *Juriſdictio ſemper præſumitur Regis Caſtellæ, niſi contrarium probetur.*

266 *Juriſdictio omnis qualitas eſt accidentalis, quæ naturaliter homini non ineſt.*

*Competit in uno caſu, & non competit in alio.*

214 *Juriſdictionem prætendens quæ probare teneatur.*

267 *Juriſdictionem dicens uſuarius habere an eam probare tenetur.*

220 *Juriſdictionis qualitas, & natura quæ.*

246 *Juriſdictionis translatio eſt, ut vindex ſpretæ ſui reverentiæ.*

265 *In juriſdictionibus reſiſtentiam juris habentibus tantùm intelligitur præſcriptum, quantum poſſeſſum.*

195 *Juris ordo non eſt ſervandus à Principe.*

218 *Juris præſumptio transfert onus probandi ad reum.*

293 *Jus regium, quod Rex habet in Caſtro, conceſſo caſtro, illud nequaquàm venit.*

228 *Magiſtratus mulctare non poſſunt ſecundum eorum arbitrium, ſed ſecundum modum à jure limitatum.*

232 *Magiſtratibus Juriſdictio, & imperium pro juſtitia competit.*

271 *Major eſt præſumptio in ſpecie, quàm præſumptio in genere.*

277 *Malitiis hominum, eorumque fraudibus eſt obviandum.*

288 *Materia, & forma deficiente, deficit eſſe rei.*

285 *Matrimonii ſubſtantia deficiente, matrimonium neutiquàm erit.*

244 *Merum, & mixtum imperium competit ratione univerſalis dominii, & ſuperioritatis.*

128 *Mulctarum pœna modum excedere non debet.*

220 *Natura, & qualitas juriſdictionis quæ.*

135 *Nemo tam fatuus, qui velit herbam emere, quam retinere non poterit.*

237 *Nemo in Regno juriſdictionem exercere poteſt, niſi ex ſpeciali Regis privilegio.*

288 *Nomen* In feudum, *ad quid imponatur.*

289 *Nomen minimè eſſe debet, ſi ſubſtantia deſideretur.*

193 *Nominatio ſpecifica requiritur in Regalium conceſſione.*

276 *Non eſt ferendum de allodio feudum fieri. De jure communi feudorum contrarium.* n. 277.

284 *Non ex denominatione contractus qualitas ipſius præſumi debet, ſed ex ejus requiſitis ſubſtantialiter accedentibus.*

128 *Non parens præcepto ſub pœna inconſueta excuſatur.*

262 Non præſumuntur odioſa.
Nec diſtendenda. ibid.
255 Non ſufficit poſſeſſio ſine titulo.
246 Nulla clauſula porrigitur ad ea, quæ ſpeciali jure concedenti competunt.
288 Nullius conſiderationis eſt denominatio, deficiente ſubſtantia.
262 Odioſa non præſumuntur.
Nequè diſtendenda. ibidem.
214 Omnia juriſdictionalia Regi ſubjecta ſunt, niſi exempta probentur.
266 Omnis juriſdictio qualitas eſt accidentalis, quæ naturaliter homini non ineſt.
Et competit in uno caſu, & non competit in alio. ibidem.
223 Omnis poteſtas à Deo eſt.
300 Omnis terra libera eſt jure primævo, niſi in quantum violentia eſt illata.
269 Paſcuorum, & aliarum hujuſmodi rerum publica adminiſtratio penes Univerſitatem reſidet, & ſub ejus dominio eſt.
120 Pœna cadit in proclamatibus.
128 Pœna debet eſſe honeſta.
278 Petenti adversùs præſumptionem (quod libera bona omnia præſumantur, ſicuti à natura liberè fuere creata) incumbit onus probandi ea eſſe feudalia, deindè cum Regio aſſenſu conceſſa.
176 Poſſeſſio eſt quid facti, jure civili infirmari non poteſt.
219 Poſſeſſio regalium eſt poſſeſſio turbans Regii Fiſci poſſeſſionem, poſſidentem non juvat, niſi de titulo doceat.
255 Sola poſſeſſio tam in judicio petitorii, quàm poſſeſſorii, nil ei, qui regalium, aut juriſdictionalium poſſeſſionem habet, prodeſt, ſi titulum non exhibeat.
Quia ſine titulo non datur. ibidem.
256 Poſſeſſio à cauſa proprietatis non conſideratur ſejuncta.
257 Poſſeſſio ſine titulo in judicio poſſeſſorio, & lite pendente nil opitulatur.
172 Poſſeſſionis manutentio concedenda exiſtenti in poſſeſſione litis motæ tempore.
175 Poſſeſſionis ſimplicis eſt capax etiam is, qui dominus eſſe non poteſt.
194 Poſſeſſionis cauſa per agnatum propoſita, in ipſo judicio terminari non poteſt.
175 Poſſeſſionem prætendens quid oſtendere neceſſe habeat.
258 Poſſeſſori jus commune reſiſtit.
Proindè poterit is à poſſeſſione turbari, & violenter expelli, ad inſtar poſſidentis vi, clam, vel precario.
173 In poſſeſſorio ordinario retinendæ is vincere, & obtinere debet, qui tempore litis motæ poſſeſſionem probat.
194 Poſſeſſorii cumulatio cum petitorio ex turbiditate ipſiuſmet poſſeſſorii fundatur.
210 Poſſeſſorii, & Petitorii materia, remiſſivè.
216 Poſſidens regalia in terris domanii cogitur illa dimittere, niſi privilegium oſtendat.
Poſſeſſor poterit tali juriſdictione ſpoliari, ſi facta monitione, titulum non oſtenderit. n. 217.
185 Poſſidens, ſi ei obſtet præſumptio juris, an debeat manuteneri.
176 Poſſidere poſſumus rem, cujus dominium habere non poſſumus.
223 Poteſtas alia Civilis, alia Spiritualis.
127 Prælatus ratione prælaturæ eſt civis, ſicut Præſes.
292 Præſumendum, an ſit habuiſſe prædia, quæ in territorio infeudato poſſidentur vigore generalis formæ inveſtituræ.
Limita, prout ibidem.
218 Præſumptio Juris transfert onus probandi ad reum.
259 Præſumptio quotieſcunque militat contrà poſſidentem, poſſeſſionis argumentum, ſcilicet titulum, docere cogitur.
271 Præſumptio in ſpecie majoris ponderis eſt, quàm præſumptio in genere.
272 Præſumptio in ſpecie libertatis duplicata eſt, ſcilicèt poſſeſſionis, & libertatis, potentiorque una tantùm eſt, & generalis.
273 Præſumptio generalis dominii, quæ ex incluſione, ſivè confinium comprehenſione oritur, vincitur prorsùs ex ſpeciali poſſeſſione.
117 Princeps ſupremus ex poteſtate ordinaria an poſſit poſſeſſionis jus quæſitum tollere.
195 Princeps non tenetur ordinem Juris ſervare.
243 Princeps concedens in feudum terras, aut caſtra cenſetur ſibi Regalia reſervaſſe.
224 Princeps concedens oppidum, ſeù Civitatem cum mero, & mixto imperio, & omnimoda juriſdictione, conceſſiſſe cenſetur tantùm merum, & mixtum imperium.
Quæ eſt juriſdictio legis ordinaria, & non ſupremum, merum, & mixtum imperium. ibidem.
247 Princeps concedens vaſſallo omne jus, quod ſuper feudo habet, non cenſetur tranſtuliſſe id, quod ei, tanquàm Principi competit.
259 In iis, in quibus Princeps fundatam habet de jure intentionem, non ſufficit allegare quaſi poſſeſſionem, niſi titulus oſtendatur.
196 Principis auctoritate agnati, qui, ignorante Curia, intrant feudorum poſſeſſionem, ſunt ipſo facto de feudis ſpoliati, & fiſco applicantur, ſi aperto, & claro jure ad feuda ſuccedere non valeant.
227 Principis ſupremi oſſibus juriſdictio firmiter inhæret.
250 Principibus inferioribus, Baronibuſque jus aliquod acquiri nequit ſine conceſſione, auctoritateque Summi Principis.
242 Si non oſtenditur privilegium, vel conſuetudo centenaria, vel quadraginta annorum, territoria quoad juriſdictionem non præſumuntur eſſe in Baronis dominio.
280 Sine Principis privilegio, ſivè ſine Principis conceſſione, an domanialium poſſeſſio permiſſa, An inter Regalia ſit.
128 Proclamata, ſeù Judicum mandata exceſſivam pœnam continentia non tenent, etiam in ſumma licita, & à jure permiſſa.
129 Proclamata extrajudicialiter per Principes facta, an tranſeant in rem judicatam.
An præceptum Judicis ex abrupto, & ſine cauſæ cognitione factum, remiſſivè. ibi.
298 Pluralitas actuum acquiſitionis non præſumitur, etiam ſi unica cauſa ex intervallo præceſſerit.
293 Quæ inhærent ſupremæ poteſtati, in generali conceſſione non veniunt.
154 Quælibet res eſt libera, niſi probetur ſerva.
176 Quæſita poſſeſſio favorabilis nimis.
150 Qualitas feudalis ſervitus eſt.
154 Qualitas feudalis, ex quo ſervitutem arguit, non præſumitur, niſi probetur.
157 Qualitas emphyteutica inter ſervitutis enumeratur ſpecies.
In dubio non præſumitur, & num. 158.
220 Qualitas, & natura juriſdictionis, quæ.
221 Qualitas feudalis ſervitutem ſapit.


283 Qua-




ſublata.
147 Quando Feudum dicatur conceſſum.
156 Quando res præſumatur conceſſa im emphyteuſim ſub annuo redditu.
167 Quando contractus locationis ſit, quando emphyteuticus.
180 Quando jus non præſumitur, & aliquid in continenti probare non offertur, procedit feudi ſequeſtratio.
202 Quando diſpoſitio à jure communi exorbitans eſt, nemo tenetur titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere.
In feudalibus tantum procedit. n. 203.
Quid in ſubfeudis, & aliis juribus non feudalibus. ibid.
213 Quando agitur interdicto Uti poſſidetis, indiſtinctè admittitur domini exceptio.
215 Quando agitur de juriſdictionalibus (quæ ſolent à Rege concedi) vel quid ſimile, præſumptio eſt contra poſſidentem, & unuſquiſque tenetur titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere.
287 Quando cenſeatur feudum liberè datum.
301 Quomodo Baro in domanialibus fundatam intentionem habeat tanquàm in feudalibus. & num. 303.
302 Ut de Rege, quandò præſumatur fundatam habere intentionem quoad res intrà Regni fines.
176 Qui non poſſunt poſſidere, poſſunt tenere.
198 Qui de jure ſcripto claro, apertoque non ſuccedit feudatario mortuo, ſi hæres, ſeù alius intret feudi poſſeſſionem, Regia Curia ignorante, ad quam feudum devolvitur infrà annum, poſſeſſio an valeat, & proſit.
137 Quidquid ex meo naſcitur, vel pervenit ſolo, meum erit. & num. 138.
275 Quicquid per Baronem feudo additum eſt de per ſe ſubſiſtens, feudo non accreſcit, nec feudale efficitur.
291 Quicquid intrà feudi fines eſt, allodiale eſt.
295 Quicquid eſt intrà fines feudi feudale, an locum habeat, poſſidente Barone prævio titulo ex expreſſa conceſſione acquiſito, ac alia non apparente poſſeſſione, & num. 296.
181 Quid requiratur, ut domanialia, uti feudalia à Barone poſſideri poſſint.
169 Quilibet dicitur poſſidere pro ſuo.
225 Quod Principali placuit, legis habet vigorem.
194 Quo caſu à regulis juris recedendum.
290 Re deficiente, deficiet & nomen.
253 In rebus incorporalibus obtinendis, in probationibus petitorium, & poſſeſſorium cumulandum.
Et quare. num. 254.
128 Rectores Civitatum multarum modum excedere non debent.
155 Redditus, qui præſtantur feudo, præſumuntur feudo attributi.
156 Reddituum conceſſio facta pro deſcendentibus ex corpore, ubi adeſt, verbum Inveſtimus, vel aliud, nempè Deſcribi in quaternionibus Regiæ Cameræ, quid importet.
De emphyteutica qualitate, quid. num. 157.
209 Regalia poſſidens an teneatur ad petitionem Procuratoris Fiſci titulum oſtendere.
216 Regalia poſſidens in terris domanii cogitur illa dimittere, niſi privilegium oſtendat.
Poſſeſſor poterit tali juriſdictione ſpoliari, ſi facta monitione, titulus non oſtenditur. numero 217.
226 Regalia, quare ad Regem pertinent.
233 Regalia, an ſint numerata taxativè in tex. de quo.
234 Regalia, an debeantur Principibus ſuperiorem recognoſcentibus.
In his quæ de regalibus ſunt, juris reſiſtentiam habent. ibid.
239 Regalia, quæ non competunt Principi in ſignum ſupremæ juriſdictionis, ſed tantùm ſunt Principi reſervata in ſignum ſupremæ dignitatis, ita ut nullus alius, præter Principem, ea exercere valeat, ſunt conceſſibilia.
240 Regalia ſunt de Regni natura, ideò dicuntur Regalia.
293 Regalia non veniunt ſub generalibus verbis inveſtituræ.
226 Regalium præſtationis cauſa concurrit in quolibet regnante.
Etiam in Regibus recognoſcentibus ſuperiorem.
Et cur. ibid.
238 Regalium genus quod.
295 In Regalium conceſſione ſpecifica requiritur nominatio.
256 Regalium, juriſdictionaliumque poſſeſſio non poteſt eſſe à Prætore, & à jure defenſa, niſi cum titulo habito à Principe.
Quia illius poſſeſſores juris reſiſtentiam habent.
223 Regem penes juriſdictio, & imperium omne reſidet.
214 Regi omnia juriſdictionalia ſubjecta ſunt, niſi exempta probentur.
279 Regio aſſenſu deficiente, feudalium poſſeſſio ſubſequi an poſſit.
226 Regna ſunt de Jure gentium.
237 In Regno nemo juriſdictionem exercere poteſt, niſi ex ſpeciali Regis privilegio.
279 In Regno Barones habent quædam domanialia tam ex privilegio, quàm ex vetuſta conſuetudine.
139 Res præſumuntur liberæ, allodiales, & burgenſaticæ in dubio, niſi ſervæ probentur.
145 Res ſub quibus verbis in feudum data cenſetur.
146 Res ſub fidelitatis onere conceſſa feudalis exiſtimanda.
257 Res, quæ ſpeciali jure ad Regem pertinet, ab eo non niſi per ſpecialem conceſſionem ſeparari poteſt.
286 Res feudalis non judicanda, quando ſubſtantia contractus ipſius aliud demonſtrat.
285 Reſtitutionis in integrum deficiente ſubſtantia, ac ejuſdem definitione, amittitur ejus nomen.
196 Rex poteſt de novo legem condere.
197 Rex habet poteſtatem legis condendæ. Quæ ſervanda.
249 Rex fundatam in Regno in juriſdictionalibus omnibus habet intentionem.
205 Sequeſtrum in feudis ex regulis juris feudorum, & Regni, non Juris Canonici, vel Civilis fieri dicitur.
Præſertim, ubi tituli requiritur exhibitio. numero 206.
Quid in regalibus. ibid.
200 Sequeſtrum Judicis decretum an requirat.
287 Servitutum, an fidelitas, feudorum ſubſtantia.
195 Si quis auctoritate magni Prætoris ſcilicet Principis, à poſſeſſione fuerit expulſus; illaque fuerit vero domino tradita, an poſſit agere poſſeſſorio.


Spo-

258 *Spoliatio, ubi reſiſtit jus circà rem, ad cujus reſtitutionem reſtitui petit, ut puta, quia talis ſit, quod ab eo poſſit abſque legitimo titulo ſpoliari. Et è contrà jus commune aſſiſtat ſpoliatori, in poſſeſſione ejuſdem rei, ſpoliatus non reſtituitur, niſi doceat verum titulum ſui privilegii.*
282 *Subſtantia feudorum, quæ.*
289 *Si ſubſtantia deſideretur, nomen nequaquam eſſe debet.*
124 *Superioris juriſdictio per Judicem inferiorem ex pœnæ adjectione juvari valet.*
242 *Terræ Regis præſumuntur, antequàm concedat.*
107 *In territoriis clauſis, & cultis, cum vineis, & fructibus, per dominos poſſunt fieri defenſæ in præjudicium Baronis, & Univerſitatis.*
178 *Titulus inutilis partium voluntatem declarat.*
209 *Titulus, ſicut requiritur in beneficialibus, ità in juriſdictionalibus, & in feudalibus.*
279 *Titulus ex poſſeſſione præſumitur.*
246 *Translatio juriſdictionis, eſt, ut vindex ſpretæ ſui reverentiæ.*
295 *Turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit univerſo.*
290 *Ubi res deeſt, nec nomen habebitur.*
284 *Venditionis contractus, ſi appelletur donatio, non ex hoc talis erit. Sic è contrà.*
267 *Uſuarius dicens juriſdictionem habere, an eam probare teneatur.*
212 Uti poſſidetis *Interdictum, cui detur.*
171 *Uti poſſidetis; ità poſſideatis.*

## DISSERTATIONIS

*Joſephi Speræ Neapol.*

### *PARS SECUNDA.*

124 Hinc ſit quæſitum, an domino caſtri licitum ſit pœnalia emanare proclamata contrà damnum dantes in ſuis propriis prædiis. Prima facie negativè videtur reſpondendum, cum certi juris ſit à jure communi puniendus veniat ille, qui invito domino in alterius poſſeſſionem accedit, & ſic fruſtra de pœna imponenda propter tranſitum ad alterius territorium agitur, ut notat *Albertus Brunus conſ.* 197. cui accedit, quod inquit *Dec. d. conſ.* 199. *numero* 3. quod ex quo iſte ingreſſus à jure communi ſit prohibitus ad quid per indirectum agi de imponenda collecta, ſed bene de puniendo delictum, hujuſmodi enim prohibitionis juris communis amplificatio locum haberet, cum in perſonis merum, mixtumque imperium habentibus, eſſemus, nam tunc ſuperioris juriſdictio per Judicem inferiorem ex pœnæ adjectione juvari valeat ex *gloſ. in clement. ne Romani verſic. tolli de elect.* & notant Moderni per illum *tex. in cap. quod ſuper his de majorit. &*
125 *obed.* Inferiorem Judicem, qui ſtatuere non valet contrà legem ſuperioris, poſſe tamen addere pœnam ſuperioris augendo prohibitionem, videas *Cancer. variar. reſolut. cap.* 2. *numero* 207. *par.* 2.

126 Verùm tutiſſimam *Cancer.* nos ſequendo ſententiam *par.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 227. fatemur, nam ſicut ad privatorum preces licet officiali pœnalia emanare proclamata erga accedentes in eorum poſſeſſionibus, ità pariter erga eos, qui in ſuis intrabunt propriis poſſeſſionibus, *Lanar. d. conſ.* 98. *numero* 3. rationem excipe à *Bald. in l. obſervare, §. proficiſci in* 8. *quæſt. ff. de offic. proconſulis*, perpenſam indifferentia habita inter populum, & poteſtatem ſuper liberatione à populo facta cujuſdam latroris per dictam poteſtatem deprehenſi, quod ex quo poteſtas fecit eum mactari per ſtatutum fuit ordinatum, quòd homicida forenſis pœna capitis puniatur, & civis in mille libris; fuit quæſitum poteſtas qua pœna veniret puniendus, & fuit reſponſum pœna civium, quia poteſtas, qui eſt caput civium, durante officii tempore, eodem privilegio, & prærogativa, quo cæteri cives gaudent, fruetur, quam refert, & ſequitur *Capyc. deciſ.* 209. *nu.* 127
31. ſubdens, quòd civis eſt, donec quis in officio permanet, *l. cives, C. de incol. lib.* 10. idem in familiaribus poteſtatis, quia gaudent privilegio domini *argum. l.* 1. *C. de Epiſcop. & Cleric. l. non alias, §.* 1. *ff. de judic.* (*qua de re plura cum pluribus DD. habentur per Bonden. ad Oter. de paſc. Notis ad c.* 7. *ubi videas*) dixitque *Loffred. poſt Bartol. & Angel. conſ.* 4. *n.* 8. quòd Prælatus ratione prælaturæ, quam habet in civitate, efficitur civis, ſicut Præſes, & juxtà prædicta, ità in terminis conſuluit idem *Brun. d. conſ.* 179.

Modo adverte, dummodo pœna multarum modum non excedat, ut exclamat *Bart. in l.* 1. *C. de fiſcal. uſur. lib.* 10. quòd rectores civitatum multarum modum non excedant, ex quo advertit *Brun. ubi ſuprà*, pœnam debere eſſe honeſtam, aliter ab ea, ab injuſtoque exceſſu, in multa ad ſuperiorem appellari poſſe per viam querelæ, recurrere ad *tex. in l. multis, C. de appellat.* & notat idem *Lanar. dict. conſ.* 98. *n.* 8. *S. C. Neap.* exceſſivas per Barones impoſitas pœnas ſolere moderari, licet pœnæ aſſuetæ juſtæ cenſeantur, ex illa vulgata juris regula, quod diu habitum eſt pro juſto, juſtum cenſetur, *l. diutina, l. ſi de interpretatione, & l. minimè ff. de legibus*, eamque excedendo excedi modus dicatur, ex *gloſ. in l. hodie* 13. *ff. de pœnis.* Quod ſi pœna ſit exceſſiva, proclamata, ſeu mandata judicum non tenent, etiam in ea ſumma, quæ eſt licita, & à jure permiſſa, inquit *Cancer. d. cap.* 12. *n.* 235. ex juribus per eum congeſtis, qui *par.* 2. *cap.* 2. *num.* 208. conſultus, num rei parvi momenti prohibitioni ſub graviſſima pœna contraveniens, pro dicta pœna pignorari poterit, reſpondit negativè, quia pœna delicti qualitatem excedere non debet, *l. reſcriptum, ff. de his quib. ut indign. Grammatic. deciſ.* 5. *n.* 32. & ſic magiſtratus non poſſunt inobedientes mulctare pro eorum arbitrio, ſed ſecundum modum à jure limitatum, *l. eos, C. de modo mulctar. l.* 2. *C. de ſport.* Hinc eſt, ſubdit, *numero* 209. quod, ſi in aliquo præcepto apponatur pœna inconſueta, non parens excuſatur, ut *per eum*, & in facti contingentia liberavit quendam à ſolutione graviſſimæ pœnæ ex levi cauſa per officialem Villæ franchæ appoſitæ, ut *num.* 210. ſicuti ab ipſamet abſolutus cenſendus erit, ubi nullum erit damnum, ut elegantiſſimè obſervat idem *D. Scialoya n.* 32.

Num proclamata extrajudicialiter per Principes facta tranſeant in rem judicatam, & præceptum Judicis ex abrupto, & ſine cauſæ cognitione factum, videas eundem *Cancer. d. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 196. & 197. & *d. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 174. 175. & 176. Numque autem hujuſmodi proclamata, prohibitioneſque pœnales à magiſtratu factæ, extinguantur finita adminiſtratione, videas eundem *Cancer. d. cap.* 2. *à numero* 157. *uſque ad* 162. 129

Quod intelligit tamen idem *Monac. ubi ſupra num.*



*num.* 20. ut prohibitio prædicta procedat in ter-
130 ritoriis, nemoribus, & foreſtis, quæ ſunt propriæ ipſorum Baronum, ſecus autem in territoriis appatronatis, campeſtribus, quæ ſunt particularium ſubditorum, hoc enim eſſet vaſſallis inferre gravamen, ut notat *Anton. de Nigr. in c. Regni gravamina num.* 71. *fol.* 78. 1. *columm.* quia in dictis appatronatis territoriis Barones non poſſunt ſua fidare animalia, nec in ſpicis, & ſtipulis, quæ naſcuntur in dictis terris, & hic eſt unus ex caſibus diſtinctus à *Frecc. de ſubfeud. author.* 46. *num.* 8. *verſic. At prætendit quandoque*, in reſolvendo quæſtionem illam, num in terris propriis vaſſallorum, quæ vulgariter appatronatæ dicuntur, Baro poſſit ad depaſcendum ſua immittere animalia, ſecatis ſegetibus, ut *n.* 5. per *tex. in l. pratum ubi gloſ. ff. de verbor. ſignific. in l. de eo* 12. *§. ſæpius, ff. ad exhibendum*, ex ejuſque authoritate ita fundarunt idem *de Nigris in d. cap. Regni gravamina, n.* 72. *verſic. quæro, Borell. de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 6. *Carpan. ad Statut. Mediolanenſ. cap.* 363. *verſic. ad paſcendum, tit. de damn. dato, Capiblanc. in pragmatic. nu.* 28. *de Baronib.* & deducitur ex diſtinctis per *D. Reg. Rovit. in pragm.* 1. *nu.* 13. *de offic. bajul. D. Amendol. in addit. ad deciſ. D. Præſ. de Franch. deciſ.* 301. *n.*
131 2. confutans quicquid auſus fuerit dicere *D. Reg. de Curt. in libr. feudorum*, juris enim reſiſtentiam habent Barones, ſupponentes in fundo alieno jure feudi, & ſic liberè immittere animalia, *Divus Pius* teſtatur in *l. ejuſdem nominis* 16. *ff. de ſervit. ruſtic. præd. ibi* (*non eſt rationabilis, nolentibus dominis vos in alienis agris aucupari*) *Borell. ubi ſupra n.* 5. & 22. & ingredientes injuriarum actioni ſubjiciuntur, ad *tex. in §. ferè ubi gloſ. & Doctores inſtitut. de rer. diviſion. in l. injuriarum, §. ſi quis me prohibet, ff. de injuriis*, proprieque in Baronibus de jure communi in territoriis appatronatis, fundatam intentionem non habentibus, tradit idem *Borell. n.* 4.

132 Niſi hoc jus fidandi in territoriis appatronatis in ſpecie, in privilegio fuerit eis conceſſum, ut voluit *Aloyſius de Leo in l.* 1. *n.* 76. *C. de judic.* ſicque jure feudi ad eum pertinere, vel ex immemoriali præſcriptione, vel conſuetudine, ac jure ſervitutis legitimo tempore munita, fuerit eis quæſitum, ut in appatronatis locis valeant affidare animalia, ita *Ancharan. conſ.* 155. *col.* 2. *Alex. conſ.* 34. *vol.* 4. dicens, quod non eſt licitum affidare in paſcuis alienis, niſi aliter ſe haberet præſcripta, & legitima conſuetudo, *& alii*, quos refert, & ſequitur idem *de Nigr. ubi ſupra verſic. Fallit*, eſtque unus ex caſibus, quos firmavit idem *Frecc. ubi ſupra n.* 10. *verſ. non poſſet ergo, D. Reg. de Pont. conſ.* 97. *n.* 1. *Monach. ubi ſupra ſub n.* 20. *verſic. Quod limitatur*, ſed concurrentibus dictis requiſitis, debeat intelligi, fructibus collectis, & ſecatis ſegetibus, ut deciſum refert in cauſa D. Marchionis del Ziro *Thor. d. part.* 1. *verb. Baro an habeat.*

133 Et licet *Capiblanc. in d. pragmat.* 11. *& Monac. ubi ſupra ſub n.* 21. dicat fidam eſſe de Baronis domanio, & ſic indiſtinctè ſuper omnibus territoriis Baronibus videatur competere, tamen id intelligit, cum ſuper domanialibus feudi exerceatur, ſed quando ſuper demanialibus privatorum, tunc ſervitus fidæ dicetur, & ſic utpotè reſiſtentiam juris habens fundans ſe in ea per ſupra memorata requiſita, probare debet, & interim judicio pendente, pro libertate eſt judicandum, *D. Reg. de Pont. d. conſ.* 97. & fuit deciſum in cauſa Terræ Peſchi Pagani, cum ejus Barone, teſtatur *D. Amendol. in addit. ad deciſ. D. Præſ.* 86. *nu.* 12. *deciſ.* 301. *nu.* 1. *& deciſ.* 594. & in cauſa Univerſitatis, & Civium Terræ Centulæ cum Illuſtri Marchione Piſciottæ utili domino feudi Molpæ, teſtatur *Laganar. in addit. ad Commentar. D. Reg. Rovit. in verſic. uſque ad num.* 22. *fol. mihi* 124. juxtà per eum ſcripta, quicquid pro Illuſtri Marchione conſuluit *D. Reg. Capyc. Latr. conſult.* 83. *tom.* 2. qui tamen victoriam non reportavit, ut ipſe refert, per iſtoſque terminos idem *Capiblanc.* inter fidam, fidæque ſervitutem diſtinxit.

Non enim ſat eſt dicere hujuſmodi jus fidæ 134
Baronibus competere ſuper privatorum domanialibus, ex quo prædicta domanialia intrà fines ejus feudi extant, nam hoc verum eſſet, ſi eſſemus in dubio, ut tenent *Menoch. lib.* 3. *de præſumpt. præſumpt.* 100. *per tot. Ant. Gabriel. commun. concluſ. concluſ.* 9. *numero* 11. *Peregrin. de jur. Fiſci lib.* 4. *tit. de bonis vacantibus. Raudenſ. deciſ. Piſan.* 18. *n.* 4. & declaravit *Cancer. lib.* 1. *variar. cap.* 11. *ſub nu.* 34. *verſic. Quod diximus, & par.* 3. *cap.* 4. *num.* 59. ſecus autem, privato poſſidente, tunc illico præſumuntur, quoad dominium, & poſſeſſionem, *Bertrand. conſ.* 66. *nu.* 3. *verſic. Venio ad tertium, & conſ.* 299. *n.* 2. *lib.* 3. idem *Gabriel. d. concluſ.* 9. *Covarr. in regul. Peccatum par.* 2. *§.* 9 *num.* 9. *de reg. jur. in* 6. *Menoch. d. præſumpt.* 100. *idem Cancer. d. cap.* 11. *n.* 31. *in fine*, qui quoad juriſdictionem Baroni ſpectare inquit, ſequitur *Capiblanc. dict. pragm.* 11. *nu.* 53. *cum ſeq. Laganar. ubi ſupra in rubric. de feudis n.* 10. *fol.* 72. 2. *columm.* Hujuſmodi etenim fidam animalium competere, adverte in locis apertis, ut poſt *Afflict. deciſ.* 290. obſervat idem *Thor. d. par.* 4. *verb. fida animalium fol.* 223. & ſic in bonis liberis, & franchis, *Novar. de gravam. vaſall. par.* 1. *gravam.* 37. & conceſſa fida paſculandi, non intelligitur conceſſus paſculus glandium, & ſpicarum, ſic fuit deciſum in cauſa Univerſitatis Civitatis Novæ cum Univerſitate Seſſani, & inter Univerſitatem Terræ Ripæ Limoſani cum Franciſco Scacciato Barone Cobattæ, teſtatur *Thor. dict. part.* 1. *verb. Fida paſculandi fol.* 715. 1. *columm.* ſic pariter, conceſſo jure paſcendi in aliquo territorio, non intelligitur conceſſum *jus aquandi*, ut fuit deciſum in S. C. in cauſa Monaſterii Sancti Laurentii propè Padulam cum Univerſitate Terræ Montis Sani, refert idem *Thor. verb. jus paſcendi fol.* 303. (*Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 6. *num.* 38. *cujus meminit Bonden. ad Oter. de paſc. c.* 18. *in fin.*)

Quid autem dicendum ſit de territoriis, ubi adſunt jardena, ſegetes, arbuſta, & ſimilia, num fidari valeant animalia, & negativè fuit deciſum in cauſa Civium Acerrarum cum ejus Domino, ut teſtatur idem *Thor. d. par.* 4. *verb. Animalia, quæ fol.* 23. *&* 24. *à terg.* 135

Undè per dominos Territoriorum, dum ea vacant à ſemine, & frugibus, vendi agreſtes herbas, illudque pretium recipere, prætendi haud poterit de facto, cum authoritate dominica, juriſdictionalique ex ſupra narratis requiſitis Baroni acquiſita in territoriis appatronatis, hoc valeat impediri, ut firmarunt *Novar. de Gravam. Vaſall. grav.* 141. *num.* 3. 4. & 5. *tom.* 2. *D. Reg. Capyc. Latr. conſult.* 83. *n.* 33. *tom.* 2. quia, inquit idem *Monac. ubi ſupra ſub n.* 20. quod nemo tam fatuus erit, qui velit ab eis herbam emere, quam retinere ſibi non poſſit, quam communem habet cum cæteris in communi. 136

Quod limitatur, cum dicta territoria vacent à ſervi- 137

à ſervitute Baronis immittendi ibi animalia ad de-
paſcendum, tunc liberè herbas agreſtes vendere,
illudque pretium recipere valeant ad *tex. in d. l.*
*pratum, ff. de verbor. ſignific.* voluitque *D. Reg. Ro-*
*vit. in d. pragm.* 1. *ſub num.* 13. *verſic. In prima*
138 *quæſtione*, & facit communis illa juris concluſio,
quod, quidquid ex meo naſcitur, vel pervenit
ſolo, meum erit, *l. ſolum ff. de rei vendic. d. l.*
*de eo §. ſæpius, verſic. ſi quis, ff. ad exhibendum,*
*Nigr. in d. cap. Regni gravam. n.* 72. *verſic. Quæ-*
*ro*, & in puncto, quod herba, quæ naſcitur in
fundo meo ſit mea, eſt *tex. in l. qui fundum, §. fun-*
*di venditor, ff. de contrahend. empt. in §. cum in*
*ſuo ſolo inſtit. de rer. diviſ. D. Præſ. de Franch. de-*
*ciſ.* 301. *n.* 1. ubi *D. Amendol. in addit. n.* 2. *Capi-*
*blanc. in d. prag.* 11. *n.* 29. quælibet enim res in du-
139 bio præſumitur libera, niſi ſerva probetur, *l. altius,*
*C. de ſervit. & aqua*, allodialis, & burgenſatica, ut
ſcripſit *Menoch. lib.* 3. *de præſumpt. præſumpt.* 89.
*n.* 1. *Maſcard. tom.* 1. *de probat. concluſ.* 79. *cum*
*innumeris apud Roccam diſput. jur. c.* 57. *n.* 10. &
* *c.* 58 *n.* 1. *tom.* 1. & deciſum extat in cauſa Petræ
Paganæ, cum Domino Fabio Jeſualdo Barone, fa-
tentur iidem *D. Reg. Rovit. d. n.* 13. *D. Amendol.*
*in d. deciſ.* 301. & *Menoch. ubi ſupra ſub d. n.* 20.
licet hodie pendeat reclamatio, & in dicta cauſa
Univerſitatis, & Civium Terræ Centulæ cum Il-
luſtr. Marchione Piſciottæ utili Domino feudi Mol-
pæ, cum ibi duo continebantur capita, ut per
eumd. *Laganar. ubi ſupra.*

140 Sicuti è converſo hujuſmodi limitatio adaptari
poteſt in Barone, cui licitum eſt mutare faciem
territorii, in quo Univerſitas habet uſum non ju-
re ſervitutis contra uſuarii voluntatem, & de paſ-
cuis, & locis nemoroſis facere arbuſtas, oliveta,
& ſeminatoria, dummodò mutatio non ſit talis,
per quam impediatur uſus Civium, tradir idem
*D. Reg. Sanfelic. d. deciſ.* 76. *nu.* 7. qui in cau-
ſa inter Ill. Principem Octaviani, & Univerſita-
* tem ita per S. C. die 21. Januar. 1621. deciſum
refert; quid autem, quando vaſſalli jure ſervitu-
tis uſum habent prædictum, an Baroni hoc per-
mittatur vide eumd. *n.* 8.

141 Nec Univerſitati obſtaculum quidem eſſe po-
terat territorium demaniale prædictum, de quo
fuit controverſia, intra feudi fines eſſe, & ſic Ba-
rone poſſidente, id eſt tanquam Domino feudi de-
bere, ut feudale, tam quoad directum, quàm
quoad utile ad ipſummet Baronem ſpectare, jux-
tà communem illam concluſionem, quod feuda-
le cenſeatur quidquid eſt intra fines feudi, Ba-
rone tamen poſſidente, & allodiale, privato poſ-
ſidente, ex originali *Jo. And.* doctr. *in cap.* 1.
*in addit. de controverſ. inter maſcul. & fæmin.*
* ſecundum quam deciſum refert *Afflict. deciſ.*
267. & ſequitur *D. Reg. de Pont. conſ.* 11. *n.* 5.
& 6. *vol.* 1.

142 Nam quamvis intra fines feudi territorium præ-
dictum reperiebatur, non per hoc ſequebatur,
quod in Baronis dominio eſſet, attenta juris illa
concluſione, quod quidquid eſt intra fines feu-
di, præſumitur eſſe illius, cujus ſunt fines, ex
*tex. in cap. ſi diligenti, cum ibi notatis de præſcrip.*
*in cap. final. de offic. Archidiac. Bald. in rubr. C.*
*de contrahend. empt. verſic. ult. quæro*, cum in du-
bio quælibet res libera præſumatur, *d. l. altius,*
143 *C. de ſervit. & aqua*, dixerunt *Jo. Andr. in d. cap.*
1. *verſic. Item ſi ſit de controverſ. inter maſcul. &*
*fæmin. Bald. in c.* 1. *§. vaſſallis, columm. finali, ſi*
*de feudo fuerit controverſ. inter Dominum, & Agna-*
*tum, & in cap.* 1. *colum. final. de controverſ. inve-*
*ſtitura*, idem *Jo. Andr. & Hoſtienſ. in cap. final.*
*verb. Reſpondere, de judic.* (*Rota cor. Burat. dec.*
426. *n.* 4. *cor. Merlin. dec.* 655. *nu.* 1. *tom.* 2. *cor.*
*Papa Alex. VIII. Otthobon. deciſ.* 255. *n.* 33. & *in*
*rec. dec.* 119. *n.* 26. *p.* 19.) idemque *Bald. in cap.*
*ſignificavit de reſcriptis* firmavit, quod Comitatus
per aliquem emptus à Rege non præſumitur eſſe
feudalis, niſi probetur, & in *cap.* 1. *de vaſſall. qui*
*contra Conſtit. Lothar.* domino dicenti, rem poſſeſ-
ſam per vaſſallum eſſe feudalem, incumbit proba-
re, ex quo res præſumitur libera, latè *Cancer. lib.*
1. *var. cap.* 11. *n.* 31. *in fin.*

Ad cujus corroborationem adducitur quod ſcrip-
ſit *Jacob. Maur. allegat.* 19. v. 3. quod ideo offi- 144
cium, de cujus ſucceſſione controvertebatur, non
ad primogenitum tantum tranſitum faciebat, ſed
ad omnes filios, utpotè burgenſaticum, cum nul-
latenus illud feudale dici potuerat, ex traditis per
*Iſern. in c.* 1. *§. hujus autem generis, colum. fin. in*
*addit. ex quib. cauſ. feud. amitt.* ſcilicet, quod ſi
Rex conceſſerit rem, non dicendo *In feudum*,
cenſuit liberè datam, ex *tex. in l. ſi quis ædes,*
*ff. de ſervit. urban. præd. in cap.* 1. *de conſuet. re-*
*ſtit. feud.* ex quo in ejus conceſſione Rex de qua-
litate feudali nullam fecerit mentionem. At ſi in
dicta conceſſione fuiſſet expreſſum, *Teneas offi-*
*cium prædictum nomine feudi*, tunc fuiſſet extra
difficultatem, quod dictum officium, ut feuda-
le ad primogenitum tantum ſpectare debebat,
idem *Maur. num.* 4. juxta cujus etiam celebrem
doctrinam, ut in *Conſtitut. Juſtitiarii, nomen, &*
*normam, in verb. ſed quid in Eccleſia, Afflict.*
*eam dilucidando ibid. numero* 30. tres diſtinxit
caſus, quod aut Rex concedit caſtrum Eccle-
ſiæ in feudum, & nulli dubium eſt, quod erit
feudale, aut concedit liberum, & erit allodiale,
aut non apparet de conceſſione, & diſtinguit,
quod aut in præteritum fuit poſſeſſum ut libe-
rum, nihil ſolvendo Regiæ Curiæ, & tunc erit
Sanctum Sanctorum, & erit ut res allodialis,
aut præſtitit ſignum ſubjectionis, & præſumitur
eſſe feudale.

Sicuti & in feudum data cenſetur res, quæ ſub 145
præd. verborum forma reperitur conceſſa, v. 3.
*Civitatem N. cum vaſſallis, poſſeſſionibus, juribus,*
*juriſdictionibus, & pertinentiis ſuis, tali P. damus,*
*& gratioſè concedimus, recepto prius per vos, pro*
*veſtris hæredibus, ſucceſſoribuſque ab hominibus,*
*& vaſſallis d. Civitatis debito homagio, ligio, & de-*
*inde faciatis eis præſtare non ligium, ſibique inten-*
*di, & reſpondere de omnibus, in quibus rationabili-*
*ter tenentur, & debent:* de cujus differentia, præ-
ſtandique forma *Vid. Conſtitut. Domini à vaſſallis,*
*de aſſecurat. domin. à vaſſall. Afflict. ibid. à n.* 13.
*Balzaran. de feud. tit. de nov. form. fidelit. §. inve-*
*ſtitura à n.* 11. *Camill. de Larath. in Theatr. feudal.*
*tom.* 2. *par.* 12. *dilucidat.* 104. 108. *à n.* 11. & *dilu-* 146
*cidat.* 109. & 110. Nam, quotieſcunque ſub fide-
litatis onere res reperitur conceſſa, feudalis erit
exiſtimanda, & juxta feudorum commune jus re-
gulanda, & è contra, dempta fidelitate, deſi-
nit eſſe feudalis, *tex. in cap.* 1. *de form. fidelit. in*
*cap. ad Apoſtolicæ, de re judic.* & doctiſſimè fun-
dat *Camerar. in repet. l. imperialem à lit. D. uſque*
*ad lit. P. fol.* 41. *à ter. de prohibit. feud. alienat.*
*per Federic. qui lit. F.* inquit, quod feudum ſe-
cundum ſuam propriam naturam tunc dicitur 147
conceſſum, cum expreſsè eſt conceſſum in feu-
dum, vel, reſervata fidelitate, quia nihil aliud
eſt dicere, reſervo fidelitatem, quàm dicere, do
in feudum, nam, ſi dicit, do in feudum, quia
de ſubſtantia feudi eſt fidelitas, *c.* 1. *§. fin. & in*
*tit. ſeq. per quos fiat inveſt.* fidelitatem ſibi reſervaſſe
videtur:



videtur: ſequitur *Franciſ. de Amic. in rub.* 1. *§. of-*
*ficii natura eſt, in fin. f.* 63. *D. Reg. Rovit. dec.* 42.
*num.* 11. & *dec.* 72. *num.* 29. & præſumptio eſt,
quod feudum ſimpliciter conceſſum videtur da-
tum, ut præſtetur juramentum fidelitatis, *d. cap.*
1. *§. fin. per quos fiat inveſt. Bald. & Alvarot. in*
*c.* 1. *in princip. de capit. Corrad.* ſine quo feudum
eſſe non poteſt, *Capyc. in inveſt feud. verb. feudorum*
*derivatio, fol.* 158 & *verb. feudatarior. fidelitas,*
*verſic. neceſſitas, fol.* 197. & *à ter.* venitque in ejus
conceſſione, etiam de eo nulla mentione facta, ut
tradit *Afflict. in repet. cap.* 1. *num.* 246. & *ſeq. ex*
*quib. verſ. feud. amit. adduct. per d. D. Reg. Rovit.*
*deciſ.* 98. *n.* 12.

148 Quo autem jure attento, primogenitus ad feu-
dum admittatur, & quanta ſit in feudo novo hæ-
reditario, in quo vivitur jure francorum, legiti-
ma, ſecundo genito exiſtente, elegantiſſimè mo-
re ſolito ſcripſit Doctiſſimus J. C. ac hujus meæ
149 Patriæ, aliorumque locorum Regni, Italiæque
Famigeratiſſimus Academicus *D. Flavius Ven-*
*trilius* meus colendiſſimus, ſic efflagitante Sapien-
tiſſimo J. C. *Dom. Joann. Baptiſta Gargiareo* hu-
manarum litterarum apprimè erudito, Sereniſſi-
miquè *D. D. Ducis Parmenſ.* Conſiliario meritiſſi-
mo, cujus celeberrima forenſis Epiſtola eidem
*D. Gargiareo* miſſum facta, reportatur per ela-
boratiſſimum *D. Carolum Bottiglierio* in ſuo inge-
nioſo tractatu de ſucceſſione ab inteſtato noviſſimè
typis tradito.

150 Qualitas enim feudalis, cum ſervitus ſit ex di-
ctis per *Bald. in l. quoties,* 1. *columm. C. de ſuis,*
*& legitimis*, & per eumdem *Maur. num.* 5. in du-
bio non præſumitur, niſi probetur, probat idem
*Bald. in cap. ſignificavit in princ. de reſcriptis,*
*Caſtrenſ. conſ.* 151. *Alexand. conſ.* 15. *volum.* 5.
nam aſſerenti, fundat ipſemet *Bald. in cap.* 1.
*de vaſſallo, qui contra Conſtit. Lothar.* rem poſ-
ſeſſam per vaſſallum eſſe feudalem, incumbit
probandi onus, ſequitur *Andr. in cap.* 1. *verſic.*
*item ſi ſit, de controverſ. inter maſcul. & fæmin.*
151 cum omnis fidelitas juxtà mentem *Bald. in cap.* 1.
*§. inter filiam, ſi de feud. fuer. controverſ. inter Do-*
*minum, & Agnat. & Andr. in cap.* 1. *columm. final.*
*in addit. in princip. ex quib. cauſ. feud. amitt.* ſit
contraria libertati, dum feudum ipſum detur pro
ſervitio, quod ipſimet feudo inhæret, *ex l. manu-*
*miſſ. ff. de juſtit. & jur.* idem *Andr. in tit. Epiſcop.*
*vel Abbat. §. mutus in tit. quid ſit inveſtit. verſic.*
*licet, & in c.* 1. *§. ſed nec eſt alia, quæ ſit prima*
*cauſ. beneſic. amitt.* undè feudatarius potius ſer-
vus, quàm liber valeat nuncupari homo, ex eo-
demmet *Bald. in l. libertas, ff. de ſtat. homin. &*
*ex gloſſ. communiter recepta in l. ſi cujus, §. ſi uſuſ-*
*fructus, verb. oportere, ff. de uſufruct.* ſic funda-
vit *Menoch. lib.* 3. *de præſumpt. præſumpt.* 89. *nu.*
152 2. cum dicit, quod feudum eſt quædam ſervitus,
quæ non præſumitur, cum non habeat cauſam
naturalem, ſed aut impoſitam, aut præſcrip-
tam, & ex *tex. in cap.* 1. *§. ſed ſi inter, de con-*
*ten. inter maſcul.* 1. *fæmin. in cap.* 1. *§. ſi contentio,*
153 *de cap. qui cur. vend.* cum aliis per Dominum
*Jo. Baptiſtam Hodiernam* J. C. perſpicaciſſi-
mum, ac in S. Parthenopeo Conſilio Advo-
catorum facile Principem in ſuis aureis Obſer-
vationibus ad *deciſ. Surd. obſervat.* 339. *numer.*
78. & 15. obſervavit *Dom. Horat. Montan.* J.
C. acutiſſimus, ac juris Romanorum, feudo-
rumque Chronica in ſuo inſigni Tractatu de
*Regalib. in prælud. quæſt.* 7. *numer.* 36. do-
cens juxtà tradita per viros doctiſſimos ſupra
dictam juris concluſionem, præſcribere ſibi lo-
cum etiam in Regalibus, *Menoch. d. lib.* 3. *de*
*præſumpt.* 61. *num.* 8. *Rol. à Valle conſil.* 24. *n.*
34. *Alciat. de præſumpt. regul.* 2. *præſumpt.* 3.
*numer.* 2. *Roſental. de feud. cap.* 12. *concluſ.* 14.
*num.* 15. *Roger. Sixtin. de regalib. lib.* 1. *cap.* 4.
*num.* 62. quod his verbis notavit etiam in ſuis
*forenſ. Controverſ. Controverſ.* 29. *num.* 9. v. 3. 154
feudalis qualitas, eò quod arguit ſervitutem,
non præſumitur, niſi probetur, à natura enim
quælibet res eſt libera, niſi probetur ſerva *Bal. in*
*l. liberti libertæque, C. de oper. libert. Frecc. lib.* 2.
*de ſubfeud. in quæſtione, quis dicatur ſubfeudata-*
*rius, num.* 3. & eſt *tex. in cap.* 1. *de feud. March.*
ibi, *de Marchia ſi quis inveſtitus ſit per beneſi-*
*cium*, dicit, *per beneficium*, quia eſt exprimenda
hæc qualitas: quibus attentis, ſic ſuſtinuit in
cauſa illorum de Frangis adverſ. Marchionem
Lauri, pro ipſiſmet de Frangis jura tuendo,
quod ex quo non conſtabat de inveſtitura, ta- 155
metſi illa bona, de quibus erat controverſia, red-
dititia erant feudo, non feudalia, ſed cenſualia
præſumi penes poſſeſſores, licèt redditus ipſe ſit
feudalis reſpectu Domini feudi, cui præſtatur,
ut plenè ex *Parid. de Puteo, Capyc. Luc.* aliiſquè
docet *D. Reg. de Ponte in Tract. de Poteſtat. Pro-*
*reg. lit. de electiòn. official. §.* 4. *num.* 4. & 13.
*Additio ad Dom. Reg. Lanar. in cap.* 1. *num.* 171.
172. *de his, qui feud. dar. poſſ. Jacob. Maur. al-*
*leg.* 14. *num.* 11. & *alleg.* 19. *num.* 4. & *ſeq. Ca-*
*piblanc. in Prag.* 11. *de Baronib. num.* 42. *Dom.*
*Jo. Baptiſta de Thor. in add. ad Dom. Reg. de Pont.*
*in d. tit. de elect. official. §.* 4. *num.* 14. Incon-
gruum non exiſtimando rem eſſe allodialem reſ-
pectu poſſeſſoris, & redditum feudalem reſpectu
ejus, cui præſtatur, tunc enim concluſionem
probat *tex. in cap.* 1. *§. illud, tit. quid juris ſit,*
*in uſib. feud.* Eſt enim feudum quid univerſum
facti, ut dicit *Andr. in l. Imperialem num.* 73.
*in fine*, continere valens ſub ſe feudalia bona,
item cenſualia, allodialia, & redditus cu-
juſcumque ſpeciei, inquit *Camerar. in d. l. Im-*
*perialem, fol.* 38. *col.* 3. & hanc fuiſſe mentem
*Andr. ibid. num.* 66. *col.* 1. *in fine*, ibi, *ſunt enim*
*multæ præſtationes, & ex diverſis cauſis, ut juga-*
*tio, capitatio, cenſus, vectigalia, penſitationes,*
*&c.* & ſic redditus, qui præſtantur feudo, præ-
ſumuntur attributi feudo in ipſius erectione inter
cætera pertinentia ad illud, teſte *Camerar.* non au-
tem quòd præſumantur res ipſæ reddititiæ con- 156
ceſſæ per Baronem ſub annuo redditu, quo ca-
ſu ad minus præſumerentur conceſſæ in emphy-
teuſim ſub annuo redditu, *D. Præſes Fulvius*
*Lanar. in addit. ad Dom. Reg. Lanar. loco citat.*
*numer.* 172. quia in cenſuali conceſſione totale
dominium transfertur, quod Baroni denegatur abſ-
que aſſenſu Domini directi, ut idem *Dom. de Ponte*
teſtatur *loco citat. n.* 6. cujus perfectam reſolutionem
poſuit ipſemet *Dom. Montanus in illa celebri repe-*
*titione l. Imperialem §. præterea ducatus, n.* 116. *de*
*prohibit. feud. alienat. per Frideric.*

Quid autem, ſi conceſſio prædictorum reddituum
eſſet facta pro deſcendentibus ex corpore, & adeſſet
verbum *inveſtimus*, vel deſcribi in quinternionibus
R. C. vide eumdem *D. Montan.* apud quem pro com-
probatione eorũ, quæ nos ſupra firmavimus de præ-
ſumpto aſſenſu, ejuſque præſcriptione, deq; imme-
morabili præſcriptione, Fida, & diffida, &c. punctua-
lem reperi controverſiam, quæ 26. eſt in ordine.

Idemque ex vulgatis juribus in *l. altius, C. de ſer-*
*vit. & aqua, in l. cum eo, in l. Imperatores, ff. de*
*ſervit. urban. præd. in l. domum, ff. de regul. jur. in*
*l. fluminum, §. fin. & in l. proculus ff. de damn.*
O 2 *infect.*

infect. Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 3.
Mynſing. obſervat. 25. centur. 5. Menoch. de arbitr.
judic. caſ. 156. lib. 2. & dict. præſumpt. 81. qui
nu. 6. ampliat, etiam ſtante quaſi poſſeſſione ſer-
vitutis, præſumpt. 91. & lib. 9. præſumpt. 29. Surd.
deciſ. 177. ubi diſſertiſſimè D. Jo. Baptiſta Ho-
dierna, Theſaur. deciſ. Pedemont. 216. Maſcard.
de probat. concluſ. 79. 209. & 1307. firmavit Jo-
ann. Mar. Novar. tract. 3. de Gravaminib. vaſſall.
Gravamin. 3. numer. 4. & 5. latiſſimè perpendit
Dom. Joann. Laganar. in Addit. ad Comment.
Dom. Reg. Rovit. in rub. de feud. num. 11. & 27.
& in prag. 1. de officio Bajuli num. 5. & 6. fol. 124.
Mihique comprobavit idem D. meus D. Flavius
Ventrilius Advocatus ſapientiſſimus Neap. de præ-
dicta quæſtione conſultus, per illam ſuam erudi-
tiſſiman forenſem Epiſtolam, quam ad maximam
Reipublicæ legalis delectationem, & ſummam uti-
litatem in fine noſtræ diſertæ Diſſertationis typis
mandare meo ſummo cum gaudio, & hujuſce
Operis maximo cum emolumento cenſui, à quo
varia cultiſſima avidiſſimè à Litteratis omnibus ex-
pectantur, Dom. Alexandri Ventrilii J. C. præſ-
tantiſſimi filius digniſſimus, à quo multa diſſertiſſi-
ma à litteraria Republica ſperantur ardentiſſimè,
ambo honorificentiſſimis Magiſtratibus meritiſ-
ſimi.

157 Quemadmodum de emphyteutica qualitate fun-
dat Dom. Cardin. Mantic. tom. 2. de tacit. lib. 22.
titul. 5. numer. 10. & tit. 20. num. 8. quam inter
ſervitutum enumerat ſpecies, ex tex. in l. ſi tibi
homo, §. fin. ff. de legat. 1. & notat gloſſ. in l. ſi
uſusfructus verſic. oportet, ff. de uſufruct. ob-
ſervat Cancer. lib. 1. var. c. 11. numer. 29. ut in
dubio non præſumatur ex ponderatis per Capyc.
* deciſ. 103. ſic per S. C. deciſum referentem Ur-
ſill. ad Afflict. deciſ. 129. num. quart. Abb.
Hieronymus de Maur. in addit. ad dict. alleg.
14. Jacob. de Maur. Cancer. ubi ſuprà dict.
num. 29.

158 Neque magnam perverſionem huic noſtræ illa-
tioni cauſare valeat ejuſdem S. C. deciſio illa,
deducta per Afflict. deciſ. 129. in cauſa Comitis
Sancti Angeli, cum Archipresbytero Terræ Ci-
rignolæ. Perverſa, inquam conſequentia eſſet,
ſi in terminis, in quibus nos loquimur, ipſa con-
ferret. Cum ibi de alio in facto conſtiterit, dum
domus, de qua agebatur, pro franca fuerit alie-
nata, ſicque S. C. declaravit domum illam ſine
conſenſu venditam ad beneficium dicti Comitis
incidiſſe in commiſſum.

159 Quod reaſſumit idem Maur. jura Not. Jacobi
Tancredi aliorumque litis conſortium tuendo d. al-
leg. 14. ſcilicet, quod in dubio, bona, de qui-
bus agebatur, emphyteutica haud præſumeban-
tur ad finem, ut ob non ſequutam ſolutionem in
beneficium Eccleſiæ Sancti Salvatoris, ejuſque
Abbatis eſſent aperta. At requirebatur, quod ex
ſcriptura appareret, ut idem fundavit Maur. num.
1. nec per annuæ præſtationis ſolutionem, tan-
quam emphyteuta, intelligeretur eum eſſe em-
phyteutam.

160 Quibus addo benè ſiquidem ex illa annua præſ-
tatione, num bona illa eſſent emphyteutica, dig-
noſci potuerat, ſi ipſamet quantitas præſtationis,
ejuſquè ſolutionis fines fuiſſent perpenſi juxtà
Bar. theoricam in l. 1. num. 4. ubi Cyn. C. de jur.
emphyt. Bald. in cap. litteræ num. 2. de dilat. &
in l. 1. num. 8. C. eod. tit. & in auth. defunct. col.
1. C. ad Senat. Conſult. Tertullian. Gloſ. opinio-
nem in l. 1. C. eod. tit. & in cap. potuit de locat.
161 Quoniam, ſi modica fructibus haud reſpondens
eſſet præſtatio, in recognitionemque directi domi-
nii, ut emphyteutica quidem haberi valerent bona.
Quam conjecturam in dubio ad cognoſcendum
emphyteuticum contractum fortiorem dixerunt
Aretin. conſ. 55. num. 4. verſic. ſecundo reſpon-
dens, Alex. conſ. 112. num. 6. vol. 1. Natt. conſ.
49. num. 7. dicens in hoc omnes conſentire, &
de communi teſtatur Cravett. conſ. 663. num. 12.
& 13. docet idem Dom. Card. Mantic. dict. lib.
22. tit. 2. numer. 9. tit. 6. num. 3. & 24. tit. 8.
numer. 19. & 25. & tit. 20. à num. 16. ſæpius ita
per Sac. Rot. Rom. deciſum referens, de ejuſque
S. Rom. Rotæ obſervantia ad cognoſcendum em-
phyteuticum contractum teſtatur Mareſcott. lib. 2.
variar. cap. 76. num. 1. ubi latè, utpotè magis
juri conſonam fuit amplexus Senat. Mantuan.
apud Surd. deciſ. 198. num. 24. ubi quampluri-
ma notatu digna cumulat D. Jo. Baptiſta Hodi-
ern. in add. & Senat. Pedem. apud Theſaur. deciſ.
20. & Senat. Regni Portugalliæ apud Gabrielem
Pereir. deciſ. 37. num. 10. & 12. Manifeſta eſt er- 162
go hujuſmodi præſumptionis ratio ex dictis per
Speculatorem in tit. de locat. & emph. §. nunc ali-
qua verſic. ſecundo quæritur, emphyteutam plus re-
cipere de fructibus, quàm ſolvere, nomine pen-
ſionis, quia emphyteuta annuum canonem magis
in recognitionem directi dominii, quàm in re-
compenſationem fructuum ſolvit, quod ſecus eſt
in conductore, qui ad ſolutionem penſionis juxtà
fructuum quantitatem tenetur, cum de propria 163
ejus natura ſit, ut quid minimum directo domino
ſolvatur, Anton. de Burg. in cap. cum cauſa n. 14.
de empt. & vendit. fol. 194. Valaſc. de jur. emphyt.
q. 1. num. 1. 89. & ſeq. Garſ. de expenſ. cap. 6. ſub
num. 23. fol. 292. Cagnol. in l. 2. nu. 202. C. de
reſcind. vendit. fol. 120. 2. col. Clar. in §. emphyt.
q. 1. verſ. & adverte. Roderic. de annu. reddit.
lib. 2. q. 22. nu. 60. Gratian. diſcept. 926. num.
11. & ibi de Luca Melphicten. tom. 5. Pacion. de
locat. & conduct. c. 3. num. 19. Idcircò in dubio
ad cognoſcendum, utrum de emphyteutico conſ-
tet contractu, quantitas ipſa penſionis erit inſpi-
cienda, nam ſi modica, fructibuſque haud æqui-
valens emphyteuticus erit contractus, ſi verò mag-
na fructibus correſpondens, locationis erit con-
tractus, ut optimè ponderarunt idem Dom. Card.
Mantic. ubi ſuprà & tom. 1. lib. 3. tit. 11. nu. 12.
Gratian. tom. 2. Forenſ. cap. 351. num. 11. 12. &
13. tit. 3. cap. 460. à numer. 47. & tit. 4. cap.
703. num. 15. & 16. Valaſc. de jure emphyt. q.
27. num. 11. verſ. limita tamen, &c. ubi dicit
ſæpiſſimè judicatum in Senatu, Anton. Faber. in
tit. C. de jur. emphyt. lib. 4. diffinit. 36. & ab hac
opinione non recedendum ait Mart. Medic. in tit.
deciſ. ſen. examin. 12. ſub num. 8. quos ſequitur
Illuſtriſs. D. Joann. Franciſcus Andreol. Rivaſſi Co-
mes, J. C. incomparabilis, & admirabilis in cele- 164
berrimis ſuis Controverſiis tom. 1. Controverſ. 90.
num. 6. D. Reverendiſs. D. Joannes Baptiſta Ven-
trilius J. C. eximius Canoniſta, Protonot. Apoſ-
tol. olim Primicerius, nunc Vicarius Capuanus
Generalis vigilantiſſimus, cui mitra, Illuſtriſs. D.
D. Camilli Meltii Capuæ Archiepiſcopi ampliſſi-
mi, cui purpura, in illius famigerata nimis Prac-
ticarum Praxi Eccleſiaſt. Annot. 39. §. unic. num.
36. Illuſtr. D. Alexandri, & D. Flavii Ventrilii,
patris, & filii, Legum Doctorum inſignium Ca-
puanorum, nunquam ſatis laudatorum Conſan-
guineus conjunctiſſimus, de qua tamen materia
viden. eſt Pacion. latè ſcribens, de locat. & con-
duct. c. 3. numer. 18. cum multis ſeqq. & Rota
in rec. deciſ. 64. numer. 3. pag. 4. dec. 14. ex
num.



numero 11. p. 6. cor. Seraphin. deciſ. 272. num. 3.
& dec. 794. tom. 1. cor. Burat. dec. 334. ubi n. 1.
plurimæ Auctoritates, & aliæ Deciſiones congerun-
tur ad firmandam hanc concluſionem, quam Rota
nuncupat tritiſſimam, eamque ampliat, ac ab obje-
ctis magiſtraliter tuetur tom. 1.

165 Attamen, quia de d. contractus emphyteutici
eſſentia non eſt, ut ſolvatur quid modicum, vel
quid minimum, cum nulla lege caveatur emphy-
teuſim concedi debere pro modica, vel pro mi-
nima penſione, ſed tamen, ut penſio pro reco-
gnitione directi dominii præſtetur, propterea in
dubio ad diſcernendum, num emphyteuticus ſit
contractus, illud eſt fortiſſimum argumentum ad
probandum contractum emphyteuticum, utrùm
annua præſtatio ſolvatur pro dominio reſervato,
ut efficaciſſimè probat idem Dom. Cardin. Man-
tic. d. tit. 2. num. 11. & 15. & d. tit. 8. n. 25. ex
Bar. in l. 1. nu. 3. & 4. C. de jur. emphyt. quem
ſequitur idem D. Horat. Montan. forenſ. contro-
verſ. controverſ. 76. à num. 18. ſic per M. C. V.
* in cauſa D. Antonii, & D. Fabritii Aitono cum
Franciſco Pappalardo die 22. Decembris 1642.
deciſum referens. Aſt in contrarium, ultrà Pacion.
d. c. 3. numer. 45. ſtat Rota cor. Seraphin. d. de-
ciſ. 272. num. 8. & deciſ. 286. num. 3. cor. Coccin.
dec. 741. §. minus etiam. tom. 2. cor. Buratt. d. de-
ciſ. 334. numer. 15. ibi Ad primum reſervationis
directi dominii dictum fuit, æque illam convenire
locationi perpetuæ, & ad longum tempus, in qua
utile dominium transfertur & in rec. deciſ. 182.
num. 10. p. 6.

166 Præſtaret ſiquidem vulgata illa juris regula,
quod feudale cenſeatur, quicquid eſt intra fines
feudi, de qua ſupra n. 141. Baroni tamen, ſi de
poſſeſſorio judicio ipſemet Baro contenderet,
tunc lite pendente manutenendus eſſet, uti J. C.
Paulus lib. 5. ad edictum in l. Juſta 2. ff. uti poſſi-
det. decrevit, his loquens, Juſta enim, an injuſta
adverſus cæteros poſſeſſio ſit, in hoc interdicto nihil
refert. Qualiſcunque enim poſſeſſor, hoc ipſo quod
poſſeſſor eſt, plus juris habet, quàm ille, qui non
poſſidet. eodem modo J. C. Ulpian. lib. 70. ad
edictum in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itiner. actu-
que privat. Hoc interdicto (inquit) prætor non
inquirit, utrum habuit jure ſervitutem impoſitam,
an non: ſed hoc tantùm an itinere actuque hoc anno
uſus ſit, non vi, non clam, non precario, &c. &
præſtant hoc tibi Alex. III. Eboracenſ. Archiepiſ-
cop. in cap. 1. Clemens III. in cap. 2. ut lit. pen-
dent. & Clemens V. in Viennenſ. concilio, in Cle-
ment. 2. eod. tit. ubi D. Card. Zabarell. & in pun-
cto in cauſa Baronis Ogiani cum Univerſitate
* prætendentis exigere decimam extra territorium,
deciſum refert, quod lite pendente manutenen-
dus erat Baro, D. Joann. Vinc. de Anna ſingul.
556. qui totum oppoſitum in judicio ordinario
determinatum dicit, & in cauſa inter Ill. Du-
cem Cardinalis Satriani Principem ſuper articulo
* immiſſionis feudorum, & D. Mariam Ravaſchier,
& inter Ill. Principem Abbellinat. Camill. Ca-
racciol. M. hujus Regni, noſtrique Almi Colle-
gii Cancellar. Equitem aurei Velleris, & M. Ar-
* morum Capitan. & Regium Fiſcum ſuper defen-
ſione poſſeſſionis creandi DD. in Almo noſtro Nea-
politano Collegio ex variis fundamentis per Re-
gium Fiſcum forſan turbandæ D. recol. memor.
Reg. Fabius Capyc. Galeot. vir ſi quis alius ſua
tempeſtate, probitate morum, & doctrina celeber-
rimus in ſuis admirabilib. controverſiis, Controv.
167 36. & 51. tom. 1. qui d. Controv. 51. à nu. 1. do-
cet, quod judex, cui quovis modo conſtet ali-
quem eſſe in poſſeſſione alicujus rei, vel juris,
debet illum, qui tempore motæ litis poſſidebat,
conſervare, ac prohibere, & interdicere ei vim
ſuper ea poſſeſſione inferri, aut aliter turbari,
unde interdicta poſſeſſoria prodita ſunt, quaſi
interim dicta, vel ab interdicendo, ut explicat
Covar. practicar. qq. q. 17. per tot.

Et maximè concurrente præſumptione illa, 168
quod Barones de feudis dicuntur inveſtiti, cum
omnibus territoriis cultis, & incultis, nemori-
bus, ſylvis, & pertinentiis omnibus, juxtà com-
munem formam inveſtiturarum, de qua per Ca-
pyc. de inveſtitur. feudal. ſuis in locis, ut aſſe-
rit Avendan. de exeq. mandat. cap. 4. numero
4. ſub verſic. & Civitas, & D. Laganar. in d.
rubr. de feud. numero 8. (quod nos haud ve-
rum fatemur ex rationibus, quæ infra cum de 169
petitorio loquemur) Quæ quidem titulum præ-
bet, & quilibet dicitur poſſidere pro ſuo ad
tex. in l. 1. ff. pro ſuo, & ita judicatum fuiſſe
refert Capyc. deciſ. 189. debere manuteneri in *
poſſeſſione lite pendente eum, qui illam proba-
vit, etiam quod contra ſe habeat juris præſump-
tionem, allegato tantum titulo, & præſcriptio-
ne, notavitque idem D. Reg. Galeot. etiamſi
poſſidenti jus commune reſiſtat, quin imò etiamſi 170
valde vehemens communis juris præſumptio,
quæ publicæ authoritati favere, ac patrocinari
videretur, poſſidenti adverſaretur c. cum veniſ-
ſent, ubi Innoc. in princip. Abb. n. 8. de inſtit.
cui non refragatur tex. in cap. cum perſonæ, de
privileg. in 6. qui loquitur in eo, cui jus reſiſtit,
nec docet in promptu de poſſeſſione, ut explicat
idem Capyc. d. deciſ. 189. à numero 3. verſ. ſed
fortè, cum ſeq. cum quo in effectu convenit Covar.
d. cap. 17. n. 6. verſ. undecimo, & verſic. tertio,
& quarto, aliud eſt cum de poſſeſſione conſtat, &
titulus, ſaltem præſumptus, aut coloratus allega-
tur, ut firmant de communi Menoch. de retinen.
poſſeſſ. remed. ult. n. 21. & 24. D. Præſes de Fran-
ch. 210. n. 4. D. Reg. Lanar. conſil. 27. n. 8. & op-
timè D. Reg. de Ponte conſ. 97. n. 19. cum ſeq. &
præſertim n. 26. poſt d. Capyc. deciſ. 13. 55. & 77.
96. 189. & 209.

In quo non multum laborandum, cum ſat, ſu- 171
perque ſit, ut mandatum obtineat per interdictum
uti poſſidetis, uti enim poſſidetis, ita poſſideatis, §.
retinendæ, & §. hodiè, inſtitut. de interdict. l. 1. §.
interdictum autem, ff. uti poſſidet. perpendit S. Rom. *
Rot. apud Ludoviſ. deciſ. 100. n. 5. deciſ. 160. n. 1.
deciſ. 323. n. 1. apud Card. Cavaler. deciſ. 42. n. 1.
deciſ. 150. in princip. deciſ. 182. ſub n. 4. & part. 2.
recent. deciſ. 238. n. 1. quodque de tempore litis
motæ exiſtenti in poſſeſſione manutentio conceda- 172
tur, referunt Poſtius de manutent. obſervat. 7. n. 8.
Duran. deciſ. 21. n. 1. p. 1. deciſ. 274. n. 1. p. 2. Coc-
cin. deciſ. 26. n. 1. in fin. deciſ. 378. n. 1. & deciſ. 477. *
n. 3. & fuit dictum in una Roman. Canonic. S. Marci
25. Februarii 1690. coram Cardinal. Pamphilio dec.
123. n. 1. & in una Neap. juris conferendi 26. No- *
vembris 1690. coram Manzanedo deciſ. 125. n. 2.
apud eundem Poſt. ad calcem d. tract. & ex tex. in
d. §. hodiè, Afflict. deciſ. 384. n. 2. Menoch. de
retinend. poſſeſſ. remed. 3. nu. 556. Tob. Non. conſ.
71. n. 1. tradit idem D. Laganar. in d. rub. de offic.
Bajul. n. 4. fol. 124.

Et in hoc poſſeſſorio ſummariiſſimo, vel etiam 173
ordinario retinendæ, is vincere, & obtinere de-
bet, qui probat poſſeſſionem tempore litis motæ.
Aliaque plurima, quæ de poſſeſſorio judicio di-
ſertiſſimè ſunt tradita, vide Illuſtr. D. meum Epiſ-
cop. Marant. p. 4. reſponſ.

174 Quamvis, ſi de cauſa poſſeſſionis, ſive titulo
Baro non doceat, quoniam in meris poſſeſſoriis
ſolummodo poſſidendi actus deſideratur, cumque
in mero facto conſiſtant, cauſa poſſidendi non ex-
ploratur, *l. ſciendum, ff. ex quib. cauſ. major. l.* 2.
*ff. ſi ſervit. vindic. Gloſ. Abb. & alii in c. quere-*
*lam de elect.* ſed ſolum id ſpectatur in his poſ-
ſeſſoriis, an agens quandoque poſſederit, *Cravett.*
*conſil.* 559. *n.* 6. *vol.* 4. & voluit idem *D. Reg.*
* *Galeot. d. l.* 1. *controv.* 14. *n.* 9. *& d. contr.* 51. *n.*
10. *&* 55. & judicatum refert *D. Reg. Lanar. con-*
*ſil.* 5. *n.* 12. 13. *&* 14.
175 Proinde, cum de nanciſcenda tantum poſſeſ-
ſione agatur, illam prætendens non habet neceſ-
ſe oſtendere ſe verum, legitimumque domania-
lium territoriorum intra fines feudi exiſtentium
dominum eſſe, quia non agitur de eorum domi-
nio, ſed de ſimplici poſſeſſione, cujus eſt capax
etiam ille, qui dominus eſſe non poteſt, ut de
hoc eſt optima theorica Evangeliſtæ feudorum,
*Andr. de Iſern. in cap. imperialem*, §. *illud*, ubi
poſtquam à *num.* 68. *verſ. ex his*, arguit, contra
tamen *poſt nu.* 70. *verſ. nam licet feudum* conclu-
176 dit poſſe feudum ad eum pervenire, & poſſideri,
quamvis non ſit capax ſucceſſionis, & dominii,
ibi, *dominium non tranſit, ſed poſſeſſio ſic*, reddit-
que rationem, quia poſſeſſio quid eſt facti, & ju-
re civili infirmari non poteſt, & *num.* 71. dicit
feudum à quolibet detineri poſſe quoad poſſeſſio-
nem, quia poſſumus poſſidere rem, cujus domi-
nium habere non poſſumus, *cap. dilecti* 12. *q.* 1.
idem *Iſern. in conſtit. violentias in fin. & in d.* §.
*illud poſt num.* 69. dicit hæc verba, *qui non poſ-*
*ſunt poſſidere, poſſunt tenere, ſicut aſinus tenet*
*barbam, quorum detentati dicitur naturalis poſſeſ-*
*ſio impropriè*, utque de filio ſpurio feudi om-
nino incapace refert *dec. Jo. Vincent. de Anna*
* *ſingul.* 535. ubi *Anna filius*, quod in feudi poſ-
ſeſſione fuit admiſſus de anno 1561. per R. C.
S. plura ad propoſitum poſt *Menoch. d. remed.*
*ult. num.* 18. *Plot. alioſque DD. D. Reg. de Pont.*
*deciſ.* 40. *num.* 37. *cum ſeq.* Adeoque ſavorabilis
177 jam quæſita poſſeſſio dicitur, ut nec Princeps
ſupremus ex poteſtate ordinaria poſſit tollere jus
* quæſitum d. poſſeſſionis, ut in ſpecie extat *dec.*
*per S. Rom. Rot. deciſ.* 99. *par.* 1. *in noviſ.* Princi-
pem contra poſſeſſorem non poſſe præſcribere, ut
ſublato jure poſſeſſionis, de petitorio cognoſcatur.
178 Uti requiritur in poſſeſſoriis admixtam cauſam
proprietatis habentibus, prout ſuſtinemus eſſe
caſum in *cap. Regni noſtri. Ex præſumptuoſæ*,
ubi decedente feudatario abſque legitima prole,
quæ aperto, claroque jure ad feudi ſucceſſio-
nem vocetur, ſi agnatus intendens ſuccedere,
petierit de feudo inveſtiri, niſi in promptu in-
fra annum à die mortis feudatarii de cauſa ſuc-
ceſſionis doceat, fiſci ſequeſtrum infra dictum tem-
pus faciendum, juxtà tradita per *D. Reg. Sanfelic.*
*deciſ.* 372. *n.* 10. *to.* 3. (ſecus ſi illud fieri diſtu-
lerit) impediri haud poterit, & in poſſeſſorio
adipiſcendæ obtinere, apertè hoc ex *D. Reg. de*
*Pont. de poteſt. proreg. tit. de regal. impoſit.* §. 6.
*à n.* 34. fundamus, inquit enim ipſe, eſſe de jure
179 prohibitam non ſolum ſequeſtrationem, ſed etiam
deſcriptionem, ſeu inventarium bonorum, dum
à principio de facto vult ad hoc procedi, de quo
latè, & eleganter per *Luc. de Penn. in l. litibus*,
*C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. poſt *Andream* latiſſi-
mè materiam pertractantem in *conſtitutione Regni*
180 *violentias*, ibique *Afflict.* non quando, ut *n.* 37. ſub-
dit, eſt notorium de jure, & non allegatur ali-
quid, ex quo jus præſumeretur, & in continenti
probare offerretur, ex latiſſimè traditis per *Iſern. in*
*cap. Imperialem*, §. *illud ante num.* 70. *de prohi-*
*bit. feud. alienat. per Frideric.* ſecundumque ſic
intelliguntur tradita per *Luc. de Penn. in l. quicum-*
*que, C. de fundis limit. lib.* 11. Ergo ad ſenſum *D.*
*Regentis*, facta in continenti de cauſa ſucceſſionis
oſtenſione, prætendens ſuccedere poterit in ju-
dicio poſſeſſorio adipiſcendæ obtinere, impedi-
endo fiſci ſequeſtrationem, ut *num.* 38. ſubjun- 181
git, dicendo, quod in dies ad inſtantiam fiſci vi-
demus in Regno citari poſſeſſores feudorum, cæte-
rorumque regalium ad titulum oſtendendum; ſed
non de facto ſpoliante, niſi in terminis de quibus
ſupra, & tametſi *num.* 39. tradat ex Andrea, ſupra 182
dicta omnia in morte feudatariorum eſſe per ſpecia-
le *c. Regni ex præſumptuoſæ* limitata: Per quod per-
mittitur fieri ſequeſtrationem in poſſe fiſci per mor-
tem feudatariorum, quando ſucceſſor non venit
ad ſucceſſionem claro, & aperto jure; tamen Tu 183
dic eſſe correcta in hoc tantum, ut fiſcus poſſit
occupare poſſeſſionem feudi, quando agnatus non
ſuccedit jure claro, & aperto, ex quo de facto, de
jure reperitur prohibitum, *ut ſupra*, non tamen
quoad modum in poſſeſſorio obtinendi, quaſi quod
licet per intendentem ſuccedere, aliquid non al-
legetur, debeat in feudi poſſeſſione immitti, dero-
gando fiſci detentionem; Idcircò ad finem obti- 184
nendi in poſſeſſorio hujuſmodi adipiſcendæ ali-
quid eſt de proprietate tangendum, not. *Bartol.*
*d. cap. in quadam apoſtilla ſua ſuper d. cap. ex præ-*
*ſumptuoſæ*, cujus meminit *Luc. de Penn. in l. fa-*
*cultas* 3. *colum. verb. conſtitut. C. de jure fiſci l.* 10.
qui in quadam apoſtilla, inquit, *quod cap. ex præ-*
*ſumptuoſæ, ex l. apud Julianum ff. eod.* fuit de-
ſumptum, *de Nigr. in d. cap. ex præſumptuoſæ*, *
*Afflict. deciſ.* 196. ita referens deciſum, *D. Reg. Tapp.*
*lib.* 6. *juris regni in comment. ad d. cap. tit.* 12. *per*
*tot. D. Joan. Baptiſt. de Thor. in addit. ad d. D. Reg.*
*de Ponte ubi ſupra.*
Quibus omnibus non minorem addit lapidem, 185
quod tradit *D. Card. Seraph. deciſ.* 1047. *num.* 10.
*tom.* 1. 23. an ſi poſſidenti obſtet præſumptio juris,
debeat ille manuteneri, & fædere diſtinctionis diſ-
ficultas ſedari poteſt, quæ talis eſt, aut quis vult
manuteneri contra ſuperiorem ſuum (ratione juris)
quod ad ſuperiorem regulariter ſpectat, & non de-
bet manuteneri, niſi doceat de titulo, aut verò con-
tra alium non ſuperiorem, & tunc, aut præter re-
ſiſtentiam juris, obſtat etiam vehemens præſum-
ptio, & non poteſt, niſi ſcilicet ut doceat
de titulo, aut vero non obſtat talis vehemens
præſumptio, & dari debet mandatum de
manutenendo, non obſtante quod jus reſiſ-
tat.
Nulla ſiquidem eſt difficultas, quin nos quoad 186
primum diſtinctionis membrum verſari, nempè ag-
natus adverſus ſuperiorem petit adipiſci poſſeſſio-
nem feudi, ſuper quo fundatam Rex habet inten-
tionem, cum contra fiſcum agit, ideò ante omnia
titulum habet oſtendere.
Eo magis quod dum agnato pro feudo obti- 187
nendo virtute dicti *cap. ex præſumptuoſæ*, detur
interdictum adipiſcendæ, in conſequentiam, ad
tituli exhibitionem, ſeù cauſæ poſſeſſionis adſtrin-
gitur, cum ad hoc ut habeat locum interdic-
tum adipiſcendæ, de titulo conſtare debeat,
etiam ſi inutilis ſit, quoniam ex titulo inutili par-
tium, voluntas declaratur & in puncto ſic cenſuit
*S. Rom. Rot. apud Verall. dec.* 107. *p.* 2. ut congerit *
*Ric. p.* 2. *coll.* 2179. qui in terminis dicti interdic-
ti eſſe cumulationi locum, dicit: cui opinioni
inhæret *D. R. Rov. dec.* 72. *num.* 74. & per
*tex.*



*tex. in l.* 3. §. *qui hoc interdicto ff. de itin. actuque*
188 *privato n.* 75. ſic firmavit, & in ſpecie obſervat
*Grat. t.* 2. *forenſ. diſcept. cap.* 238. *num.* 2. dicens,
quod etiam in iſtis poſſeſſoriis admittatur exceptio
defectus proprietatis, quæ facilè ſit liquidabilis,
*Rol. conſil.* 2. *n.* 35. *vol.* 3. cum aliis, de quibus per
*Peregr. de fideicommiſſ. art.* 48. *n.* 30.
189 Cum non ad merum factum, ſed ad jus quo-
que pertineat, imò jus quoddam eſſe definitur,
firmat idem *Grat. n.* 96. *ex Butr. in l.* 1. *de acquir.*
*poſſeſſ. per tex. in l. peregr. eod. tit. in cap. dilecto*,
*de verb. ſignif. Abb. in cap.* 2. *n.* 8. *de juram. ca-*
*lumn. Covarr. in regul. poſſeſſ. p.* 2. *in initio. n.* 1. *in*
*fin. de regul. jur. in* 6. in quo vindicat ſibi locum
exceptio illa, *dolo facias, quia petis, quod reſtitutu-*
190 *rus es*, not. idem *Grat. to.* 3. *c.* 642. *n.* 33. *& t.* 4. *c.*
731. *n.* 9.
191 Quod tamen idem *Grat. t.* 2. *cap.* 264. *n.* 40. 41.
*&* 42. intelligendum, inquit, ſi exceptio pro-
prietatis in continenti probari poſſit, ſecus ſi al-
tiorem indaginem requireret, prout declarat *Me-*
*noch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 353.
cum aliis per *Peregrin. d. artic.* 48. *à num.* 29. *uſ-*
*que ad n.* 32. *Oſaſc. deciſ.* 26. *num.* 2. *&* 23. *verſ.*
192 *ex præmiſſis.* Prout etiam è contra dicimus immiſ-
ſionem in poſſeſſionem impediri, quando excipi-
tur teſtatorem non potuiſſe teſtari, ſi talis proba-
tio in continenti offeratur, quaſi tunc obſtet
agenti poſſeſſorio, exceptio *dolo facies, &c.* ita
in ſpecie declarat *Angel. conſilio* 131. quem
ſequitur *Menoch. d. remed.* 4. *num.* 746. *q.* 87. *in*
*fin.*
193 Unde etiam exceptio dominii probati in conti-
nenti, vel probandi admittitur in poſſeſſorio Sal-
viani, *Put. deciſ.* 55. *l.* 2. *& dec.* 233. *l.* 3.
Præterquam quod cumulatio hujuſmodi poſſeſ-
194 ſorii cum petitorio ex turbiditate ipſiuſmet poſſeſ-
ſorii, fundatur in terminis *d. cap. ex præſumptuo-*
*ſæ*, ubi cauſa poſſeſſionis per agnatum propoſita
in ipſo judicio terminari non poteſt, ut conſide-
ravit *S. Rom. Rot. in una Vicen. Parochialis* 10. *De-*
*cembris* 1608. *coram R.P.D. Manzanedo*, quo in ca-
ſu admittendam eſſe cumulationem dixit, & à re-
gula juris recedendum, juxta *tex. in l. ordinarii, C.*
*de re judic. in l. incerti C. de interd.* & proſequitur
*Gloſſ. in c.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* teſtatur *Ca-*
*valer. deciſ.* 185. *n.* 3. *deciſ.* 284. *n.* 1. *&* 4. *dec.* 484.
*& deciſ.* 507. *n.* 3.
195 Confirmatur ex his, quæ notabiliter tradit *Bald.*
*conſ.* 295. *incip. ad evidentiam vol.* 3. ubi ſi quis
auctoritate magni Prætoris, id eſt Principis à
poſſeſſione fuerit expulſus, illaque fuerit vero Do-
mino tradita, non poteſt agere poſſeſſorio, quia
Princeps non tenetur ſervare ordinem juris, *cap.*
*de cauſis de re jud.* cum ſit ſupra jus ad *tex. in l.*
*digna vox, C. de legib. Ill. D. meus Epiſcop. Ma-*
*rant. p.* 2. *reſponſ.* 26. *n.* 51. ut fuit, prævia Regis
* Roberti ſententia, determinatum ſuper Comitatu
Sancti Severini, ubi conſtito, quod primogenitus
filius primogeniti debebat ſuccedere, Dux Cala-
briæ ſpoliavit patruum, & dedit Comitatum ipſi
nepoti, & patruus egit ſpolio, & non fuit auditus
*Oltrado patrocinante, ut ex ejus allegat.* 234. *inci-*
*pient. iſtæ ſunt allegationes.*
196 Principis auctoritate agnati omnes, qui ignorante
Regia Curia intrant feudi poſſeſſionem, ſunt ipſo
facto de feudo ſpoliati, & fiſco applicatur, ſi aper-
to, claroque jure ad feudum ipſum ſuccedere non
valeant, cum dubitari non poſſit, quin hoc *cap.*
ſit Principis lex, ut ex inſcriptione patet, & aper-
tè tradit *Iſern. in cap. Imperialem*, §. *illud num.*
700. *de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* his
loquens, *Iſtis rationibus fuit ordinatum per Regem, ut*
*qui de jure ſcripto non ſuccedit, feudatario mor-*
*tuo, in feudo, ſi curia, ignorante (ad quam devol-*
*vitur) intret poſſeſſionem intra annum, poſſeſſio*
*non valet ei: quando curia accipit jure ſuo intra*
*annum, nec talis ſpoliatus petet reſtitutionem, & è*
*contra quando defertur ſucceſſio privato, ſi curia*
*præoccupet, argum. d. cap.* 2. *in fin. ſed hoc eſt va-*
*lidum propter ordinationem Regis, qui poteſt de no-*
*vo legem condere*, eumque ſequendo idem fun-
davit *de Nigris d. cap.* 20. dicens, quod hoc fuit 197
ordinatum per Regem, qui habet poteſtatem le-
gis condendæ, quam ſervandam dicit idem *D.*
*Reg. de Ponte ubi ſupra d.* §. 6. *ſub num.* 39. *in fi-*
*ne*, & ante eum notavit *Afflict. in conſtit. Regni*
*violentias num.* 14. Proinde intendentes adverſus 198
fiſcum pro feudo ipſo agere petitorio, non poſſeſ-
ſorio uti debet, ut idem *de Nigris*, inquit, ver-
ba *Andr. ubi ſupra* recitando (illis verbis) quod
fuit in hoc *cap. ſtatutum*, ut qui de jure ſcrip-
to, & claro, apertoque jure non ſuccedit feu-
datario mortuo, ſi hæres, ſeu alius intret poſſeſ-
ſionem feudi, ignorante Regia Curia, ad quam
feudum devolvitur infra annum, poſſeſſio non valet,
nec ei prodeſt, quin curia infra annum jure ſuo ac-
cipiat, & ſequeſtrum faciat, nec talis ſpoliatus petit
reſtitutionem, *n.* 21. concludens. Et ideo hæres 199
feudatarii, ſeu alius, qui prætendit feudum ad
ſe ſpectare, poterit probare, quod de jure ſcri-
pto, & claro, apertoque jure feudum pertinet ad
ipſum, vel poterit probare per privilegia de con-
ceſſione feudi, vel aliter donationem, & conceſ-
ſionem feudi præſumptam, quam probabit ex poſ-
ſeſſione, & ſervitii præſtatione per triginta annos,
juxtà materiam *cap. ſi quis per triginta, ſi de feud.*
*fuerit controv. inter dom. & agnat.* vel probando
legitimam præſcriptionem, vel aliter de jure ſuo
probabit, & tali caſu, probato vero jure, & ti-
tulo, & quod ad eum ſpectat feudum, recupera-
bit poſſeſſionem, & feudum, ut latius per *Andd.*
*loc. cit.*
Cæterum neque tale ſequeſtrum, Judicis de- 200
cretum requirit *D. Reg. Galeot. reſponſ. fiſcal.* 12.
*num.* 422. *& ſeqq.* ubi plura ad ornatum hujus *ca-*
*pituli* tradit, & *lib.* 1. *controverſ. controv.* 24. *num.*
57. Aliaque multa de limitatione ejus diſpoſitio-
nis vid. *Ricc. collect.* 367. *p.* 2. *& collect.* 2319. 201
*p.* 6. præſertim cum diſpoſitio *d. c.* ſit exorbitans
à jure communi, quo attento nemo tenetur ti-
tulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere, ut Imperat. *Ar-*
*cad. & Honor.* loquuntur in vulg. *l. cogi C. de petit.*
*hæreditat.* ibi, *cogi poſſeſſorem ab eo, qui expetit,*
*titulum ſuæ poſſeſſionis dicere, incivile eſt, Gloſſ. in*
*cap. beneficium de regul. jur. in* 6. idem *Iern. ubi*
*ſuprà Jo. Vinc. de Anna alleg.* 1. *n.* 15. *Alphan col-*
*lect.* 1184. idem *Ricc. collect.* 61. *p.* 1. *& collectan.*
1817. *p.* 5. *Jo. Mar. Novar. de Gravam. vaſſallor. Gra-*
*vam* 401. *nu.* 2. *t.* 1. *Jacob. Novell. regul.* 217. &
in feudalibus tantùm procedit, ut not. *de Nigr.* 202
idem *c. n.* 9. & dixit idem *Novell. d. regul.* 27. *n.* 1. Af-
firmavitque *Socin. in regul. jur. collect. regul.* 40. *fol.*
54. *à ter. Capiblanc. in pragm.* 9. *de Baron. n.* 27. Non
autem in ſubfeudis, aliiſque juribus non feudalibus,
ut refert deciſum idem *D. Reg. Pont. ubi ſup. n.* 42. *
*qui n.* 43. ſic in praxi ſervari teſtatur. *D. R. Rov.*
*dec.* 72. *n.* 77. *D. Reg. Sanfel. deciſ.* 372. *n.* 12. *t.* 3. 203
cùm in exorbitantibus non detur extenſio. *Everard.*
*in topic. loco à ratione legis ad extenſ. ex n.* 41. *cum*
*ſeq.* proinde ſequeſtrum ex regulis juris feudorum,
& Regni, non civilis, vel canonici fieri dicitur, 204
*Conſ. de Georg. in rep. feud. c.* 52. *n.* 3. ubi alia ad orna-
tum tradit, præſertim *n.* 28. ubi tituli requiritur ex-
hibi-

hibitio, prout DD. communiter tradiderunt, ita
limitando *tex. in d. l. cogi*, *Afflict. dec.* 265. ubi
*DD. Addentes D. Reg. de Pont. ubi ſup. num.* 38.
*Ricc. d. collect.* 61. & 1817. qui varios enucleat
caſus, *Jo. Mar. Novar. d. Gravam.* 401. *numero*
5. & 6. diffuſè *Camill. de Larath. in ſuo feudal.
theat. t.* 2. *p.* 10. *dilucid.* 75. *numero* 5. & 6. *Pe-
regrin. de jur. fiſci lib.* 7. *cap.* 3. hoc extendens
207 etiam in regalibus, dum inquit *tex. in d. l. cogi*,
*C. de petit. hæredit.* locum non habere in haben-
tibus aliquam rem in feudum, & in eo, qui poſ-
ſidet regalia, ut teneatur ad petitionem procura-
toris fiſci titulum oſtendere, quod ante eum per-
pendit *Afflict. in d. cap. Imperialem* §. *illudque
numero* 34. *in fin.* & *ſeq. Luc. de Pen. in l. qui-
cumque* §. 2. *C. de fund. limitroph. lib.* 9. quem re-
fert, ſequiturque *Capyc. in inveſt. feud. cap. feudo-
rum editiones col.* 3. §. *limita* 1. &c. *fol.* 181. *Rol.
à Valle conſil.* 89. *num.* 24. *lib.* 2. idemque etiam
208 ponderat idem *Rovit. ubi ſup. d. numero* 73. & ma-
giſtraliter omni ævo deſcribendum ſic docet Ex-
cellentiſſimus ille J. C. memoriæ ſemper recolen-
209 dæ *D. Præſes Franciſcus Merlinus t.* 2. *forenſ. con-
troverſ. cap.* 27. *numero* 33. quòd ſicuti in bene-
ficialibus requiritur titulus, ita in juriſdictionali-
bus, & in feudis, quemadmodum, antiquiori-
bus relatis, in puncto differit ex *Alciat. conſil.*
408. *Surd. conſil.* 166. *numero* 30. & 31. *Meno-
chius*, poſt alios *reſponſ.* 2. *in d. cauſa Tinar. ar-
tic.* 2. *numero* 23. & genericè in profanis tenent
*Abb. Anton. de Butr. Socin. Præpoſ.* & *Alex.* re-
lati per *Ant. Gabriel. commun. concl. lib.* 5. *concl.*
1. *numero* 101. *de reſtit. ſpoliat. Caroc. de ſequeſtr.
p.* 1. *q.* 6. *numero* 18. & 19. *Borell. in ſumm. de-
ciſ. tit.* 2. *de atten. append. ſub numero* 77. quic-
quid contrarium ſentire videatur *Jo. Vinc. de Ann.
alleg.* 79. loquitur enim ipſe (ut ſatisfacit idem *D.
Præſes Merlin. t.* 1. *cap.* 13. *numero* 47.) illi cau-
ſæ inſerviens, contrà authoritates ſuperiùs addu-
ctas, quibus addo *D. Reg. Tap. in comment. ad
Conſtitut. Reg. inter multos numero* 9. *ſub tit. de
offic. procurat. Cæſar.* alioſque per *d. D. Præſid.*
cumulatos, qui etiam ad oppoſita per *Capiblanc.
reſpondit.* Cæteraque de prædicti *capituli ex præ-
210 ſumptuoſæ*, materia affatim D. Joſue à Micangelo
felicis memoriæ J. C. Illuſtriſſimus, totiuſque feu-
dalis materiæ ærarium, in ſua doctiſſima admi-
rabilique *repetitione in* 2. *p. ejus feudalium qq.*
inſita, ut nunciavit mihi D. Franciſcus à Mican-
gelo Legum Doctor ſapientiſſimus filius digniſſi-
mus, quamprimum adjuvante Deo per ipſum-
met typis tradendarum, ubi affabrè de poſſeſ-
ſorii, petitoriique materia, numque in feudis ip-
ſamet à cauſa proprietatis diſtincta dentur.

211 Item in poſſeſſorio juriſdictionis, ut ſi Baro,
qui juriſdictionem feudi fuerit adeptus, exerci-
tium ejus ultrà feudum, quoad paſcua publica
intrà confines feudi exiſtentia extendere optaret,
lite pendente in judicio manutentionis haud po-
terit obtinere, donec juriſdictionem ad ſe ſpe-
ctare, etiam quoad paſcua publica de jure con-
ſtiterit, per tituli ſcilicet exhibitionem, ſecun-
dum *Bald. in l.* 2. *C. quomod.* & *quand. jud. Dec.
conſil.* 61. *Afflict. deciſ.* 175. *numero* 87. *Foller. in
prax. cenſual. verb. hujuſmodi numero* 110. *Maſ-
card. de probat. concluſ.* 179. *numero* 36. in ſpe-
cie hoc expreſſit *Joann. Faber.* §. *retinendæ num.*
33. *verſ. item nota. inſtit. de interdict.* quem ſequi-
212 tur *Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *numero*
540. quod interdictum uti poſſidetis, non datur
ei, cui reſiſtit jus, contrà eum, qui ſe fundat
de jure, niſi probet titulum, prout ex *Menoch.*
advertit *Peguer. deciſion.* 246. & obſervat *Aven-
dan. de exequen. mand. cap.* 4. *p.* 1. *numero* 15.
quod quando agitur iſto interdicto uti poſſidetis, 213
indiſtinctè admittitur exceptio dominii, ut in *l. ſi
de eo, ibique Paulus*, & *communiter DD. ff. de
acquir. poſſeſſ.* in propriaque juriſdictionis materia
*D. Reg. Tap. in rubr. de conſtit. Princip. cap.* 4.
*num.* 11. quod quilibet prætendens juriſdictionem
in aliquo Regni loco, debet neceſſariò probare 214
titulum ipſius, alioquin ſuccumberet ex ſola præ-
ſumptione juris (quod ex quo intrà fines ſint
feudi exiſtentia, pariter quoad juriſdictionem in
eis fundet intentionem) quæ Regem comitatur,
ipſique aſſiſtens eſt, cum omnia quoad juriſdi-
ctionem ei ſubjecta dicantur niſi exempta pro-
bentur, ſic tenet *Afflict. in cap.* 1. *de controv.
inveſtituraque*, & *in Conſtitut. Regni, ſi dubitatio.*
cum multis aliis relatis per *Azeved. ad d. l.* 2. *tit.*
1. *lib.* 4. *numero* 2. *nov. compilat. Maſtrill. lib.* 3.
*de magiſtrat. cap.* 2. *numero* 11. & 17. *Anton. Pa-
dilla in l. altius, C. de ſervit.* & *aqua. numero* 4. 215
& 6. facitque, ut, cum agatur de juriſdictiona-
libus, quæ ſolent ab ipſo Rege concedi, vel
aliud quid ſimile, præſumptio ſit contrà poſſi-
dentem, & unuſquiſque teneatur oſtendere titu-
lum ſuæ poſſeſſionis, tradunt *Gloſſ.* & *DD. in
c. contrà morem* 100. *diſtinct.* per privilegium
Principis ſupremi, vel per immemorabilem, cu-
jus vigore illud allegari poſſet, *Card. de Luca
tit. de feud. diſc.* 132. *numero* 14. *lib.* 1. *in Sup-
plement. p.* 1. *Luc. de Pen. in l.* 2. *C. de fundis li-
mitroph. lib.* 11. qui notabiliter docet, quod, ſi 216
aliquis reperiatur regalia in terris demanii poſſi-
dere, cogendus erit illa dimittere, niſi privi-
legium legitimum oſtendat, *Gram. conſil.* 9. *Pere-
grin. de fideicommiſſ. art.* 52. *numero* 139. *Maſ-
card. de probat. concl.* 1377. *num.* 32. *Capiblanc.
in pragm.* 11. *de Baron. numero* 50. quin etiam
poſſeſſorem poſſe tali juriſdictione ſpoliari, ſi, fa- 127
cta monitione, titulum non oſtenderit, *Reg. de
Pont. conſil.* 40. idem *Capiblanc. tit.* 1. *de Baron.
cap.* 77. *num.* 20. *Grat. forenſ. diſcept. cap.* 431.
*numero* 14. ſuper quo dicto videatur *Card. de Lu-
ca* illud multipliciter, & doctè declarans *in tit.
de feud. diſc.* 40. *numero* 2. & *diſc.* 43. *à numer.*
13. *lib.* 1. *tit. de regalib. diſc.* 138. *numero* 3. *diſc.*
171. *ex numero* 8. *diſc.* 174. *à numero* 2. & *diſc.*
178. *à numero* 6. *lib.* 2. ea ſcilicet ratione, quia 218
præſumptio juris transfert onus probandi ad reum,
*l. ſive poſſidetis, C. de probat. ubi Gloſſ. Cutell. de-
ciſ.* 1. *orat.* 1. *numero* 10. & 11. ubi ponit praxim;
& *orat.* 4. *numero* 9. Siquidem, cum hæc ſit poſ-
ſeſſio turbans Regii Fiſci poſſeſſionem, poſſiden- 219
tem quippè non juvat, niſi de titulo doceat jux-
tà ſingularem *Bald. doctrinam in l. vis ejus, C. de
probat.* qua attenta ſic per S. C. judicatum refert *
*Cap. deciſ.* 77. *numero* 3. *Grammat. deciſ.* 81. *nu.*
12. *Cacheran. deciſ. Pedemont.* 34. *Dom. Reg. Ro-
vit. in pragmat. de feud. numero* 34. & *ex Petr.
Hun. Avend.* fundavit *Covar. practicar. qq. cap.*
1. *numero* 9. *in fine*, quod, qui dixerit, ſe ju-
riſdictionem aliquam habere aliquo in loco, Ci-
vitate, vel Villa exercendam, id plane optimè
probare debeat, ſi velit obtinere, alioquin ſuc-
cumberet ex ſola præſumptione juris, quæ Regi
omnino ſuffragatur.

Juriſdictionis quippè ea eſt qualitas, & natura, 220
ut nè præſumatur, niſi probetur, apertiſſimè *In-
noc. III. in Cap. cùm in jure peritus* 31. *de offic.
delegat.* qui ſequentibus Boiacenſ. Epiſcopo ſciſ-
citanti reſp. *ſuper quo tibi hujuſmodi damus reſ-
ponſum, quòd niſi de mandato Sedis Apoſtolicæ
certus*



*certus extiteris, exequi non cogeris, quod manda-
tur.* ſequitur *gloſſ. ibidem* vero *ſuper mandato. l.*
1. *ubi Bald. C. de mandat. Princip. Federic. de
ſen. conſ.* 130. *numero* 2. perpendit *S. Rom. Rot.
deciſ.* 19. *de præben.* adducta per *Card. Creſcent.
deciſ.* 13. *de conceſſ. præben.* per quam ſic dictum
* fuit in una Carthaginen. translationis penſionis
19. Junii 1666. coram R. P. D. Manzanedo apud
*Marcheſan. de commiſſ. par.* 1. *fol.* 638. *dec.* 43.
*numero* 2. & in una *Tuden. Benefic. de Roſel. De-
cembris* 1594. *coram R. P. D. Penia* apud eun-
dem *deciſ.* 52. *numero* 1. & *ſeq.* apud *Card. Ca-
valer. deciſ.* 644. *num.* 1. & apud *Duran. deciſ.* 6.
*num.* 1. *p.* 1.

221 Quemadmodum de qualitate feudali, quæ,
cum ſervitutem ſapiat, non præſumitur, niſi
probetur, ut diffuſè deduximus nos ſuprà *num.*
150. *cum ſeqq.* quibus addo, *tex. in cap.* 2. *ſi de
feud. defunct. milit. Afflict. deciſ.* 129. *numer.* 1.
*Capyc. in inveſtitura feudal. verbo, feuda Allo-
dialia col.* 2. *Cancer. p.* 1. *variar. cap.* 9. *num.* 29.
Eundem *D. Montan. de Regal. verbo Poteſtas
conſtituendorum fol.* 140. *ſub numero* 20. *in fine*,
& *verbo Argentariæ fol.* 263. *numero* 11. Quo-
222 niam de Regalibus Supremi Principis eſſe dicitur,
id eſt Regis privativè ad ſubditos ex *text. in l.* 1.
*ff. de offic. præfect. prætor.* & *in l.* 1. *ff. de conſti-
tutionibus princip.* mediatè ex Dei conceſſione,
quatenus, *omnis poteſtas à Deo eſt*, ut *Apoſto-
223 lus*, inquit, ad *Roman.* 13. ibi *Omnis anima po-
teſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim
poteſtas, niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo or-
dinata ſunt.* & ad *Tit.* 3. ibi *Admone illos prin-
cipibus, & poteſtati ſubditos eſſe*; & nos docet
Supremus ille Rex Regum Chriſtus Dominus
*Joann.* 19. ibi *Non haberes poteſtatem adverſum
me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper.* & *D. Pe-
trus* 1. 2. teſtatur *ibi ſubjecti igitur eſtote omni
humanæ creaturæ propter Dominum, ſive Regi,
quaſi præcellenti*, à quo cunctis rebus fuit præ-
poſitus. *Geneſ.* 1. 28. *ibi Dominus Deus Adæ pri-
mo parenti omnium animantium Imperatori* (ait)
*creſcite, & multiplicamini, & replete terram, &
ſubjicite eam, & dominamini piſcibus maris, &
volatilibus Cœli, & univerſis animantibus, quæ
moventur ſuper terram.* de qua re videndus eſt
*Covar. practic. qq. cap.* 1. *numero* 6. qui animad-
vertendum, inquit, hæc omnia eſſe intelligenda
de poteſtate civili, non ſpirituali, cùm ſpiritua-
lis à Deo ipſo ſupernaturaliter immediatè proceſ-
224 ſerit, de qua ſpirituali poteſtate doctiſſima, ele-
gantiſſimaque adeſt *reſponſio* 2. *p.* 4. *Illuſtr. D.
mei Epiſcopi Marant. not. DD. Reg. Valenzuel. in
aureo illo tract. contrà Venet. p.* 5. *à numer.* 225.
*fol.* 309. *Tap. in comment. ad conſtitut. Regni,
poſt Mundi Machinam, lib.* 1. *juris Regni numer.*
21. *Dominus Præſes Merlinus tom.* 1. *forenſ. con-
trov. cap.* 13. *n.* 6.

225 Immediatè verò ex collatione ipſi à populò
facta, ut *J. C. Ulpianus* loquitur *lib.* 1. *inſtit. in
d. l.* 1. *ff. de conſtit. Princip. Quod Principi pla-
cuit* (inquit) *legis habet vigorem.* utpotè cum
lege regia, quæ de Imperio ejus lata eſt, po-
pulus ei, & in eum omne ſuum Imperium, &
poteſtatem contulerit, cujus verba exponit ibi-
dem *gloſſ. Imperio.* Transferendo de populo ad
principem. *Ei*, id eſt, ad ejus honorem. *In eum*,
id eſt, ad ejus onus, ut ſuſtineat onus condendi
jura. *Imperium.* Merum, & mixtum. *Poteſtatem.*
id eſt, Juriſdictionem. *Contulerit.* & tranſtulerit
abdicativè à ſe, exponit *Andreas in proœm. con-
ſtit. Regn. col.* 3. nec longè ab hoc ſenſu abiit
*Aurelius Archadius Chariſius magiſter libellorum
lib ſingul. de offic. præfect. prætor. in d. l.* 1. *ff. de
offic. præfect. prætor.* ut idem *D. Præſes Merlin.
ſubnectit numero* 9. & notat *Camill. de Larath. in
ſuo theatro feudali tom.* 2 *dilucid.* 38. *p.* 11. *nu.*
8. *in fin.* ut de Regalibus itaque nulli dubium eſt
ad ipſum pertinere. *Covarr. pract. quæſt cap.* 4.
*numero* 2. *Pereyr. de manu Regia tom.* 2. *lib.* 2.
*tit.* 1. §. 16. *cap.* 37. *numero* 3. *Afflict in conſtit.
Regn. quia frequenter numero* 13. *D. R. de Pont.
dec.* 2. & *conſ.* 30. *numero* 13. *lib.* 1. *Larath. ubi
ſuprà, latiſſ. D. Montan. in tract. de Regal. in
prælud. q.* 2. *ſub numero* 3. *ubi numero* 4 rationem
reddit, quod non ex alio ad Regem ipſum Re- 226
galia pertineant, niſi quia Regna ſunt de jure
gentium, *Reg.* 1. 8. & cauſa præſtationis Rega-
lium concurrit in quolibet regnante, ut dictum
eſt ſuprà ampliatione 2. etiam in Regibus reco-
gnoſcentibus ſuperiorem; nam eo ipſo quòd eri-
gitur Regnum, Regalia uti annexa Regno ac-
quiruntur Regi, *Bald.* & *Martin. de Laud. in
hoc text. Regner. Sixtin. in tract. de Regal. lib.* 1.
*cap.* 4. *numero* 18. *Ferrar. Montan. de feud. lib.*
5. *cap.* 7. *verſ. igitur. Andreas in proœm. conſtit.
col.* 22. *verſ. ſi transfertur Imperium*, & *col. pen.*
hæc ipſe, & *q.* 3. *ſub numero* 3. *in fine*, & *in ver-
bo mulctarum à numero* 1. & *in verbo poteſtas con-
ſtituendorum n.* 1. & 18. & *in tract. de Regal. offic.
n.* 76. *D. Reg. Rovit. conſ.* 72. *n.* 8. *vol.* 2. *D. La-
ganar. in add. ad comment. Dom. Reg. Rovit. in
pragm.* 3. *n.* 28. *de ordin. judic.*

Quin imò oſſibus Supremi Principis juriſdictio- 227
nem hujuſmodi firmiter inhærere dicitur ad in-
columem ſervandam ſibi debitam reverentiam in
ſupremi dominii ſignum, ut perpendit idem *Dom.
Præſes Merlin. d. controverſ.* 72. *numero* 9. & an- 228
te eum idem *Larath. d. dilucidat.* 38. *numero* 6.
dicens, quòd hæc juriſdictio eatenus apud Prin-
cipem eſt, ut, licèt alteri ab eo concedatur, ta-
men ſemper inhæret oſſibus concedentis jure ſu-
perioritatis, & in eo tanquam in origine ſerva-
tur, ut dixit *Anchar. conſ.* 310. *Cacher. deciſ.*
30. *numero* 6. & naturaliter penès ipſum reſide- 229
re, veluti in fonte, à quo fluit poteſtas, & ju-
riſdictio, prout flumina à mari, per reſcripta,
& conceſſiones, *Bald. in cap. un.* §. *ad hæc col.*
2. *verſ. nota hìc*, & *col.* 1. *verſ. ex præmiſſis*, &
*in l. qui ſe patris, C. unde liberi, Iſer. in cap.* 1.
*verbo poteſtas creandorum, quæ ſint regal. Bellug.
in ſpeculo Principum rub.* 22. *numero* 1. *Suarez
Alleg.* 7. *numero* 1. *Molin. de primogeni. cap.* 25.
*numero* 12. *Covar. d. cap.* 1. *numero* 9. *D. Regens
Valenz. conſ.* 200. *numero* 30. *vol.* 2. idem *Mont.
ubi ſuprà verbo bona vacantia ſub numero* 4. *in fin.
D. Præſes Merlin. d. cap.* 13. *numero* 9. *tom.* 1.
*Aliique*, quos congerit idem *Larath. ubi ſuprà n.*
3. & 7. *D. Reg. Sanfel. deciſ.* 72. *numero* 17. *lib.*
1. *Laganar. ubi ſup. in rub. de feud. num.* 3. *Rota
in recent. dec.* 639. *n.* 23. *p.* 18. *tom.* 2.

Adeò quòd de Regalibus primi capitis erit cen- 230
ſenda, ut ponderat *Covar. d. cap.* 1. *ſub n.* 9. *verſ.
Secundo hæc, in fine*, firmavitque ex *Bald. Abb.
Alex. Aliiſque, Cutel. d. deciſ.* 1. *orat.* 1. *numero*
3. & 7. quos omnes recenſet idem *D. Præſes Mer-
lin. d. cap.* 13 *numero* 12. Quod namque hujuſ-
modi ſint majora Regalia, videas idem *Larath.
tom.* 2. *dilucid.* 42. *p.* 11. & *tom.* 1. *dilucid.* 12.
*p.* 2. ſciens, quòd minora reſpicientia potiùs ma-
teriam burſalem, quàm honorificam, penès Ba-
ronem, ſeù feudatarium reſidere poſſunt. *Card.
de Luca tit. de feud. diſc.* 64. *ſub numero* 6. *lib.*
1. & *tit. de regalib. diſc.* 168. *ex numero* 7. *lib.*
2. &

2. & licet in *text. in d. cap.* 1. quæ ſint regalia,
juriſdictio formaliter non enumeretur, attamen
virtualiter in poteſtate illa creandi ad juſtitiam
Magiſtratus, quæ inter majora regalia numeratur,
eſt expreſſa *Peregrin. de jure fiſci lib.* 1. *cap.* 1.
*numero* 10. *Cujac. d. cap.* 1. *quæ ſint regal. Vulte-
jus de feud. cap.* 5. *Larath. ubi ſuprà numer.* 13.
232 Quibus haud dubium eſt juriſdictionem, & Impe-
rium pro juſtitia expedienda competere, ſunt enim
Magiſtratus in poteſtate ad *tex. in l. eum qui ff. de
juriſdict. omn. judic.* quoniam Rex creando Ma-
233 giſtratus, pariter eis juriſdictionem tribuit, ex
quo ad civiles, vel criminales cauſas conſtituit,
idcirco penès ipſum juriſdictio omnis, Imperium-
que reſidet ad *text. in l. nemo plus juris, ff. de
regul. jur.* nam & ipſe Supremus eſt Magiſtratus
Regum, *d. cap.* 1. 8. *ibi da nobis Regem, qui
judicet nos: & Divus loquitur Apoſtol. ad Rom.*
13. ibi *Dei miniſter eſt vindex in iram ei, qui ma-
lum agit.* quod advertit idem *Montan. d. §. mul-
ctarum ſub numero* 2. & ſequentibus, loquens Re-
galia in *text. noſtro* non eſſe numerata taxativè,
ita quod præter expreſſa in *text.* non ſint alia
Regalia: dum aliunde poſſunt deduci, ſcilicet
ex jure Romano, à quo plura *DD.* deduxerunt,
ut *Chaſſan. in catalog. glor. mund. p.* 5. *conſiderat.* 24.
*Afflict. in text. noſtro in princip.* ſic ipſe.

234 Proinde ea Principibus ſuperiorem recognoſ-
centibus haud debetur, docent *Cancer. par.* 2.
*variar. cap.* 2. *ſub numer.* 113. *Montan. in prælud.
dict. quæſt.* 2. *ſub numer.* 4. *Laganar. in d. rub. de
feud. numero* 2. cum in his, quæ de regalibus
ſunt, juris reſiſtentiam habeant, probat idem *La-
ganar. in d. pragm.* 1. *de offic. Bajuli in verſ. uſ-
que ad numer.* 22. *numero* 7. 8. & 10. uti à ſimi-
li de clericis dicitur, qui, cum reſiſtentiam juris
235 communis, & municipalis habeant, juriſdictio-
nem volentibus exercere, titulum exhibere tenen-
tur, declarat *Felin. cap. licet Heli. numer.* 15.
*verſ.* 4. *de ſimon. per tex. expreſſum in cap. ordi-
narii, de offic. ordinar. in* 6. ſequiturque *Maſcard.*
236 *de probat. concluſ.* 1377. *numero* 10. Niſi ſpecia-
liter ei fuerit conceſſa, ut ex Imperiali lege ca-
vetur in *d. cap.* 1. *Quæ ſint Regalia*, ibi, *niſi quæ
ſpecialiter quibuſdam conceduntur*, & in *Conſtit.
Regni, Ea quæ ad ſpeciale decus.* ſic probant *An-
dr. in prælud. Conſtitut. Reg. col. pen. & fin. & in
d. Conſtit. Ea quæ, Afflict. in Conſtit. in locis de-
manii, numero* 6. *& deciſ.* 122. *Joann. Vincent.
de Ann. alleg.* 29. *numero* 15. *& alleg.* 52. *Petr.
de Gregor. par.* 7. *q.* 3. *Garſ. Maſtrill.* relati per
eundem *Petr. de Gregor. de Magiſtrat. lib.* 4. *c.*
16. *numero* 11. *& lib.* 1. *c.* 14. *numero* 6. hunc-
que in modum præd. verb. *text. in d. cap.* 1. *quæ
ſint Regal.* intellexit *Cancer.* ex aliis comprobans
opinionem hujuſmodi *lib.* 2. *variar. cap.* 2. *num.*
125. tametſi Caſtrum fuerit conceſſum cum om-
nibus Regalibus, *Capiblanc. in prag.* 8. *numero*
88. *par.* 1. *de Baronib. Gallup. in meth. feud. par.*
1. *cap.* 3. *numero* 24. *&* 25. *Larath. de dilucid.*
98. *par.* 11. *numero* 4. *Joann. Jacob. Annichin. in
ſuis lucubrationib. reportatis* per *D. Joan. Mar.
Novar. in* 3. *t. de Gravamin. vaſſall. gravamin.* 27.
quem refert, ſequiturque *D. Reg. Capyc. Latr.
conſult.* 2. *numero* 1. 2. *&* 3. *t.* 1. & in terminis *d.
Conſtitutionis, Ea quæ,* ſic conſuluit *D. Marcell.
Marian. conſ.* 48. *ſub numero* 4. *t.* 2. quòd in Re-
237 gno nemo exercere poteſt juriſdictionem, niſi ex
ſpeciali privilegio Regis, apertiſſimis verbis in ter-
minis *d. Conſtitutionis, Ea quæ,* firmavit idem
*Præſes Merlin. d. cap.* 13. *ſub numero* 95. quòd
res, quæ ſpeciali jure ad Regem pertinet, ab
eo non niſi per ſpecialem conceſſionem ſeparari
poteſt.

Cum illius ſit Regalium generis, quæ poſſunt 238
in alium transferri, uti ſeparabilia à corona, Re-
giſque perſona, non autem, quæ ſunt ab ejus
diademate Regio inſeparabilia, de quibus la-
tiſſimè agit idem *Montan. de regalib. in prælud.
q.* 3. *à numero* 6. quem refert, & ſequitur idem
*Laganar. in dict. rub. de feud. numero* 4. fir-
mavitque *Cancer. p.* 2. *variarum cap.* 2. *numero*
124. cum dixit, Regalia verò, quæ non com-
petunt Principi in ſignum ſupremæ juriſdictio-
nis, ſed tantùm Principi reſervata in ſignum 239
ſupremæ ſuæ dignitatis; ita ut nullus alius, præ-
ter Principem, ea exercere valeat, *de quibus per
eum*, ſunt conceſſibilia, ut not. *Suar. in d. cap.
ſi vero aliqui allodiarii, numero* 38. *Jacob. Cal. in
Prœro. mili. num.* 27. *Bellug. in ſpecul. Princip.
rub.* 22. *§. & quia nu.* 40. 41. *Vincent. de Franch.
deciſion.* 125.

Rationem excipe ab eodem *Montan.* qui, poſt- 240
poſita *Iſerniæ* ratione, *in prælud.* inquit, quòd
Regalia ſunt de natura Regni, & ideo di-
cuntur Regalia, eſt enim proprium Regis ha-
bere Regalia, nimirum ſi conceſſo Regno tran-
ſeant Regalia, quod deficit in Comitatu, Du-
catu, aliiſque feudis dignitatum, quæ non ha-
bent pertinentias, niſi quatenus à concedente,
vel conſuetudine ſit eis præfixum, & conceſ-
ſum. *Innoc. in d. cap. cum ad ſedem, Oltrad.
conſ.* 174.

Ex quibus rejicienda videtur ſententia illa, 241
v. 3. Demanialia omnia territoria intrà fines feu-
di exiſtentia, quoad juriſdictionem univerſalem
eſſe in Baronis dominio, non autem reſpectu
dominii directi, & utilis, quam ſequuntur *Soc-
cin. conſil.* 29. *vol.* 3. *verſic. aliquando, Hoſtienſ.
in cap. ſi diligenti, ubi Abb. de præſcript. Guid.
Pap. ſingular.* 661. *Afflict. deciſ.* 267. *numero* 4.
*Boer. ſing.* 44. *Anton. Gabriel. commun. concluſ.
concluſ.* 9. *Covar. in regul. peccatum §.* 1. *p.* 2.
*numero* 8. *de regul. jur. Jacob. Maur. alleg.* 16.
*numero* 7. *per tot. alleg.* 35. *numero* 5. *& alleg.*
62. *numero* 4. *Cancer. p.* 1. *variar. cap.* 11. *ſub
numero* 31. *Ludovic. à Peguera in repet. cap. Item
ne ſuper laudemio, prælud.* 1. *numero* 56. qui de
communi teſtatur. Quoniam Jure Hiſpano atten- 242
to, uti rationi innixo, ut ſequitur *Avendan. de
exeq. mand. c.* 4. *verſ. tamen fol.* 49. nec quoad
juriſdictionem præſumuntur territoria illa eſſe in
Baronis dominio, niſi oſtendatur privilegium,
vel conſuetudo centenaria, aut quadraginta an-
norum. Imò ſemper juriſdictio præſumitur Regis
Caſtellæ, qui habet intentionem ſuam fundatam,
niſi contra probetur: ſed terræ Regis præſumun-
tur, antequam concedat; differt tamen juriſdi-
ctio ab ipſis terris, ſecundùm *Bal. in l. procura-
tore, C. mandat.*

Enim verò cum Regalia prædicta competant 243
ipſi Regi in ſignum ſupremi dominii, & autho-
ritatis, per generalem conceſſionem haud tranſ-
lata cenſentur, imò reſervata, ut probat *Alex.
Raudens. deciſ. Piſan.* 18. *verſ. non omitto in fi-
ne*, quòd, licèt Princeps conceſſerit in feudum
terras, aut Caſtra, cenſetur ſibi ſua regalia re-
ſervaſſe, latè *Roland. à Valle conſil.* 1. *per tot.
vol.* 2. idem ex authoritate *d. Alex. Raudens.*
aliorumque voluit *Cancer. ubi ſup. c.* 11. *num.* 316.
*&* 317. dicens, quòd Rex aliquid concedendo,
non cenſetur ſibi abſtuliſſe, quod ſibi competit
in ſignum ſupremæ authoritatis, imò ex tali con-
ceſſione reſervatum cenſeatur, cùm certum ſit ei
nunquàm



nunquam per quamcumque generalitatem cenſeri
derogatum, ut per *Joann. Andr. ad ſpeculat. tit. de
juriſd. omni. judic. Suarez alleg.* 7. *num.* 9. ſub-
244 nectens, quod Princeps concedendo alicui ali-
quod oppidum, ſeù Civitatem cum mero, &
mixto Imperio, & omnimoda juriſdictione, tan-
tùm cenſetur conceſſiſſe illud merum, & mixtum
Imperium, de quo loquitur *text. in l. Imperium,
ff. de juriſd. omn. judic.* quæ eſt juriſdictio legis
ordinaria, & non ſupremum, merum, & mix-
tum Imperium, quod competit ratione ſui uni-
verſalis dominii, & ſuperioritatis, not. *Baſſagu.
in reſponſ. pro Fiſci procuratore Sabaudiæ, quod
eſt poſitum poſt deciſ. Anton. Theſaur. verb. non
obſtat itaque & paulò inferiùs*, & noſter *Oliba. in
uſualium namque cap.* 14. *numero* 121. facit *tex.
in c. quoad translationem, de offic. deleg.* & apud
nos in *Conſtit. fin. tit. de empt. & vendit.* Hæc
ipſe, idem poſt alios not. *Montan. ubi ſuprà*,
245 unde conceſſo ſimpliciter caſtro, juriſdictio non
intelligitur conceſſa, ex *Andr. in cap. Imperia-
lem, §. prætcrea ſi inter duos, de prohibit. feud.*
246 *alienat. per Frideric.* docet *D. Præſes Merlin. d.
cap.* 13. *numero* 13. Præſertim quòd ut vindex
ſpretæ ſui reverentiæ, eſt tranſlatio iſta juriſdi-
ctionis, idcircò ſpecialis, non generalis requiri-
tur conceſſio ut tranſlata dicatur, extendit idem
*Merlin. t.* 2. *cap.* 72. *numero* 11. ſubdens ex do-
ctrina ejuſdem *Iſern. in cap.* 1. *numero* 3. *de Ca-
pitan. qui Cur. vendid.* multa ad propoſitum cu-
mulantis, quòd nulla clauſula porrigitur ad ea,
quæ ſpeciali jure concedenti competunt, aper-
tiùſque tradit *ſub numero* 13. quod ſi Princeps
247 concedat vaſſallo omne jus, quod ſuper feudo
habet, non cenſetur tranſtuliſſe id, quod ei tan-
quam Principi competit, *Peregrin. de jur. Fiſc.
lib.* 1. *tit.* 3. *numero* 7. *Schrader. de feud. p.* 5.
*cap.* 2. *numero* 52. conferunt tradita per *Jo. Vin-
cent. de Ann. alleg.* 29. *numero* 3. *Surd. conſil.*
248 152. *numero* 36. ut regulare exiſtimans, *t.* 1. *cap.*
99. *numero* 25. quòd in generali conceſſione non
veniant, quæ jure ſpeciali, ſive diverſo, ad Prin-
cipem ſpectant, ex *tex. in l.* 1. *ff. de offic. curſ. D.
Regens de Pont. conſil.* 63. *numero* 31. *vol.* 1. *Gaſ-
par Klock. in tract. de contribut. cap.* 3. *numero*
171. idemque fundavit poſt alios *D. Reg. Ga-
leot. t.* 1. *forenſ. controverſ. controverſ.* 53. *nu-
mero* 7.

249 Cùm ergo perquam dilucidè conſtet Regem
fundatam in ſuo Regno in juriſdictionalib. omni-
bus intentionem habere, à Baronibus, aliiſque
Principibus inferioribus ipſum ut ſupremum Do-
minum recognoſcentibus, ea exercentibus in De-
manialibus territoriis intrà fines feudi exiſtenti-
bus, tituli exhibitionem eorum poſſeſſionis ex-
petere poterit, ut ex aliis obſervat *Cancer. p.* 2.
*variar. cap.* 11. *numero* 326. *Laganar. in d. rub.*
* *de feud. numero* 6. qui de obſervantia R. C. te-
ſtatur, iſti etenim jus aliquod acquirere neque-
250 unt ſine conceſſione, authoritateque Principis,
probant *D. Reg. Tapp. de conſtit. Princip. in rub.
cap.* 4. *numero* 10. *& deciſ.* 1. *numero* 1. *Afflict.
in c.* 1. *notab.* 1. *quis dicatur Dux, in Conſtit.
Reg. cum ſatis numero* 11. *Borell. de præſtant. Reg.
Cathol. cap.* 21. *num.* 14. *Maſtrill. de Magiſtrat.
lib.* 3. *cap.* 2. *numero* 19. & poſt alios ex *tex. in
l.* 1. *§. ait prætor verſ. permittitur, ff. de aqu. quo-
tid. & æſtiv. d. Conſtit. Ea quæ ad ſpeciale decus,*
tradit *D. Reg. Rovit. conſil.* 58. *à numero* 6. *vol.*
1. unde poſſeſſionem eorum prætendentes, titu-
251 lum validum, & efficacem exhibere debent, no-
tat ex *tex. in l.* 2. *§. quædam, ibi, nam proprie-
tatis cauſam continet hoc interdictum, ff. de in-
terd. & extraordinar. action. & d. l.* 1. *§. permit-
titur. D. Reg. Galeot. t.* 1. *controv. controv.* 14. *n.*
8. *&* 10. Ad obtinendum nempè in hoc poſſeſſo- 252
rio juriſdictionis, haud ſat erit poſſeſſoris actus
probare, niſi adminiculum juris accedat, pro-
bat in ſpecie *Oſaſc. deciſ.* 25. *numero* 10. quod 253
maximè procedit in rebus incorporalibus, in qui-
bus ſemper cumulari ſolet petitorium, & poſſeſ-
ſorium ex *Afflict. deciſ.* 155. *numero* 2. obſervat
*D. Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 183. *numero* 17. *lib.*
2. & ex traditis ante eum per *D. Reg. Galeot. ci-
tata controv.* 14. *numero* 14. *&* 68. definitur.
Cùm igitur magis in jure, quam in facto funde-
tur, ut ponderat *Choppin de civium Pariſienſ.
morib. lib.* 3. *cap.* 11. *in fine*, & poſt alios *D.* 254
*Præſes Merlin. d. cap.* 13. *numero* 25. ad ejus ju-
ſtificationem ipſiuſmet tituli, ſivè cauſæ poſſeſſio-
nis requiritur exhibitio, ad *tex. in l.* 1. *§. quæ-
dam. ff. de interd. in l.* 3. *§. hoc autem ff. de iti-
ner. actuque privato*, à quo titulo pendere poſſeſ-
ſionis juſtitiam, ex *Sylv. de feud. recogn. q.* 23. *n.*
44. *Kinchen. d. cap.* 135. *& de inveſtitur. paction.
partium, par.* 3. *cap.* 1. *numero* 228. dixit idem
*Reg. Galeot. dict. controv.* 15. *numero* 32. & latè
à *n.* 28.

Alioquin ſola poſſeſſio tàm in judicio petitorii,
quàm poſſeſſorii nil ei, qui hujuſmodi Regalium, 255
aut juriſdictionalium poſſeſſionem habet, prodeſ-
ſet, ſi titulum non exhibeat, ſequitur idem *Reg.
Rovit. citat. conſil.* 58. *numero* 7. cum ſine titulo
in iſtis non detur, ex *Gloſſ. Pan. Anan. Felin.
Rebuff.* aliiſque tradit *Grat. t.* 2. *forenſ. diſcept. cap.*
397. *numero* 43. *&* 44. & propterea non ſufficit
poſſeſſio ſine titulo, ut probat *tex cum gloſſ.
verb. competere, in d. l.* 3 *§. hoc autem*, ibi-
que *Bar. Alex. in l. naturaliter, §. nihil commu-
ne, numero* 19. *ff. de acquir. poſſeſſ. Rub. conſil.*
167. *numero* 2. *col.* 2. *Cæpoll. de ſervit. ruſtic.
prædior. cap.* 1. *numero* 41. *Bellamer. deciſ.* 17.
eſtque *viden. Card. de Luca in locis adductis ſu-
prà numero* 217. qui generaliter in omnibus ju-
ribus, quæ nonniſi ex conceſſione Principis poſ-
ſideri poſſunt, loquitur, poſſeſſio enim à cauſa 256
proprietatis non conſideratur ſejuncta, nec rega-
lium, juriſdictionaliumque poſſeſſio poteſt eſſe à
Prætore, & jure defenſa, niſi cum titulo habi-
to à Principe, prout latiſſimè cumulat *Peregrin.
poſt Luc. de Penn. conſil.* 2. *numero* 2. *cum ſeq.
vol.* 1. nempè, cum illius poſſeſſores juris reſi- 257
ſtentiam habeant, poſſeſſio ſine titulo in judicio
poſſeſſorio, & lite pendente nihil eis opitulatur,
in puncto inquit, *Rol. conſil.* 89. *numero* 36. *vol.*
2. quòd poſſeſſor, cui jus commune reſiſtit, po-
terit ab ea turbari, & violenter expelli, ad inſtar 258
poſſidentis vi, clam, vel precario, idemque com-
probat *Peregrin. citat. conſil.* 2. *numero* 12. quòd,
ubi ſpoliato reſiſtit jus circà rem, ad cujus reſti-
tutionem reſtitui petit, ut putà, quia talis ſit,
quod ab eo poſſit abſque legitimo titulo, & è
contrà jus commune aſſiſtat ſpoliatori, in poſſeſ-
ſione ejuſdem rei ſpoliatus non reſtituitur, ni-
ſi doceat verum titulum ſui privilegii ad *tex. in
cap. cum perſonæ de privileg. in* 6. *& in cap. de-
cimas de reſtit. ſpoliat.* in quibus terminis, di- 259
xit idem *Præſes Merlin. d. cap.* 72. *numero* 21.
quòd in his, in quibus Princeps fundatam ha-
bet de jure intentionem, non ſufficit allegare qua-
ſi poſſeſſionem, niſi titulus oſtendatur, quodque
ante eum ex doctrina *Afflict. in l. Imperialem,
§. illud, numero* 31. *de prohibit. feud. alienat.
per Frideric.* adnotavit idem *Reg. Galeot. d. con-
troverſ.*

*troverſ.* 14. *numero* 13. dicens, quòd quotieſ-
cunque præſumptio militat contrà poſſidentem,
poſſeſſionis argumentum, hoc eſt titulum docere
cogitur.
260 Neque minori perverſione conſequentia nota-
retur, ſi ex parte Baronis ageretur, ex quo do-
manialia illa intrà fines feudi exiſtunt, juriſdi-
ctio acquiſita in feudo, etiam quoad ea adepta
dicatur. Perverſa inquam conſequentia eſſet:
nam domanialia ipſa, quamvis ſint intus feudum
ſituata, de eo tamen nihil participabunt, ut de
ſacco, & farina exemplificat *Bald. in cap.* 1. *nu.*
11. *de capitan. qui cur. vend.* de diverſitate ca-
ſtri à territorio loquens, quia licèt farina in ſac-
261 co ſit, non tamen venit ſacci appellatione, nec
è contrà, ut egregiè à ſimili firmat Doctiſſimus
J.C. *Camill. de Medic. conſil.* 149. *numero* 9. jux-
tà *d. Bal.* doctrinam, cujus dicta commendavit,
fuitque ſequutus *D. Præſes Merlin. t.* 2. *forenſ.
controverſ. cap.*72. *numero* 17. & cùm ſit materia
odioſa, non præſumitur, ex *Bal. in l.* 1. *C. de*
262 *mandat. Princip.* undè expreſsè exaudienda erit, nec
diſtendenda ex *Alex.* 111. *in cap. ſuper eo* 25. ibi-
que ſcribentes *de offic. delegat. Gayl. practic. ob-
ſervat.* 48. *num.* 21. *Grat. t.* 1. *forenſ. diſcept. cap.*
263 170. *num.* 29. namque abſque ſpeciali Principis
conceſſione Baroni non tribuitur, prout & de
delegato judice dicitur, cui abſque ſpeciali Pa-
264 pæ authoritate non conceditur, docet *Alex.* 111.
*in cap. præterea* 5. *de offic. delegat. Dom. Cardi-
nalis Mantica deciſ.* 185. *num.* 8. In his enim ju-
265 riſdictionibus reſiſtentiam juris habentibus tan-
tum intelligitur præſcriptum, quatenus poſſeſſum,
ut per *Abb. in cap. auditis numero* 9. *&* 23. *de
præſcript. & in cap.* 1. *numero* 5. *de relig. domib.*
Cùmque ſuper domanialibus hujuſmodi à Rege
titulum Baronem ex generali illa conceſſione haud
præſumatur habere, exercendo in feudo juriſdi-
ctionem, non acquirit quaſi poſſeſſionem in alio
ejuſdem ſpeciei, ex ſuprad. juris regula, eate-
nus poſſeſſum, &c. ut in ſpecie inquit *Boer.
deciſ.* 227. *num.* 4. & doctè admodum docet *D.*
266 *Reg. Sanfelic. deciſ.* 62. *num.* 19. quod juriſdictio
omnis qualitas eſt accidentalis, quæ naturaliter
homini non ineſt, & ita competit in uno caſu,
& non competit in alio, ut dicebat *Bal. in l.* 2.
267 *col.* 12. *C. deſert. & aqua.* Unde dicens ſe eam
habere, ea neceſſariò probare tenetur, ut dixe-
runt *Gloſ. ibidem, & DD. in cap. ſi forte de elect.
in* 6. *Abb. in cap. poſtquam col. fin. de elect. Dec.
conſil.* 22. *col. fin. lib.* 9. idem *Sanfelic. citat. de-
ciſ. num.* 88. & in hiſce noſtris terminis ex va-
riis J. C. authoritatibus fundavit, *Covar. practic.*
268 *qq. cap.* 37. *numero* 1. quod dominus alicujus
Villæ, Civitatis, vel Caſtri habens juriſdictio-
nem in eis, quoad paſcua publica, nullum jus
habet, tametſi uti eis poſſit, ut habitator, vel
269 incola illius loci & illic habitet, cum publica
hujuſmodi rerum adminiſtratio apud Univerſita-
tem reſideat, & ſub ejus dominio, *l. in tantum,
§. univerſitatis, ff. de rer. diviſ. l.* 2. *C. de ope-
rib. public. l. duumvirum, C. de decurion. l. om-
ne territorium C. de cenſib.* ſequiturque aliis com-
probans *Oter. in tract. de paſcuis cap.* 9. *num.* 14.
quod, licet juriſdictionem in toto territorio exer-
cere poſſit, ut in *l. pupillus, §. territorium, ff.
de verb. ſig. l. bene à Zenone, C. de quadrienn.
præſcript.* non tamen, quoad paſcua publica quid
juris habet; *Abb.* & alii in *cap. nimis, de jur.
jurand. & in cap. ſi diligenti, de præſcription.*
270 Ex his itaque ſecundo diſtinctionis membro
ſit locus, quoniam, ſi Baro de petitorio con-
tenderet proprietatem domanialium territoriorum
intra fines feudi exiſtentium, ex vulgato illo com-
muni dogmate, quod, quicquid eſt intra fines
feudi, feudale cenſeatur, prætendendo nimi-
rum, quia demanialia prædicta à d. generali dog-
mate, per ſpecialem illam libertatis præſumptio-
nem exiſtimentur exempta, niſi aliis probetur con-
jecturis, per tituli ſcilicet exhibitionem, quod ſub
generali dogmate ſint, Baro obtinere poterit mi-
nimè, majoris enim ponderis eſſe videtur præ- 271
ſumptio in ſpecie, quàm in genere ex *Iſern. in
Conſtit. Reg. ſi vaſſallus* 2. *col. Bal. in cap.* 1. *§.
naturalis ſi de feud. fuer. controv. inter domin. &
agnat.* quippè ſatis eſt generale dogma illud, il- 272
laque in ſpecie libertatis præſumptio eſt duplica-
ta, ſcilicet præſumptio poſſeſſionis, & liber-
tatis, potentior ad elidendam illam generalem,
tamquam debilem arg. *l. diverſ. ff. de in integ.
reſtitut.* docet *Afflict.* magiſtraliter quæſtionem
hanc pro, & contra examinans in *cap.* 1. *de con-
troverſ. inter maſcul. & fœmin.* oſtenditque non
inargumentosè *Bonifac. VIII. in regul. gener. de
regul. jur. in* 6. quod præſumptio generalis do- 273
minii, quæ ex incluſione, ſive confinium com-
prehenſione oritur, vincitur prorſus ex ſpeciali
poſſeſſione, uti ex *Hoſtienſ. Jo. Andr. & Abb.
in dict. cap. nimis, & cap. ſi diligenti* in ſpecie
deducitur, *Alciat. in l.* 1. *num.* 11. *ff. de acquir.
poſſeſſ. Bertrand. conſ.* 241. *num.* 1. *lib.* 1. *& conſ.*
39. *col.* 1. *& conſ.* 138. *num.* 1. *lib.* 2. *Afflict. de-
ciſ.* 267. *num.* 4. *Burgos. de Paz conſ.* 16. *num.* 13.
ubi alios cumulat.
Fundamentalis quippè ratio, quam pro noſtræ 274
firmitate ſententiæ *Iſern.* refert, ita premit, ut in
tranſverſum agentem intellectum retinere haud
valeat: Quod videlicet Baro, aut quilibet alius
Regis noſtri vaſſallus de jure Regni rem, quæ
in allodio poſſidetur, in feudalem vertere quali-
tatem non poteſt, ut in *cap.* 1. *§. ſi vero contin-
geret, num.* 50. *verſ. dic, quod hoc fecerat, & verſ.
in Regno Siciliæ de pac. juram. firm. in cap.* 1. *nu.*
6. *an ille, qui interfic. fratr. dom, ſui, & in
cap.* 1. *num.* 10. *verſ. hodie de novo, & num.* 11.
*de controverſ. feud. apud Par. ter.* proſequi vide-
tur *Capyc. in inveſt. feud. ver. limito ſexto f.* 155.
1. *col. Reg. de Fonte conſ.* 11. dum, *num.* 8. fir-
mavit, quòd, quicquid per Baronem feudo ad- 275
ditum fuerit de per ſe ſubſiſtens, ipſimet feudo
non accreſcit, nec feudale efficitur, *cap.* 1. *§. è
contrario, de inveſtitura de re alien. fact.* aper-
tiſſimeque *num.* 9. *& conſ.* 95. *num.* 20. *vol.* 1.
perpenditque *Camill. de Medic. conſ.* 6. *num.* 58.
*conſ.* 76. *num.* 3. & poſt alios *Reg. Rovit. conſ.* 67.
*num.* 1. *qui n.* 2. defectus poteſtatis prædictæ in-
feudandi, etiam ad R. C. extendit, idcircò in
cauſa reclamationis, tum ex defectu poteſtatis,
tum etiam aliiſque ex cauſis decretum per ipſam
emanatum, per quod ex burgenſatica in feudali
fuit Caſalis S. Georgii qualitas alterata, petiit re-
vocari.
Aſſertioni proindè per Baronem ipſum factæ 276
ex ſuprà dicta juris præſumptione, quod feuda-
le cenſeatur quicquid eſt intra fines feudi, ſtan-
dum eſt minimè; nempè ſi ejus naturam alterare
non valeat, ergo ſuper eo prohibetur fateri, pro-
bat idem *Camill. de Medic. d. conſ.* 76. *num.* 9.
*&* 11. *& d. conſ.* 6. *num.* 59. ex regula *text. ubi
Bart. in l. & ſi fortè ff. de caſtrenſ. pecul. l. qui te-
ſtamentum ff. de probation. & DD.* plenè in *l. ſi
donatione, C. de collationibus* regulare *numer.* 6.
exiſtimans eſſe in omni eo, de jure à lege, vel
ab homine limitatam habet poteſtatem, ut ejus
aſſertioni



aſſertioni non credatur, niſi illa probetur aliun-
de, juxta tradita per *Afflict. in tract. de jure pro-
tomiſ. verſ. niſi quis col. penult. & in cap.* 1. *col.*
4. *de alienat. feud. patern.* ſubnectens *numer.* 61.
quod ex iſta confeſſione per indirectum obvia-
retur legis diſpoſitioni, & fieret per Baronem
feudum de allodio, quod non eſt ferendum, ad *text.
in cap. compromiſſum de elect. in* 6. *& ex dictis per
Gemin. in cap.* 2. *§. contractus, de rebus Eccle-
277 ſiæ non alienan.* & per *Bart. in dict. l. & ſi forte,*
addens *n.* 62. quod malitiis hominum, ejuſque
fraudibus eſt obviandum, ad *text. in l. in fundo,
ff. de rei vindicat.*
Tametſi de jure communi feudorum ſuſtinen-
dum videretur, idem *Capyc. ubi ſup. verb. infeu-
dat etiam, fol.* 152. *Camill. de Medic. d. conſ.* 76. *n.*
3. *& conſ.* 53. *n.* 11. 12. 13. *Reg. de Pont. d. conſ.* 11.
*n.* 9. *Reg. Rovit. d. deciſ.* 42. *n.* 28.
278 Quam ob cauſam ad obtinendum in petitorio,
tituli requiritur allegatio, ut probet, ut idem *Ca-
mill. de Medic. conſ.* 152. *n.* 16. *&* 17. & quod ob-
tinere petenti adverſus præſumptionem illam, quod
libera bona omnia præſumuntur, ſicuti à natura
liberè fuere creata, ex not. per *Bald. in §. inter
filiam, num.* 2. *ſi de feud. defunct. milit.* ut. *numer.*
15. incumbit probandi onus ea eſſe feudalia, de-
inde cum Regio aſſenſu conceſſa, ex dictis per
*Camerar. in l. Imperialem, lit. M. fol.* 40. *de pro-
hibit. feud. alien. per Frideric.* ſequuntur *Marin.
de Caramanic. in addit. ad conſtit. Dignum, Gram-
matic. in addit. ad Conſtitut. ſi dubitatio, Reg. de Pont.
conſ.* 97. *n.* 9.
279 Potiſſimum quod eorum poſſeſſio, eo deficien-
te, ſubſequi haud poteſt, ut verbis illis ſentire
videtur *Præſes de Franch. deciſ.* 56. *num.* 12. *&
deciſ.* 183. *num.* 1. quod in Regno Barones ha-
bent quædam domanialia tam ex privilegio, quàm
ex vetuſta conſuetudine, idem *Camill. de Me-
dic. conſ.* 122. *n.* 11. quod titulus ex poſſeſſione
præſumitur, & præallegatus *Reg. de Pont. d. conſ.*
97. *nu.* 8. *&* 25. *Reg. Capyc. Galeot. t.* 1. *contro-
verſ. cont.* 7. *n.* 61. *verſ. Quæ conſtat,* ex quo ar-
guit *Montan. de regalib. verb. Argentariæ, nu.* 10.
quod ſi eorum poſſeſſio ſine Principis privilegio,
280 ſive ſine Principis conceſſione, ut ſcribit citat.
*Reg. Galeot. d. verſ. Quæ conſtat)* permiſſa eſt,
minimè ergo inter Regalià numerari: & *col.* 2.
*verſ. in Regno autem, &c.* ex illa conſtitutionis Re-
gni, Dignum, verborum ſerie, ideo domanialia
nuncupentur, quia de dominio Regis ſunt, ibi, *ut
omnes Civitates, Caſtra, Caſalia, Villas, & quicquid
in eis, intus, aut foris, eſſe domanium, aut de domanio
conſuevit,* prout inter regalia adnumerat citat. *Reg.
Galeot. n.* 60. *verſ. Et ſic quamvis.*
281 Proindè, ut feudalia à Barone poſſideri valeant,
requiritur, quod in feudum, adjecto onere fideli-
tatis juramentum præſtandi, expreſsè fuerint con-
ceſſa; quaſi quod ad ſenſum *Camerar. in d. l. Im-
perialem col.* 1. *lit. E. fol.* 41. quem ſequitur
282 *Rovit. deciſ.* 42. *n.* 29. cum tunc videantur pro-
priam habere naturam feudi; ſubſtantiale exiſti-
mans feudorum Auriga ille *Iſern. Noſter* eſſe ip-
ſum fidelitatis juramentum, à quo denominationem
recipit, ut in *cap.* 1. *§. hujus autem generis, n.* 9.
*verb. ſed ſi infeudetur, ex quib. cauſ. amitt. in
cap.* 1. *§. ſed nec eſt alia juſtior. numer.* 38. *quæ
ſit prim. cauſ. benefic. amitt. & in cap.* 1. *§. ſed
& plures, num.* 81. & *§. nulla, in princip. per
quos fiat inveſtit.* cujus doctrinam fuerunt ſequuti
*Reg. de Pont. conſ.* 2. *num.* 313. *& conſ.* 67. *Ca-
mill. de Medic. conſ.* 2. *n.* 54. 55. *&* 56. *conſ.* 3.
*n.* 16. *&* 17. *conſ.* 6. *num.* 32. *&* 33. *& conſ.* 95.
*n.* 21. *Reg. Rovit. d. deciſ.* 42. *n.* 11. *deciſ.* 72. *n.*
29. *& conſ.* 39. *n.* 6. ex ratione, quam *n.* 7. *&* 9.
reddit, quia, ſublata fide, per neceſſariam con- 283
ſequentiam aufertur feudalis qualitas, impoſſibile
addens poſſe feudum eſſe ſine fide.
Inhabilem abſolutè denominationem in feudum 284
exiſtimantes ad qualitatem feudalem inducendam,
niſi ſubſtantialia ipſius concurrant, cum non ex de-
nominatione qualitas contractus præſumi debeat,
ſed ex ejus requiſitis ſubſtantialiter accedentibus,
ut tradit idem *Reg. de Pont. conſ.* 30. *n.* 8. *& conſ.*
95. *n.* 9. ſcilicet ſi contractus venditionis appel-
latur donatio, non ex hoc talis erit, ſic è contra,
ad *text. in l. ſi uno, ff. locat. Afflict. deciſ.* 80. ubi 285
*Addentes*, idemque ſi in integrum reſtitutionis de-
ficiat ſubſtantia, ac definitionis ejuſdem, ergo
nec nomen eſſe debet; item ſi matrimonii ſubſtan-
tialia deficiant, pariter nomen, quod ex illis fluit,
deficere debet, not. *D. meus Epiſcop. Marant.
part.* 4. *reſponſ.* 58. *n.* 26. *& reſponſ.* 96. *n.* 31. pro- 286
prieque in conceſſione feudi, ut feudalis non judi-
cetur, quando ſubſtantia contractus aliud demonſ-
trat, ex *Bald. in l. liberti, libertæque C. de oper. libert.*
tradit idem *Reg. de Pont. d. conſ.* 30. *num.* 9. *&
dict. conſ.* 95. *num.* 7. quod doctrina *Iſern. in
d. §. hujus autem generis, num.* 9. confirmatur, 287
ut ſi feudum cenſeatur liberè datum, quando
ſimpliciter fuerit conceſſum, nullo expreſſo ſer-
vitio, cum non ſit de ſubſtantia feudi ſerviti-
um, ſed fidelitas *dict. §. ſed nec alia juſtior.* ita
libereque conceſſum dicitur, nulla expreſſa fide-
litate, ſequitur idem *Camill. de Medic. dict. conſ.*
6. *num.* 32. hujuſmodi enim verba, inquit idem
*Iſern. in dict. §. ſed alia juſtior. num.* 38. in ni-
hilo præjudicant, alio non conſtito, & videntur
eſſe, ſicuti ſunt verba in ſtipulatione, ut *arma,
virumque cano,* proſequitur idem de *Pont. dict.
conſ.* 30. *num.* 11. *& dict. conſ.* 95. *num.* 9. qui 288
notat, quod nomen prædictum, *in feudum*, im-
ponitur ad amplitudinem territorii elegantiori vo-
cabulo denotandam; Nullius proinde erit conſi-
derationis denominatio, ſubſtantialibus defici-
entibus, ut ipſemet *dict. conſ.* 3. *n.* 10. conclu-
dit, utque philoſophorum verbis utar, mate-
ria, & forma deficientibus, & eſſe rei deficit, 289
quod conſtat ex illis; & præter philoſophorum
verba habetur *Innocent. III. in c. tua nos duxit*
26. *in fin. de ſponſalib. & ibidem Gloſ. verb. nec
forma, Covarr. de ſponſalibus part.* 1. *cap.* 3. *§.*
1. *n.* 1. Quin nec nomen eſſe debet, ſi ſubſtantia 290
deſideretur ex *Auguſtin.* dictis *in can. quæ ipſis ſa-
cerdotibus diſtinct.* 38. *ibidemque Gloſſ. verb. vix,
dicens*; ubi res deeſt, nec nomen habebitur, ex-
preſſis docuit verbis *Grat. t.* 1. *forenſ. c.* 96. *n.* 14.
quod contractus non ſumit robur à nominatione
partium, ne ſit inſpiciendum nomen illius, ſed effe-
ctus, qui ex ſubſtantia inſtrumenti colligitur, *Roman.
conſ.* 509. *num.* 1. *uſque ad* 7. *Bal. in l. Imperator
colum.* 3. *ff. de ſtat. homin. in l.* 2. *n.* 2. *C. commodat.
& in l. inſulam de præſcript. verb. idem Marant.
part.* 3. *reſponſ.* 59. *n.* 9. *& reſponſ.* 96. *n.* 30. 31.
*&* 32. *p.* 4.
Cum tantæ nimirum energiæ ſit d. juris præſum- 291
ptio, quod allodiale cenſeatur, quicquid eſt intra
fines feudi, ut per *Camill. de Medic. conſ.* 117. *n.*
8. *conſ.* 134. *à num.* 1. *& Reg. de Pont. d. conſ.* 30.
*num.* 19. *& conſ.* 95. *n.* 1. *Boſſ. in tit. de Principe n.*
242. *Clar. in §. feudum q.* 18. *n.* 2. latè *Maſcard.
de probat. t.* 1. *concluſ.* 79. *n.* 7. *Surd. conſ.* 151. *n.*
66. *& conſ.* 311. *n.* 6. *&* 52. ( *eſtque viden. D. Bal-
duc. ad Ramon. conſ.* 20. *ex n.* 1. *l.* 1. *Rocca diſp.
jur. c.* 57. *&* 510. *lib.* 1. *Rota in rec. dec.* 452. *n.* 11.



*p.* 13.

*p. 13. cor. Duran. dec. 28. à num. 25. & cor. Burat. dec. 276. n. 4. & deciſ. 426. n. 4. juncta Ad-*
292 *dit. à n. 12. ad 17.*) Adeò quod ad ſenſum ſupra dictorum *DD.* per generalem illam inveſtiturarum formam, de qua per *Capyc. in inveſtit. feudal. ſuis in locis*, haud eſt præſumendum habuiſſe prædia, quæ in territorio infeudato poſſident, vigore illius inveſtituræ, ita ut, non obſtantibus illis verbis, prædia præſumantur allodialia, *Alex. conſ. 55. n. 19. vol. 4. Decian. conſ. 33. n. 5. vol. 1.* idem *Surd. d. conſ. 39. n. 12. Natta conſ. 313. n. 2. Rolan.*
* *conſ. 46. n. 65. & 67. vol. 9. Sola ſuper decret. Sabaud. gloſ. 1. num. 13. & 14. part. 4.* ſic determinatum referens, *Menoch. conſ. 379. num. 79.* qui ampliat *lib. 3. de præſumpt. præſumpt. 89. n. 6.* etiam ſtante quaſi poſſeſſione ſervitutis, & ex dilucidatis per *Camerar. in l. Imperialem lit. E. & Q. fol. 37.* adnotavit *Reg. Rovit. deciſ. 72. n. 15.* quod niſi ex verbis conceſſionis factæ à Rege conſtet de
293 alia natura, & qualitate eis inſita, remanent Burgenſatica, prout erant penès Regem. Quippè quæ hærent ſupremæ poteſtati, in generali conceſſione non veniunt *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* concordat *text. in cap. in generali, ſi de feud. fuer. controv.* ubi generali diſpoſitione non venit feudum, firmavitque hoc ipſum *Iſern. in cap. 1. de pac. jurant. firm.* ubi uti generalia verba exiſtimans illa communis inveſtituræ, dixit in eis non venire ea, quæ ſunt de regalibus, docuitque *Alberic. in l. fin. C. de jur. omnium inveſt.* quod conceſſo caſtro, non venit jus Regium, quod Rex habet in illo caſtro, & ex aliorum authoritate *Reg. Sanfelic. deciſ. 66. n. 4. t. 1.* ubi in regalium conceſſione, ſpecifica requiritur nominatio.
294 Fitque id multò magis veriſſimum, quod eorum primordialis natura burgenſatica eſt, non feudalis, & ſecundum jus Romanum earum ſucceſſio regulatur, ſecundum quam jure feudi non cenſetur, *Gloſſ.* eſt doctrina, in *conſtitut. Reg. Ut de ſucceſſionibus in p. gloſſ. & in Conſtit. ſi quando contigerit, §. etſi contigerit*, quin nec feudalem habent conſuetudinem, exque *dict. Gloſſ.* authoritate ſic ponderat *Luc. de Penn. in l. 1. C. de impen. lucrat. deſcript. Camerar. in l. Imperialem lit. L. verſ. ſed tunc fol. 39. Pariſ. de Put. de re integr. feudor. verſ. Ponte n. 15. fol. 6. à tergo. Urſill. ad Afflict. deciſ. 129. Reg. de Pont. dict. conſ. 30. n. 47. Reg. Rovit. deciſ. 42. n. 5. & 25. Larat. in Theatr. feud. p. 7. dilucid. 18. n. 1. t. 1.*
295 Ea demum ſupra relata juris concluſio, quod feudale cenſeatur quicquid eſt intra fines feudi, locum utique haberet, poſſidente Barone prævio titulo ex expreſſa conceſſione acquiſito, ut ſuprà demonſtravimus, ac de eis alia non apparente poſſeſſione, tunc in ejus ſiquidem dominio domanialia territoria eſſe præſumerentur, cujus ſunt fines feudi, ut ex *Andr.* doctrina *in cap. 1. in add. de controv. inter maſc. & fœmin.* ſic fundat *Camill. de Medic. conſ. 66. n. 1.* ſufficientem, dicens, hujuſmodi præſumptionem ad obtinendum ex ejuſdem *Andr.* verbis *in §. cum autem, verſic. ſi vero, in princip. poſt num. 6. de controv. inveſtit.* per ipſum recitatis, quòd, ſi totum feudum eſt meum, erunt etiam & ſingulæ partes, & ejuſdem juris, quia turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit univerſo, *cap. quo jure 8. diſtinct.* ex prædictis *Andr.* verbis, *num. 2.* concludit, adeò quòd, ſi totum eſt feudum, ſingulæ partes erunt feudales, ut univerſo correſpondeant, ſequiturque ex aliis *D. Conſiliarius Staiban. Jun. forenſ. reſol. 12. n. 13. p. 1.*
296 Secus ergo, ubi conſtat de domanialibus ipſis aliquem in poſſeſſione eſſe, originalis eſt *Andr.* doctrina, *in c. 1. in addit. de controv. inter maſcul. & fœmin.* his loquens, *item ſemper inſpicitur, an ſit in poſſeſſione, vel quaſi tenendi allodium, vel feudale*, per cujus tramites ita *Afflict. in dict. cap. 1. notab. 5. verſ. ſed pro declaratione*, de communi, ac praxi per varias definitiones approbata teſtificans quæſtionem prædictam diſ- *
putat, deciſumque in illa pluries allegata *deciſ. 267.* ubi latiſſimè, *Urſill. in addit.* refert, & not. *Peregrin. de jur. fiſc. lib. 4. tit. 3. n. 29. Raudenſ. deciſ. Piſan. 18. num. 4. Cancer. poſt alios lib. 1. variar. c. 11. ſub n. 34. verſ. quod diximus, & lib. 3. cap. 4. n. 59. & 60. Reg. de Pont. conſ. 11. n. 5. vol. 1. Pariſ. de Put. de reintegr. feud. c. 11. incip.* Pone quod petitur, *Petr. de Greg. de conceſſion. feud. p. 2. q. 7. n. 14. & 15.* & huic citata verba *Andr.* accommodando ſenſui explicat *D. Reg. Rovit. conſ. 101. à* 297
*n. 5. uſque ad 9. qui n. 1.* ſic videtur ſentire dum ex eodemmet *Andr.* aliiſque per eum adductis, inquit, quòd non data diverſitate tituli, Barone poſſidente omnia territoria intrà fines feudi ſita, præſumuntur feudalia, & ſucceſſivè tranſeunt cum dicto feudo, ſivè ad ſucceſſorem univerſalem in feudalibus, ſivè ad dominum feudi in caſu devolutionis, ex recitata per *Natt.* ratione, *conſ.* 289
*506. num. 23.* quòd pluralitas actuum acquiſitionis non præſumitur, etiam ſi unica cauſa ex intervallo præceſſerit, ut in ſpecie ſequitur *Gaſpar. Theſaur. l. 3. forenſ. qq. q. 105. n. 26. & Menoch. lib. 3. de præſumpt. præſumpt. 103. in fin. in 2. capite, &* obſervat *D. Reg. Sanfelic. deciſ. 189. à n. 1. uſque ad 5.* ad unguem *d. D. Reg. Rovit.* conſilium tranſcribendo, deciſionemque pariter referendo.

Poſſeſſionem namque etiam importare videtur 299
præſumptio illa in ſpecie, quòd allodiale, quicquid eſt intrà fines feudi, cenſeatur, ex quo de præſumptione poſſeſſionis eſt duplicata, ut idem *Afflict.* tradit in *d. cap. 1. n. 11. de controv. intrà maſcul. & fœmin.* data idcircò poſſeſſione, Baro ea uti feudalia avocando, ad tituli exhibitionem adſtringitur.

Quin imò nec juris aſſiſtentiam Baroni videtur 300
habere domanialia illa uti feudalia poſſidens, ex quo intrà confines feudi exiſtunt, quia profectò Baro non ex eo poterit ab hujuſmodi obligatione exhibendi titulum ſe eximere; cum feudalia haud præſumi debeant, ex quo intrà fines feudi ſunt, reſpondit ex authoritate *Hoſtienſ. in c. nimis, de jur. jurand. Camill. de Medic. conſ. 117. num. 4.* rationem reddens, quia multa allodialia ſunt in dicto feudo, & jure primævo omnis terra libera eſt, niſi in quantum violentia eſt illata; in propriiſque noſtris terminis, ſubdens *num. 10. & 11.* quod ſic firmavit *Afflict. citata deciſ. 267.* quod, etiam ſi eſſet probatum territorium feudale, & non probatur, quod eſſet feudale de tali feudo, quod nihil agenti opitulabitur, nam poterit eſſe feudale de alio feudo cum non inconveniat unum feudum habere territorium, & terras in alio feudo ſeparato, *Iſern. in cap. 1. n. 2. qualit. Vaſſall. jur. deb. fide. idem Afflict. deciſ. 334.*

Nimirum feudum omne, nedum in ſe con- 301
tinet feudalia, & ſubfeudalia, at burgenſatica illa, quæ tàm ſunt feudo reddititia, quàm ab omni onere libera, ut in terminis probant *Camerar. in l. Imperialem fol. 39. de prohib. feud. alienat. per Frideric. Frec. lib. 2. de ſubfeud. auth. 24. poſt n. 6. Jo. Michal. in addit. ad Troiſ. rit. 50.* quos refert, ſequiturque *Reg. Rovit. d. conſ. 101. num. 17. 32. & 35. & Reg. Sanfelic. citat. deciſ. 189. n. 30. in & fine, & 35.* non tamen uti feudalia, ſed ſub burgenſatica eorum natura, non de per ſe, ſed uti feudi membra, ut ex *Pariſ. de reintegrat. feud. cap. juxtà præmiſſa quæro, & Camerar. in d. l. Imperialem lit. G. H.* obſervant ſupra dicti *DD. Reg.* nihil de ejus natura participantia, ut deduximus nos ſuprà *n. 260. & 261.*



Nullam itaque fundatam in eis intentionem, tamquam feudalibus, Baronem habere, non ab re concludimus.

Quemadmodum de Rege firmavit, *Iſern. in l.*
302 *Imperialem, §. illud, col. 3. verſ. non eo ipſo, & in conſtitut. Reg. ſi dubitatio*, relatis per *Camill. de Medic. conſ. 117. n. 1.* quòd fundatam quoad res intrà fines ſui Regni, haud præſumatur habere intentionem, & poſt alios not. *Cancer. par. 1. variar. cap. 11. n. 32.*

Ut ergo uti feudalia domanialia hujuſmodi Baro prætendere valeat, ſuam habet, vel per expreſſam conceſſionem, ut demonſtravimus, vel per legitimam præſcriptionem fundare intentionem; Prout dominium prædictorum dicta Uni-
304 verſitas N. ex immemoriali poſſeſſione vim tituli, privilegiique conceſſi à Principe habente, ut per *Ann. dict. allegation. 68. num. 5. & Dom. Regent. de Pont. dict. deciſ. 2. numero 8. Camill. de Larath. in Theatr. feudal. dilucidat. 20. & 21. part. 8. tom. 1. ( Saminiat. contr. 22. numero 28. 29. lib. 1. D. Balduc. ad Ramon. conſ. 24. in obſ. nu. 22. 28. lib. 1. )* fuerit adepta; ſicque Univerſitas in illius eſſe dominio dicebatur, ex traditis per *Mierez de Major. quæſt. 20. part. 4. Bobadill. lib. 2. cap. 16. & lib. 5. cap. 4. Urſill. ad Afflict. deciſ. 290. Joann. Beſſian. in conſuetudin. Alver. tit. de paſturagiis artic. 1. Cancer. dict. cap. 4. n. 60. 61. & 62. Capiblanc. in dicta pragmatic. 11. de Baronibus* relatum per *d. Dom. Regent. Sanfelic. deciſ. 76. n. 5.*
305 Jus proindè fidæ, atque diffidæ ad eam ſpectabit, cum territorii dominium obtineat univerſi, ut diffusè docent idem *J. C. excelſus Dom. meus Epiſcop. Murant. part. 2. reſponſ. 31. à n. 17. cum ſeqq. D. Reg. Sanfelic. deciſ. 8. per tot. t. 1.*
306 Quæ per quod temporis curriculum legitimè inducta dicatur, & quid, quando præſcribitur contra Regem, vide, quæ poſt antiquiores diſertiſſimè differunt, *Domin. Montan. de regalib. in prælud. quæſt. 5. numero 31. & 32. Dom. Reg. Rovit. in ſua Apoſtilla ejus propria manu ſcripta in margine Conſtitution. Conſuetudinem pravam*, quam tranſcripſit in *addit. ad eundem Dom. Regent. Dom. Laganar. in pragmatic. 1. de fid. & authorit. memorial. Dom. meus Joan. Baptiſta Hodierna Legum Doctor celebratiſſimus in obſervation. ad deciſion. Surd. in deciſ. 1. Larath. ubi ſupra, dilucid. 81.*

*D. Joſeph Spera J. C. Neapolit.*

---

## CAPUT XLII.

### ARGUMENTUM.

Decretum bis declaratum, & in rem judicatam tranſactum, num aliter ad inſtantiam partis per eoſdemmet judices declarari poſſit. Quid per ſucceſſores in prædeceſſorum locum ſuccedentes, & an in territorio Baronis licitum ſit uti jure paſcendi, aquandi, lignandi, ac pernoctandi tam quoad uſum, quàm quoad induſtriam, *eſt Reſponſum Juris V. J. D. Fabii Supini, cujus fit mentio ſuprà in c. 40. n. 99. recentioribus Auctoritatibus adauctum.* Adnectuntur *Duo Aliæ Reſponſa:* Alterum de damnis datis à beſtiis, earumque retentione, & actione competente contra Dominos illarum: Alterum circa diviſionem, quando, & ex quibus præſumendam.

### *S U M M A R I U M*

*Alphabeticè compoſitum.*

28 *Abſurdum evitandum.*
14 *Argumentum à ſimili validum.*
26 *Argumentum à contrario ſenſu fortiſſimum in jure.*
20 *Beneficium Principis laxam admittit interpretationem.*
24 25 *Beneficium Principis ut amplietur, ad omnia ſuperiora facienda eſt relatio, etſi in alia diſpoſitione fieri minimè deberet.*
13 *Bina decreti declaratione facta, nulla alia fieri debet.*
14 *Sicuti bis revocari poteſt interlocutoria, ità bis quoque declarari poteſt, & non ultrà.*
22 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia. Ad quæ fieri debet relatio*, ibid.
*A ſequentibus declarationem recipit.* ibid.
16 *Condecens eſt, ut prædeceſſorum geſta ſerventur, ut de Principis ſucceſſore. Secus in his, quæ continentur in actis, vel ex interpretatione, & declaratione legali procederent.* ibidem.
29 *Conſuetudine, & Præſcriptione induci an poſſit lignare, & paſcuare in alieno territorio.*
5 *Contenta omnia in ſcriptura, ad quam fit relatio, cenſentur in ſcriptura referente in eſſe: Amplia.* ibid.
40 *Deciſio Cauſæ.*
6 *Decreti declaratio, an ſit decretum perimere, an autem verba illius ambigua declarare. Quid per viam appellationis, vel de plenitudine poteſtatis Principis.* ibid.
8 9 *Decreti extenſio quando facienda ſit.*
*Quando juxtà privilegii verba.* ibid.
13 *Decreti bina declaratione facta, nulla alia fieri debet.*
14 *Decretum bis declaratum, & in rem judicatam tranſactum, num aliter ad partis inſtantiam per eoſdem Judices declarari poſſit. Quid per ſucceſſores in prædeceſſorum locum ſuccedentes. numero 15.*
*An in Baronis territorio licitum ſit uti jure paſcendi, aquandi, lignandi, ac pernoctandi tàm quoad uſum, quàm quoad induſtriam. n. 16.*
7 *Decretum abſque informatione emanatum, ſed ex ſola privilegii auditione Univerſitati conceſſi, quid operetur.*
38 *Dictio* Tantùm, *taxativa eſt, quæ extenſionem non habet.*
10 *Exceptione rei judicatæ obſtante, & oppoſita, an ſit audiendus ampliùs reus.*
13 *Ex duobus illatis ad ſui favorem quis provideri petens, & proviſus quoad unum, in aliis cenſetur prohibitus.*
29 *Immemorabile tempus vim privilegii, conceſſioniſque operatur, & n. 30. 31.*
*Immemorabilis poſſeſſio tribuit jus pleniſſimum poſſidenti ex fortiori cauſa, quæ excogitari poſſit. ibid. n. 30. 31. 32. ubi circa ligna, & paſcua habenda in alieno territorio, & n. 33. ubi de aqua haurienda.*

 28 In

28 *In Imperatore imperfecta locutio non eſt præſumenda, qui ad latus habet viros doctiſſimos.*
19 *Indefinita loquutio æquipollet univerſali.*
36 *Interpretatio ſemper ſumi debet, per quam contrarietas, & repugnantia tollatur.*
6 *Judex, ut Principis delegatus, ad declarationem Decreti an procedere poſſit.*
32 *Jus paſcendi quando, & quomodò præſcribatur.*
*Et in ſpecie de lignandi ſervitutibus, remiſſivè: ac hauriendi aquam. n. 33.*
5 *Omnia contenta in ſcriptura, ad quam ſit relatio, cenſentur ineſſe in ſcriptura referente.*
3 *Paria ſunt, ſi per ſe aliquid certum eſt, vel per relationem ad aliud.*
32 *Præſcriptione, & Conſuetudine, an induci poſſit lignare, & paſcuare in alieno territorio.*
20 *Principis beneficium laxam admittit interpretationem.*
*Apud Principem debet eſſe manſurum. n. 21.*
25 *Principis beneficium, ut amplietur, ad omnia ſuperiora eſt facienda relatio, etſi in alia diſpoſitione fieri minimè deberet.*
2 *Qui totum dicit, nihil excludit.*
23 *Relatio, ſi ad præcedentia fieret tantùm, ſtricta Principis beneficii reſultaret interpretatio, contrà ſui naturam, nempè ad proxima tantùm, quo in caſu pohibita eſt.*
4 *Relatio cenſetur cum eiſdem qualitatibus facta, & ut omnia in relato contenta repetita videantur in referente.*
*Nec diſponentis intentio dicitur adverſari.* ibidem.
3 *Relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus omnibus.*
*De tenore ejuſdem dicitur eſſe. n. 4.*
*Una, eademque vis eſt, & potentia.* ibid.
4 *Relatum magis, quàm referens attenditur.*
37 *Scripturæ pars debet per aliam declarari.*
5 *Sententia, quando incerta eſt, & ſe ad acta refert, in quibus actibus certitudo adeſt, ſententia tunc clara dicitur.*
37 *Superiora reſtringunt ſequentia.*
31 *Tempus immemoriale vim privilegii, conceſſioniſque habet.*
14 *Valet argumentum à ſimili.*
27 *Verba* Pro utilitatibus ante dictis, *quid importent.*
*Verba* Pro uſu, & pro utilitate ante dictis, *quid ſignificent. eod. num.*
*Verbum* Ante dictis, *præcedentium eſt relativum, operaturque ac ſi aliquid nominatim fuiſſet expreſſum. eod. num.*
*Singula ſingulis refert.* ibid.
37 *Una ſcripturæ pars debet per aliam declarari.*
13 *Uno modo permiſſum, conceſſum minimè videtur, ſi alio modo fiat.*
18 *Vox* ſuis, *dominium denotat.* ſuum *dicitur, in quo quis proprietatem habet.*

## RESPONSUM JURIS.

*Fabii Supini Neapolit.*

MAgnificus N. Pappa Coda utilis Dominus Caſtelli Pagani noviſſimè ſupplicationem obtulit petens declarari decretum S. C. prolatum in favorem Univerſitatis, & hominum Terræ Apricenæ *Quod conſerventur in poſſeſſione paſcendi, aquandi, pernoctandi, & ligna incidendi*, ut intelligatur reſpectu lignorum, quæ ſunt neceſſaria ad uſum tantum, non autem reſpectu lignorum, & animalium, quæ tenentur per homines Terræ Apricenæ pro induſtria, ut alteri vendantur.

Et ſanè ex duobus ejus aſſumptum fundare videtur. Primò ex deciſione S. C. de qua *Freccia de ſubfeud. lib. 2. authoritat. 46. numero 3.* ubi teſtatur in cauſa D. Vincentii Coſſæ cum vaſſallis ſuis Terræ Vairani ad ſui relationem Sacrum Conſilium determinaſſe, quod poſſint paſcere animalia quoad uſum, non autem, ut exteris vendantur, idemque ſubnectit in aliis fuiſſe cauſis decretum, cujus deciſionis ſunt memores *Rendell. de Paſc. part. 2. cap. 3. fol. 64. verſiculo, & ſecundum, Jo. Bapt. de Thor. in compend. deciſ. part. 1. verbo vaſſalli quamvis.* Secundo ex articulis ejuſdem Univerſitatis Apricenæ, ubi videtur poſitum, quod pro uſu prædictorum civium liceat incidere ligna, & animalia paſcere, ut Magnificus ejus Advocatus ponderat in nono articulo, & licet pro parte ejuſdem Magnifici N. pendeat reclamatio ejuſdem decreti, & ſit proceſſus inſtructus, tamen Magnificus Advocatus ejuſdem Domini N. dicit habere decretum pro confirmato, cum habeantur articuli Univerſitatis pro verificatis, & fiat prædicta declaratio, & videtur hæc oratio aliquorum aures demulcere.

Quibus non obſtantibus (ſalva pace ejuſdem) in contrarium ſe habet veritas, ut nullo pacto petita declaratio fieri debeat, quod (ni fallor) luce clarius demonſtratur, nam decretum eſt clarum contrà prædictum Magnificum N. & alia 1 declaratione non indiget ad *tex. in l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Alex. conſ. 110. n. 6. lib. 4. Socin. conſ. 160. n. 47. lib. 2. Ciarlinus t. 1. forenſ. controver. cap. 54. n. 5.*

*Verba enim decreti ita ſe habent. Quod univerſitas conſervetur in poſſeſſione paſculandi, aquandi, pernoctandi, & alia faciendi, prout in memoriali, comparitione, & articulis*; in Univerſitatiſque comparitione, ut fol. 6. aſſeritur, quod ſunt in poſſeſſione paſcendi omnia, & quæcunque eorum animalia, & ſic comprehendunt etiam animalia, quæ tenentur pro induſtria, *de quibus Card. de Luca tit. de ſervit. diſc. 40. numero 6. lib. 4. cum Add. ad Capyc. Latro. deciſ. 66. tom. 1. Bonden. ad Oter. de paſc. c. 26. §. licet eandem.* idemque legitur in comparitione fol. 22. & ponitur in 2. 34. articulis fol. 55. in quibus etiam de poſſeſſione incidendi quaſcunque arbores tam fructiferas, quàm infructiferas fit mentio non ſolum pro uſu, ſed etiam pro commoditate, ut aliis vendantur, quia alienam hoc in caſu non præſtant conjecturam dictiones illæ (omnia, & quæcun- 2 que) quæ, ſicuti univerſalitatem important, & nihil excludunt *vulg. reg.* qui totum dicit, nihil excludit, juxtà *text. in l. Julianus, & in l. teſtatorem in princip. ff. de leg. 3.* notant *Anton. Theſaur. deciſion. 199. Plot. de in lit. jurand. §. 1. n. 14. Cavalcan. de uſufruct. mulier. relict. cap. 1. n. 82. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. nu. 294.* ita natura ſupra dictarum dictionum latiſſima eſt omnia comprehendens, & ſic pariter incluſionem animalium, quæ pro induſtria tenentur, comprehendere debent, utque ex *Sacr. Roman. Rota* habetur *in una Civitatis Caſtellæ fideicommiſſi. 14. Maii 1607. coram S. memo. Ludoviſ. deciſ. 315. numero 10. & 11.* idem operantur, ac ſi de ſingulis eſſet ſpecialis facta expreſſio, quæ etiam dictiones ad mentem *Caſtrenſ. conſ. 275. n. 8. lib. 2.*





*Card. Tuſch. lit. D. concluſ. 252. numero 5.* ſunt plurium collectivæ, de quarum effectu latè obſerva apud *Anton. de Amat. t. 1. reſ. 70. numer. 18. Barb. diction. 241. & 317. Bonden. colluct. legal. 8. num. 31. & ſeqq. vol. 2.* alioquin ſupervacaneæ conditiones præfatæ appoſitæ viderentur, juxtà perpenſa per *Borrell. conſ. 33. n. 34.* operabuntur igitur id, ad quod aſſumptæ fuerunt, ut animalia pro induſtria comprehenſa videantur.

3 Augetque conjecturam præcedentem, hæc & ipſa, quia decretum refert ſe ad comparitionem, & ad articulos, unde operatur ac ſi expreſsè de prædictis loqueretur decretum, paria enim ſunt, ſi per ſe aliquod certum ſit, vel per relationem ad aliud, ut ex pluribus fundat *Dec. in l. certum num. 3. ff. ſi cert. petat.* juxtà illud vulgatum axioma, relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus omnibus, *Cravett. conſ. 45. numer. 4. Socin. conſ. 27. n. 12. & conſ. 62. num. 24. lib. 4. Surd. deciſ. 212. numero 14. & deciſ. 291. numer. 17. 18.* doctiſſimus *D. Card. Mantic. deciſ. 137. num. 6. Grat. t. 3. forenſ. diſcept. 501. numero 16. 17. Joſeph Seſſe deciſ. Aragon. 115. n. 74. S. Roman. Rot. deciſ. 35. n. deciſ. 187. nu. 7. deciſ. 457. n. 2. p. 1. recentiorum, & p. 2. deciſ. 373. n. 7. & 447. num. 5.*

4 Quin imò de tenore ejuſdem dicitur eſſe *cap. cum Bertoldus, extr. de re judic.* & ibi notat *Abb.* atque una, eademque vis eſt, & potentia *Bald. in l. ſi prior, ff. ſolut. matrim. D. Reg. Lanar. conſ. 76 num. 2. verſic. ex hoc infero,* ex quo magis relatum, quam referens attenditur *Robert. Marant. conſ. 67. num. 2. Sacr. Rot. Roman. deciſion. 121. numer. 6. par. 1. diverſor.* & apud *D. Card. Mantic. deciſ. 352. num. 2.* plenè *Barboſ. axiom. 201. Bonden. colluct. legal. 19 num. 150. & colluct. 34. n. 26. vol. 2. Rota in rec. dec. 279. nu. 9. p. 10. cor. Gregor. dec. 439. nu. 1. cor. Roxas. dec. 149. ſub num. 4.* cenſetur enim cum eiſdem qualitatibus facta, ut omnia in relato contenta repetita viderentur in referente, idem *Card. Mantic. deciſ. 336. num. 3. Ludoviſ. deciſ. 286. num. 3. & 522. num. 9. & 10. Franc. Merlin. deciſ. Lucenſ. 9 numero 9. Gratian. tom. 3. forenſ. cap. 414. n. 8. 9. & 10.* & quidem de verbo ad verbum, ac ſi oculis corporeis legeretur, *D. Palma Nepoſ. alleg. 131. num. 9. lib. 2. Rota in recent. dec. 25. numero 6. p. 17.* nec diſponentis intentio dicitur adverſari, idem *Ludoviſ. d. deciſ. 286. numero 10.*

5 Undè dixit *Socin. conſ. 188. incip. viſa bulla col. 3.* quod omnia contenta in ſcriptura, ad quam ſit relatio, cenſentur ineſſe in ſcriptura referente, ſequitur idem *Barboſ. ubi ſuprà num. 2. 3. & 4.* & in propria materia, quando ſententia eſt incerta, & refert ſe ad acta, in quibus adeſt certitudo, quod ſententia tunc dicatur clara, notat *gloſ. in §. curare, verb. poſſibile, inſtit. de action. Bart. in l. 3. C. de ſentent. quæ ſine cert. quantit. profert. & in d. §. curare Jaſon. n. 53. & ſeq.* juſtificationemque recipit ab eiſdem, ut obſervat *Illuſtr. & Reveren. Dom. Alexand. Sperell. deciſ. 95. numero 17. tom. 1. & deciſ. 139. numero 57. tom. 2.* ita ut, ſi non juſtificaretur ab actis, eſſet notoriè injuſta, *Poſt. reſol. 58. numero 24. Comes Bonden. collucti. legal. 6. num. 63. ubi concord. vol. 1 Rota in rec. dec. 67. num. 13. p. 8. cor. Buratt. dec. 251. num. 3. cor. Papa Gregor. XV. Ludoviſ. deciſ. 1. num. 4. ubi Add. cor. Papa Alex. VIII. Otthobon. dec. 153. n. 5.*

6 Fruſtrà igitur petitur declaratio prædicti decreti, poſtquam clariſſimum eſt concedere declarationem hujuſmodi, nil aliud eſſe niſi decretum perimere, non autem verba ambigua declarare, quod limitatur niſi per viam appellationis, vel de plenitudine poteſtatis Principis concederetur, ut obſervant *Bart. in l. ab exequutore 2. column. & ibi Imol. &* omnes *Doctores, ff. de appellat. Urſill. ad Afflict. deciſ. 215. num. 3. Gallupp. in prax. par. 3. quæſt. 2. num. 9.* judex enim hoc in caſu, ut Principis delegatus ad declarationem petitam procederet, ut perpendit in cauſa inquiſitionis Marci della Greca Forjudicati Regiæ Audientiæ Salerni recol. ſemper memor. *Dominus Præſes Franc. Merlin. t. 1. forenſ. controv. cap. 15. n. 1.*

Quodque prædictum decretum per S. C. mo- 7 do ſit prædicto prolatum, ut Univerſitas Terræ Apricenæ conſervetur in poſſeſſione paſcendi animalia non ſolum ad uſum deſtinata, ſed etiam pro induſtria, & incidendi ligna pro uſu, ut aliis vendantur, apparet clariſſimè ex proceſſu, nam primum decretum in hac cauſa fuit abſque ulla informatione emanatum, at ex ſola editione Privilegii prædictæ Univerſitati conceſſi, quo attento, fuit dictum, quod Univerſitas manuteneretur in poſſeſſione paſcendi, & incidendi, *argum. eor.* quæ notat *D. Reg. Sanfelic. deciſ. 62. n. 161. tom. 1.*

Utque dictus magnificus Pappacoda ab hu- 8 juſmodi decreto gravatus, ſupplicationem porrexit aſſerendo, quod homines Terræ Apricenæ deberent abſtinere à pernoctatione, ab aquando, ac ab inciſione ultra uſum, quaſi quod relatione decreti ad acta non obſtante, extenſio etiam quoad induſtriam locum ſibi non haberet, ut legitur fol. 29. verum his minimè refragantibus, per decretum, quod ſubſequitur fol. 30. prolatum die 27. Januarii 1540. fuit proviſum, *quod Univerſitas valeat uti jure paſcendi, & ligna incidendi*, admittendo etiam quoad induſtriam locum ſupra dictum decretum habere, ſicque non dixit decretum pro eorum uſu, ſed juxtà Privilegii verba, in quo conceditur, quod poſſint uti ad uſum, & utilitatem, quod apparet fol. 27. Propterea magnificus N. ab ipſomet S. C. fuit excluſus. Poſtmodum capta informatione de anno 1542. aliud fuit emanatum decretum, ut legitur fol. 257. quod eo magis, quoad uſum, & utilita- 9 tem fuit intellectum, quia ex præcedentibus aperiebatur, ad *tex. in l. ſi ſervus plurium, §. fin. ff. de legat. 1. in l. fulcinius 7. §. quid ſit autem latitare, ff. quib. ex cauſis, &c. & in l. apud Celſum 4. §. 1. ff. de doli except. Afflict. deciſio. 319. Cravett. conſ. 319. 11. Oſaſc. deciſ. 90. num. 191. Dom. Præſes de Franch. deciſ. 213. num. 59. ibique Domini Addentes S. R ta Romana deciſ. 101. numero 17.* per *Farinac. poſt primum volum. conſilior.* & apud *Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 169. numero 6. Illuſtriſſ Epiſcop. Marant. part. 1. reſponſ. 24. n. 81. 103. 104. & 105. & reſponſ. 40. n. 69.*

Ex prædictis ergò exaudienda haud eſt pars 10 adverſa, obſtante eo magis rei judicatæ exceptione oppoſita, ut fol. 445. ex qua litibus finis imponitur, *Bart. in l. fin. ff. pro ſuo:* eſtò quod ſumus in uno ex requiſitis, quæ debent concurrere in hujuſmodi exceptione, *de quibus Niger de except. c. 12. §. 27. numero 11. Bellon. de jur. accreſc. c. 9. q. 45. numero 70. 71. Giurb. dec. 20. numero 1. & dec. 59. numero 12. Cenſal. deciſ. 6. numero 1. dec. 22. numero 35. & dec. 35. num. 24. cum Aliis per Bonden. collucti. legal 4. numer. 59. & ſeqq. vol. 2.* & plenè obſervat *Gallupp. ubi ſu-*

*prà par.* 2. *cap.* 13. *Scacc. de ſentent. & re judic. gloſ.* 14. *quæſt.* 12. *numero* 2. 3. 4. 30. & 44. qui
11 *quæſt.* 2. *ſub numero* 7. ait quod res judicata æquat quadrata rotundis, creat nova, & vetera tollit, & habetur pro veritate, adeò ut amplius non ſit quærendum de veritate negotii, alioquin nullus eſſet litium finis, ſed ex litibus lites fierent, ſequitur *Ciarlin. tom.* 1. *forenſ. cap.* 5. *nu.* 54. & nonnulla adnotavit idem *D. Epiſcop. Marant. par.* 3. *reſponſ.* 41. *à numero* 14. & *ſeqq. reſponſ.* 81. *numero* 87. & *part.* 4. *reſponſ.* 39. *num.* 22. & 23. *Bonden. colluct. legal.* 6. *n.* 59. *vol.* 1. & *colluct.* 5. *n.* 141. *vol.* 2. *Rota in rec. deciſ.* 509. *n.* 15. *p.* 18. *tom.* 2.

12 Quæ quidem exceptio etiam in facto fundatur, nam inter alia petita deinde fuit facta inſtantia, quòd fieret prædicta declaratio inciſionis quoad uſum tantum, ut fol. 31. & 37. & ſequutæ ſunt duæ declarationes. Una ſub die 28. Januarii 1542. ubi dicitur declarando dictum decretum, *quod poſſint contenta in eo cum ſuis animalibus tantum*, & in hoc caſu fuit prolatum decretum ad favorem noſtrum reſpectu induſtriæ, & commoditatis, ſed fuit emanatum contrà nos reſpectu animalium, quæ ad ſocidam tenebantur, quod declarativum decretum legitur fol. 265. & fuit emanatum ad declarationem prædicti decreti, ut fol. 257. de quo hodie per magnificum Pappacoda petitur declaratio. Altera fuit ſub die 13. Februarii ejuſdem anni, ut fol. 266. quo tempore S. C. providendo decrevit, *quod homines Terræ Apricenæ poſſint facere ciſternas pro eorum uſu tantum, & eorum animalium*; excludendo induſtriam, dum de ea nil fuerit proviſum, quoad uſum verò paſcui, lignaque incidendi firmum remanere decretum, reſpectu utilitatis, ſeù induſtriæ, ut noviſſimis temporibus firmavit *Rendell. de paſc. Regiis part.* 3. *cap.* 8. *fol.* 191. & 192.
13 & *cap.* 7. *fol.* 183. etenim ex duobus illatis ad ſui favorem quis provideri petens, & quoad unum pro eo providetur, quoad alia cenſetur prohibitum ad *text. in l. cum prætor, ff. de re judic. in l. maritus, C. de procurator. in l. quod labeo ait, ff. de compenſat. & in l. cum ità legatum, ff. de condit. & demonſtrat. & in cap. non ne, cum ſimil. de præſumpt. Barboſ. in d. l. cum prætor in princip. num.* 36. *Ugolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap.* 14. §. 9. *numero* 1. *in princ.* latè *Barboſ. axiom.* 193. *per tot. Gambs. in theſaur. juriſpr. lib.* 3. *c.* 38. *axiom.* 12. *tom.* 1. *Manſ. conſult.* 46. *num.* 13. *lib.* 1. ſicuti uno modo permiſſum, conceſſum minimè videatur ſi alio modo fiat, *l. ſtatu liberum* 11. §. *ſtichum, ff. de legat.* 2. idem *D. Epiſcop. Marant. p.* 2. *reſponſ.* 24. *n.* 4. quippè, cum bina, de qua nunc agitur dicti decreti præceſſerit declaratio, nulla alia igitur, fieri de-
14 bet. Porrò vera, communiſque opinio eſt, ſicuti revocari bis interlocutoria poteſt, ita & declarari, non ultra, *Alex. in l. quidquid adſtringendæ num.* 9. *ff. de verb. obligat.* & deſumitur ex notat. per *Muſcatell. in prax. par.* 2. *gloſ. demandatur num.* 40. & 41. à ſimili ducendo argumentum, quod & ſecundum Ariſtotelica præcepta, atque S. C. quoque regulas admittitur, ad *text. in cap. translatio, ubi Dec. numero* 8. & *Abb. de Conſtitut. in l. non poſſunt, ff. de legib. Barboſ. in locis argumentandi loc.* 101. *numero* 1. *alios referens.*

Duplici ergò ex capite de prædicta decreti declaratione haud eſt agendum, tùm quia eſt clarum, ut patet per relationem ad acta, ad quæ expreſsè ſe refert, & ex ſimili declaratione facta in primo decreto. Tùm etiam quia, quod per binas declarationes in hoc eodem decreto petitas, pars adverſa fuit excluſa, ſed tantùm obtinuit per ſe declarationem quoad animalia ad ſocidam recepta, & quoad uſum aquæ ciſternarum, ut aliis non vendatur.

Præterea eſto, quòd S. R. C. ad petitam de- 15
clarationem faciendam teneretur, cum præſentes Domini, à quibus pro petitis ſatisfieri debeat, ſint ſucceſſores in officio illorum Dominorum, qui protulerint dictum decretum in aula, in qua reſidebat quondam Dominus Jo. Franciſcus Brancia Commiſſarius, adhuc prohibetur, ut obſervat *Bartol. in l. inter ſtipulantem, §. primo, ff. de verb. oblig. Bald. in l. ex facto, ff. de vulg. Caſtrenſ. in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt num.* 4. *in fin. ff. de teſtam. Gabriel. commun. concluſ. tit. de reg. jur. concluſ.* 3. *num.* 71. & 72. *Surd. conſ.* 339. *num.* 11. *conſ.* 426. *num.* 27. & 44. *lib.* 3. & *conſ.* 281. *num.* 30. *lib.* 2. *cum aliis per Becc. conſ.* 3. *numero* 44. *lib. primo.* Cùm condecens ſit, ut ſuorum prædeceſſorum geſta ſerventur, ut de Principis ſucceſſore latè fundat *Gratian. tom.* 3. *forenſ. diſcept. cap.* 599. *num.* 21. & 22. *Manſ. conſult.* 392. *à nu.* 30. *D. Balduc. ad Ramon. conſ.* 25. *num.* 52. & *num.* 54. *lib.* 1. ſecus in his, quæ continentur in actis, vel ex interpretatione, & declaratione legali procede-
rent, ut in ſpecie diſtinguit idem *Gratian. tom.* 4. *
*forenſ. cap.* 698. *à n.* 16. *uſque ad* 12. & *tom.* 5. *cap.* 559. *à n.* 24. *uſque ad* 28. qui juxtà per eum diſtincta concluſum refert.

Quam ob cauſam nullum dubium eſt, quòd 16
hodie ex deductis in proceſſu alia fieri minimè poſſit declaratio, quàm quod homines terræ Apricenæ, vigore privilegii ipſis conceſſi à Friderico Imperatore, animalia propria tàm ad uſum, quàm ad induſtriam deputata paſci valeant, & ſimiliter ad uſum, & induſtriam incidere ligna, cujus Privilegii conceſſi diſpoſitio taliter canit: *De Munificentia noſtræ gratiæ concedimus, ut in tenimentis Civitatis Caſtelli Pagani, & Sancti Nicandri uti poſſint liberè paſcuis pro animalibus ſuis ſine affidatura, & jure aliquo exſolvendo, & quod liceat ejuſdem fidelibus noſtris in tenimentis terrarum ipſarum liberè ligna incidere, & habere ad uſum, & utilitatem eorum, præterquam in defenſis noſtris, quas neminem ingredi volumus pro utilitatibus ante dictis.*

Permittere nempè videtur Imperator uſum paſ- 17
cui tàm quoad animalia ad uſum, quàm quoad induſtriam, ut ex apertis privilegii verbis deſumitur, ibi, *uti poſſint liberè paſcuis pro animalibus ſuis*, ſimpliciter enim, non autem taxativè dicendo ad proprium uſum deputatis, Imperator fuit loquutus, proinde tàm de animalibus pro uſu, quàm pro induſtria intellexiſſe haud eſt dubitandum: eo magis, quia ſua dicuntur omnia animalia prædicta, ſiquidem ex verbis illis, *pro animalibus ſuis*, Imperator intellexerit de
animalibus, quæ in dictorum civium ſunt pleno 18
dominio, nam, ſi virtutem dictionis illius (*ſuis*) perpendimus, dominium denotare dicimus, ſuum enim dicitur, in quo quis proprietatem habet, ad *text. in §. cum in ſuo ſolo, inſtit. de rer. diviſ. ubi gloſ. in l. quintus, §. argento, ubi Bart. numer.* 3. *ff. de aur. & argent. legat. not. Cald. Pereira de emption. & vendit. cap.* 3. *num.* 2. & *cap.* 10. *num.* 2. *Barboſ. dict.* 397. *num.* 1. indè in materia favorabili, eadem ratione militante, procedit Ariſtotelica illa regula, quam ut in caſu, de quo agitur, approbat *J. C. Paulus in l. ſi plures, ff. de*



*de legat.* 3. & *Pompon. in l. ſi pluribus hæredibus, ff. de legat.* 2. quod indefinita loquutio æ-
19 quipollet univerſali, ſequitur *Bart. in l. omnes populi num.* 57. *ff. de juſtit. & jure, Cagnol. in l.* 1. *num.* 10. *ff. de reg. jur.* idem *D. Epiſcop. Marant. in celeberrimo tractatu pro jurib. Eccleſ. Juvenac. num.* 215. *fol.* 73. & *part.* 3. *reſponſ.* 36. & *par.* 4. *reſponſ.* 33. *numero* 62. (*Bonden. colluct. legal.* 44. *num.* 199. & *colluct.* 45. *num.* 101. *vol.* 2.) ſcilicet ac ſi Imperator dixiſſet *cum omnibus animalibus ſuis.*

20 Eoque fortius, quòd hoc eſt beneficium Principis, quod latam admittit interpretationem, juxtà *tex. in l.* 3. *ff. de Conſtit. principum, ubi Jaſ. colum. penult. & in cap. cum dilecti de donat. Valaſc. conſult.* 58. *n.* 11. *Card. Tuſc. practic. concl. tom.* 1. *lit. B. concluſ.* 49. *nu.* 1. *Sanctarell. variar. par.* 1. *quæſt.* 4. *nu.* 32. latè *Barboſ.* qui alios refert, *axiom.* 36. *num.* 1. *D. Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 71. *n.* 13. *tom.* 1. (*Giurba dec.* 23. *numer.* 10. & *de ſucceſ. feud.* §. 1. *gloſ.* 3. *num.* 38. *Solorzan. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 40. *Antunez. de donat. reg. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 6. & *cap.*
21 13. *num.* 28. *tom.* 1.) decet autem conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum, ex regula decet conceſſum *de reg. jur. in* 6. inquit idem *D. Epiſcop. Marant. part.* 1. *reſponſ.* 39. *num.* 54. & 55. (*ac benè D. Balduc. ad Ramon. conſ.* 25. *ex num.* 58. *lib.* 1.) quod ex perpenſione illorum verborum (*ad uſum, & utilitatem eorum*) firmum redditur, ex quibus conceſſionem paſcendi animalia, lignaque incidendi non ſolum pro uſu proprio, ſed etiam pro induſtria factam fuiſſe apertiſſimè demonſtratur, ſiquidem verba illa ſunt relativa ad omnia præcedentia, etiam ad jus paſcendi, non ad proxima tantum, maximè quia in omnibus eadem eſt ratio, juxtà *vulg. regul. tex. in l. talis ſcriptura, §. fin. ff. de legat.* 1. ubi *Bartol. in l. fin. de reb. dub. & in l.* 1. *C. de liber. præt.*
22 quod clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, idem *Bart. in l. prætor, §. eritque hæc ff. de vi bonor. rapt. cap.* 2. *requiris de appellat.* ubi *Abb.* approbant *Capyc. deciſ.* 108. *à num.* 9. *Boer. deciſ.* 146. *p.* 1. *Afflict. deciſ.* 248. *à num.* 10. (*Manſ. conſult.* 80. *n.* 6. *lib.* 1. & *conſult.* 610. *num.* 17. *lib.* 7. *Altograd. conſ.* 88. *à n.* 18. *lib.* 1. *plenè, & Magiſtraliter D. Balduc. ad Ramon. conſ.* 81. *num.* 11. & *ſeqq. lib.* 3. *D. Palma Nepos alleg.* 292. *n.* 4. *lib.* 3. *Rota cor. Cavaler. dec.* 148. *num.* 7. *cor. Merlin. dec.* 883. *nu.* 10. *cor. Carril. dec.* 266. *num.* 5. & *in rec. dec.* 633. *nu.* 18. *p.* 18. *tom.* 2. & *dec.* 366. *nu.* 16. *p.* 19.) ad quæ fieri debet relatio, *Surd. deciſ.* 212. & *dict. deciſ.* 288. *à num.* 30. *Oſaſc. deciſ.* 147. *num.* 16. & *deciſ.* 167. *num.* 8. idem *D. Epiſc. Marant. p.* 1. *reſponſ.* 22. *n.* 5. 6. 7. & 8.

Quò fit, quod, cum in Principis beneficio ſi-
23 mus latiſſimè interpretato ex ſuperius traditis; ſi relatio ad omnia præcedentia fieret tantum, ſtricta dicti beneficii reſultaret interpretatio contra ſui naturam, nempè ad proxima tantum, quo in caſu prohibetur, *text. eſt* ſecundum verum *Innoc. & Abb.* intellectum *in d. c. cum dilecti*, ſequitur *Alex. conſ.* 48. *ſub nu.* 6. *verſic. præter, volum.* 1. *Jaſon in l.* 1. *limit.* 5. *Cod. de liber. præter. Rebuff. in l. ſi quando, Cod. de bon. vacantibus libr.* 10. & meminit *Joannes Anton. Novar. ad tres libr. Cod. in d. l. ſi quando num.* 6. qui allegat *tex. in l. hac ſaluberrima, Cod. de Princip. agent. in reb. lib.* 12. *Jaſon in l. fin. ff. de conſtit. Princip. & in l.* 1. *ff. de juriſd. omn. judic.*

24 Idcircò à contrario ſenſu ſumpto argumento, ut Principis beneficium ampliaretur ad omnia ſuperiora, eſt facienda relatio, tametſi in alia diſpoſitione fieri non deberet, quod argumenti genus validiſſimum eſt in jure noſtro, inquit *Maſcard. de probat. concluſ.* 1151. *ex vulg. l.* 1. §. *hujus rei, ff. de offic. ejus, & l. qui teſtamento, §. mulier*, ubi *gloſ. ff. de teſtam. DD. omnes in d. l.* 1. §. *ſi hujus rei*, ſequuntur *Everard. in topic. legal. loc.* 4. *Fuſc. ſingul.* 86. *lit. A. Card. Tuſcus practic. concluſ. tom.* 1. *lit. A. concluſ.* 498. *Antonin. de*
*Amat. variar. reſol. reſolut.* 1. *numer.* 4. Recolend. 25
memor. *Dom. Reg. Valenzuel.* J. C. peritiſſimus *conſ.* 11. *numero* 68. *conſ.* 36. *numero* 29. & *conſ.* 44. *numero* 18. *vol.* 1. *Gratian. ubi ſupra tom.* 1. *cap.* 995. *numero* 1. præcipuè in caſu noſtro, de quo agitur, addimus *per Jaſon. in d. l.* 1. *num.* 55. ea quibus apertiſſimè deſumitur. Rationem red-
dit idem *Maſcard. tom.* 3. *concluſ.* 1286. *numero* 26
65. & 66. Nam fortiſſimum in jure eſt argumentum à contrario ſenſu, eo quia dicitur mens legis, canonis, vel ſtatuti *gloſ. in d. §. mulier*, quæ dicit ſenſum contrarium pro lege accipi, quod *n.* 67. limitat non procedere in caſibus, de quibus per eum ad notat. per *Jaſon. & Bart. in d. l.* 1. *D. Præſ. de Franch. deciſ.* 86. *numero* 17. *deciſ.* 72. *numero* 9. *deciſ.* 486. *numero* 6. *ex deciſ.* 537. *nu.* 10. 13. & 16. latiſſimè *Barboſ.* qui alios refert *in loc. argu. loc.* 27. *per tot. D. Epiſcop. Marant. part.* 3. *reſponſ.* 68. *à numero* 66. *reſponſ.* 81. *à numero* 84. & *par.* 4. *reſponſ.* 54. *numero* 22. & 23. *doctiſſim. D. Reg. Capyc. Latr. tom.* 1. *deciſ.* 24. *nu.* 17. & 18. & *Sanfelic. par.* 2. *deciſ.* 256. *numero* 12. & *Illuſtriſſ. D. Sperell. deciſ.* 110. *numero* 54. *deciſ.* 132. *numero* 78. *deciſ.* 143. *numero* 19. & *deciſ.* 150. *numero* 30. & *deciſ.* 165. *numero* 29. &, quod probatur cum hoc argumento à contrario ſenſu, dicitur probari per textum; & caſum legis, *Bonden. colluct. legal.* 50. *numero* 63. *vol.* 2. *Rota cor. Duran. dec.* 445. *numero* 55. *tom.* 2.

Clarior etiam ſupra dicta propenſio redditur ex 27
ſubſequentibus privilegii verbis ibi (*pro utilitatibus ante dictis*) ex quibus verbis ut Imperator oſtenderet, ſe in permiſſione juris paſcendi de paſcuis animalium, & inciſione lignorum intellexiſſe, in prohibitione ipſiuſmet juris in Regiis defenſis, ut intelligeretur quoad præmiſſa, utitur dictione (*ante dictis*) quæ præcedentium eſt relativa, operaturque, ac ſi aliquid nominatim fuiſſet expreſſum, ut ex *Bartol. in l. qui liberis, §. hæc verba in fin. ff. de vulgat. & Surd. conſ.* 123. *num.* 13. & *conſ.* 315. *numero* 3. notat *Barboſ. dict.* 35. & *Gratian. dict. c.* 20. ſi enim voluiſſet, quod tantum inciſio lignorum eſſet ad uſum, & utilitatem, & paſcua eſſent ad uſum tantum, utique dixiſſet pro uſu, & utilitate ante dictis, & ſingula
ſingulis retuliſſet, & non pro utilitatibus ante di- 28
ctis, nam ex eis perfecta non reſultaret loquutio, quæ non eſt præſumenda, maximè in Imperatore, qui habet ad latus tot Viros doctiſſimos *argum. in l. teſtam. omnia, C. de teſtam. & l. plautius, ff. de aur. & arg. legat.* & latè ex nonnullis juribus, atque deciſionibus fundat idem *D. Epiſcopus Marant. par.* 4. *reſponſ.* 35. *n.* 70. *qui n.* 71. ut abſurdum inquit abjiciendum.

Quo ad uſum quippè, utilitatemque, id eſt 29
induſtriam factam fuiſſe conceſſionem ab Imperatore Friderico Univerſitati, hominibuſque Terræ Apricenæ tàm paſcendi animalia, quàm ligna incidendi clariſſimè ex prædictis, privilegii verba demonſtrant; præterquam quod adeſt immemorialis poſſeſſio Univerſitatis per teſtes in plena

Rota perlectos verificata, quæ tribuit poſſidenti
30 jus pleniſſimum ex fortiori cauſa, quæ excogita-
ri poſſit, ut ex pluribus J. C. authoritatibus latè
firmat idem *Illuſtriſſ. Dom. Sperell. deciſ.* 69. *&*
31 *deciſ.* 12. *tom.* 1. quod immemoriale tempus vim
privilegii, conceſſioniſque operari tradit, *Rendell.
de paſcuis Regiis par.* 3. *cap.* 1. *verſic. operari fol.*
32 137. qui *cap.* 8. *fol.* 191. inquit conſuetudine, præ-
ſcriptioneque induci poſſe liceat lignare, & paſ-
cuare in alieno territorio, *Pariſ. conſ.* 27. *& conſ.*
69. *vol.* 1. *Craſſ. commun. opin. de ſervit. paſcend.
Hieron. de Mont. de finib. quæſt.* 32. *Joann. Pe-
trus Surd. deciſ.* 236. ubi latè, & doctè de jure
paſcendi quando, & quomodo præſcribatur, &
in ſpecie de ſervitutibus lignandi in nemoribus ha-
betur *per Chaſſan. in conſuet. Burgund. deſ. foreſt.*
2. §. 2. *verſ. Uſaige de byſ.* quod præſcriptione im-
33 memoriali, vel conſuetudine jus hauriendi aquam
valeat acquiri, latiſſimè ſcripſit idem *D. Novar.
in l. uſum aquæ Cod. de aquæ ductu lib.* 11.

34 Obſtaculum deindè primò faciunt minimè in
contrarium objecta, unica enim reſponſione tol-
luntur, v. 3. illa habere locum, cum de jure paſ-
cendi competente vaſſallis in domanio Baronis age-
retur, ut obſervat *Luc. de Penn. in d. l. uſum
aquæ*, conſuluit *Beltr. conſ.* 1. *n.* 2. *volum.* 3. &
ex pluribus firmavit idem *Rendell. ubi ſupra par.*
2. *cap.* 3. *ex* 19.

35 Neque obſtaculum ſecundò facit in nono ar-
ticulo, quo ad uſum pro parte Univerſitatis fie-
ri mentionem, quia cum in ſecundo, tertio, &
quarto articulis fiat mentio de poſſeſſione Uni-
verſitatis non ſolum pro uſu, ſed etiam pro uti-
litate, ſuppletur, & interpretatur ex iſtis, cum
36 ſemper ſumi interpetratio debeat, per quam con-
trarietas, & repugnantia tollatur, ut ex antiqui-
oribus firmavit *Gratian. tom.* 3. *forenſ. cap.* 539.
37 *numero* 15. qui *numero* 16. ſubjungit, cum etiam
una pars ſcripturæ debeat declarari per aliam, &
per ſuperiora reſtringantur ſequentia, *Bartol. in
l. quiſquis ; ff. de legat.* 3. *Roman. ſingul.* 605. *Ja-
ſon. conſ.* 69. *columm.* 2. *lib.* 3. cum aliis per *Cra-
vett. d. conſ.* pro genero *n.* 299. *&* 309.

38 Eoque magis, quod in dicto nono articulo non
fuit adhibita dictio taxativa illa (*tantum*) quæ ad
non expreſſa extenſionem impedit, ut per *Barboſ.
dict.* 401. qui latè de vi, & effectibus hujus di-
ctionis pertractat, propterea non negatur, quin
etiam utilitatem in prædictis juribus paſcendi, &
incidendi, Univerſitas habeat.

39 Idcircò omni jure concludendum eſſe videtur
prædictam Univerſitatem, & homines Terræ
Apricenæ abſolvi debere ab impetitis pro parte
dict. monaſterii in nova ſupplicatione per eum
oblata, debeantque confirmari decreta in favorem
Univerſitatis prædictæ prolata, hoc etiam an-
nuente parte adverſa, quæ, quod decreta præ-
dicta pro confirmatis habeantur, conſenſum præ-
ſtitit.

*Fabius Supinus Neapolit.*

## D E C I S I O.

40 DIE 7. *Julii* 1562. *per Sacrum Regium Con-
ſilium, referente Regio Dom. Conſiliario An-
tonio Aurificio deciſum fuit. Quod liceat uti
etiam cum pecoribus emptis, ſeu cauſa mercimonii,
vel lucri, &c.*

Sequitur *Aliud Reſponſum.*

## A R G U M E N T U M.

De damnis datis à beſtiis, & de actione compe-
tenti damnum paſſo adverſus Dominum anima-
lium. Traditur quoque non obſcurè an, &
quando ſit permiſſa animalium retentio, & quo-
modò facienda ſit damni æſtimatio.

## *S U M M A R I U M.*

41 *Bos* lege Moſaica *morte punitur propter ho-
micidium.*
42 *Porcus pariter ob homicidium ſuſpenditur, &
de exemplo* in Burgundia.
43 *Taurus lapidatur ob homicidium* lege Mo-
ſaica.
44 *Aves eadem pœna mortis punitæ ſunt ob ho-
micidium.*
45 *Animal vivum* lege XII. Tabularum *pro no-
xa datur, aut æſtimatio noxæ, id eſt damni
dati, & quando*, n. 46. 47. 49.
48 *Actio pro damno dato datur contrà eum, qui
cauſam damni dedit.*
49 *Dominus quandò teneatur de damno dato à be-
ſtiis*, & n. 50. 55. & ſeqq.
51 *Statutum, vel Conſuetudo in pœnis damnorum
datorum, eſt primo loco attendenda.*
52 Statutum Faventiæ *imponit pœnam pecunia-
riam Domino pro damno dato à beſtiis, proùt
&* Stat. Eugub. & Ferrar. n. 53.
54 *Actio de pauperie locum habet in damno dato
ab animalibus, qui connaturali feritate nocue-
runt.*
55 *Actio de paſtu pecoris contrà dominum quando
locum habeat.*
56 *Dominus non tenetur ad damnum illatum ſine
ejus dolo, culpa, & negligentia.* & numero
57. 58.
59 *Animalia pro damno paſturagii retineri non
poſſunt.* & num. 60. *Contrà num.* 61. *intelli-
ge ut* ibid.
62 *Animalia damnificantia, conſuetudine in ali-
quibus locis retinentur, & reſtituuntur* ex pra-
xi *omnium ferè* Tribunalium, *præſtita cau-
tione de ſolvendo damno*, num. 63. *proùt
& facto præcepto, etiam ſine clauſula de il-
lis reſtituendis, præſtita dicta cautione.* num.
64. 65.
66 *Damnum liquidari debet, mediante æſtimatio-
ne Peritorum, & acceſſu ad locum.* numero
67. 68.
69 *Æſtimatio damni facienda eſt, habito reſpectu
ad tempus damni dati, non verò ad tempus
recollectionis, &* num. 70.
71 *Status præcedens ſegetis damnificatæ probari
debet, ut conſtet de damno in ſpecie, &* n. 72.
73 D. Comes Vincentius Bondenus *laudatur.*
74 *Juramento damni paſſi quando credatur, &*
num. 76.
75 *Animalium retentio quando ſit licita, &* nu-
mero 77.
78 *Actio criminalis quando detur pro damnis
datis : Et quando ſola actio civilis.* nume-
ro 79.
80 Reverendiſſ. D. Joann. Bapt. Anguiſola olim
Gubernator Faventiæ *laudatur.*

Actum fuit per *Noſtrum Oter. in cap.* 13. *ac
ibi in Notis* de Damnis datis, maximè ab Anima-
libus, prout & de iſtorum retentione, aliiſque
hujuſmodi materiam reſpicientibus : Ac omnia
latè



latè fuerunt examinata à *Reverendiſſimo Epiſc. de
Zaulis ſuprà in cap.* 38. 39. ac aliqua etiam tacta
in *Capitib. ſubſequentibus :* Aſt, cum *multùm doctè*
ſcripſerit *de more* circà rem iſtam *Præſtantiſſimus D.
meus, nunc Auditor Rotæ Ferrar. Antonius Ga-
briel. Calderonus J. C. Faventinus* ; dantur hìc
*Illius ſcripta*, ſic ſe habentia.

## R E S P O N S U M J U R I S.

*D. Auditoris Calderoni.*

OBſervandum eſt pro reſolutione præſentis
articuli, quod pro delictis illatis à jumentis,
& animalibus, diverſæ proditæ ſunt actiones. Aut
enim beſtia præter naturalem feritatem commota
nocuit, ut ſi equus calcitroſus calce percuſſerit,
aut bos cornu petere ſolitus cornu petierit, & an-
41 tiquitus lege moſaica etiam morte puniebatur
animal brutum, ſi quid morte dignum commiſiſ-
ſet, ut de bove habetur in *Exod. cap.* 21. his
verbis. *Si bos cornu percuſſerit virum, aut mu-
lierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur,
& non comedentur carnes ejus, dominus quoquè
bovis innocens erit. Quod ſi bos cornupeta fuerit
ab heri, & nudius tertius, & conteſtati ſunt domi-
num ejus, nec recluſerit eum, occideritque virum,
aut mulierem, bos lapidibus obruetur, & dominum
illius occident ; Quod, ſi pretium fuerit ei impoſi-
tum, dabit pro anima ſua, quicquid fuerit poſtula-
tum. Filium quoquè, & filiam ſi cornu percuſſerit,
ſimili ſententiæ ſubjacebit. Si ſervum, ancillamque in-
vaſerit, triginta ſiclos argenti domino dabit, bos ve-
rò lapidibus opprimetur. Si bos alienus alterius bo-
vem vulneravit, & ille mortuus fuerit, vendent bo-
vem vivum, & divident pretium, cadaver autem
mortui inter ſe diſpertient. Si autem ſciebat, quod
bos cornupeta eſſet ab heri, & nudius tertius, & non
cuſtodivit eum dominus ſuus, reddet bovem pro bo-
ve, & cadaver integrum accipiet*, de qua meminit
etiam *Petrus Quæſada contr. forenſ. cap.* 14. *n.* 20.
42 & de porco ſuſpenſo in patibulo ob homicidium
in puerum habetur apud *Guido Pap. dec. Delphin.*
238. ubi ità atteſtatur, ſe vidiſſe in Burgundia,
quod improbat *Clarus in quæſt.* 99. *n.* 8. ubi *Add.*
& relatum eſt per *Bonſin. ad Banniment. general.
cap.* 72. *num.* 3. & de tauro, qui hominem occi-
derat, lapidato, ejuſquè carnibus projectis, ità
43 diſponentibus *Legibus à Moyſe* promulgatis, de
quibus *Fara in epitom. Orbis terr. tit. de Judic.
verſ. ſi taurus. pag.* 61. *in fin.* atque de avibus inter-
fectis, quæ hominem pariter occiderant, juſſu Con-
44 cilii Vormatienſis, teſtis eſt *Petr. Erodius lib.* 3.
*rer. Judic. tit.* 16. *cap.* 1. *poſt princ.* quos refert
*Calvin. de Æquit. cap.* 268. *n.* 34. *lib.* 3.

Lege verò *duodecim tabularum* prodita eſt no-
xalis actio, qua, aut animal vivum, quod noxam
commiſit, aut æſtimatio noxæ, hoc eſt delicti, &
45 damni dati, quaſi ex delicto quadrupedis præſtan-
da eſt, ut teſtatur *Ulpianus Servium ſcripſiſſe in
l. prima ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur :*
& ſtatuit *Juſtinianus Imperator lib.* 4. *Inſtit. tit.* 9.
*eod. tit. in princ.* & ibi inquit *Oinotom. n.* 1. 2. 3.
4. *&* 5. *Mynſinger. litt. A. B. & C. Franciſcus Bal-
duin. ver. contrà naturam, & Faber ibidem in
princ. & Inſtitutiſtæ* omnes, *Bald. in l.* 1. *ff. eod.
Aretin. de maleſ. tit. de damn. dat. nu.* 11. *Anto-
nel. de loc. legal. lib.* 3. *cap.* 20. *quæſt.* 2. *num.* 25.
*Calvin. de Æquit. cap.* 268. *n.* 4. *& n.* 33. *lib.* 3.
*Carpzov. pract. crimin. p.* 3. *cap.* 131. *n.* 17. *Mo-
dern. Zaul. Epiſcop. Verul.* poſt hæc ſcripta viſus
in *obſervat. ad ſtatut. Favent. Rub.* 7. *n.* 3.

Quæ tamen juris traditio locum habet, quo-
ties animalis ferocia fuerit ſpontanea, & ex ſe
commota, ut docent *Oinotom. in d. tit. de qua-* 46
*drup. n.* 5. *& ſeq. Franc. Balduin. ibidem d. verbo
contrà naturam, Calvin. de Æquit. d. cap.* 268. *n.*
10. *& num.* 22. nam, ſi ab alio ſit concitata, ceſ-
ſat hæc actio, & aliæ actiones ſuppetunt in con-
citantem, ſeù concitantis Dominum, *l.* 1. §. 2. *ff.
ſi quadrupes pauper. feciſſ. dic. l. qua actione*, §. 47
*proinde ff. ad l. Aquil. Oinot. ibidem nu.* 5. *Franc.
Balduin. ſub verbo moventur. Calvin. de Æquit.
d. cap.* 268. *num.* 23. ubi, quod ſemper in eum,
qui damni cauſam dedit, actio dirigatur, quia is
damnum dediſſe videtur *d. l.* 1. §. 4. *&* 7. *ff. ſi* 48
*quadrupes pauper. fec. dic.* & Inſtitutiones omnes
*hoc eod. tit.*

Cæterùm, ſi ex generali, & naturali conſue- 49
tudine quadrupedes damnum dederint, ut ſi bos
depaſcatur obvia gramina, aut porcus glandes,
aut canis carnes, nulla eo nomine prodita eſt actio,
quia nihil contrà naturam ſui generis deliquit,
quod in hoc judicio neceſſarium eſt, & datum
in hoc caſu contra Dominum tantummodò actio,
quatenùs ex eo paſtu factus eſt locupletior *l. qui
ſervandarum ff. de præſcript. verbis*, & docet
*Franciſc. Balduin. in d. tit. ſi quadrupes pauper.
fec. dic. d. verbo contrà naturam verſ. & ſiquidem*
& ſcripſit *Faber in eod. tit. ſi quadrupes pauper.
fec. dic.* quem ibidem ſequitur *Angel. n.* 3. *poſt
Florian. in l.* 1. §. 1. *ff. eod. tit. Calvin. de Æquit.
d. cap.* 268. *n.* 18. *lib.* 3.

Si verò damnum dederint non quidem contrà 50
naturam, ſed ex paſtu, Domini tamen, vel pa-
ſtoris culpa immiſſa, vel ob cuſtodiam non ſatis
diligenter adhibitam, & locus erit actioni de paſtu
pecoris *d. l. qui ſervandarum* §. *fin. de præſcript.
verb. & l. Quintus Mutius ad legem Aquiliam, Myn-
ſinger. in d. tit. inſtit. ſi quadrupes pauper. feciſſ.
dic. ſub lit. F. Franciſ. Balduin. eod. tit. ſub verbo
contrà naturam, verſ. quod ſi in meo, Aret. de ma-
leſ. d. tit. de damn. dat. n.* 64. *Antonel. de loc. le-
gal. lib.* 3. *d. cap.* 20. *quæſt.* 2. *n.* 25. *in fin.* ubi de
mala cuſtodia Domini, *Zaul. d. obſervat.* 7. *n.* 1.
ubi quod Dominus teneatur ad damni emendatio-
nem tàm in foro Poli, quàm in foro fori.

Et hæc procedunt de jure communi in ani- 51
malibus manſuetis, de quibus noſter eſt ſermo,
niſi aliter conſuetudine introductum ſit, vel ſtatu-
to loci fuerit diſpoſitum, quo in caſu ad mores
regionis, in qua verſamur, ſivè ad leges munici-
pales erit recurrendum, *l.* 21. *C. de noxalibus*, &
advertit *Fernandez de Otero in tractat. de paſcuis
cap.* 13. *n.* 2. ex quibus modò certa pœna indicta
eſt, ut occurrit in ſtatuto noſtro Faventiæ *Rub.* 52
7. *lib.* 9. in quo pœnæ pecuniariæ impoſitæ ſunt
Dominis pro damnis datis ab eorum beſtiis, mo-
dò ultra pœnam damni emendatio præſcribitur,
ut in ſimili *Statuto Eugubii Rub.* 10. *lib.* 6. & in 53
*Statuto Ferrariæ lib.* 4. *Rub.* 11. & in ſimilibus
ferè *per totam Italiam* vigentibus, ordinatis ad
providendum in generali damnis frequenter in-
ferri ſolitis ab animalibus ob negligentiam,
& malam curam eorum cuſtodum, & domi-
norum.

His autem præmiſſis, dubitandum non eſt de
injuſtitia ſubhaſtationis equi Caroli Blanchedæ
executati ex abrupto ad inſtantiam cuſtodis Ar-
cis Civitatis Faventiæ ſub prætextu, & præ-
ſuppoſito fuiſſe repertum in terris de juribus ejuſ-
dem Arcis hordeo ſeminatis, & damnum eum
paſſum fuiſſe in iiſdem terris ex paſtu præfati
animalis.

Aut

Aut enim prætenditur animal deberi pro noxa,
& ob id licitam fuiſſe in eo executionem ad effe-
ctum ſibi ex hoc capite appropriandi pretium,
& erronea eſt prætenſio, quia hujuſmodi actio
54 proveniens ex ſuprà allegata lege duodecim tabu-
larum locum ſolùm habet in iis animalibus, quæ
commota feritate, id eſt contrà naturam nocuerunt,
ut benè declarat Franciſc. Balduin. in d. tit. inſtit.
ſi quadrupes pauper. fec. dic. in verbo contrà natu-
ram, Oinotom. eod. tit. ſi quadrupes, &c. n. 9. &
Faber. Bald. Aretin. Antonel. & Calvin. ſuperius
citati in §. lege verò duodecim tabularum.
55 Aut prætenditur damni ſatisfactio actione de
paſtu pecoris, quia damnum nulla naturali feri-
tate commotum illatum ſit, ſed ſecundùm natu-
ram, propter diminutionem patrimonii, juxtà di-
ſpoſitionem l. fin. ad l. Aquiliam, & d. l. qui ſer-
vandarum §. final. ff. de præſcript. verb. nequè
hujus legis diſpoſitio locum ſibi vindicare poteſt,
quia equus in præſenti miſſus juxtà conſuetum
à Domino ad paſcendum in proprio prato ſepe
circummunito, exivit de nocte, & ſuo naturali
motu, & inſtinctu (ſi verum eſt in aſſerto præ-
dio fuiſſe repertum) ad depaſcendum intravit
in dicto agro ſeminato, ſed aperto; actio au-
tem de paſtu pecoris non habet locum, niſi in
caſu, in quo animal fuerit à domino immiſſum
in agro alieno, & culpa domini damnum fuit il-
latum, ex literaliter traditis in d. l. qui ſervanda-
rum §. ſi glanſ. ibi eamque immiſſo pecore depaſ-
56 cam, &, ibi, gloſſ. de paſtu, proprium nomen actio-
nis, quæ habet locum, cum in tuo tuam glandem meo
pecore depaſco, & in puncto Aretin. de Malef. tit.
de damn. dat. num. 64. propter quod nedum ceſſat
dicta actio, ſed ceſſante dolo, culpa, atque ne-
gligentia Domini, ad nullum damnum ipſum tene-
57 ri per practicam Baldi in tit. de ſtat. quæſt. 6. n. 2.
concludit Papienſ. in ſua prax. in forma inquiſit.
in verb. contrectando in addition. verſ. deinde quæ-
ritur in fin. & firmant Amanel. de Claris ſingular.
80. Bonacoſſ. quæſt. criminal. in verb. de damn. dat.
verſ. ſtatuto cavetur, Carpan. ad ſtatut. Mediolan.
par. 2. cap. 363. n. 4. cum aliis ibi allegatis, Thoro
in ſupplement. in verb. pœna damni, fol. 475. Pe-
trus Quæſada contr. forenſ. cap. 14. n. 24. Calvin.
de æquit. d. cap. 268. n. 20.
58 Aut verò juxtà aliquorum opinionem præten-
ditur ſolùm refectio, & emendatio damni, ſaltem
pro eo, quo factus fuit locupletior ex paſtu domi-
nus animalis, ſeù ad ratam tantummodò æſtima-
tionis damni, nequè ex hoc capite licita erat re-
tentio, minuſque licitatio animalis.
59 Quia, præterquam quod in ſententia quamplu-
rium, animalia in alienis paſcuis, ſeù agris inven-
ta, pro damno paſturagii, retineri non poſſunt, ut
ex textu in l. quamvis alienum 40. ff. ad l. Aqui-
liam in iis verbis. Itaquè, qui pecus alienum in agro
ſuo deprehenderit, non jure id includit, defendunt
Bart. in l. ampliùs §. de his autem ff. de damn. infect.
Cæpol. de ſervit. ruſtic. præd. cap. 9. n. 30. Boſſ. in
prax. crim. in tit. dat. n. 10. Antonel. de loc. legal.
3. cap. 20. n. 15. & latiſſimè Calvin. de Æquit. cap.
268. num. 5. & 6. lib. 3. ex rationibus ibidem per
60 eos allegatis, quia hoc eſſet ſibi propria authori-
tate jus dicere contrà l. 1. Cod. ne quis in ſua cauſa
jus ſibi dicat, & quia majus eſt periculum in reten-
tione animalium, quàm in aliis rebus.
61 Indubitatum eſt in ſententia etiam contraria il-
lorum, qui ſuſtinent, quòd permiſſa ſit retentio,
ut hoc procedat ad effectum tantùm ſciendi, cu-
jus ſint animalia, non autem donec ei ſolvatur dam-
num, cùm, acquiſita notitia Domini, illicò ſuas
poſſit damnum paſſus movere actiones contrà Do-
minum pro damno, ut benè diſtinguendo volue-
runt Speculator tit. de action. §. 1. verſic. ſed po-
nè invenio pecudem tuam, numero 59. Bald. conſ.
35. vol. 4. Faber. in inſtit. d. tit. ſi quadrupes pau-
per. feciſſ. dicat. numero 5. Angel. de Aret. in tra-
ctat. de malefic. in gloſ. verbo, & Cæleſtem veſtem,
col. 1. Gandinus in tractat. de malef. tit. de furibus,
verſ. pone n. 1. Plot. de in litem juran. §. 53. n. 7. &
8. Boſſ. d. tit. damn. dat. n. 10. Cæpoll. de ſervit.
ruſtic. præd. d. cap. 3. num. 30. Carpan. ad ſtatut.
Mediolan. lib. 2. cap. 369. num. 9. Antonel. de loc.
legal. d. cap. 20. num. 15. & 16. Ant. Fernandez de
Otero in tractat. de paſcuis cap. 13. nu. 21. & ſeq.
Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. quæſt. 112. n. 2. Surd.
de aliment. tit. 8. privileg. 62. optimè Calvin. de
Æquit. d. cap. 268. num. 7. & ſequen. ubi quòd
hoc ſolùm procedit de æquitate, & idem affir-
mat Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 1. tit. 2.
q. 14. num. 12. 13. & 14. Sabell. in ſumm. diverſ.
tractat. §. animal, n. 2. ubi quòd de jure hæc ſit ve-
rior ſententia, Conciol. ad Statut. Eugub. Rub. 10.
num. 2. lib. 6. & nuperrimè tenuit D. Raynald.
in obſervat. crimin. civil. & mixt. cap. 15. §. 4.
5. & 6. numer. 35. 36. & ſeq. lib. 2. ubi alios dat
concordantes.
Quæ concluſio nullam admittit difficultatem, 62
quoties per dominum animalium ſtatim oblata eſt
cautio de ſolvendo damno, & de ſtando juri, &
judicatum ſolvendo, in hoc enim caſu, non at-
tenta etiam quacumque conſuetudine in aliqui-
bus locis retinendi animalia pro noxa, de qua
teſtantur Papiens. in pract. in forma inquiſitionis d.
verbo contrectando n. 4. Gerhard. Feltman. in trac-
tat. de incluſ. animal. cap. 2. per tot. Joann. Gra-
ken. de authorit. privat. claſſe 3. cap. 3. numer.
4. Grat. dec. 57. num. 12. & diſcept. 80. num. 9.
Oter. de paſcuis cap. 13. n. 24. Rendel. in tractat.
de paſc. def. par. 4. cap. 4. Pigant. ad ſtatut. Fer-
rar. Rub. 11. nu. 10. lib. 4. Bonfin. ad bannimenta
generalia cap. 72. n. 3. Raynald. d. cap. 15. num.
48. Card. de Luc. de juriſdict. & foro competen.
diſc. 66. num. 8. ubi de praxi Regni Neapolitani, 63
quia ſufficienter per hujuſmodi cautionem eſt
conſultum damnum paſſo, animalia nempe ex
Practica omnium ferè Tribunalium, reſtituuntur,
data cautione de ſolvendo damno, vel diffida,
ne pereant ſub hoſpitio, ut per totam Æmiliam
ſervari vidi, & poſt hæc ſcripta Ipſemet ſervavi
in Guberniis quamplurium inſignium Civitatum Sta-
tus Eccleſiaſtici, quibus ſpatio duodecim annorum
præfui, & generaliter de hac praxi teſtes ſunt
Capyc. dec. 95. numer. 7. Paul. Chriſtin. deciſ.
Belgic. 168. numero 5. vol. 2. & dec. 178.
numero 13. vol. 2. & deciſ. 94. numero 28.
vol. 5. Ricc. collect. 3719. Calvin. de Æqui-
tate cap. 268. numero 8. lib. 3. ubi citat Alcia-
tum idem tenentem, Sabell. in ſumma in §. ani-
mal. 29. num. 2. verſ. imò, Vincent. Maxill. ad
conſuetud. Barenſ. Rub. ſi animal in hominem, vel
in aliud damnum dederit, nu. 4. verſ. quæro de
quæſtione, & n. ſequent. ubi laudat hanc provi-
ſionem, quæ fit per ſuperiorem jubentem, quòd,
ſtante fidejuſſione præſtita per Dominum anima-
lium de ſolvendo, quicquid fuerit judicatum,
animalia ipſi Domino reſtituantur, nulla etiam 64
appoſita clauſula in præcepto, quod ſi ſenſerit ſe
gravatum, cui æquiori opinioni ſe ſubſcribit etiam
D. Raynald. in obſervat. civil. Criminal. & mixt.
d. cap. 15. num. 46. ubi inquit, quòd ſemper
præceptum eſt juſtum etiam, abſque dicta Clau-
ſula, quia fidejuſſio habetur loco animalium ſe- 65
queſ-



queſtratorum, d. l. ſi fidejuſſor. §. ſi ſatisfactum ff.
qui ſatis d. cog.
Ex quo, non ſine maxima injuria recuſata fuit
cautionis præſtatio, nedùm perſiſtendo in reten-
tione animalis poſt oblationem ſatisdationis, verùm
procedendo ad ulteriora præcipitanter, & nul-
lo juris ordine ſervato ad publicam equi licitatio-
nem, ad quam eo minùs procedi poterat, cùm
non conſtaret de damno in ſpecie paſſo, prævia
legitima æſtimatione, mediante acceſſu, & elec-
66 tione peritorum, ut opus erat, ex text. in l.
1. ff. ſi menſor falſ. mod. dixerit, & ex doctrina
Oter. de paſcuis cap. 15. num. 19. & ſeq. ubi Co-
mes Bonden. in Notis. §. pro liquidatione. qui ſe
ipſum allegat in ſuo ſpectatiſſimo Opere de jure
municip. lib. 2. obſerv. 25. §. quod & ſi requira-
tur, cum multis ſeq. D. meus Epiſc. Verul. Mo-
dern. Zaul. ad Statut. Favent. in obſervat. ad
Rub. 3. num. 5. num. 6. 7. & ſeq. lib. 5. & in ter-
minis diſponit Statut. Faventiæ ead. Rub. 3. & Rub.
13. de damn. inſpiciendis. verſ. & ſi aliqua dubita-
67 tio. l. 5. ac ſimile Statutum Mediolani relatum per
Carpan. cap. 375. & ibi Addit. num. 135. & pa-
riter Statutum Ferrar. lib. 4. rubr. 35. cujus me-
68 minit D. Comes Bonden. in Notis ad Oter. d. c. 15.
§. ac peculiariùs: & conferunt in hujuſmodi ma-
teria æſtimationis Pacion. de locat. cap. 34. §. 5.
num. 35. Gratian. diſcept. foren. 874. num. 33.
& ſeq. Rot. coram Burat. dec. 70. num. 4. & co-
ram Dunoz. Jun. dec. 1008. n. 14. & Cæteri paſ-
69 ſim; habito tamen reſpectu ad tempus damni da-
ti, quo ſeges conſumpta fuit, non verò ad tem-
pus futurum, in quo bladum eſſet maturum,
nequè ad quantitatem ſolitam, quæ colligi pote-
70 rat, quia antequàm colligeretur, perire pote-
rat, & judicia non poſſunt eſſe ſuper futuris, ut
communiter obſervarunt Mynſinger. in d. tit. ſi
quadrupes pauper. fec. dic. num. 9. Ricc. collec-
tan. dec. p. 1. collect. 103. ad l. Quintus Mutius.
ff. ad l. falcidiam. Viu. dec. 280. per totam, Cra-
vet. conſ. 40. num. 10. Menoch. de arbitr. Jud.
caſ. 149. num. 21. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 82.
num. 13. tit. de pœnis Statut. Carpan. ad Statut.
Mediolan. cap. 375. num. 135. p. 2. Grat. dec. 57.
per tot. & ibi Scoppa in obſervat. 57. num. 5. &
ſeq. ubi plures alios refert in hanc ſententiam
conſpirantes. Antonel. de loc. legal. lib. 3. cap. 20.
quæſt. 2. num. 26. & 27. Diana p. 3. tractat. 6. re-
ſol. 6. Sabell. §. damnum 2. num. 7. Oter. d. cap.
13. à n. 5. cum pluribus ſeqq. & ibi Comes Bon-
den. in Notis §. ac circa & ſeq. ubi eſt viden. Ro-
maguer. in Addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub.
lib. 6. Rub. 10. n. 10. Modern. Zaul. ad d. Rub. 3.
lib. 5. num. 33. ubi de veriori, cum concordantib.
Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 16. n. 7. Fragoſ. de re-
gimin. Reipubl. p. 1. lib. 7. diſp. 19. n. 46. verſ. di-
cendum tamen, Giurb. dec. 105. n. 5.
71 Rurſus, attenta difficultate liquidandi dam-
num in ſpecie, nam, cum ex actis Curiæ ap-
pareat de querela porrecta duobus diebus antea
contrà incertas perſonas de damno paſſo in jiſ-
dem bladis ſeminatis, neceſſaria erat probatio ſta-
tus eorum in die antecedenti, alias nedum dif-
72 ficilis, verùm impoſſibilis redditur probatio, & li-
quidatio damni ex jis, quæ habentur apud Sera-
phin. dec. 952. num. 2. Buratt. dec. 839. numer. 1.
& 12. Bononien. primogenitura Veneris 26. Maii
1656. coram R. P. D. Bich. impreſſ. dec. 33. num.
12. poſt tom. 1. collect. Celeberrimi, & Eminentiſ-
73 ſimi noſtri ævi Juriſconſulti D. Mei Comitis, &
Equitis Bondeni nunquam ob excelſam ejus doctri-
nam ſatis laudati.
Fortius non conſtito, niſi per juramentum cuſ- 74
todis dictæ Arcis repertum fuiſſet animal in dictis
terris, atque, quod hic agatur de prætenſione
refectionis damni non modici, ſed præter formam
Statuti rub. 8. lib. 5. ubi mandat, ut credatur dam-
no affecto ſolum de quantitate viginti bononenorum,
& quod ultrà dictam quantitatem per alias legiti-
mas probationes illud ſit juſtificandum; ac in ob-
ſerv. plenè, ac doctè Concivis, & D. meus Reve- 75
rendiſſ. de Zaulis Epiſc. Verulan. propter quod
ſequitur veriſſima, & incontroverſibilis propoſi-
tio, quòd, non conſtito concludenter de dam-
no, minus de captura animalis in prædio dam-
nificato, non eſſet licita retentio, neque juridica
executio, & licitatio ex Bertr. conſ. 62. num. 1.
lib. 2. Surd. conſ. 561. n. 26. in fin. verſ. quinim- 76
mò, ubi licèt lib. 4. Grat. diſcept. 80. n. 9. & de-
ciſ. 75. verſus finem, & Scoppa ibidem in obſerv.
57. n. 11. ubi, quòd nihil operatur juramentum
damnum paſſi, niſi priùs conſtet, quod verè 77
paſſus ſit damnum, & ſequitur D. Raynald. d.
cap. 15. num. 55. ubi inquit, quòd tria omninò
ſint neceſſaria pro valida animalium retentione,
nempè quod ignotus ſit Dominus animalium, quòd
conſtet de damno, & quòd animalia capta ſint
in fundo damnificato, aliàs de jure retentio non
competit, licèt primum requiſitum non ſervari
in praxi dicat cum multis D. meus Comes Bonden.
ad Oter. de paſc. c. 13. ubi in c. 1. allegat DD.
firmantes idem requiſitum; ſed in §. non recipitur;
eos refellit, Secundùm praxim; pro qua alios plu-
res adducit.
Denique placeat animadvertere pro nullitate 78
omnium actorum actionem criminalem fuiſſe in-
tentatam, quæ tantummodo locum ſibi vindicat
in caſu, quo damnum datum ſit dolo, lata, vel
levi culpa, ſine quibus non committitur delic-
tum, ut ex dicto Ant. de Nigr. in cap. Regni
235. verſ. & ſimiliter fol. mihi 241. à tergo, ſcri-
pſit Mauſon. de cauſ. execut. ampliat. 15. num. 18.
in quo ſenſu loquuntur quoque Dec. conſ. 550. n.
3. Vermigl. conſ. crim. 336. num. 4. & 5. Raynald.
d. cap. 15. n. 80. & 81. Novar. de gravam. Vaſ-
ſallor. p. 2. gravam. 64. D. meus Epiſc. Verul. de
Zaul. ad Stat. Favent. lib. 5. d. rubr. 8. num. 12.
ubi concord. tom. 2. Cortiad. dec. 35. num. 79.
tom. 1. at, remoto dolo, & lata, vel levi culpa,
civiliter tantùm agi poteſt, ut addit idem Ant. 79
Niger loco citato, & pulchrè Mauſon. d. ampliat.
15. num. 19. & Carpan. ad Statut. Mediol. cap.
375. num. 136. p. 2. Pignatel. conſult. 96. ſub n.
10. tom. 1. Novar. d. gravam. 64. n. 1. 2. D. Epiſc.
de Zaul. ubi proximè.
Ideoque non tantùm ex capite injuſtitiæ, quàm
nullitatis executionem eſſe revocandam cenſeo;
Salvo ſemper ſaniori judicio.
Antonius Gabriel Calderonus Juriſconſultus Fa-
ventinus.
Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Joannes Baptiſta An- 80
guiſſola Gubernator Faventiæ digniſſimus, Præſul in-
tegritate æquè, & doctrina valde præditus, auditis
ſuperallegatis rationibus favore Blanchedæ militan-
tibus, mandavit, præſtita cautione de ſtando juri,
& judicatum ſolvendo in judicio civili, reſtitui pecu-
niam retractam ex licitatione equi ſub haſta, ad affec-
tum illum reluendi, ut apparet ex actis criminalibus
ſub die 26. Junii 1683. & ex fidejuſſione præſtita ſub
eadem die per acta Pauli Æmilii Riccii Horarii ad
Civilia ejuſdem Civitatis.

Sequitur

Sequitur *Aliud Reſponſum.*

## ARGUMENTUM.

An diviſio inter Fratres præſumptionibus, & conjecturis probetur, & quibus, latè diſcutitur.

## *SUMMARIUM.*


81 Gloſ. in l. pen. C. com. divid. *notabilis appellatur à* Salicet.

82 *Diviſio inter fratres probatur præſumptionibus, & conjecturis.*

83 *Item per tacitos actus.*

84 *Frater vendens aliqua bona, nulla facta communionis mentione, pro Domino ſe gerit, ideoque ex tali actu diviſionis inter ipſum, & alios fratres conjectura deducitur.*

85 *Frater aſſerens vendere bona pro ſolvendis debitis communibus cum aliis fratribus, tenetur docere de exiſtentia debitorum, ac ea utique ab aliis fratribus contracta fuiſſe.*

86 *Frater tenetur rationem reddere de pecuniis ad eum perventis ex alienatione bonorum, quæ aſſerit vendidiſſe pro ſolvendo communi ære alieno.*

87 *Confeſſio emanata in precibus plenam probationem conſtituit adverſus confitentem.*

88 *Confeſſio omnibus aliis probationibus prævalet.*

89 *Confeſſio nullo prætextu à confitente impugnari valet.*

90 *Præſertim, quando aliquibus adminiculis roboratur.*

91 *Et quando eſt geminata.*

92 *Notarii verba dicuntur verba contrahentium.*

93 *Error adverſus confeſſionem geminatam allegari nequit, & de ratione, n.* 94.

95 *Confeſſio plenè probat, quamvis in abſentia partis, ac verbis enunciativis peracta.*

96 *Vendere nemo poteſt ultima bona, niſi omnia alia ad eum ſpectantia prius vendiderit.*

97 *Neque ſuam partem, niſi prius à communione receſſerit.*

98 *Communione pendente inter fratres, quilibet ad inſtar ſocii partem habet in qualibet parte.*

99 *Diviſionis præſumptio deducitur ex alienatione facta ab uno ex fratribus, quando bona uti ſua diſtraxit.*

100 *Relatum eſt in referente cum omnibus qualitatibus.*

101 *Communioni repugnat, quod unus ſit Dominus certæ partis, ac alter alterius, cum ſocii habent partem ſuam in qualibet gleba.*

102 *Diviſio probatur verbis enuntiativis.*

103 *Inſtrumenta plura etiam in facto recenti, ac inter alios celebrata probant.*

104 *Diviſio effectu comprobatur à fratribus, quando bona ſeparatim ab eis alienantur.*

105 *Diviſio probatur ex ſeparata fratrum habitatione.*

106 *Communis res unius tantum eſſe nequit, numero* 26.

107 *Diviſio præſumitur inter fratres ſecuta, quando unus pluries nomine proprio bona acquiſivit, eaque uti propria in cataſtro deſcribi fecit.*

108 *Solutio debiti, quod, concurrente communione, æquè ſpectare ad omnes fratres, ſi ab uno tantum fiat, ex ea diviſionis præſumptio colligitur.*

109 *Patientia mutua poſſidendi bona inducit præſumptionem diviſionis.*

110 *Poſſeſſio, ac perceptio fructuum ſeparata per decennium inter præſentes, & vicennium inter abſentes probat diviſionem inter fratres.*

111 *Etiamſi probatio per inſtrumentum eſſet neceſſaria.*

112 *Et ea concurrente, impoſſibile eſt novam diviſionem obtinere.*

*Limita n.* 113. *declara ut n.* 114. *& ſeq.*

114 *Ad probandum aliquid, ſi præſumptiones admittantur, binæ ſufficiunt.*

115 *Diviſio quod non probetur ex longa poſſeſſione, ac fructuum perceptione ſeparatim facta, ſi partes ſint inæquales, quando concluſio iſta non procedat, & ſeq.*

116 *Diviſio etiam præſumptivè probata remanet, non obſtante inæqualitate, quando inæqualitas non aſcendit ad dimidiam.*

117 *Amplia etiam, quando concurrit longum tempus, decennii ſcilicet inter præſentes, ac vicennii inter abſentes.*

118 *Amplia pariter, quando aliqua præſumptio cum tempore concurrit.*

119 *Diviſionis inæqualitatem objiciens eam probare tenetur.*

120 *Pretium bonorum ab altero fratre venditorum compenſari non debet, ſed ipſorum bonorum habenda eſt ratio.*

*Amplia, ut n.* 121.

122 *Contrahentibus licet ſe invicem decipere, uſque ad dimidiam juſti pretii.*

123 *Læſio ultrà dimidiam quando adeſſe dicatur.*

124 *Bona in diviſionibus inter fratres æſtimari ſolent pretio rigoroſo.*

125 *Inæqualitate diviſionis concurrente, compenſatio in pecunia in dubio facta præſumitur.*

126 *Ex meliorationibus ab aliquo fratre in quibuſdam bonis factis oritur præſumptio diviſionis.*

127 *Commune quod eſt negligi, proprium autem diligi ſolet.*

128 *Mali juris præſumptio naſcitur contra eum, qui jura ſua experiri differt.*

129 *Exitus cauſæ.*

130 D. Comes Vincentius Bondenus *laudatur.*


Dum adeſſet contentio, an probata foret diviſio aliquorum pratorum, & paſcuorum inter fratres, pro oſtendenda diviſione, afferebantur motiva aliàs deducta *per D. Advocatum Nicolaum Camerinum Carpen. ob ejus inſignes animi dotes, & virtutes ſemper commendandum*: Subjiciuntur idcircò *Ejus ſcripta* tenoris ſequentis.

## RESPONSUM JURIS.

*D. Nicolai Camerini I. C. Carpenſis.*

NOtabilem dixit *Salicet. in l. pen. C. com. di-* 81
*vid. gloſ. primam ejuſdem legis* partem contrà
Ruſticos, & Mechanicos, qui, diſſipatis eorum
portionibus electione ſibi, vel ſorte obventis,
nedum juris divini, ac humani, verum etiam fraterni
ſanguinis proditores, aliorum partem ſubdividere
quærunt; quotieſcumque ſuper diviſione, jam
de bono, & æquo peracta, nullum monumentum
reperitur. Deteſtabilem hujus generis actum Joſeph
Malvetius, & ipſe molitur, eumque totis
viribus ad praxim redigere ſtudet; aſt irrito ſanè
conatu.

Etenim, cum in ſcripturarum, ac Inſtrumen- 82
torum



torum defectu, aliis quoque probationibus com-
munionem inter fratres diremptam, doceri poſſe
decreverint *Imperatores Diocl. & Maxim. in d. l.
pen.* & ſignanter præſumptionibus, & conjectu-
ris, velut antiquioribus relatis, docuerunt *Bero.
q.* 90. *num.* 8. *Cephal. conſ.* 396. *num.* 18. *Gabriel.
conſ.* 4. *in princip. lib. p. Theſaur. deciſ. Ped.* 205.
*num.* 3. *Gratian. cap.* 951. *n.* 30. *Cyriac. contr.* 650.
*num.* 7. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 799. *num.* 10. *in
recent. deciſ.* 89. *num.* 1. *cum ſeq. deciſ.* 258. *num.*
4. 5. *p.* 17. *& dec.* 300. *num.* 5. *repetita in dec.*
83 358. *num.* 5. *p.* 18. *Sabell. Jun. in addit. ad ſum-
mam ſui Patris, §. diviſion.* 13. *tom. p.* ſicuti, & per ta-
citos actus, quemadmodum litteris commendarunt
*Bald. & Ang. in l. qui in aliena, ff. de acquir. hæred.
per Text. in l. itaque ff. pro ſoc. Rim. Sen. conſ.* 367.
*num.* 3. *& per tot. Cephal. d. conſ.* 396. *n.* 7. *& pari-
ter per tot. &c. Alex. conſ.* 92. *num.* 3. *utique per
tot. l.* 2. *Rota in recent. deciſ.* 127. *n.* 17. *p.* 7. *deciſ.* 220.
*ſub n.* 4. *& deciſ.* 358. *n.* 5. *p.* 18.

Omni procul dubio partem adverſam, ſuis par-
tibus receptis, à communione cum Joanne, &
Franciſco ejus fratribus receſſiſſe liquidò appare-
bit, & præſumptiones, & conjecturæ mox recen-
ſendæ, ac alia hucuſque in actis producta in veri-
tatis concilio debita ponderatione dignabuntur.

84 Prima itaque præſumptio diviſionis inter DD.
Fratres ſatis aperta reſultat ex alienatione binarum
petiarum terræ per Adverſarium ejus jure pro-
prio facta Dominico Pacchiono, *uſque de anno*
1661. *rogitu D. Joſeph. de Muratoribus*, ex qua
quidem alienatione, inter ipſum, ac cæteros ejus
fratres diviſionem præcepiſſe ad oculum patet,
cum nulla facta communionis mentione, rerum
venditarum ſe ſolum pro Domino gerat, *Crot.
conſ.* 218. *lib.* 2. *Rota in novis deciſ.* 481. *ſub n.* 2.
*verſ. coadjuvatur p.* 4. *in recent. deciſ.* 125. *n.* 5.
*p.* 6.

85 Secunda promanat ex alienatione alterius Bu-
bulcæ terræ facta per eumdem Adverſarium *de an-
no* 1664. Hieronym. de Bergamaſchis *ex publ. do-
cumento D. Hyppolith. Viani*, quæ licèt autume-
tur facta pro ſolvendis debitis communibus cum
illius pretio, partim ſoluto, abſque ulla debito-
rum juſtificatione, partimque ab ipſo alienante
86 recepto: Nihilominus, exemplato per compul-
ſum ejuſdem venditionis Inſtrumento, partes
erunt Adverſarii per legitimas probationes de ve-
ra, ac reali dd. debitorum exiſtentia docere,
eaque ab aliis fratribus contracta fuiſſe, quemad-
modum & rationem reddere de pretii reliquatu ad
ejus manus pervento, uti *ex relato inſtrumento*
depromitur.

87 Tertiam redolent preces per adverſarium, uſque
*de anno* 1667. Sereniſſimo Mirandulæ Duci por-
rectæ, in quibus de neceſſario C. S. beneplacito
ſupplicavit pro alienandis ejus ultimis bonis; quæ
ſanè confeſſio, quod bona in precibus deſcripta
eſſent ultima ejuſdem Adverſarii, *ex omnium DD.
placito*, ſuperlativam probationem contra ſuppli-
cantem conſtituit, velut in punctualibus terminis
deciſum exhibet *Text. in l. cum precum* 9. *C. de li-
ber. cauſ.* ac innumeris conſultò prætermiſſis, docue-
runt *Dec. conſ.* 273. *in princ. Mareſcot. var. reſol.
cap.* 12. *num.* 51. *lib. pr. & cap. pr. num.* 51.
*lib. pr. & cap.* 12. *num.* 51. *lib. pr. & cap. pr. num.*
116. *l.* 2. *Ridolphin. in praxi p.* 3. *cap.* 3. *num.*
64. *ubi plures, D. Bonden. colluct. leg.* 26. *num.* 3.
*vol.* 2. *de Angel. de confeſſ. lib.* 2. *q.* 1. *ex num.* 17.
*Oſaſch. deciſ.* 138. *n.* 3. *Marta vot. Piſan.* 5. *num.*
10. *Surd. conſ.* 61. *n.* 32. *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 33.
*ſub n.* 1. *& deciſ.* 608. *ſub n.* 3. *cor. Bich. dec.* 378. *p.* 5.
*cor. Roxas dec.* 24. *n.* 3. *cor. Buratt. deciſ.* 100. *n.*
18. *cor. Merlin. dec.* 776. *num.* 6. *apud contr. de-
ciſ.* 58. *num.* 1. ubi plures aliæ congeruntur: & 88
meritò, cum partis confeſſio quibuſcunque publi-
cis documentis, teſtium depoſitionibus, cæteriſ-
que aliis probationibus omninò prævaleat, *ad vulg.
Text. in c. per tuas, extra de prob. in l. licet genera-
liter, C. de non n. pec. Rim. Jun. conſ.* 747. *n.* 100.
*Bec. conſ.* 202. *num.* 26. *Cravet. conſ.* 217. *num.* 9.
*cum ſeq. d. Angel. de confeſſ. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 16.
*Rot. coram Ludoviſ. deciſ.* 357. *num.* 3. *verſ. cum
confeſſio apud contr. deciſ.* 27. *num.* 4. *deciſ.* 33.
*n.* 5. *deciſ.* 67. *n.* 4. *poſt D. meum Com. Bonden. colluct.
legal. vol.* 1. *dec.* 81. *n.* 8. in ſubjecta materia, *Cephal.
conſ.* 248. *n.* 40. in tantum, ut nullo prætextu à con-
fitente valeat impugnari, *Gratian. cap.* 187. *n.* 41. *c.* 89
754. *n.* 40. *contr. cauſ.* 28. *n.* 5. *Rota apud D. Bonden.
deciſ.* 64. *n.* 11. *vol.* 1.

Quæ omnia fortius in caſu noſtro procedere de- 90
bent, tum quia ipſa eadem confeſſio ex præceden-
tibus relatis alienationibus doloſè hucuſque per
adverſarium ſilentio prætermiſſis, inconcuſsè ro-
boratur, tum quia replicata fuit in inſtrumento 91
ſuper ſubſecuta dd. bonorum alienatione ſtipu-
lante mediante precum inſertione, ac earum
lectura in actu publicationis ejuſdem Inſtrumen-
ti à Notario peracta, cum perindè ſit, ac ſi 92
ab eodem Adverſario preces ipſæ lectæ fuiſ-
ſent, quippe verba Notarii, partis verba di-
cuntur, *Bald. in l. Errore, C. de teſt. Menoch.
conſ.* 87. *num.* 49. *ubi plures, Rim. Jun. conſ.*
814. *num.* 24. Quo ſtante, præter quod ad- 93
verſus confeſſionem error allegari nequit, ex
quo attenta geminatione, confeſſio deliberata
præſumitur; juxta notata in *c. ex litteris de di-* 94
*vort. & per Gloſ. ac DD. in c. fin. de jur. jur.
in* 6. *de cujus geminationis viribus plenè de An-
gel. de confeſſ. l.* 1. *q.* 8. *limit.* 4. *per tot.* non valentibus
tamen ad impediendam allegationem, & probatio-
nem erroris confeſſionis, ut per eundem *lib.* 3.
*q.* 20. *n.* 21. *& Cyriac. controv.* 35. *n.* 17. 18.

Ex ea inſuper verbis, licèt enunciativis, & 95
in abſentia partis emanata, perfectæ probationis
gradus elicitur, ut poſt *Bart. Ang. & Abb.* do-
ctè probat *Montan. de Tut. cap.* 38. *num.* 162. *Genua
de verb. enuntiat. q.* 1. *à num.* 22. *lib.* 2. *Gratian. d.
cap.* 587. *num.* 41. *ubi plurimos refert. De Angel.
de confeſſ. lib.* 2. *q.* 3. *num.* 8. *cum Peguer. deciſ.*
139. *num.* 3.

Ideoque ſtante confeſſione prædicta, nemo in- 96
ficiari poterit, quin ex ea concludenter diviſio
probata remaneat, cum nemo ultra bona diſtra-
here poſſit, niſi omnium aliorum venditione ſe- 97
cuta, nec ſuam partem alienare, niſi prius à com-
munione recedat, quippe inter fratres, hac pen- 98
dente, unuſquiſque eorum ad inſtar ſocii partem
habeat in qualibet parte bonorum, *Rim. Sen. conſ.*
219. *n.* 17. *Calvin. de Æquit. cap.* 128. *n.* 104. *Fe-
lic. de Societ. cap.* 26. *num.* 32. *verſic. & reſpon-
detur, cum aliis adductis à Rot. in recent. deciſ.* 125.
*n.* 7. *p.* 6. *Zuchar. deciſ. Lucenſ.* 59. *n.* 24.

Quarta inſequitur, & colligitur ex ſubſecuta 99
venditione bonorum, quæ in dd. precibus ſua ul-
tima eſſe pars adverſa declaravit, prout *ex ro-
gitu D. Alexandri Ferrarii de anno* 1667. *in actis
producto.*

Quintam exhibet obligatio D. Joſeph de in- 100
veſtiendo pretio dd. bonorum, ad formam, ac
tenorem dictæ ſupplicationis, ad quam, cum ſe
referant contrahentes, omnia, quæ in ea conti-
nentur unanimi voto approbaſſe dicuntur, ſi
quidem cuncta quæ ſunt in termino, ad quem

fit relatio , in termino referente cum omnibus qualitatibus repetita cenſentur , *l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtr. Altograd. conſ. 6. n. 22. l. 1. Rot. coram Cavaler. deciſ. 94. num. 7. apud Ramon. deciſ. 44. num. 57. lib. 1. coram Bich. deciſ. 357. num. 7.*

101 Sexta eruitur ex ſæpius iterata vocatione Jo: & Franciſci pro confinantibus dd. bonis alienatis, & de qua in præfato ejuſdem Ferrarii Inſtrumento, quæ ſane inter contrahentes, diviſionem per antea fuiſſe celebratam , liquidiſſimè probat, cum ex tali vocatione ab eiſdem fratribus emiſſa, ad ſenſum pateat , quod Joſeph in bonis cohærentibus aliis ab ipſo venditis nullam partem habebat, & conſequenter , quod inter eos nulla erat communio , quippe illi repugnat , quod alter ex fratribus in ea viventibus cohæreat alicui corpori, cum in omnibus , & qualibet eorum parte , omnes , prout diximus , ſuam partem retineant, optimè ad rem videnda *Rot. in recent. d. deciſ. 125. n. 7. p. 6.*

102 Quæ pluries iterata vocatio , etſi expreſſa verbis enuntiativis , adhuc ejus operativa virtute potitur , cum verba enunciativa inter partes plenæ probationis gradum conſtituant , *ad Text. in l. optimam 14. & ibi Bart. in ſum. C. de contrah. & commit. ſtip. plenè Ramon. conſ. 37. n. 316. ubi plures dat concordantes* , in terminis. *Bald. in l. cum aliquis 21. ſub n. 4. C. de jur. delib. Alexand. d. conſ. 92. ſub num. 6. in 2. cum aliis per D. meum Com. Bonden. colluct. legal. 4. num. 56. vol. 1. Rot. cor. Cavaler. deciſ. 276. num. 3. cor. Peñia dec. 466. n. 6. cor. Coccin. dec. 242. n. 3. cor. Duran. dec. 387. l. 2. n. 9. & dec. 416. n. 12.*

103 Septima deducitur ex pluribus aliis Inſtrumentis, in quibus diverſis petiis terrarum D. Joannem , & Franciſcum ſeparatim cohærere probatur, ut patet ex tribus Inſtrumentis per D. Vianum receptis uſque de *annis* 1680. 1687. 1688. & ex aliis tribus à D. Joſepho de Muratoribus ſtipulatis de annis 1674. 1677. 1679. quæ ſanè inſtrumenta communionem inter DD. Fratres de Malvetiis excludunt , cùm licèt in facto recenti , ac inter alios celebrata , ob eorum pluralitatem optimè probent cohærentia bona ſeparatim ad eoſdem Franciſcum , & Joannem pertinere , *Jaſ. conſ. 114. col. pen. lib. 1. Socin. Sen. conſ. 187. num. 4. lib. 2. Peregrin. de fideicom. d. art. 44. n. 19. Fuſar. de ſubſt. q. 618. n. 26. & 28. ubi plures dat concordantes.*

104 Octava dimanat ex alienationibus terrarum per Joannem pariter factis Franciſco Fratri , de quibus ex binis Inſtrumentis præfati D. Viani receptis de anno 1680. & reſpectivè 1687. Etenim quando plures Fratres bona per eos poſſeſſa diſtrahunt , effectu diviſionem comprobare dicuntur , *Rot. in noviſ. de deciſ. 481. ſub num. 2. verſ. coadjuvatur p. 4.* ubi , quod diviſionis præſumptio , de qua per *Gloſ. in l. pen. C. com. divid.* comprobatur ex effectu ſubſecuto , cum Jo. Baptiſta Domum , uti propriam obligaverit , & Magdalena de Caſali diſpoſuerit.

105 Nona inſurgit ex ſeparata eorundem Fratrum habitatione, quæ ex documentis in proceſſu regiſtratis apertè probatur *Alex. d. conſ. 92. ſub n. 6. verſ. & in dicta ſcriptura lib. 2. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. Gloſ. 9. num. 116. p. 2. Cyriac. d. contr. 650. num. 8. 9. Rot. coram Seraphin. deciſ. 747. num. 1.* ubi de fratre , qui ad aliam Civitatem ſe contulit, *in recent. d. deciſ. 89. ſub n. 5. p. 17. cum pluribus utrobique congeſtis.*

Decima fluit ex alienatione cenſus facta per D. 106
Joannem *de anno* 1673. *die* 21. *Februarii ex rogitu D. Doct. Jacobi Paſii* , in quo ipſe Jo. aſſerit ſe verum Dominum , juſtum , ac legitimum poſſeſſorem certæ petiæ terræ : quod de directo communioni repugnat, cum res communes verè unius tantum eſſe non poſſint, *Bald. in l. p. num. 1. C. qui teſt. fac. poſſ. & in l. 1. n. 1. C. de com. rer. alien. Adden. ibid. lit. A. ubi alios refert, Abbas conſ. 83. n. 1. & ſeq. p. 2.*

Undecimam præſtant quamplures emptiones fa- 107
ctæ per eumdem Franciſcum ejus nomine proprio , ſemperque in *Æſtimi Codice* ſub ſuo nomine tantum regiſtratæ , veluti probant plura *ex Inſtrumentis ſuperius indicatis. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 181. n. 4. vol. 2. Rota coram Seraphin. d. deciſ. 747. ſub num. 3.* ubi de eo , qui apothecam uti propriam adminiſtravit, bona plura tàm mobilia, quàm immobilia nomine proprio emit, nomineque proprio negotiatus eſt , bona empta nomine ſuo deſcribi fecit in cataſtro.

Decimam ſecundam affert ſolutio reſidui totius 108
dotis ad omnes fratres ex omni jure ſpectantis facta Eliſabeth communi ſorori per eumdem Franciſcum in ſumma ſcutorum quinquaginta quinque *ex Inſtrumento dicti D. Viani ſtipulato de anno* 1691. Ex qua quidem ſolutione rectè colligitur eumdem Franciſcum in diviſione cum cæteris pro partium æqualantia totum dicti reſidui debitum ſibi accollaſſe , ne præſumatur , quod proprias ſubſtantias jactare voluerit , contrà *l. cum de indebito ff. de prob.* in terminis *Rot. deciſ. 58. n. 19. p. 17.*

Decima tertia depromitur ex diuturna patientia 109
partis adverſæ , quæ per viginti annos , & ultrà , donec DD. Joannes , & Franciſcus vitalibus auris gaviſi fuerunt , ſemper paſſa fuit , per eos illa bona poſſideri , quorum diviſionem modò iniquè prætendit , quæ juncta cum reciproca eorumdem Fratrum patientia in permittendo pariter Adverſario liberam ipſius bonorum alienationem , ſatis ſuperque ſufficit ad inducendam communionis diviſionem , *l. itaque ff. pro Soc. Bald. & Ang. in l. qui in aliena , ff. de acquir. hæred. Rim. Sen. d. conſ. 367. num. 3. & per tot. Alex. d. conſ. 92. per tot. lib. 2.* ubi de communi , *Cyriac. d. contr. 650. n. 8.* latiſſimè *Cephal. d. conſ. 396. à n. 7. & per tot. &c.*

Decima quarta elicitur ex diuturna poſſeſſione 110
bonorum , cum illorum fructuum perceptione ſeparatim per vicennium , & ultrà ab eiſdem fratribus habita , veluti ex relatis precibus , ac documentis apparet , & expreſsè in recenti additione facta libello pars adverſa fatetur ibi , *Et ad ſolvendum, ac tradendum præfato Joſepho eoſdem fructus perceptos , & qui veriſimiliter percipi potuerunt à die , quo dictus Joſeph ſe perſonaliter à ſupra ſcriptis ejus fratribus ſeparavit.* Ex quarum ſanè concurſu diviſionem inter fratres optimè probari dixit *Gloſ.* communiter approbata in *d. l. pen. C. com. divid.* cujus opinionem amplexati fuerunt , innumeris ſtudioſè prætermiſſis , *Bart. Ang. Bald. Port. Pet. de Peru. Cæpol. Joan. And.* ac alii , quos refert , ac ſequitur *Theſaur. d. deciſ. 205. num. 1.* ubi ſic deciſum fuiſſe teſtatur , *Aret. in §. fin. inſt. de ſoc. juſ. in l. ſi certis annis col. 3. verſ. ſexto facit, C. de pact. & latius in §. quædam n. 40. inſt. de pact.* aſſerens *utrobique hanc magis communem, Caſtrenſ. conſ. 126. num. 2. in 2. Alciat. reſponſ. 32. n. 10. tom. 1. lib. 2. Crot. 290. num. 8. lib. 3. Socin. Sen. conſ. 164. ſub n. 22. in 2. Gallin. de verb. ſignif. lib. 5. cap. 18. num. 181. Corn. conſ. 90. num. 17. lib.*



*17. lib. 2. Alex. d. conſ. 92. per tot. &c.* ubi de communi. *Rim. Sen. d. conſ. 367. per tot. & priùs conſ. 292. num. 70. & ſeq. Cephal. d. conſ. 396. per tot.* ubi pariter de communi , à qua in judicando, & conſulendo non eſt recedendum, *Alb. conſ. 11. n. 24. Annibald. ibidem lit. E. ubi de communi pluresque dat concordantes , Dec. conſ. 79. ſub n. 5. ubi de communi. Menoch. conſ. 87. n. 77. l. 1. Marcabrun. conſ. 76. n. 120. Moz. de contract. tit. de nat. Soc. num. 46. fol. mihi 113. Gabriel. d. conſ. 4. in princ. lib. 1. Vermigliol. conſ. 249. num. 9. Gratian. cap. 951. num. 18. 30. & 31. Merend. contr. jur. lib. 20. c. 45. n. 7. cum ſeq. & per tot. Rota coram Seraphin. deciſ. 1318. n. 2. coram Burato deciſ. 799. n. 8. in recent. deciſ. 127. num. 19. p. 7. & d. deciſ. 220. n. 2. p. 18. Gamma deciſ. 321. n. 5.*

111 Quæ diviſionis præſumptio adeo potens eſt , ut per illam ipſa diviſio probata remaneat, quando etiam illius probatio per inſtrumentum à lege requiritur , *Fontanel. d. Gloſ. 9. ſub n. 116. Gamma d. deciſ. 321. n. 5. Rim. Sen. d. conſ. 367. n. 5. &*
112 *ſeq.* ubi propterea , quod impoſſibile eſt in illius concurſu novam diviſionem obtinere.

113 Et licet aliqui opinati fuerint *hanc receptiſſimam DD. ſententiam* ſibi locum non adſtruere , quando portiones à fratribus poſſeſſæ inæquales apparent. Nihilominus præter quod eorum placita caſui noſtro applicari nequeunt , ex quo præter ſeparatam bonorum poſſeſſionem , ac fructuum perceptionem , onerum ſuſtentatio , totque aliæ præſumptiones , & conjecturæ concurrunt , duæ quarum ſatis ſuperque ſufficiunt , juxta re-
114 gulam generalem , per quam , ubicumque ad probandum præſumptiones admittuntur tàm in civili quàm in criminali judicio binæ ſufficiunt, *Anna. conſ. 49. per tot. &c. Decian. conſ. 100. num. 11. lib. 2. Cravet. conſ. 134. nu. 39. Cephal. conſ. 287. n. 40. Farinac. conſ. crim. 109. n. 25. Bajard. ad Clar. §. Falſum n. 233. Maſcard. de prob. concl. 740. n. 45. Ludovic. in com. concl. 45. verſ. ampliatur ſexto, verſ. & eſt maximè , & verſ. ſtat. igitur. Conciol. alleg. for. 91. n. 9. ubi plures.*

115 Ea inſuper ſibi tantum vindicant locum , vel quando alter ex fratribus nihil de ſubſtantia communi recepit , ad tradita , poſt *Bald. Corn. & alios*, per *Moz. de contract. d. tit. de nat. ſoc. ſub num. 46. verſ. intellige. Maſcard. d. concl. 526. num. 12.*

116 Vel , quando objecta inæqualitas ad dimidiam aſcendit, ſecùs , ſi minor exiſtat , quemadmodum diſtinguendo latè , ac ſimiliter probat *Rim. Sen. d. conſ. 367. per tot. &c.* ſicque agitur de maxima inæqualitate gravi præjudicio , ac magna læſione , prout abſque dubio requiritur ad elidendam ipſius diviſionis præſumptionem ; quemadmodum egregiè declarant *Alex. d. conſ. 92. num. 4. & ſeq.* ubi alios adducit. *Simon. de Pretis conſ. 137. n. 12. Gratian. d. cap. 951. num. 18. Gabriel. de præſump. concl. 1. n. 30. cum aliis pluribus apud eos numeratis.*

117 Vel , quando poſt habitationis , aut bonorum ſeparationem , breve temporis curriculum interceſſit ; ſecus autem , quando non modicum tempus , ſed decennium inter præſentes , ac vicennium inter abſentes effluxit , nam iſto in caſu , non obſtante etiam maxima inæqualitate , diviſio præſumptivè probata remanet. *Salycet. in d. l. pen. C. com. divid. Aret. in §. fin. col. fin. inſt. de ſoc. But. in c. pervenit col. 23. de cenſ. Jaſ. conſ. 2. col. 10. vol. 3. & conſ. 172. col. 3. vol. 4. Alex. d. conſ. 92. n. 5. & ſeq. Ruin. conſ. 117. in fin. lib. 3. Theſaur. omninò vidend. d. deciſ. 205. num. 3.* ( ubi reprobat *Menoch. in præſumpt. 60. lib. 3. & Ruin. in conſ. 162. n. 17. in 3.* contrarium ſentientes ) *Gratian. d. c. 951. n. 18.* à quo pariter cum *Theſaur. Jun.* ( idem *Menochius* reprobatur ) *Vaſq. contr. Illuſtr. lib. 2. c. 61. n. 27. & ſeq. ac alibi.*

Vel , quando ſolum tempus præfixum ad præ- 118
ſumendam diviſionem concurrit ; ſecus verò , ſi præter illud , aliqua alia præſumptio intercedat ; nam tunc pariter præſumptiva diviſionis probatio inter fratres , dato etiam maximè inæqualitatis obice , in omnimodæ firmitatis robore manet , prout doctiſſimè diſſerit , ac probat *Ludovic. dec. Luc. 38. num. 29. 30. 31. ubi dat concordantes.*

Quamobrem , cum hypotheſi noſtræ adaptentur omnes limitationes *ſuperius* recenſitæ , in eaque præter lapſum viginti annorum , & ultrà , nec dum unica , ſed quamplures urgentiſſimæ præſumptiones , & conjecturæ concurrant ; profectò inficiari non poteſt , quin pro principali noſtro res undique clara ſit , omnique certamine careat.

Eoque maximè , nam , præter quod eidem parti adverſæ incumbit onus objectam inæqualitatem
probandi , juxta plenis numeris edocta per *Me-* 119
*rend. d. cap. 45. num. 2. & per tot. Rot. deciſ. 58. num. 18. p. 17. & d. deciſ. 220. num. 3. p. 18. Recent.* illius objectum omninò diluitur , ſi quidem
certum eſt , quod ex nullo juſtæ rationis motivo 120
adverſarius prætendere queit compenſare pretium bonorum ab eo venditorum , veluti unius partis reſpectu ſe offert in actis , cum non pretii , ſed
ipſorum bonorum habenda ſit ratio , & quanti 121
æſtimata leguntur *in Inſtrumento anni* 1660. per eum producto , non quanti exindè per ipſum alienata fuerunt , ſivè poſt ipſam æſtimationem decreverint , ſivè non.

Hujuſque dilemmatis partes ea inelidibili ra- 122
tione probantur , quia , ſi decreverunt in valore , adhuc nullo Juris prætextu illorum pretii compenſationem valet exhibere , nam pari decremento cæteri fratres quoque ſubjecerunt : Si autem non decreverunt , utique eadem pretii oblata compenſatio injuſta patenter agnoſcitur , nam ſi viliori pretio ejus partem bonorum alienavit , ſibi tantùm imputare debet , vel quia nemo ad hoc illum coegit , vel quia in ejuſdem alienationis contractu licuit emptoribus uſque ad juſti
pretii dimidiam illum decipere , *D. Bonden. col-* 123
*luct. 31. num. 24. ubi concordantes vol. 1.* abſque ulla ſpe redintegrationis , cum hæc nunquam debeatur , niſi deceptio dimidiam excedat , ſicque niſi enormiſſima læſio concurrat , quæ ſolùm adeſſe dicitur , quando venditor non recipit dimidium juſtæ æſtimationis ; habito reſpectu ad infimum pretium , quemadmodum magiſtraliter docet *Tamburin. in Decalog. l. 8. tr. 3. cap. 7. §. 11. n. 14. tom. 2. D. Bonden. d. colluct. 31. n. 31. ubi* de veriſſima opinione , quam optimis rationibus latè comprobat , ac tuetur *numer. 32. & 33. vol. 1. cujus meminit D. Palma Nepos. alleg. 211. num. 7. & alleg. 218. num. 2. ubi ait, quòd infinitos cumulat. lib. 3. Rota in rec. dec. 698. num. 11. p. 18. tom. 2.*

Ideoque ſi accuratè omnia bona per d. Joſeph 124
alienata conſiderentur , quanti æſtimata fuerunt *in præfato Inſtrumento anni* 1660. ſi perpendatur , quòd bona in diviſionibus rigoroſo pretio inter fratres æſtimari ſolent , ex quo nemini tunc præjudicium infertur , prout dicebat *Illuſtriſſimus D. Gallianus à Secretis Sereniſſimi D. D. Ducis Mutinæ in ejus Reſponſo in cauſa Sora* , &

*Bellincina num.* 127. *Typis edito in eadem Civitate Mutinæ anno* 1680. Si ponderetur, quòd ipſe Joſeph nihil ſolvit pro dote ipſius ſororum, ac demum ratio habetur ad pecunias eidem ſolutas ab Ant. Malvetio, ut eas ſolveret pro parte ſpectante ad ipſum Antonium in ſolutione dotis Eliſabet Malvetiæ alterius ex earum ſororibus, ut *ex Inſtrumento dicti Vianni ſub die octava menſis Auguſti* 1663. *celebrato*, quæ poſteà nullatenus per eum ſolutæ fuerunt, ut *ex relato Inſtrumento ipſiuſmet D. Vianni confecto de anno* 1691. ultra quod penitùs objecta inæqualitas evaneſcet, neceſſariò inſuper fatendum erit diviſionem inter eoſdem fratres omninò præceſſiſſe, dictum-
125 que Joſeph juſtam ejus portionem habuiſſe, partim in bonis ſtabilibus, partim in pecuniis, ac partim mediante ſolutione dd. dotium pro ratis ad eum tangentibus, cum etiam in dubio, concurrente inæqualitate, compenſatio in pecunia facta præſumatur. *Salycet. in d. l. pen. C. com. divid. Aret. in d. §. ult. Inſt. de Soc. Jaſ. d. conſ.* 2. *col.*10.*lib.*3. *Theſaur. d. deciſ.*205.*n.*3. *Gratian. d.cap.* 951.*n.* 18. *Merend. vidend. d. c.*45.*n.* 8.

Quæ omnia magis, ac magis inoffenſo pede
126 procedunt, tùm attentis meliorationibus, cum non modicis ſumptibus, factis per dd. Joannem, & Franciſcum in bonis per eos poſſeſſis, veluti ocularis eorum inſpectio demonſtrat, ex quibus paritèr diviſionem præceſſiſſe depromitur, *Rot. in recent. d. deciſ.* 220. *num.* 5. *p.* 18. ea ratio-
127 ne, quia ſicuti, quod eſt commune pluribus, negligi, ita, quod eſt proprium, diligi ſolet. *Ad Gloſ. margin. in l.*2. *C. quando, & quibus quart. pars. l.*10. per ea verba: *Utinam non uſque ad vitium propria diligamus.*

128 Tùm, ſtante oblonga taciturnitate partis adverſæ uſquequò è vivis ſublati fuerint præfati Joannes, & Franciſcus de facti ſerie optimè inſtructi, ex qua contrà eumdem adverſarium non boni Juris præſumptio reſultat. *Boer. deciſ.* 118. *num.* 21. *Alex. conſ.* 183. *ſub num.* 17. *lib.* 6. *Paris. conſ.* 83.*n.*27.*l.p. Menoch. conſ.* 422.*n.*42. *Manent. deciſ.*46.*n.*14. *cum aliis congeſtis à Cyriac. contr.* 264. *n.* 13.

Ex quibus Clientem noſtrum ab indebitè petitis fore, ac eſſe abſolvendum unà cum expenſarum victoria ſine ulla hæſitatione concluditur.

Proùt *ità de Menſe Novembris Anni* 1693. *abſo-*
129 *lutus fuit ab Illuſtriſſimo Domino meo Comite Vincentio Bondeno, qui tanquàm Juriſprudentiæ miraculum, ac verum integritatis exemplar, præteritæ*
130 *nedùm ætatis, verum etiam futuræ, præclaro ejus virtutis lumine, lumen extinguit:* Dum erat *Auditor Generalis Mirandulæ in Actis Notar. Alex. Petacini.*

*Nicolaus Camerinus J. C. Carpenſis.*

## CAPUT XLIII.

## ARGUMENTUM.

Emphyteuſim Eccleſiaſticam eſſe hæreditariam, & tranſire ad legatarios, & hæredes etiam extraneos, ponderatis clauſulis in Inveſtitura contentis, pluribus *DD. & Deciſionibus* rejectis, ſeù conciliatis, ac neglecta diſtinctione de acquiſitione facta à primo acquirente titulo lucrativo, non autem oneroſo, *in hoc Reſponſo* demonſtratur, & concluditur: Tacta etiam *Conſuetudine Genuæ*, redigente bona emphyteutica, Eccleſiaſtica, ad inſtar allodialium. Refellitur ex profeſſo *Manent. dec.* 60. In hac Cauſa ſcripſerunt ex adverſo *DD. Petrus Joannes de Torre, & Aloyſius Manſ.* ut *in iſtius conſult.* 716. & 717. *lib.* 8. non attingentes tamen principales *Articulos Cauſæ.* Eſt Reſponſio *ad Deciſ. Rotæ Genuen. nunc impreſſ. penès ipſum D. Manſ. conſult.* 718. *eod. lib.* 8.

## SUMMARIUM.

1 *Aſſignatio transfert dominium.* & n. 2. 3.
4 *Inſtrumentum habens pro ſe, habet intentionem fundatam, & ab eo rejicitur omnis diſcuſſio fori* n. 5. *tanquàm à caſu legis.* n. 6.
8 *Emphyteuſis ex pacto, & providentia non alteratur à licentia alienandi conceſſa, nec à clauſula* ad habendum, &c.
9 *Emphyteuſis nequit alienari ſine conſenſu domini, etiamſi adſit facultas alienandi, & alienata poteſt recuperari à vocatis* n. 11.
10 *De defectu conſenſus domini in alienatione poteſt opponi à tertio intereſſato, declara* n. 73. & ſeqq. *nec talis conſenſus præſtitus eſt operabilis poſt jus alteri quæſitum,* n. 12. *declara* n. 80. 81. 82. 83.
13 *Hæredum, & ſucceſſorum appellatione quinam veniant.*
15 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa* in perpetuum *eſt tranſitoria ad hæredes extraneos, declara* n. 6. 3. *ſubdeclara* n. 18. 19. *& ſic, ſi ſit data facultas alienandi cuicunque* n. 34.
20 *Emphyteuſis quando conſideretur ut locatio, & ut talis conſiderata eſt tranſitoria ad extraneos* n. 21.
22 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſit ad extraneos, ſi adſit pactum, ut dominus directus præferatur cum aliquo defalco: ſi in facultate data ad alienandum ſint excepta aliqua loca, & perſonæ* nu. 23. *ſi ſit conventum de laudimio ſolvendo per acquirentes eam* nu. 24. *ſi contineat clauſulam.* Et quibus dederit n. 26. cum ſeqq. & nu. 31. *ſi ſit conceſſa pro hæredibus quibuſcunque* nu. 32. *amplia* ut n. 33.
25 *Expreſſum id dicitur, ſi illud tantùm ſit verificabile.*
28 *Argumentum ab effectu eſt validum: de ſpeciebus ad genus, & è contrà* nu. 29. 30.
35 *Obſervantia transferendi emphyteuſim Eccleſiaſticam in extraneos denotat illam eſſe hæreditariam* & nu. 36.
37 *Emphyteuſis Eccleſiaſticæ qualitas deſumitur à motivis junctim ſumptis ad effectum etiam, ut tranſeat ad extraneos*, & n. 39. 40. *ubi etiam de emphyteuſi ex pacto, & providentia.*
41 *Opinio magis communis conſtituit approbatam concluſionem.*
42 Menoch. conſ. 545. & Bertazzol. conſ. 104. *n.* 73. *refelluntur, & contrà eos fuit judicatum,* & n. ſeqq. *ubi declarantur.*
46 Bellon. conſ. 30. *declaratur.*
47 *Doctori aliquid firmanti in tractatu magis eſt ſtandum, quàm firmanti in conſiliis.*
48 Spada conſ. 183. lib. 3. *rejicitur, &* n. 49.
50 Manſ. conſult. 166. & conſult. 258. *declaratur.*
51 *Clauſula* ad habendum, &c. *non extenditur ultrà generationes, pro quibus eſt facta conceſſio.*
52 Andreol. contr. 253. *reprobatur, & contrà eum fuit judicatum.*
53 Rota in rec. dec. 427. p. 9. & dec. 209. p. 10. *declaratur,* & n. 54. Rota cor. Cerro dec. 226. 271. *declaratur* ibid.





56 *Afferuntur plures conciliationes, quibus ſalvantur* DD. & Auctoritates *ſtantes pro non tranſitu emphyteuſis Eccleſiaſticæ ad extraneos, etiam concurrentibus clauſulis, & pactis aliud ſuadentibus,* & ſeqq. uſque ad 61.
62 *Solemnitates in conceſſione rei Eccleſiaſticæ quando non requirantur.*
63 *Feminæ veniunt appellatione hæredum quorumcunque,* & n. 64. *ubi de ratione.*
65 *Aſſignatio eſt omninò valida, concurrente poteſtate, & voluntate aſſignantis, ac capacitate aſſignatarii.*
66 *Conſenſus domini directi ne deficiat, deſumitur ex ſola ſcientia, & patientia,* & n. 67. *ſatis eſt, ut priùs præſervetur, deindè ſuperveniat.* n. 68. *quando non ſit neceſſarius,* n. 70. & ſeqq.
69 *Solito loci, in quo ſit contractus, præſumuntur contrahentes ſe conformaſſe,* & n. 151.
70 *Alienandi facultas ſi ſit data emphyteutæ, non requiritur conſenſus domini in alienatione,* & n. 71. 72. 73.
74 *Conjecturis non eſt opus in claris.*
79 *Inveſtitura deindè conceſſa præ ſe fert aſſenſum.*
82 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica hæreditaria poteſt conſtitui in dotem, etiam ceſſante ſubſidio.*
83 *Conſenſus domini directi favore dotis poteſt impetrari poſt mortem dotantis, & in aliis caſibus, de quibus* n. 87. & ſeqq.
84 Conſuetudo Genuenſ. *redigens bona emphyteutica Eccleſiaſtica ad inſtar allodialium affertur: eſt valida* n. 85. *& operatur, quod eadem bona tranſeant ad extraneos* num. 86. *& quid ulteriùs operetur* n. 87. 88. & ſeqq. & n. 150. *ac quandò nihil faciat* ex n. 142. *vide de ea,* n. 179. 180.
89 *Alienandi facultas una conventionalis, alia conſuetudinaria producit id, quod aliàs de jure non præſtaretur.*
91 *Retrotractio quando permittatur, etiam quoad conſenſum domini directi.* & n. 92. *& generaliter quando non permittitur,* n. 119. 120. 121. *declara* ex n. 122.
93 *Aſſenſus domini poſt mortem vaſſalli præſtitus non operatur in præjudicium vocatorum, & tertii, cui ſit jus quæſitum, ſed declara,* n. 94. 95.
94 *Aſſenſus vigore* conſuetudinis *redigentis bona ad inſtar allodialium non eſt gratia, ſed oritur ex obligatione.*
97 *Jus vocatorum in inveſtitura ceſſat, ſi inveſtitus diſponat de bonis vigore* conſuetudinis *ergà alios, etiam extraneos.*
98 *Hæres hæredis tenetur ſervare factum defuncti, etiam quoad bona ſua propria, amplia* num. 99. 100.
101 *In bonis emphyteuticis hæreditariis nullum jus habet ille, qui non eſt hæres defuncti, limita, ſi bona ſint mixta,* n. 102. *declara,* n. 103. & ſeqq. ac n. 107. 108. *ubi diſtinguitur.*
105 *A feudo, & emphyteuſi, etiam non expreſſis quando ſit excluſus filius ex diſpoſitione patris,* & n. 106. & 118.
110 *Legitima* ex Stat. Genuæ civ. lib. 5. c. 12. §. ſalvis ſemper. *vult, quod legitima poſſit relinqui ſine titulo inſtitutionis.*
111 *Clauſula* omni meliori modo *ſupplet titulum inſtitutionis in legato legitimæ facto per patrem, & ordinato à Statuto.* & n. 112. 113. *declara* n. 114. 115.
115 *Entia non ſunt multiplicanda ſine neceſſitate.*
116 Fachin. conſ. 110. ſub num. 8. *examinatur, & rejicitur.*
117 *Clauſula*, proùt litera jacet, *in Statuto quid operetur.*
118 *Excluſio filii ab emphyteuſi hæreditaria pendet à voluntate patris teſtantis.*
119 *Conditio ſuſpenſiva ex quibus verbis importetur pro impedienda retrotractione* & 120. 121. & ſeqq. *& reſolutiva, ex quibus deducatur,* n. 129. 130. & ſeqq.
123 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*
125 *In conditionibus voluntariis inſpicitur merum factum.*
126 *Teſtator non cenſetur velle quidquam diſponere fruſtraneè.*
127 *Argumentum*, ſi teſtator interrogatus fuiſſet, ita reſpondiſſet, *eſt validum.*
128 *Declaratio, quando poſſit validè fieri uno, & altero tempore.*
135 *Conſenſus quando ex laudatione, ſeù aliis deprehendatur* & ſeqq.
138 *Inveſtitura continet clauſulam*, ſine præjudicio juris tertii, *declara* n. 139. 140.
139 *Reſervatio intelligitur, quatenùs jus reſervatum competat,* & n. 140.
141 *Primus acquirens ex titulo lucrativo, & titulo oneroſo, quid poſſit facere de bonis ſibi conceſſis, & in quibus caſibus,* & n. 145. cum ſeqq.
Manent. dec. 60. *affertur: non applicatur huic caſui, & declaratur, in quibus terminis procedat.* à n. 158. ad 168. *rejicitur, & habet contrà ſe omnium ſententiam,* n. 169. 173. *in quibus caſibus poſſit habere locum,* n. 171. 172. 174.
144 *Doctoris* auctoritas *articulum examinans, nec habens contradictorem, eſt tanquàm caſus legis.*
145 *Titulus lucrativus ceſſat ex ſolutione magni laudemii, ſeù ex obligatione annuæ penſionis ergà emphyteutam diſponentem, ex* num. 146. 147.
151 *Emphyteuta diſponens de re emphyteutica cenſetur ſe conformare* conſuetudini *loci, & qualitati hæreditariæ ipſius rei.*
*Diſpoſitio ut ſuſtineatur, præſumitur facta ex titulo meliori, & efficaciori competente.* ibidem.
152 *Pater quandò de bonis emphyteuticis poteſt diſponere ad favorem extranei, magis poteſt prælegare illa uni filio.*
155 *Dominium rei legatæ recta via tranſit in legatarium etiam ignorantem, & n.* 156.
156 *Dominii titulus eſt perpetuus, uti irrevocabilis.*
157 *Legatum eſt ad hæredes legatarii tranſmiſſibile.*
175 *In dubio cenſendum eſt pro validitate aſſignationis, & cujuſlibet actus: pro dote in dubio eſt judicandum,* n. 176. *& pro reo, ac poſſeſſore,* n. 177.
178 *In dubio pro revocatione ſententiæ eſt ſtandum: amplia,* n. 179. 180.
180 *Utilitati publicæ, & commerciis eſt favendum.*
181 Manſ. conſult. 716. (*quæ eſt* Petri Joannis de Torre) & conſult. 717. l. 8. *notatur.*

Quædam bona paſculiva de Juribus Eccleſiæ fuerunt conceſſa in emphyteuſim *perpetuam* alicui *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis ex eo natis, & naſcituris de legitimo matrimonio maſculis tantùm:* Cum autem primus acquirens diſpoſuerit de bonis ipſis ad favorem fœminæ filiæ ſuæ, & diſceptaretur, An validè, vel nulliter; pro definitione contentionis attuli ea, quæ aliàs *in*

*Reſponſionem Deciſioni Rotæ Genuenſis* exarave-
ram in ſimili caſu ( dempta qualitate bonorum)
per modum infra ſcriptum.

## RESPONSUM JURIS

*Comitis Vincentii Bondeni.*

*ANNUENTE DEO.*

## JANUEN. EMPHYTEUSIS.

*IN*

## CAUSA UTRINQUE SPINULA

*RESPONSIO*

*Ad Deciſ. Almæ Rotæ Januen.*

DEciſionem Almæ Rotæ Januenſis *nunc
impreſſam penès D. Manſ. conſult.* 718.
*lib.* 8. editam *in cauſa utrinque Spinula* ver-
tente inter D. Dominicum Patruum Actorem, &
D. Mariam Magdalenam Ream conventam, qua
decuit veneratione, ſuſcepi: Eandem maturiori
quo debui ſtudio, ac diligentia funditùs conſide-
ravi: A Equivocis & Facto, & proindè in Jure
conſiſtentibus valdè ſcatentem in pluribus inveni:
Et quò magis præjudicialem juribus D. Mariæ
Magdalenæ ipſam exiſtimavi: eò promptiùs juſti-
tiam ad favorem illius, non obſtantibus motivis, &
fundamentis elaborato calamo in contrarium ad-
ductis, evidenter militare non dubitavi.

Quandoquidem ad propulſandum D. Patruum
Adverſarium ſatis exuberanter fuit, eſtque inſtru-
mentum aſſignationis de Domo, ac Domuncula
controverſis factæ D. Nepti per olim D. Hierony-
mum ejus Genitorem *ſub die* 17. *Decembr.* 1686.
cum ſubſequuta inveſtitura, & conceſſione deindè
reportata à Vener. Capitulo, & Canonicis Colle-
giatæ S. Mariæ Vinearum, per quod jus omne do-
1 minii requiſitum ad hunc effectum in illam fuit du-
bio procul tranſlatum *ex l. ſi pluribus, ff. de leg.* 2.
*D. D. in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. Alciat. &
aliis in l. aſſignare. ff. de verb. ſignific. Nevizan.
conſ.* 84. *n.* 7. *Cephal. conſ.* 135. *num.* 7. *lib.* 1. *&
conſ.* 399. *n.* 26. *lib.* 3. *Pariſ. conſ.* 33. *n.* 26. *lib.*
„ 3. *Menoch. conſ.* 201. *num.* 6. *verſ.* eſt itaquè
„ facta aſſignatio, cujus natura, & ſignificatio eſt,
2 „ ut cenſeatur tranſlatum dominium, *lib.* 3. *&*
„ *conſ.* 663. *n.* 7. *lib.* 7. *Natta conſ.* 496. *ſub nu.*
„ 5. *lib.* 3. *Altograd. Sen. conſ.* 8. *num.* 13. 14. *lib.* 1.
„ *Brunor. in locis commun. litt. V. num.* 36. *Bar-*
„ *boſ. de dict. uſufreq. dict.* 42. *n.* 1. *& ut in Mea*
„ *colluct. leg.* 14. *num.* 188. *vol.* 1. *Giurba dec.* 24.
3 „ *num.* 19. *verſ.* ſic etiam verbum *aſſignavit*, quod
„ dominii tranſlationem importat, *Rota apud Poſt.*
„ *de ſubhaſt. dec.* 205. *num.* 3. *cor. Pamphil. dec.*
„ 240. *num.* 2. *cor. Cerro dec.* 234. *n.* 2. *ad fin. tom.*
„ 1. *in rec. dec.* 130. *ſub n.* 5. 6. *p.* 5. *dec.* 157. *n.*
„ 28. *p.* 6. *dec.* 59. *nu.* 5. *verſ.* factæ per verbum
„ *aſſignamus* importans tranſlationem dominii *p.*
„ 10. *dec.* 376. *n.* 13. *p.* 14. *deciſ.* 218. *n.* 16. *p.* 18. *&*
„ *dec.* 305. *n.* 3. *p.* 19.
4 Et in quo inſtrumento, juncta eadem inveſtitu-
ra, & conceſſione ipſa D. Maria Magdalena habe-
bat, ac habet ſolidiſſimè intentionem fundatam,
*l. cum precibus, C. de probat. l. ſi, & Præſes. C. de
præd. minor. Alex. conſ.* 37. *num.* 16. *lib.* 2. *Ce-
phal. conſ.* 180. *num.* 14. *& conſ.* 225. *nu.* 20. *lib.*
2. *Natta conſ.* 177. *in princ. Cyriac. contr.* 18. *n.*
22. *& contr.* 182. *num.* 4. *tom.* 1. *contr.* 204. *nu.*
39. *tom.* 2. *ac contr.* 588. *n.* 13. *tom.* 4. *Manſ. con-
ſult.* 41. *ſub n.* 8. *lib.* 1. *Add. ad Salon. conſ.* 39.
*nu.* 5. *verſ. habet enim. Turret. conſ.* 32. *num.* 14.
*lib.* 3. *Altograd. conſ.* 50. *nu.* 8. *lib.* 1. *Bellon. de-
ciſ.* 122. *n.* 1. *Milanenſ. dec.* 8. *num.* 22. *verſ. imò* 5
*facit. lib.* 2. *Rota cor. Coccin. dec.* 1201. *num.* 1.
*tom.* 3. ita ut, eo viſo, ſuper illius bono jure, nulla
opus eſſet, nec ſit diſcuſſione fori. *Rimin. Jun.
conſ.* 6. *nu.* 40. *lib.* 1. *Altograd. d. conſ.* 50. *n.* 9.
*Roland. conſ.* 46. *nu.* 13. *lib.* 4. *Ruin. conſ.* 128. *n.*
1. *lib.* 4. *Natta conſ.* 145. *in princ. lib.* 1. *Milanenſ.* 6
*d. deciſ.* 8. *n.* 123. *Sperel. dec.* 27. *nu.* 15. *tom.* 1.
cum diceretur extare caſus legis, ſuper quo nulla-
tenùs dubitandum veniebat, *Bald. conſ.* 215. *nu.*
3. *in fin. lib.* 2. *Roland. d. conſ.* 46. *n.* 15. *Cravet.
conſ.* 31. *in fin. lib.* 1. *Bec. conſ.* 74. *n.* 19. *Surd.
conſ.* 186. *nu.* 7. *Cyriac. contr.* 37. *nu.* 10 12. *tom.*
1. *Contr. diſcept.* 62. *ſub num.* 2. *lib.* 1. *Tiraquel.
de retract.* §. 2. *gloſ. à numer.* 20. 22. *in fin. ubi
amplè, Parexa de univ. inſtrum. edit. tit.* 1. *reſol.*
3. §. 2. *num.* 4. *Sperel. d. dec.* 27. *num.* 18. *Rota
cor. Mantic. deciſ.* 47. *nu.* 2. *& dec.* 302. *num.* 2.
*cor. Arguel. dec.* 73. *n.* 16. *cor. Zarat. dec.* 14.
*n.* 3. *& in recent. dec.* 286. *n.* 3. *p.* 11. *& dec.* 116.
*nu.* 1. *p.* 15.
In nihilo adverſante nullitate hujuſce aſſigna- 7
tionis elevata *in Deciſ. §. nullitas donationis*; ex
eo, quod dictus D. Hieronymus non haberet li-
centiam alienandi in extraneos in præjudicium vo-
catorum, cum licentia attributa in Inſtrumento
Inveſtituræ conceſſæ Hyacintho ejus Patri reci-
pienti *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis ex
eo natis, & naſcituris de legitimo matrimonio maſ-
culis tantùm*; inter quos continetur D. Adverſa- 8
rius; quamvis ampla, & generalis, & cum clau-
ſula *Ad habendum, & quicquid placuerit facien-
dum*, ubi emphyteuſis eſt ex pacto, & providen-
tia, ſeù mixta ( ut ſaltem mixtam hanc fuiſſe fir-
maverat antecedenter *Deciſio in §. præterea ex
abundanti* ) non alteravit naturam ipſius emphy-
teuſis, ſed ad illius limites reſtricta fuerit, ita ut
in extraneos ea alienari non potuerit, & ſi alie-
natio ſequuta fuerit, poſſit per vocatos, nuncque
D. Adverſarium vindicari; allegatis ad hoc *Me-
noch. conſ.* 545. *n.* 5. *Bertazzol. conſ. civil.* 73. *n.*
14. 15. *Bellon. jun. conſ.* 30. *per tot. Spada conſ.*
183. *n.* 8. *& ſeqq. lib.* 3. *Manſ. conſult.* 166. *n.* 19.
*lib.* 2 *& conſult.* 258. *n.* 14. *lib.* 3. *Andreol. contr.*
253. *num.* 6. *Rota in rec. dec.* 427. *à num.* 12. *p.* 9.
*& dec.* 209. *nu.* 4 *p.* 10.
Stante etiam defectu conſenſus Domini directi, 9
qui, ſuppoſita quoque facultate alienandi, inter-
venire debebat per *tex. in l. fin. ubi D. D. C. de
jur. emphyt. Mel. ad Caſtil. de alim. c.* 62. *nu.* 15. 10
*Fulgin. tit. de alien. q.* 1. *à numer.* 1. & de quo,
ſicuti potuit opponi per D. Adverſarium ob ejus
proprium intereſſe, *Mel. alleg.* 34. *n.* 1. *alleg.* 66.
*n.* 9. *& alleg.* 101. *n.* 12. *lib.* 2. *Gratian. diſcept.*
815. *n.* 13. *Gobius conſult.* 95. *ſub n.* 41. 42. *& de
permiſſ. feud. alien. q.* 3. *n.* 73. *Rota penès Cenc. de
cenſib. dec.* 74. *n.* 9. *& dec.* 345. *numero* 6. 7. ità, 11
eo ceſſante, potuerit idem D. Adverſarius agere
ad emphyteuſis recuperationem, tanquàm nulli-
ter alienatam. *Roſenthal. de feud. cap.* 9. *concl.* 58.
*numero* 44. *Oſaſch. dec.* 172. *numero* 25. 26. *The-
ſaur. dec.* 99. *numero* 19. licet quoquè poſt aliena-
tionem, ſivè diſtractionem ex cauſa dotis (utique
nullam; dum aderant bona paterna pro eadem dote
conſtituenda, & ceſſabat ſubſidium; ex *Fulgin. tit.
de alien. q.* 1. *n.* 268. ) fuerit ipſe conſenſus ob-
tentus, ac ſanè inoperabiliter, poſt jus quæ-
ſitum



12 ſitum præfato D. Adverſario, ob prædeceſſum
Patris aſſignantis: *Surd. conſ.* 382. *à n.* 79. *& à n.*
92. *uſque in fin. Conciol. alleg.* 46. *n.* 36. 37. *Galeot.
contr.* 1. *n.* 89. 90. *lib.* 1. *Pignatel. contr.* 81. *n.* 17.
*tom.* 2. *Gob. d. q.* 3. *nu.* 49. 50. *Fulgin. tit. de con-
tract. emphyt. q.* 24. *num.* 11. 12. *in fine, & tit. de
alien. q.* 1. *n.* 234. Ut de his omnibus agit *Deciſio
§. quinimò ſuppoſita cum duob. ſeqq.*
Nullitas etenim prædicta illicò removetur, ſi
præcognoſcatur.
13 Tùm emphyteuſim, ut ſuprà conceſſam, pon-
derata diligenter ejus formula, fuiſſe, ac eſſe verè
hæreditariam, utpotè hæredes, & ſucceſſores con-
tinentem, habita ſic ratione ſucceſſionis ex jure
civili quoad primos, & ſucceſſionis ex jure præ-
torio quoad ſecundos, quidquid eſſet, ſi iſtis
latiorem ſignificationem denotantibus omiſſis, il-
los duntaxat ſtrictiorem intellectum habentes com-
prehenderet, per tradita *à Silvan. conſ.* 30. *num.*
11. *ubi, quod eſt clariſſimum lib.* 1. *Curt. Jun.
conſ.* 148. *numero* 15. *Bero. conſ.* 65. *numero* 95.
*lib.* 1. *Cravet. conſ.* 131. *ſub numero* 8. *lib.* 1. *Grat.
conſ.* 55. *n.* 31. *lib.* 1. *cum pluribus aliis apud Me-
noch. conſ.* 87. *n.* 15. 16. *lib.* 1. *& conſ.* 160. *n.* 42.
*ubi de magis communi, & n.* 44. *lib.* 2. *Faria ad
Covar. var. reſol. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 51. *Manſ. conſult.* 2.
*à n.* 36. *lib.* 1. *Tranchedin. conſult.* 21. *ex nu.* 22.
*conſult.* 22. *n.* 5. *& conſult.* 95. *n.* 11. 12. *Cyriac.
contr.* 146. *à n.* 2. *lib.* 1. *Rocca diſput. jur. c.* 66. *n.*
28. *& ſeqq. lib.* 1. *Gratian. diſcept.* 451. *à n.* 16. *ad*
21. *lib.* 3. *Giurb. de ſucceſſ. feud. prælud.* 4. *ſub nu.*
19. *Caldaſ. de nomin. emphyt. lib.* 2. *q.* 22. *nu.* 12.
*cum ſeqq. & q.* 24. *n.* 14. *Marin. de feud. lib.* 1. *tit*
5. *de feud. hæredit. ſub n.* 12. 14. 15. *Valaſc. de jur
emphyt. q.* 44. *n.* 18. *ubi de magis communi. Oſaſch.*
14 *deciſ.* 161. *ſub numero* 2. & quoad bona præfat.
Vener. Capituli, & Canonicor. Collegiatæ S[i]
Mariæ Vinearum *Rota Genuenſis apud Belmont.
dec.* 31. *à num.* 4.
Tùm pariter fuiſſe, & eſſe talem, ac tranſito-
riam ad extraneos quoque, licèt de bonis Eccle-
ſiaſticis, & cum recenſitis verbis, fortaſſe ob fi-
nalia, ad ſolos natos ex inveſtito, hæredes ta-
men, & ſucceſſores, directis, ſtantibus clauſu-
lis in parte diſpoſitiva ſitis, & pactis eidem pe-
culiariter adjectis; veluti
Primò,
15 Quia ipſa emphyteuſis fuit conceſſa *in perpe-
tuum*, repetita ſæpè, ac ſæpius qualitate iſtius per-
petuitatis, ſic enim pro tranſitu emphyteuſis Ec-
cleſiaſticæ etiam ad extraneos, vigore hujuſce
clauſulæ, dixerunt *Grilenzon. conſ.* 144. *nu.* 1. *&
ſeqq. Marta conſ.* 57. *à n.* 21. *Gargiar. conſ.* 7. *n.*
20. *& conſ.* 44. *nu.* 8. *lib.* 2. *Gabr. conſ.* 76. *ſub n.*
7. 12. *lib.* 2. *Spada conſ.* 182. *nu.* 2. *lib.* 3. *Alto-
grad. conſ.* 22. *ex n.* 6. *lib.* 1. *Severin. poſt Scalion.
ad pragm. Regni. alleg.* 26. *n.* 10. *Mel. alleg.* 14.
*nu.* 6. *lib.* 1. *& alleg.* 71. *n.* 6. *ac alleg.* 72. *nu.* 3.
*lib.* 2. *Manſ. conſult.* 156. *n.* 26. *lib.* 2. *Palma
conſult.* 68. *n.* 1. *Tranchedin. conſult.* 21. *ex num.*
24. *& conſult.* 95. *n.* 13. *ubi concord. Urceol. con-
ſult.* 32. *n.* 23. *lib.* 1. *Gobius conſult.* 51. *n.* 13. *ubi,
quod de hoc non eſt hæſitandum. Et conſult.* 91. *nu.*
7. *Caren. reſol.* 152. *numero* 3. *Faria ad Covar. re-
ſol.* 17. *num.* 17. *lib.* 2. *Sabel. reſol.* 58. *num.* 13.
*Cyriac. d. contr.* 146. *n.* 10. *Ciarlin. contr.* 180. *n.*
24. *lib.* 2. *Ego ipſe in colluct. leg.* 34. *n.* 7. *vol.* 1.
*D. Boſcolus penès Torre de ſucceſſ. in primogen.
reſp.* 2. *n.* 92. *tom.* 2. *Card. de Luca tit. de emphyt.
diſc.* 32. *n.* 5. *verſ. tertiò quia. lib.* 4. hancque ſen-
tentiam pluries admiſit *Rota viden. apud D. meum
Balduc. poſt conſ. Ramon. dec.* 87. *à numero* 6. *ad*
11. *lib.* 2. *ut cor. Zarat. dec.* 95. *num.* 22. *cor.
Merlin. dec.* 506. *num.* 6. *& dec.* 871. *num.* 8. *cor.
Priolo dec.* 218. *n.* 4. *cor. Cavaler. dec.* 293. *num.*
3. *cor. Dunozet. Jun. deciſ.* 748. *n.* 20. *tom.* 2. *cor.
Roxas dec.* 444. *nu.* 1. *cor. Caril. dec.* 246. *nu.* 3.
*& in recent. in annot. ad dec.* 26. *nu.* 15. *ubi con-
cord. p.* 3. *dec.* 286. *n.* 4. *p.* 4. *tom.* 3. *dec.* 548. *n.*
9. *p.* 5. *dec.* 381. *n.* 6. *& ſub nu.* 8. *p.* 9. *dec.* 54.
*num.* 24. *p.* 16. *dec.* 225. *nu.* 1. 2. 22. *p.* 17. *&
dec.* 332. *num.* 9. *p.* 19.
Non curato, quod *in deciſ.* ( poſt firmatam con- 16
cluſionem *in §. intelliguntur de hæredibus*, quod
emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa *pro hæredibus
ſuis* admittit duntaxat filios deſcendentes, ita ut
non ſit tranſitoria ad extraneos; allato *Pacion. de
locat. c.* 53. *n.* 37. *cum aliquibus deciſionibus Rotæ*,
ac ſignanter *cor. Sanctiſſ. Alex. VIII. Otthobono
deciſ.* 42. *n.* 4. *& alibi, ut per Balduc. d. dec.* 87.
*n.* 1. ubi, quod eſt indubitatum axioma, *ex Card.
de Luca tit. de emphyt. diſc.* 31. 36. *lib.* 4. præci-
ſim ſubdatur *in ſequenti §. etiam, quod addita* per 17
hanc clauſulam *in perpetuum* ampliari quidem nu-
merum, ſed non qualitatem ſucceſſorum; quod
eſt ac dicere ſe habere ſanè ad deſcendentes in-
veſtiti in perpetuum, aſt non extendere vires ſuas
ad admittendos hæredes extraneos, ex *Cephal.
conſ.* 400. *n.* 21. 22. *Manſ. conſult.* 166. *n.* 19. *lib.*
2. *Marta vot.* 38. *n.* 7. *Magon. dec. Lucenſ.* 12. *n.*
12. *Rota poſt Salgad. Labyr. creditor. dec.* 18. *n.* 20.
21. *eadem ac cor. Cerro dec.* 226. *à n.* 23. *tom.* 1.
*& in recent. deciſ.* 381. *n.* 3. 4. 5. *p.* 5. *cum aliis
apud D. Balduc. d. dec.* 87. *n.* 18. 19. 20.
Cum non tantum in contrarium ſtent longè *plu-* 18
*res Doctores*, cum quibus, & alii innumeri per eos
recenſiti conveniunt, longèque *plures Rotæ deci-
ſiones*, dum ultrà adductas, *Aliæ concordantes* af-
ferri poſſent; adeò ut in allegatis ex adverſo nul-
latenùs ſit ſiſtendum, ut plenè videre eſt *in d. dec.*
87. *Balduc. n.* 21. *& ſeqq. ac n.* 31. 32. *ubi concord.*
Verum *Auctoritates ipſæ, & deciſiones contrariæ*
( omiſſis pro nunc aliis declarationibus ) poſſint
duntaxat locum habere, ſi nulla alia circumſtan-
tia, & conjectura concurrat cum eadem clauſula
*in perpetuum* poſita in inveſtitura, ſecus ea, ut in 19
præſenti, ex mox dicendis concurrente, quantum-
vis levi, nam tunc emphyteuſim *in perpetuum*
conceſſam tranſire quoque ad extraneos, & vim hu-
juſce clauſulæ non reſtringi ad ſolos deſcenden-
tes, neque eorum numerum ſolummodò ampliare,
ſed etiam qualitatem ſucceſſorum augere; decla-
ratur cum ipſo *Cephal. conſ.* 9. *ſub num.* 13. *&
ſeqq. lib.* 1. *à Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *nu.*
21. *in fin. tom* 2. *Ciarlin. contr.* 180. *n* 24. *Tran-
chedin. d conſult.* 21 *n.* 26. *Manſ. conſult* 2. *num.*
43. *lib.* 1. *Gobio conſult.* 11. *n.* 14. *& conſult.* 91. *n.*
37. *Pacion. de locat. c.* 53. *nu.* 16. *Card de Luca
tit. de emphyt. diſc.* 59. *in fin. lib.* 4. *Fulgin. eod.
tract. tit. de contract. emphyt. q.* 1. *num.* 13. *in fin.
Boſcol. d. reſponſ.* 2. *nu.* 94. ubi ſubdit tanto for-
tiùs, ſi graviſſimæ conjecturæ concurrant, & plu-
res, ut in hoc noſtro caſu, ac ſequuta fuit *Rota*
„ *in recent. d. dec. in adverſum adducta* 381. *n.*
„ 6. *& infra*, ibi, in hoc articulo, ſi cum con-
„ ceſſione facta pro hæredibus *in perpetuum*, ad-
„ ſit aliqua conjectura etiam levis, emphyteuſis
„ eſt tranſitoria ad hæredes extraneos *p.* 5. *&
dec* 54. *à numero* 24. *ad* 29 ubi poſt hinc
inde rem diſcuſſam, ſic ait. „ Ponderarunt Do-
„ mini plures, & urgentes conjecturas, quæ
„ etiam leviores ad hunc effectum multum re-
„ levant, *p.* 16. *& dec.* 225. *numero* 20. ibi,
„ quando in conceſſione facta pro hæredibus *in*

„ *perpetuum* adeſt aliqua conjectura etiam levis,
„ tunc emphyteuſis tranſire dicitur ad extraneos,
„ *p.* 17. *ac dec.* 52. *n.* 4. *verſ.* nihilominus, quan-
„ do, ut in propoſito cum clauſula *in perpetuum*
„ concurrit aliqua etiam levis conjectura, tunc
„ emphyteuſis etiam Eccleſiaſtica eſt tranſitoria
„ ad quoſcunque *p.* 19. *& cor. Coccin. dec.* 1888.
„ *numero* 9. *verſ.* ſi cum conceſſione facta pro
„ hæredibus *in perpetuum*, adſit aliqua conjectura
„ etiam levis, emphyteuſis eſt tranſitoria ad
„ hæredes extraneos, *tom.* 4. *cum aliis penes*
„ *Balduc. ſemper viden. ubi proximè.*

20 Secundò (confirmando ſic nunc tradita) quia
hæc domus, & domuncula non fuerunt ſimpli-
citer traditæ, & conceſſæ in emphyteuſim, ſed
verè etiam in locationem, ut in Inſtrumento,
ibi *in primo. locaverunt, & ex cauſa locationis*
*perpetuæ, & in §. promittentes.* verſ. *eidem M.*
*Hiacintho, & dictis hæredibus, & ſucceſſoribus*
*ſuis locationis titulo in perpetuum dimittere*, &
ibi, & acceptans hujuſmodi locationem: ac ibi,
*dicto locationis titulo in perpetuum, ut ſuprà te-*
*nere:* & ibi, *dictas domum, & domunculam*
*præſentis locationis:* rurſus ibi, *& ipſi intelligan-*
*tur à jure præſentis locationis:* etiam ibi, *in loco*
*D. Hiacinthi in præſenti locatione:* ac ibi, *recipiat*
21 *inſtrumentum locationis à Capitulo:* qua locatione
ſtante, & per partes octies ſaltem repetita, ne-
gari non poteſt, quod talis conceſſio non ſit
tranſitoria ad hæredes extraneos, *Ruin. conſ.* 161.
*à n.* 21. ubi *n.* 23. ſubdit hoc eſſe veriſſimum,
neminemque invenire contradicentem *lib.* 1. de
quo, aliiſque pluribus meminit *Mantic. d. lib.*
22. *eod. tit.* 19. *num.* 27. *Roland. conſ.* 96. *à nu.*
24. *lib.* 1. *Burſatt. conſ.* 60. *nu.* 23. *lib.* 1. *Gobius*
*d. conſult.* 11. *n.* 16. *Ciarlin. contr.* 180. *n.* 31. *Fa-*
*jard. alleg.* 43. *n.* 66. *D. Boſcol. in d. reſp.* 2. *n.* 138.
139. *Pacion. de locat. d. c.* 53. *n.* 96. *Card. de Lu-*
*ca tit. de emphyt. diſc.* 30. *n.* 2. *verſ. conceſſa ve-*
*rò*, ubi ſic deciſum, recedendo ab antecedenter
deciſis *lib.* 4. *& in ſupplem. ibid. p.* 2. *Surd. dec.* 198.
*ſub an.* 3. *Beltramin. ad Gregor. dec.* 529. *nu.* 21.
*Rota in recent. deciſ.* 232. *à n.* 9. *p.* 9. *dec.* 79. *n.* 3.
„ *p.* 16. *& d. dec.* 225. *ante num.* 24. *verſ.* eſſet
„ nedum concepta verbis importantibus emphy-
„ teuſis, ſed etiam contineret expreſſam loca-
„ tionem ſæpius in eodem inſtrumento à parti-
„ bus repetitam, qua ſtante, negari non po-
„ teſt, quod non ſit tranſitoria hujuſmodi con-
„ ceſſio ad hæredes extraneos, *ac ibi dantur*
*concordantes p.* 17.

22 Tertiò, quia fuit conventum, quod vende-
re, donare, cedere, ac quovis titulo transferre
volentes haſce domum, & domunculam, tenean-
tur primò requirere Capitulum dominum dire-
ctum, pro habenda prælatione, & defalco ſoli-
dor. 20. & ipſo emere nolente, vel tacente, aut
non reſpondente, poſt denunciationem per men-
ſem, liceat illis *vendere, alienare, donare, & ce-*
*dere cuicunque perſonæ voluerint*, ob iſtud enim
pactum in priori parte prælativum, tanquam cer-
tè præſuppoſitivum facultatis alienandi conceſſio-
nem de hiſce domo, & domuncula, fuiſſe, & eſſe
hæreditariam tranſitoriam ad extraneos, ac contra-
hentes intellexiſſe dare, & reſpectivè accipere
facultatem transferendi, etiam in ipſos extraneos,
nullus eſt, qui contrarietur, ut inquit *Curt. jun.*
*conſ.* 155. *nu.* 11. *verſ. præmiſſa clariora redduntur*
*lib.* 1. cujus formalia verba afferuntur *à Boſcol. d.*
*reſponſ.* 2. *numero* 128. 129. *Card. de Luca tit. de*
*emphit. diſc.* 29. *numero* 3. *verſ.* quarto clariſſimè
„ ex alio pacto, ut in caſu alienationis tenea-
„ tur emphyteuta requirere dominum, illumque
„ præferre pro duodecim denariis minus juſto
„ pretio, hoc enim ad oculum oſtendit aliena-
„ bilitatem, *& diſc.* 31. *nu.* 15. ubi, quod ex
„ hoc pacto reſultat argumentum hæreditariæ
qualitatis, *lib.* 4. *Rota penès Caſtald. conſult.* 238.
*in fin. verſ. & demum tom.* 2. *ac in recent. dec.* 26.
*ſub n.* 6. *p.* 3. *dec.* 510. *n.* 2. 3. *verſ.* & procul du-
„ bio, ſtante pacto, quod volente conceſſionario
„ domum vendere, & Monachi debeant in ven-
„ ditione præferri, cum etiam vigore *hujus clau-*
„ *ſulæ* cenſeatur permiſſa alienatio emphyteuſis,
„ prout emphyteutæ videbitur, & placuerit. *p.*
„ 13. *dec.* 332. *n* 11. 12. ibi, & demum conceſſa
„ legitur facultas alienandi cum prælatione ad fa-
„ vorem Capituli Domini directi, ex qua facul-
„ tate quoque inſurgit qualitas emphyteuſis he-
„ reditariæ. *p.* 19. *& cor. Priolo dec.* 218. *nume-*
*ro* 3.

Quartò, quia in ipſomet pacto tradente facul- 23
tatem alienandi, excipiuntur nonnullæ perſonæ,
& loca, ibi, *non tamen perſonis, ſeu locis à jure*
*prohibitis, ſivè nobili, Eccleſiæ, potenti, Hoſpitali,*
*aut Univerſitati*, hæc enim exceptuatio, ac limita-
tio in certis caſibus, firmat regulam generalem in
contrarium, & conſtituit emphyteuſim merè alie-
nabilem, conſequenter hæreditariam, ac ad extra-
neos tranſitoriam. *Bertazzol. conſ. civil.* 5. *ſub nu.*
15. *Giovagnon. conſ.* 44. *n.* 78. *lib.* 2. *Boſcol. d. reſp.*
2. *n.* 130. 131. 132. *Card. de Luca d. diſc.* 29. *nu.*
3. *verſ. & tertiò clariùs. Pacion. de locat. d. c.* 53.
*n.* 88. 89. *Rota in recent. dec.* 16. *n.* 3. *& d. dec.*
26. *n.* 6. 7. *p.* 3. *ac poſt Torre de pact. futur. ſuc-*
*ceſſ. dec.* 81. *ſub n.* 34. 35.

Quintò, quia itidem fuit conventum, quòd *quo-* 24
*tieſcunque dictas domos, vendi, alienari, vel in*
*alium proprio titulo transferri contigerit, præter-*
*quam in hæredes ſucceſſores, habeant dicti DD.*
*Canonici, & Capitulum ratione conſenſus, & pro*
*recognitione dominii dictorum bonorum ſolid.* 2.
*monet. Genuæ pro qualibet libra totius pretii &c. in-*
*trà menſem à die venditionis, ſeu alienationis fa-*
*ctæ, aut poſſeſſionis habitæ numerandum &c. toties*
*quoties de uno in alium deambulaverint, præter-*
*quam in hæredes, & ſucceſſores prædictos, & te-*
*neatur perſona illa, in quam pervenerint, niſi fue-*
*rit ex hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, recipe-*
*re à dicto Capitulo inſtrumentum locationis intrà*
*menſem &c.* hinc namque provenit, cum laude-
mium, ſive capſoldum reſervatum non debeat
ſolvi à comprehenſis in conceſſione, neque ab iiſ-
dem (poſt apertam ipſis conceſſionem, debeat re-
cipi novum inſtrumentum locationis, quod pro
certo conjiciatur, hujuſmodi conceſſionem fuiſſe
merè hæreditariam ad extraneos etiam tranſito-
riam, ut poſt *Mart. conſ.* 57. *num.* 9. 19. 11. &
alios arguit *Boſcol. in præcitato reſponſ.* 2. *n.* 134.
„ *verſ.* in laudemii, ſub nomine capſoldi reſer-
„ vatione, quocunque alienationis in caſu, hinc
„ enim petitur quale quale argumentum, per-
„ miſſam intelligi alienationem in extraneos, qui
„ ſolùm, non verò deſcendentes tenentur ad
„ laudemium Domino perſolvendum, *& n.* 135.
*ubi concord.* quod nunc redditur fortiſſimum,
ac indubitatum motivum, ob ſpecialem expreſ-
ſam exceptuationem comprehenſorum in conceſ- 25
ſione à dicta ſolutione laudemii, & receptione
novi inſtrumenti intrà menſem, apertè in eo-
dem pacto conventam; dum, ſi ob eam de
comprehenſis, & ſuis non fuit ſtabilita præfata
reſervatio, inita pacti, neceſſariò in non compre-
henſis, & extraneis verificari debet, cum quoad
nullos



nullos alios ſit verificabilis, *l.* 2. *ff. de lib. & poſth.*
*Surd. conſ.* 143. *n.* 39. *Facian. conſ.* 82. *ſub num.*
7. *Cyriac. contr.* 128. *num.* 120. *tom.* 1. *Ego ipſe in*
*colluct. leg.* 28. *num.* 42. *vol.* 1. *& colluct.* 49. *n.* 4.
41. *vol.* 2. *Torre de ſucceſſ. in primogen. q.* 50. *à n.*
29. *tom.* 2. *Rot. cor. Buratt. deciſ.* 310. *n.* 8. *& dec.*
504. *n.* 7. *ac in rec. dec.* 299. *n.* 10. *p.* 12.

26 Sextò, quia, ut dicebatur, nolente emere Ca-
pitulo Domino directo, firmatum fuit ſpecialiter
quòd *tunc liceat D. Hiacintho, & dictis hæredi-*
*bus, & ſucceſſoribus ſuis dictas domum, & domun-*
*culam vendere, alienare, donare, & cedere*
*cuicunque perſonæ voluerint*, quæ verba æqui-
pollere, & habere eandem naturam, quam habeat
conceſſio illa *pro ſe, & quibus dederit*, peculiari
obſervatione notatur cum *Menoch. d. conſ.* 111. *n.*
65. *verſ. tertium eſt capiti, & n.* 66. *lib.* 2. *à D. Boſ-*
*colo in ſæpius allegato reſponſ.* 2. *n.* 104. *in fin. ac*
*n.* 110. adde *Laderch. in celebri ſuo conſ.* 1. *n.* 16.
„ ibi, vereque non video quid referat, an quis
„ det licentiam alienandi, vel utatur verbis, qui-
„ bus dederit, *Spada in conſ.* 358. *numero* 56. *in*
„ *fin. & numero ſeq. lib.* 2.

27 Nec certè aliter nunc dici poteſt, cum in effe-
ctu nil differant inter ſe, quòd quis ſit inveſtitus,
& receperit *pro ſe, & pro quibus dederit* bona con-
tenta in inveſtitura, & conceſſione, ac quòd quis
ſit inveſtitus, & receperit *pro ſe, & pro iis, qui-*
*bus vendiderit, alienaverit, & ceſſerit* bona con-
tenta in inveſtitura, & conceſſione; dum in hac
poſteriori formula, quæ eſt in noſtro caſu, expri-
muntur cum verbis, & titulis particularibus eædem
ſpecies dationis, quæ comprehenduntur in priori
formula concepta in genere, & cum verbo, ac
28 titulo generico dationis: ſuccedente proinde vel
eodem effectu, à quo licet validè arguere. *l. debi-*
*tor ff. ad Trebell. Valenzuel. conſ.* 25. *à n.* 18. *lib.* 1.
*Barboſ. loc.* 41. *Everard. loc.* 21. 77. *Ego ipſe col-*
*luct. leg.* 7. *n.* 35. *& colluct.* 24. *n.* 81. *vol.* 2. vel
potenti argumento, ſanè permiſſo, de ſpeciebus
29 ad genus, & de genere ad ſuas ſpecies, de quo
utrobique, reſpectu primi *Everard. in loc. leg.* 7.
*Barboſ. loc.* 104. ubi etiam allegat *Cantiuncul. loc.*
8. *Gammar. in dialect. legal. lib.* 1. *loc.* 8. *Marant.*
*reſponſ.* 32. *nu.* 39. *p.* 4. *Roſenthal. de feud. c.* 4.
*concl.* 32. *n.* 6. *tom.* 1. *Torre de ſucceſſ. in primo-*
*gen. c.* 4. *n.* 37. *tom.* 1. & reſpectu ſecundi *Eve-*
*rard. loc.* 6. *Cantiunc. loc.* 7. *Gammar. eod. lib.* 1.
30 *loc.* 7. *Barboſ. loc.* 53. *Neguſant. q.* 100. *n.* 57. *Ri-*
*dolphin. lib.* 2. *q.* 51. *n.* 22. *Ciarlin. controv.* 241. *n.*
12. *Monet. de commut. ult. volunt. c.* 9. *à n.* 453.

Conſequitur propterea in ſenſu *Omnium Sa-*
*pientiorum*, emphyteuſim, ſive locationem, &
31 conceſſionem, licèt Eccleſiaſticam, quam exami-
namus, fuiſſe, ac ſine ulla difficultate eſſe merè,
ac ſimpliciter hæreditariam, ad quoſcunque hæ-
redes extraneos tranſitoriam; prout hoc importa-
ri à clauſula, *& quibus dederit*, latiſſimè fundatur,
& demonſtratur à *Curt. jun. conſ.* 4. *& conſ.* 110. *n.*
27. *Roland. conſ.* 42. *n.* 10. *lib.* 1. *& conſ.* 55. *num.*
33. *lib.* 3. *Laderch. conſ.* 1. *n.* 16. *& ſub num.* 24.
*Tranchedin. conſult.* 95. *num.* 14. *Montaquil. poſt*
*Scalion. ad Pragm. alleg.* 28. *Mel. alleg.* 8. *nu.* 24.
ubi, quòd tranſit abſque hæſitatione. *lib.* 1. *Rocca*
*diſp.* 66. *n.* 17. 18. *in fin. lib.* 1. *Vela diſſert.* 15. *n.*
37. *D. Boſcol. d. reſp.* 2. *num.* 81. *ubi præter iſtos*
*addit. Barboſ. clauſ.* 57. *num.* 4. *Mart. p.* 1. *clauſ.*
126. *& p.* 2. *clauſ.* 558. *num.* 1. *& conſ.* 57. *num.*
2. 3. *Mantic. de tacit. d. lib.* 22. *eod. tit.* 19. *n.* 24.
*Monach. de feud. interpr. c.* 39. *D. Gobium de per-*
*miſſ. feud. alien. q.* 2. *num.* 42. *deciſ. Sicil. apud*
*Card. de Luca de feud. nu.* 8. *lib.* 1. *Rotam penès*
*Mel. obſ. forenſ. deciſ.* 6. *num.* 6. *cor. Merlin. de-*
*ciſ.* 860. *n.* 15. *tom.* 2. *in recent. d. dec.* 26. *in An-*
*not. num.* 11. 12. *p.* 3. *dec.* 548. *nu.* 8. *p.* 4. *tom.* 3.
*dec.* 76. *n.* 20. *&* 30. *p.* 12.

Fortius, quia pactum præfatum ſe habens om- 32
ninò ad naturam conceſſionis transferendi hanc
domum, & domunculam, in quos inveſtiri vo-
luerint, prævalet, eſtque majoris efficaciæ, quàm
ſit clauſula *pro ſe, & hæredibus quibuſcunque*, ut
notabiliter obſervat *Boſcol. in ſæpè adducto reſp.*
2. *num.* 111. Unde nullo modò ambigi poteſt,
quin exindè emphyteuſis, ſive locatio, de qua
agitur, fuerit, ſitque prorſus, & abſolutè hære-
ditaria, complectens hæredes quoque extraneos;
ita abſque ulla difficultate operante eadem clau- 33
ſula *pro ſe, & hæredibus quibuſcunque*, etiam ſi an-
tecedenter fuiſſet dictum *pro ſuis filiis legitimis,*
*& naturalibus deſcendentibus*; prout omiſſa con-
farcinatione longa, quæ fieri poſſet, anteà dixerat
*idem Boſcol. cod. reſponſ.* 2. *nu.* 89. 90. *cum Manſ.*
*conſult.* 166. *à n.* 31. *lib.* 2. *& conſult.* 293. *ex nu.*
23. *lib.* 3. cui in eadem cauſa ſcribentes conve-
niunt, *Saminiat. contr.* 12. *n.* 119. *& ibi Senator*
*Calchus contr.* 15. *n.* 132. *tom.* 1. *cum pluribus apud*
*D. Gobium de permiſſ. feud. alien. q.* 2. *n.* 35. *Urſin.*
*de ſucceſſ. feud. p.* 1. *q.* 3. *art.* 1. *n.* 15. 16. *Giurb.*
*cod. tract. prælud.* 4. *nu.* 21. 25. *ubi innumeri pro-*
*pemodum cumulantur. Rocca d. diſput. jur.* 66. *nu.*
29. *lib.* 1. *Rota in recent. dec.* 280. *p.* 1. *& dec.* 225.
*n.* 12. *p.* 17. *poſt contr. diſcept. dec.* 18. 19. *ac cor.*
*Sanctiſſ. Regnante Alex. VIII. Otthobon. deciſ.* 265.
*& paſſim.*

Ac quemadmodum, cæteris motivis huic rei 34
inſervientibus conſultò omiſſis, quòd præfatum pa-
ctum, ſeu dicta facultas alienandi cuilibet emere
volenti, removeat in hac materia omnem difficul-
tatem in reddenda emphyteuſi Eccleſiaſtica hære-
ditaria tranſmiſſibili in quoſcunque ſucceſſores ex-
„ traneos, *ex Laderch. conſ.* 1. *num.* 15. *ubi latè*,
„ & ſubdit neſcire, quomodo clariùs contrahen-
„ tes loqui potuiſſent, *Spada conſ.* 358. *ſub num.*
„ 56. 57. *lib.* 2. *Buccafer. conſ.* 1. *numero* 45.
„ *Gargiar. conſ.* 7. *num.* 21. *lib.* 2. *Menoch. conſ.*
„ 111. *ſub num.* 65. *& infra lib.* 2. *Cyriac. con-*
„ *trov.* 146. *num.* 11. *lib.* 1. *Caren. reſol.* 152. *nu.*
„ 4. *Cancer. p.* 3. *var. reſol. c.* 15. *n.* 125. 126. *de*
„ *quibus Boſcol. d. reſponſ.* 2. *n.* 101. *& ſeqq. Pa-*
„ *cion. de locat. c.* 53. *num.* 84. *verſ.* quia con-
„ tinent facultatem alienandi, inde ſequitur,
„ ut ubicunque conceſſa eſt talis facultas emphy-
„ teutæ, reſultet, ut emphyteuſis tranſeat etiam
„ ad extraneos, *Rot. cor. Buratt. dec.* 87. *nu.* 12.
„ *tom.* 1. *& in rec. dec.* 26. *ſub n.* 6. *p.* 3. *& dec.* 268.
„ *n.* 5. ibi, & expreſſa facultas donandi, & alie-
„ nandi, quia licentia alienandi per viam con-
„ tractus oſtendit Dominum extraneos non ab-
„ horruiſſe, & omnem in propoſito removet dif-
„ ficultatem *p.* 12.

Omnia motiva, & fundamenta hactenus allata 35
pro demonſtranda abſoluta qualitate hujuſce em-
phyteuſis, ſeu locationis, & conceſſionis hære-
ditaria, & tranſitoria ad extraneos, confirmantur
adeo ab obſervantia retroactis temporibus ſuprà
ſæculum decurſis *ab anno* 1565. citra quoad
domum, & domunculam in illa comprehenſas,
inconcuſsè habita, & ſervata, dum in tanto, &
forte majori temporis ſpatio ad varias perſonas,
utique extraneas, diverſis ex diſpoſitionibus de-
venerunt, ut dicta qualitas nequeat amplius in
dubium revocari, ſed uti certiſſima, ac pror-
ſus indubitata veniat habenda, cum qualitas
eadem ſemel ipſis Domibus impreſſa ſemper
perdu-

36 perduret; & illæ ſemel factæ tranſmiſſibiles ad ex-
traneos ſemper tales permaneant. Sic enim inter
„ *Multos* firmiter reſolverunt in ſuis caſibus *La-*
„ *derch. d. conſ.* 1. *num.* 16. *verſ.* accedit his ob-
„ ſervantia ſecuta, & conſuetudo alienandi hu-
„ juſmodi bona, *Gabr. conſ.* 66. *numero* 24. 57.
„ *& conſ.* 76. *num.* 16. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 161. *n.*
„ 33. *lib.* 1. *Tranchedin. conſult.* 95. *n.* 15. *verſ.* pro-
„ pterea cum pluries dictum ſedimen tranſiverit
„ ad extraneos, &c. modò videtur non poſſe re-
„ vocari in dubium, quin dictum ſedimen ad
„ extraneos tranſire potuerit, *& numero* 16. *Ca-*
„ *ren. reſol.* 152. *num.* 5. *Saminiat. d. contr.* 12.
„ *n.* 116. *verſ.* ſecundo, quia hujuſmodi verbo-
„ rum intellectui aſſiſtit ſucceſſiva obſervantia *ad*
„ *num.* 120. 121. *cum ſeqq. Boſcol. d. reſp.* 2. *art.*
„ 2. *num.* 240. *& ſeqq. ubi plenè*, ac etiam *valdè*
„ *D. meus Balduc. poſt conſ. Ramon. dec.* 87. *nu.*
„ 38. *& ſeqq. lib.* 2. *Rota penès Giovag. non. ſub*
„ *reſp.* 44. *num.* 74. *lib.* 2. *poſt Mel. obſ. for. dec.*
„ 32. *n.* 10. *cor. Celſo dec.* 5. *num.* 11. *cor. Caril.*
„ *dec.* 246. *num.* 4. *cor. Merlin. deciſ.* 872. *nu.* 11.
„ *tom.* 2. *cor. Priolo dec.* 218. *n.* 5. *& cor. Duno-*
„ *zet. jun. dec.* 748. *n.* 63. *tom.* 2. *cor. Sanctiſſ.*
„ *Alex. VIII. dec.* 265. *n.* 58. *& in recent. dec.*
„ 381. ( ex adverſo allegata ) *n.* 8. *verſ. ex prædi-*
„ *ctis uſque ad n.* 13. *p.* 5. *dec.* 452. *nu.* 13. *p.* 9.
„ *dec.* 76. *n.* 31. 32. *p.* 12. *dec.* 510. *num.* 5. *verſ.*
„ tùm ex obſervantia plurium annorum, à qui-
„ bus hujuſmodi domus tranſivit in extraneos *par.*
„ 13. *dec.* 54. *n.* 34. *verſ. accedit obſervantia*, *&*
„ *n.* 35. *p.* 16. *& dec.* 55. *n.* 5. *& ſeqq. p.* 19. *quæ*
*eſt in Bonon. Apothecar.* 5. *April.* 1677. §. *in pro-*
*poſito præcipuam*, ubi omnia in hoc puncto opti-
mè reaſſumuntur, & probantur *cor. Albergato*,
*& in Bonon. fideic. de Gulinel.* 15. *Febr.* 1686. §.
*fin. cor. Heruault.*

37 Idcircò, omnibus iiſdem motivis, & funda-
mentis, juncta potiſſimum iſta obſervantia inſimul
unitis, prout uniri debere ad hunc effectum di-
gnoſcendi, ac habendi veram qualitatem emphy-
teuſis, etſi Eccleſiaſticæ, *Omnes* concedunt, &
traditur magis in ſpecie, ut iiſdem, imò minori-
bus concurrentibus, inſimul tamen junctis, &
unitis deprehendatur infallibiliter qualitatem ip-
ſam eſſe hæreditariam, & vigore illius emphy-
teuſim Eccleſiaſticam, & quamcunque conceſſio-
nem cenſeri, ac eſſe tranſitoriam ad quoſcunque
ſucceſſores, quamvis omninò extraneos à *Laderch.*
„ *d. conſ.* 1. *ſub num.* 16. *Surd. conſ.* 551. *num.* 11.
„ 12. *Gobio conſult.* 91. *num.* 27. ubi, quòd Se-
„ natus habuit hoc pro indubitato, *Mel. alleg.*
„ 32. *num.* 11. *lib.* 2. *Caldas de nomin. emphyt.*
„ *lib.* 2. *qu.* 23. *n.* 53. *verſ. nihilominus*, *Boſcol. d.*
„ *reſponſ.* 2. *n.* 140. 141. *Rota poſt contr. diſcept.*
„ *tom.* 1. *deciſ.* 19. *n.* 4. *cor. Dunozet. Jun. d. dec.*
„ 760. *n.* 3. 4. *tom.* 2. *in rec. deciſ.* 54. *n.* 30. 31.
„ *verſ.* & omnia ſaltem ſimul juncta, ſi non ſin-
„ gula de per ſe, eandem emphyteuſim ad ex-
„ traneos etiam tranſmiſſibilem demonſtrarunt *p.*
„ 16. *& d. dec.* 225. *n.* 28. 29. *verſ.* quæ ſimul
„ juncta, non poteſt negari, quòd non ſufficiant
„ ad hujuſmodi effectum. *p.* 17.

38 Atque in terminis propriis, & individualibus,
quod ex concurſu circumſtantiarum, clauſularum,
& ad minus præſumptionum, & conjecturarum,
de quibus hactenus fuit habitus ſermo brevis
( longior tamen, ſi opus eſſet, habendus ) quòd
tàm emphyteuſis Eccleſiaſtica propriè, ac ſim-
pliciter ex pacto, & providentia, utpotè con-
ceſſa nulla hæredum facta mentione, ſed dun-
taxat *pro filiis*, ut filiis, *& deſcendentibus maſculis*,
quam emphyteuſis pariter Eccleſiaſtica, mixta ob 39
factam hæredum mentionem, & conceſſa *pro ſe*,
*filiis*, *legitimis*, *& naturalibus*, *& deſcendentibus*,
*hæredibus maſculis tantùm*, ſit, ac evadat ſimpli-
citer hæreditaria, tranſitoria ad hæredes extraneos,
immutata propria natura, & aſſumpta diverſa qua-
litate, cum nullum fuerit quæſitum jus dictis fi- 40
liis, & deſcendentibus maſculis in eadem emphy-
teuſi, & conceſſione comprehenſis, niſi ſub con-
ditionibus adſervatis in præfatis clauſulis, & cir-
cumſtantiis ipſimet emphyteuſi adjectis, & niſi ſub
ea lege poteſtatis, & facultatis alienandi, & trans-
ferendi illam in quoſcunque, licèt extraneos attri-
buta cuilibet poſſeſſori, emphyteutæ, & con-
ceſſionario; Unanimiter tradunt, edocent, &
pro certiſſimo firmant *Omnes*, *& quotquot Docto-*
*res hucuſque allegati fuere*; *Omnia*, *& quæcunque*
*Tribunalia*, & præſertim *Sacræ Rotæ Rom. in de-*
*ciſionibus* pro ingenti numero indicatis, uſque ad-
huc laudata, & peculiariter adducta: Quorum
Catalogum ( exceptis per Nos exuberanter ad-
ditis, qui illum longe majorem redderent ) nume-
ricum, non parcens labori, efformavit *D. Boſcu-*
*lus in ſæpiſſimè recenſito reſponſ.* 2. *art.* 1. *per tot.*
aſt ſignanter *ſub nu.* 142. *ac à num.* 197. *uſque ad*
217. *Doctoribus* contrarium ſentientibus, ſeu ſen-
tire innuentibus, ſingillatim reſpondet. Hocque
*Reſponſum*, ut dictum fuit eſt impreſſ. poſt *Torre*
*de ſucceſſ. in primogenit. & major at. Italiæ tom.* 2.
& mirabiliter ſe habet *D. meus Balduc. editus*,
*poſt hæc ſcripta apud conſ. Ramon. d. dec.* 87. *nu.*
17. *ubi dat concordantes cum deciſionibus Rotæ*,
*ac per tot. lib.* 2.

Nobis ſatis eſſe debet reſpondere *Doctoribus*,
*& deciſionibus per Rotam Genuæ in ſua deciſione* §.
*Nullitas donationis*, exiſtimatis contrariis noſtro
Aſſumpto: Quos tamen non afficere Aſſumptum
ipſum manifeſtè patet: Nam

Generaliter contrà illos ſtant alii longè majo- 41
res numero, & pondere in judicando paſſim ca-
nonizati, ac in re iſta facientes, nedum magis
communem ſententiam ſemper anteponendam opi-
nioni quorundam, licèt ab aliquibus ex ipſis im-
meritò forſan nuncupatæ communi; ſed conſti-
tuentes approbatam Concluſionem, ut in termi-
nis inquit *Caſtald. conſult. forenſ.* 200. *nu.* 23. *&*
*conſult.* 238. 239. ubi, *& Doctores*, *& Deciſiones*
*permultas* cumulat, ac ſic etiam judicatum teſta-
tur *tom.* 2.

Specialiter autem, quoniam

*Menoch. conſ.* 545. *& Bertazzol. in civil. conſ.* 42
73. in eademmet Cauſa ſcribentes habent oppu-
gnatorem in ipſa *Laderch. conſ.* 1. atteſtantem in
fine juxtà per eum ſcripta fuiſſe judicatum, quod
certè eſt credendum, cum nullibi ex profeſſo ap-
pareat recepta opinio *Menoch. & Bertazzol.* ap-
pareat autem ſententiam *Laderch.* paſſim fuiſſe ap-
probatam, & ſignanter à *S. Rota Romana*, ut ad- 43
vertit *Rubeus in ſingular. ejuſd. Rot. p.* 3. *verb.*
*Laderchius Imolenſis* §. 1. *per tot. tom.* 2. Ulteriùs
uterque *Menoch. & Bertazzol.* contrarium ad id,
quod ubi ſuprà ſcribunt, ſcripſerunt in aliis eo-
rum conſiliis, ut, Quoad *primum* patet *in conſ.* 40.
*lib.* 1. *conſ.* 111. *lib.* 2. *& conſ.* 704. *lib.* 8. & Quoad
*ſecundum* patet *in ſuo conſ. civil.* 50. quemadmo-
dum diligenter animadvertit *Boſcol. d. reſponſ.* 2. *n.* 44
200. 202. 203. ubi aliæ quoque ponderationes
pro illis evitandis. Additur, & advertendum
proponitur, quòd „ *in caſu Menoch. & Bertaz-*
„ *zol.* tractabatur de emphyteuſi antiqua, ut
„ *Ille* inquit apertiſſimè *num.* 12. *in fine verſ.* cæ-
„ terum, cum hic caſui noſtro non conveniat,
ex quo



„ ex quo nos verſamur in emphyteuſi nova, ſed
„ antiqua, *& numer.* 13. *Iſte* verò præſupponit
in themate Facti poſito *in princ. conſil.* In caſu
autem noſtro agitur de emphyteuſi nova, quæ,
45 quantùm diſtet ab antiqua, *Omnibus* eſt notum;
ac ſubindè quanti ſpernenda ſit illatio ab una ad
alteram, uti à diverſis, abundè ſuadet *vulg.*
*l. Papianus ff. de minor. l. naturaliter.* §. *nihil*
*commune. ff. de acq. poſſeſſ. cum concordantibus*
*apud Barboſ. axiom.* 114. *Gambſ. in theſaur. jur.*
*lib.* 9. *c.* 5. *axiom.* 1. *tom.* 1.

46 *Bellon. conſ.* 30. non merebatur allegari, &
cum ipſe pariter loquatur in terminis conceſſionis
factæ *in feudum nobile*, *rectum*, *gentile*, *anti-*
*quum*, *avitum*, *& paternum*, *ut ſub numero* 35.
& cum clauſula, *ita quod in omnibus*, *& per om-*
*nia ſapiat naturam nobilis*, *recti*, *antiqui*, *avi-*
*ti*, *& paterni.* ut *ſub num.* 38. atque ideò intret
reſponſio proximè allata, exoriens à diverſitate
conceſſionum, & caſuum; latè, ac præciſiùs
perpenſa *à Boſcol. d. reſponſ.* 2. *num.* 211. ſub-
dente *in fine*, ceſſantibus circumſtantiis concur-
rentibus in caſu, in quo *Bellonus* conſuluit, &
poſito caſu, conceſſionem fuiſſe factam *pro filiis*
*deſcendentibus*, cum facultate alienandi explicitè, ut
quia legatur in conceſſione, aut implicitè, quia
ei ſint adjectæ clauſulæ *ad habendum*, ſive *&*
*quibus dederit*: Eundem *Auctorem*, non per mo-
dum conſulentis, ſed per modum tractantis ex
profeſſo materiam, ſtetiſſe in ſententia, quam hac-
tenùs veriſſimam, & tanquam approbatam *ab*
*Omnibus* Concluſionem vidimus, *in ſuo celebri*
*opere*, *& tract. de jur. accreſc. c.* 10. *q.* 29. *n.* 74.
47 *cum ſeqq. tom.* 3. Et eſt certum, quòd potiùs eſt
ſtandum *Doctori* aliquid firmanti in tractatu,
quàm in conſiliis, ob veritatem in illo prærequi-
ſitam, in iſtis affectatam. *Manſ. conſ. ult.* 280. *ſub*
*n.* 196. 197. *lib.* 3. *Theſaur. q. forenſ.* 1. 7. *n.* 24.
*lib.* 4. *Sperel. dec.* 646. *n.* 79. *tom.* 2.

48 *Spada conſ.* 183. *lib.* 3. Per quinque obſer-
vata motiva removetur à *Boſcol. ubi ſuprà num.*
208. & verè, dum *ipſe Spada* loquitur in ter-
minis clauſulæ *ad habendum &c.* poſitæ in parte
executiva conceſſionis examinatæ, attendi non de-
bet; quia nec caſui noſtro applicatur, & idem *in*
49 *anteced. conſ.* 182. firmavit ex profeſſo contra-
rium, quando talis clauſula eſt appoſita in parte
diſpoſitiva.

50 *Manſ. conſult.* 166. *à num.* 19. *lib.* 2. *&*
*conſult.* 258. *ſub n.* 13. 14. *lib.* 3. non congruit
præſenti materiæ, quoniam ſe continet cum *Ro-*
*ta in rec. dec.* 74. *ſub num.* 4. *& ſeqq. p.* 6.
*eadem ac cor. Merlin. dec.* 532. *tom.* 2. in cu-
jus caſu conceſſio non erat concepta, ut in no-
ſtro caſu, abſolutè pro hæredibus, & ſucceſſo-
ribus maſculis, ſed reſtricta ad tertiam genera-
tionem, ob quam reſtrictionem, effectus clauſu-
51 læ *ad habendum &c. ac ſimilium*, ultrà eandem
generationem non extenduntur, nec operantur,
ut plenè firmatur *in ead. dec.* 74. ac tradit ipſe
*Manſ. in conſult.* 166. *num.* 20. ſubdens *in nu.*
21. contrarium, quandò, ut modò conceſſio non
eſt arctata certis perſonis, & gradibus, quod &
ait *ipſamet dec.* 74. *numero* 13. ac notatur *ab*
*Epiſc. Rocca diſput. jur. c.* 66. *n.* 22. *lib.* 1.

52 *Andreol. contr.* 253. ultrà oppugnatores *Me-*
*lium*, *& Eugenium*, quos habere obſervat *Boſcol.*
*in d. ſuo reſp.* 2. *num.* 213. eſt omninò parvi fa-
ciendus, cum contra illum ſemel, & bis judica-
verit *Rota Romana*, ut teſtatur *Card. de Luca*,
qui & ipſe ſuccubuit *tit. de feud. diſc.* 11. *num.*
2. *& ibi in ſupplem. p.* 1. *ac Deciſiones ſunt in recent.*
*la* 94. *&* 237. *p.* 12. quarum poſterior eſt repetita
poſt *Mel. obſ. forenſ. dec.* 134.

*Rota in rec. dec.* 427. *p.* 9. *& deciſ.* 209. 53
*p.* 10. quarum prior eſt poſt *Salgad. labyr. cre-*
*ditor. dec.* 78. ac ſunt *eor. Card. Cerro dec.*
226. *& dec.* 271. *tom.* 1. ſe fundat in prohibi-
tione alienandi, quæ non eſt in noſtro caſu ap-
poſito conceſſioni, ut notatur etiam à *Boſcol. d.*
*reſponſ.* 2. *num.* 226. ac ideò non mirum ſi clau- 54
ſulæ *ad habendum*, *in perpetuum*, *& cæteræ*
non fuerunt in ſuo caſu conſideratæ, neque
operabiles; dum à præexiſtenti eadem prohibi-
tione vires earum enervantur, ac taliter elidun-
tur, ut conceſſio non egrediatur proprios ter-
minos, & limites, ſed intrà illos, neglectis iiſdem
clauſulis, contineri debeat, ut latè dicitur *in ip-*
*ſiſmet binis Deciſionibus.*

Ex hiſce Reſponſionibus, & ex motivis tactis 55
in examinandis clauſulis, & circumſtantiis caden-
tibus in hac Facti ſpecie, ob quas conceſſio, &
emphyteuſis, ſive locatio iſta fuit, eſtque reddita
hæreditaria ſimpliciter, ac abſolutè tranſitoria ad
hæredes etiam extraneos, proficue colligi poſſunt
aliquæ Conciliationes, quibus evitari valeant *Au-*
*ctoritates*, *& Doctores*, ſi qui ultrà proximè re-
cenſitos in adverſum, unà quoquè cum *Aliis De-*
*ciſionibus* allegarentur, ut quidem allegari, ſed
inutiliter poſſent: Dicitur igitur

Quod *Omnes Doctores*, *& Deciſiones* loquen- 56
tes in caſibus, in quibus Clauſulæ præfatæ, ſeù
conſimiles eſſent poſitæ in executivis, aut in par-
te executiva conceſſionis, & inveſtituræ, potiùs
ex ſtylo Notariorum, quàm ex voluntate partium,
nequeunt attendi, nec poſſunt obſtare; cum in
caſu præſenti ipſæmet Clauſulæ fuerint poſitæ in
diſpoſitivis, & parte diſpoſitiva conceſſionis, ac
emphyteuſis, ſeù locationis, & in vim pacti ſpe-
cialis inter partes firmati peculiariter deductæ.

Quod pariter *Omnes Doctores*, *& Deciſiones* 57
loquentes in terminis caſuum, in quibus, licet
ſint appoſitæ dictæ Clauſulæ in parte diſpoſitiva
conceſſionis, adeſt tamen & in ea prohibitio
alienandi, nequeunt adverſari; cum in caſu no-
ſtro deficiat talis prohibitio, ac adſit, imò ſit ex-
preſſa facultas alienandi.

Quod ſimiliter non poſſunt officere *Doctores*, 58
*& Deciſiones* ſcribentes, & ſequutæ in caſibus con-
ceſſionis, & emphyteuſis limitatæ ad certas perſo-
nas, certos gradus, certaſque generationes, dum
in hoc caſu non legitur talis reſtrictio, imò ſæpe ſæ-
pius fuit appoſita, & repetita clauſula *in perpetuum.*

Quod itidem non adverſantur *Doctores*, *& De-*
*ciſiones* ſuper Caſibus Clauſularum cæterarum, 59
vel, ſi extenſarum adſit in iis reſtrictio, *proùt*
*de ſimilibus rebus de jure fieri ſolet*, *& debet*;
ſeu *ſecundùm naturam hujuſmodi inſtrumentorum.*
Cum in hoc noſtro caſu, Clauſulæ ſint extenſæ,
nec in illis legatur aliqua reſtrictio.

Quod demum D. D. & Deciſiones loquentes 60
in caſibus, in quibus fuit facta conceſſio ſine de-
bitis ſolemnitatibus, nec adeſt lapſus temporis,
incipiendo à prima, & primordiali radice, &
conceſſione, ob quod illæ debeant cum obſervan-
tia præſumi, non poſſunt allegari in contrarium,
veluti non afficientes hunc caſum, in quo adſunt
inveſtituræ, & conceſſiones uſque *ab anno* 1565.
& forte longe ſuprà, ac agitur de conceſſione,
& inveſtitura, ſeu locatione Domus, & Do-
munculæ, non devolutarum, ſed per con-
tractum tranſlatarum, ac prorsùs ſolitarum con-
cedi; quo caſu nullæ deſiderabantur ſolemnitates,
ut *Omnes ſciunt*, ac traditur à *Turricel. de reb.*
*Eccleſ.*

*Eccleſ. non alien. c.* 15. §. 2. *numero* 14. ubi affert *multas Rotæ Deciſiones* , & ſignanter *cor. Pegna dec.* 843. *numero* 12. *tom.* 1. *cor. Merlin. dec.* 756. *numero* 1. 3. *& dec.* 764. *ſub numero* 3. *tom.* 2. *in recent. dec.* 282. *numero* 18. *p.* 6. *dec.* 243. *numero* 1. *p.* 7. *& dec.* 29. *num.* 42. *p.* 8.

61 Prout harum , & conſimilium Conciliationum non fuerunt immemores *Multi ex DD. ſuperiùs per diſcurſum adducti*, eaſdem propriis caſibus, ſuper quibus ſcripſerunt accommodantes; ac præciſim, cæteris omiſſis, *D. Gobius conſult.* 91. *n.* 21. *cum pluribus ſeqq. Boſcol. d. reſponſ.* 2. *art.* 1. *à numero* 175. *ad* 197. *& Epiſc. Rocca d. diſput. jur.* 66. *à numero* 20. *ad* 26. *lib.* 1. ac illæ etiam ſparſim promiſcue habentur in *Deciſionibus Rotæ ſuprà latè recenſitis.*

62 Et ex iſtis remanet evidentiſſimè comprobata, junctimque vindicata qualitas hujuſce emphyteuſis, ſive locationis, ut ſcilicet fuerit, ſitque ſimpliciter, & abſolutè ex concurſu recenſitarum circumſtantiarum, & clauſularum reddita hæreditaria, ac facta tranſitoria ad hæredes, & ſucceſſores extraneos, ac quidem etiam ad fœminas, licet *pro maſculis tantùm* conceſſa, cum ex hoc non reſtringatur operatio, & vigor earundem circumſtantiarum, & clauſularum, prout impor-
63 tantium tranſitum *ad quoſcunque*, ſub quibus comprehenduntur etiam fœminæ penitus extraneæ, ut *plurimi* ex jam adductis *D. D.* concludunt; cum quibus ſtare communem, & magis communem opinionem *Scribentium* ait multos allegans *Decian. conſ.* 24. *numero* 47. *lib.* 1. *Boſcol. d. reſponſ.* 2. *& d. art.* 1. *per tot. & numero* 160. *Rota poſt Contr. d. dec.* 19. *ſub numero* 19. *ead. ac cor. Dunozet. jun. dec.*
64 748. *numero* 14. 16. 19. ubi reddit rationem, loquendo in ſtrictioribus terminis feudi, quia feudi, ut ſuprà conceſſum, & circumſtantiarum, tanquam prorsùs hæreditarium debet judicari, ſicuti judicantur cætera bona allodialia; unde dubium non eſt tranſire in fœminas etiam extraneas, in quas tranſire bona allodialia eſt certiſſimum, *& dantur concordantes tom.* 2.

65 Conſequenter remanet quoque eliſa, elevata, & objectata nullitas aſſignationis harum Domorum facta D. Mariæ Magdalenæ: Dum de voluntate, ac poteſtate patris aſſignantis, & de capacitate aſſignatariæ non eſt amplius ullo modo ambigendum, & ſubinde cuicunque difficultati, & dubitationi locus præcluditur; ex notatis in proximioribus terminis à *Rota poſt Statil. de ſalu. dec.* 172. *numero* 7. *eadem, ac cor. Buratt. dec.* 87. *n.* 10. *tom.* 1. *ac generaliter paſſim.*

66 Et quoad conſenſum Capituli Domini directi,

Vel ille intervenit ſecundùm atteſtationem Procuratoris ejuſdem Capituli, jurejurando firmatam in Proceſſu exiſtentem, licet in *Deciſione* non memoratam, cui Procuratori, veluti de re ad ſuum munus, ac officium ſpectante plenè eſt credendum, ejuſque dicto ſtandum, etiamſi dixiſſet,
67 Capitulum duntaxat ſciviſſe fieri, & fuiſſe factam ipſam aſſignationem, cum ad iſtum effectum non deficiendi, conſenſum afficiat ſcientia, & patientia; ad *Gozzadin. conſ.* 62. *numero* 2. *Menoch. conſ.* 1094. *n.* 20. *lib.* 11. *Honded. conſ.* 31. *n.* 35. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 1. *n.* 90. *lib.* 1. *Gobius de permiſſ. feud. alien. q.* 3. *num.* 64. 65. *ubi concord. Capyc dec.* 100. *nu.* 6.

68 Vel fuit ſatis aſſignationem fuiſſe factam cum præſervatione dicti conſenſus, iſto poſtea ſubſequuto, juxtà notorium ſolitum communiter ſervatum in Civitate Genuæ, in hiſce rebus peculiariter attendendum, & ſpectandum, & cui tam Domini directi concedentis, quam inveſtiti conceſſionarii omninò ſe conformare voluiſſe eſt cenſendum ſpecialiter *Pariſ. conſ.* 13. *numero* 53. *lib.* 1. *Burſatt. conſ.* 50. *numero* 25. *lib.* 1. *Decian. conſ.* 123. *numero* 48. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 554. *num.* 19. *lib.* 6. *Surd. conſ.* 198. *numero* 7. 8. *lib.* 2. *& conſ.* 382. *ſub numero* 17. 18. 19. 20. *lib.* 3. *Cyriac. contr.* 581. *numero* 15. 16. 59. *lib.* 4. *Schrader. de feud. p.* 5. *c.* 2. *numero* 45. *tom.* 1. & generaliter reſpectu omnium contractuum, & contrahentium, *Anſald. conſ.* 26. *numero* 69. *Biloct.* 69
*conſult.* 18. *ſub num.* 5. *à Ponte conſ.* 53. *num.* 17. *Berett. conſ.* 25. *numero* 6. *Honded. conſ.* 52. *num.* 26. *lib.* 1. *Burſatt. conſ.* 256. *num.* 14. *Gayl. obſ.* 8. *num.* 6. *lib.* 2. *Barboſ. de præſcr. l.* 2. *num.* 353. *ubi Append. Boſſ. de dote c.* 8. *ſub num.* 80. *Gambſ. in theſ. jur. ſpr. lib.* 3. *c.* 62. *axiom.* 2. *Add.* 2. *ad Reyger. in alio theſaur. jur. verb. conſuetudo n.* 16. *tom.* 1. *Schrader. de feud. p.* 10. *ſect.* 4. *ſub nu.* 96. *tom.* 2.

Vel talis conſenſus non fuit neceſſarius; Spe- 70
ctata diſpoſitione juris, in ſenſu communi *DD.* ſancientis ( quidquid dicatur in *Deciſ.* §. *quinimò ſuppoſita* ) quod, data, ut nunc facultate alienandi, & transferendi bona emphyteutica in quoſcunque, alienatio illorum, & translatio fieri poteſt ſine conſenſu Domini directi, eoque irrequiſito, ut in ſpecie emphyteuſis etiam ut plurimum Eccleſiaſticæ, *Jaſ. in l.* 3. *num.* 4. *C. de jure emphyt. Ruin. conſ.* 81. *num.* 6. *& conſ.* 213. *num.* 6. 7. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 111. *numero* 67. *lib.* 2. *& conſ.* 361. *num.* 38. 39. *lib.* 4. *Dec. conſ.* 390. *numero* 8. *Pariſ. conſ.* 2. *numero* 23. 29. *lib.* 1. *Burſatt. conſ.* 429. *num.* 5. *Port. conſ.* 144. *num.* 14. *Cephal. conſ.* 3. *num.* 123. *lib.* 1. *Becc. conſ.* 88. *num.* 11. 23. 24. 39. *& ſeq. lib.* 1. *Gobius conſult.* 141. *ſub num.* 20. 21. *Ego ipſe collect. leg.* 49. *num.* 268. *vol.* 2. *Mel. alleg.* 1. *num.* 6. *& alleg.* 50. *num.* 13. *lib.* 2. *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de alien. q.* 1. *numero* 144. 151. 282. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *n.* 24. *tom.* 2. *Corbul. de caduc. ob cauſ. alien. limit.* 2. *Caroc. de locat. & conduct. tit. de locat. emphyt. q.* 1. *num.* 3. *Valaſc. de jur. emphyt. q.* 38. *num.* 23. *rursùs D. Gobius de permiſſ. feud. alien. q.* 2. *ſub numero* 42. *Urſel. in examine Apum. concl.* 154. *nu.* 51. *verſ. licet tamen tom.* 2. *Sperel. dec.* 120. *num.* 17. *ubi de communi, & magis communi cum multis concordantib. tom.* 2. *Dexart. dec.* 27. *num.* 16. *Rota cor. Carrill. dec.* 258. *num.* 12. *in recent. dec.* 170. *num.* 16. *p.* 9.

Non curatis *Auctoritatibus in Deciſ. ubi ſuprà* 71
*allegatis*, tanquam non dicentibus id, ad quod allegantur, ſed ſimpliciter loquentibus in terminis generalibus, & regularibus, ut ſcilicet emphyteuſis non poſſit alienari ſine conſenſu Domini, ac eo irrequiſito, quod & *per Nos* admittitur; ſed illicò ſubditur iſtud limitari, nec procedere, quando in conceſſione emphyteuſis, maximè per clauſulas adjectas redditæ hæreditariæ, fuit data, & conceſſa inveſtito facultas alienandi, dum, ea data, non requiritur in alienatione 72
ullus conſenſus, nec ulla requiſitio domini directi, ut nunc firmavimus, allegando ſpecialiter *Melium, & Fulgin.* ( *quorum auctoritatibus* utitur *Deciſio in d.* §. *quinimò ſuppoſita* ) hanc limitationem, ſeu declarationem, uti incontrovertibilem afferentes, ac firmantes, retorquendos ideò contrà *ipſammet Deciſionem.*

Neque etiam talis conſenſus fuit neceſſarius,





ſpectatis claris verbis inſtrumenti conceſſionis, &
73 inveſtituræ poſitis in pacto facultatis datæ de alienando *cuicumque perſonæ valuerint* ( poſt interjectam parenteſim complectentem perſonas, & loca, quibus non liceat alienare ) ſic ſe habentibus *ſine expreſſa, & obtenta licentia à dicto Capitulo, &c.* quorum vigore ceſſat omnis dubitatio, prout ſemper ceſſare, quando extat pactum inter partes firmatum, de quo conſtat per publicum inſtru-
74 mentum, *Omnes ſciunt*, & deſumitur *ab Allegatis ſuprà in initio*, §. *& in quo inſtrumento. ad fin.* ac intrat vulgatum dictum, quod in claris non eſt opus conjecturis, præſumptionibus, & probationibus, cum rei per ſe ſatis apertæ demonſtratio ulterior addi non debeat, *l. continuus.* §. *cum ita. de verb. obligat. l. ille aut ille.* §. *cum in verbis. ff. de leg.* 3. *l.* 1. *ff. de reſt. in integr. l.* 1. §. *fin. ff. de dot. præleg. & l. ſi is, qui* §. *fin. ff. de reb. dub. cum concordan. per Gambſ. in theſaur. jur. lib.* 3. *c.* 22. *axiom.* 2. *verſ. ſic clarum tom.* 1.

Vel ad ſummum non eſt verum, quod de defectu iſtius conſenſus potuerit, poſſitque opponi
75 per D. Dominicum adverſarium, ne dum quia non extat, ſtante præmiſſa facultate data ad alienandum, ut inquiunt *Omnes modo adducti*, ac ſpeciatim *Menoch. d. conſ.* 111. *nu.* 67. *verſ.* & „ hinc intelligimus vanam eſſe exceptionem, „ quam objicit, hanc alienationem factam fuiſſe,
76 „ domino directo non requiſito: Non enim objici hæc exceptio poteſt, cum manifeſtè conſtet „ jam datam fuiſſe hanc alienandi facultatem, „ *lib.* 2. Sed & quia ( ſubdit *idem Menoch.* ) ad ipſum non pertinet objicere hanc exceptionem, ſed ad ſolum ipſum D. Epiſcopum Dominum directum, quod & dixit *in conſ.* 129. *num.* 31. 32. *conſ.* 158. *num.* 91. *eod. lib.* 2. *& conſ.* 1094. *numero* 17. *lib.* 11. *Alex. conſ.* 106. *ſub num.* 4. *lib.* 4. *Natta conſ.* 473. *numero* 14. *lib.* 2. *Roland. conſ.* 57. *n.* 10. *lib.* 3. *Cephal. d. conſ.* 3. *n.* 122. *& conſ.* 455. *n.* 73. *Surd. conſ.* 1. *n.* 85. 86. *lib.* 1. *conſ.* 305. *n.* 51. *& conſ.* 351. *n.* 42. *lib.* 3. *Burſatt. conſ.* 40. *n.* 37. *lib.* 1. *Galvan. conſ.* 8. *ſub num.* 61. *Cravett. conſ.* 713. *num.* 11. *lib.* 4. *Buccafer. conſ.* 2. *nu.* 23. *Rimin. jun. conſ.* 513. *num.* 79. *Gratian. diſcept.* 511. *n.* 6. *& diſc.* 599. *num.* 24. *lib.* 3. *Monach. de recta feud. interpret. c.* 53. *ſub n.* 38. *Gobius de permiſſ. feud. alien. q.* 3. *n.* 73. *Boſcol. in contr. feud. penes Card. de Luca ſub tit. de feud. art.* 4. *à numer.* 24. *ad* 32. *lib.* 1. *Mozz. eod. tract. rubr. ex quib. cauſ. feud. amit. nu.* 154. *ubi concord. & teſtatur de communi, Scacc. de judic. lib.* 2. *c.* 9. 1504. *nu.* 1536. *&* 1547. *Mangil. de evict. q.* 56. *numero* 29. 30. hancque ſententiam ſequitur *Rota in recent. dec.* 463. *n.* 5. *p* 2. *& cor. Bichio dec. n.* 18. *tom.* 1.

Neglectis idcircò adductis in contrarium *in Deciſ. quæ revidetur.* §. *quamvis verſ. verius tamen*,
77 Cum ( demptis *Melio*, *& Gobio* loquentibus in terminis *Conſuetudinis Mantuanæ* requirentis aſſenſum Domini directi pro forma, quorum opinio non eſt tuta, ob pugnantes rationes, & auctori-
78 tates in adverſum ) *Gratian. & Deciſ. Rotæ allegatæ*, quæ etiam ſunt poſt *Statil. de Salu. interd. dec.* 104. *& cor. Cavaler. dec.* 253. procedunt, & loquuntur in caſibus, in quibus appoſitum fuerat ſpeciale pactum de non alienando ( contrarium ſuadentes, ſi pactum hujuſmodi non adfuiſſet, fortiùs, ſi imò, ut in præſenti, pactum de alienando extitiſſet ) inferendo proinde, quod, cum alienatio ſine aſſenſu dicatur nulla, & invalida ipſo jure, non denegetur aliis pro eorum intereſſe de ea excipere, ut bene declarat *idem Gratian. in allegat. diſcept.* 855. *ſub numero* 17. 18. 19. *lib.* 5. & antea præciſius dixerat *Menoch. d. conſ.* 158. *numero* 92. *lib.* 2. Ac conveniunt *Omnes ſuperius recenſiti.*

Vel ultra prædicta, quod tanto magis eſt abjicienda iſta exceptio, cum D. Mariæ Magdalenæ 79
aſſignatariæ, fuerit à Domino directo poſt dictam aſſignationem, facta inveſtitura, quæ dubio procul præ ſe fert aſſenſum, ſi qui requirebatur, dum operatur, illum ſatis cenſeri præſtitum eidem aſſignationi, *ex Schrader. conſ.* 14. *n.* 150. *Gobio conſult.* 30. *num.* 6. *Conciol. alleg.* 46. *ante nu.* 37. *lib.* 1. eſtque notiſſimum

Non refragante, talem inveſtituram, ſive conceſ- 80
ſionem habentem vim aſſenſus fuiſſe ſequutam poſt mortem Patris aſſignantis, & ſic poſt jus quæſitum D. Patruo Adverſario, ut inquit *Deciſio in* §. *Nec dictæ M. Mariæ Magdalenæ.* Quoniam opinio D. D. in objecto, ſeu in hoc loco *Deciſionis* allegatorum ( demptis *Regnicolis* loquentibus ſuper particularibus Conſtitutionibus *Regni Neap.* earumque vi ) non eſt vera, quando tractatur de emphyteuſi hæreditaria omninò alienabili, & cum facultate diſponendi, ac tranſitoria ad extraneos, nàm tunc diſpoſitio de ea facta ab initio fuit valida, præſertim accedente, ut modo, præſervatione aſſenſus, & iſte poteſt intervenire poſt mortem diſponentis, ac operatur etiam per viam retrotractionis in præjudicium omnium, cum in hujuſmodi emphyteuſi non habeatur aliqua conſideratio vocatorum, & comprehenſorum in ea, neque juris per illos prætenſi, cum ex forma, & natura inſita feudo, ac emphyteuſi ab initio ſit, ut ad inſtar bonorum allodialium de ea potuerit diſponi per quemcunq; acquiſitorem, & poſſeſſorem, & ſic, quod aſſenſus Domini ( quatenus requiſitus ) potuerit etiam ſupervenire poſt mortem illius, qui de ipſa emphyteuſi, ſeu feudo diſpoſuit, non alio modo iiſdem vocatis, & comprehenſis poſſit dici jus ullum quæſitum, quàm ſub ea lege, qua emphyteuſis fuit conceſſa; atque ita, ut poſt factam diſpoſitionem, tale jus dicatur ablatum, & præjudicium inde reſultans non veniat conſiderandum, tamquam habens originem radicatam in tempore, quo jus de præſenti non erat quæſitum, & quo illi poterat præjudicari à poſſeſſore feudi,
& emphyteuſis: Adeo ut etiam practicetur, quod 81
diſponens conſtituat procuratorem ad impetrandum aſſenſum, etiam poſt mortem ipſiuſmet conſtituentis & in locis, quibus opinio D. D. *Adverſantium* admittitur, ſucceſſor in feudo cogatur, & compellatur ad præſtandum proprium conſenſum, & eo non præſtante, præſtatur ex officio, ad hoc, ut diſpoſitio plenarium conſequatur effectum, ut cum innumeris promiſcuè hæc habentur, & firmantur, ultrà antiquiores apud *Burſatt. conſ.* 29. *numero* 34. *conſ.* 40. *ſub num.* 1. *ad* 47. *& conſ.* 76. *ex numero* 49. *lib.* 1. *Manent. conſ.* 42. *numero* 54. *lib.* 1. *Mel. alleg.* 80. *ſub numero* 7. *lib.* 2. *Gratian. diſcept.* 599. *à n.* 1. *& fermè per tot. lib.* 3. *Cyriac. contr.* 720. *lib.* 4. *Gregor. de conceſſ. feud. p.* 6. *q.* 8. *numero* 9. *& ſeqq. Rocc. de offic. rub.* 13. §. 6. *à numero* 91. *ubi concord. de Ponte de poteſt. Pro-Reg. tit.* 6. „ §. 1. *à numero* 22. ubi, quod non eſt hæc nova practica, ſed eſt practica, & deciſio *Juriſconſultorum antiquorum*, tempore, quo leges „ non nauſeabantur, termini non ignorabantur, „ & exiſtimabant ſcire res per cauſas, *Card. de* „ *Luca tit. de feud. diſc.* 37. *in fin.* ubi, quod „ opinio prædicta adverſans procedit in feudis „ de ſui natura non alienabilibus, in quibus aſſenſus tanquam omninò neceſſarius animat, & in„ format actum alias ipſo jure nullum, non au-

„ tem, quando non verſamur in iſtis terminis,
*Manent. de contract. livellar. q.* 18. *numer.* 79.
*cum multis ſeqq.* ubi omnium meliùs loquitur, &
comprobat ſolidius, *Marin. reſol. quotid.lib.*2.*c.*43.
*ſub num.* 8. *& ſeqq. ac ad Reverter. dec.* 79. *ſub n.*
7. 8. & utrobique plures caſus deciſos affert,
*tom.* 1.

82 Eoque minus eſt nunc curanda opinio *DD.*
*ex adverſo adductorum*, quia aſſignatio, de qua
agitur, fuit facta *in cauſa dotis* Mariæ Magdalenæ
(& quidem valide, etiamſi Pater aſſignans habuiſſet
bona allodialia, ac ceſſaſſet ſubſidium, dum
fuit facta de iſtis Domibus, bonis quidem ob-
noxiis emphyteuſi, ſeu locationi, ſed prorsùs
hæreditariæ, quo caſu non intrat ponderatio
ſubſidii, & exiſtentiæ bonorum allodialium, ut
declaratur *à Melto alleg.* 1. *num.* 86. ubi, quod
„ hoc caſu non requiritur excluſio *lib.* 2. *Gobio*
„ *conſult.* 100. ubi in fine, quod ſic aliàs fuit
„ per Me judicatum (& vere *in Cauſa Eleonoræ*
„ *Capæſanctæ cum J. C. Ghidino die* 19. *Januar.*
„ 1680. *in actis Cancell. Sivelli*,) & ſententia fuit *à*
*Senatu Mantuæ* confirmata, *eodem D. Gobio refe-*
*rente* 15. *Junii ejuſd. anni in actis ipſius Sivelli, Ro-*
*ta cor. Sanctiſſ. Alex.VIII. Otthobono dec.* 42. *num.*
11. quippè verum ſit aſſenſum favore dotis po-
83 tuiſſe, ac poſſe etiam impetrari poſt mortem do-
tantis, nullatenùs attento quoruncunque præju-
dicio, ac jure, ex pleniſſimè traditis à *Loffred.*
*conſ.* 31. *Molpheſ. conſ.* 3. *à Ponte conſ.* 26. *num.*
10. *lib.* 1. *conſ.* 75. *num.* 38. *lib.* 2. *Mel. obſ.* 87.
*num.* 1. *ubi concord. Urſel. concl.* 154. *ex n.*77.79.
*tom.* 2. *Card. de Luca tit. de feud. diſc.* 26. *num.*
18. *& diſc.* 109. *ſub num.* 11. *ubi de magis communi.*
*ni. lib.* 1. *& tit. de dote diſc.* 211. *ſupplem. p.* 2. *Go-*
*bius d. q.* 3. *ſub num.* 60. *ibi Manent. de contract.*
*livell. d. q.* 18. *num.* 93. *Franch. dec.* 86. *&* 620.
*ubi alter de Luca. nu.* 8. *Marin. ad Reverter. dec.*
228. *à num.* 4. *tom.* 1. *& deciſ.* 513. *num.* 2. *tom.*2.
*Gizzarel. dec.* 2. *num.* 8. *ubi Mel. num.* 26. *&*
*de Angelis. num.* 11. *cum concordantibus penès*
*eos.*

84 Indubitata, & extra omnem difficultatem po-
nuntur omnia, quæ hactenùs circa qualitatem
harum Domorum, circa validitatem aſſignationis
earum examinatæ, & circa concluſionem D.
Patrui, prorsùs redduntur, & fiunt, atten-
ta, & ſpectata *Conſuetudine in Civitate Genuæ*,
ubi eædem Domus ſunt ſitæ, redigente bona em-
phyteutica ad inſtar allodialium, de qua, & ſi
notiſſima, ac in *Dec.* quæ revidetur, admiſſa *in*
*§. reſpectu verò. & ſub §. non obſtat, quòd dictus*;
teſtantur *Bandinel. & Ventura in Voto apud Manſ.*
*conſult.* 291. *num.* 14. *lib.* 3. *Boſcol. poſt Torre de*
*ſucceſſ. in primogen. reſponſ.* 2. *art.* 2. *numer.*234. *in*
85 *fine. Belmont. dec.* 31. *num.* 8. ubi etiam, quòd
„ fuit probata, & loquitur in terminis bonorum
„ Capituli Colleg. S. Mariæ Vinear. Vigore
„ etenim talis Conſuetudinis, cujus validita-
tem hodiè *omnes univerſaliter concedunt*, inter
quos plurimi ſuper conſimili *Scribentes* cumulan-
tur ab *Altograd. jun. contr.* 5. *num.* 75. *lib.* 1. *Cy-*
*riac. contr.* 581. *ex num.* 12. *lib.* 4. *Fulgin. de jur.*
*emphyt. tit. de diverſ. q.* 22. *num.* 4. *& tit. de alien.*
*q.* 1. *num.* 250. *Salgad. labyr. creditor. p.*1. *c.*2. *§.*2 *à*
*n.*55. *Gobio de permiſſ. feud. alien. q.* 1. *à num.*8. *ad*
11. *Cardin. de Luca tit. de emphyt. diſc.* 8. 9. 29.
*num.* 3. *in fin. lib.* 4. *Rota coram Burat. deciſ.* 87.
86 *num.* 8. *tom.* 1. bona hujuſmodi fuerunt, ſuntque
reddita, & effecta hæreditaria, alienabilia, &
cum facultate de illis quomodolibet diſponendi
ad favorem quoruncunque (demptis exceptuatis
in inveſtituris) & tranſitoria ad extraneos, ut *Om-*
*nes* de illius viribus agentes incontrovertibiliter
admittunt, ac pro certiſſimo præſupponunt, ac
ſatis eſt ſcire, quòd talia bona ſint redacta, ea
mediante, ad inſtar allodialium; cùm de conſe-
quenti ſciatur idem judicium eſſe de illis, ac de
iſtis, ut *de ſe patet.* Quod ſi eſt veriſſimum, de-
bent etiam eſſe veriſſima ea, quæ diffuſo calamo
ſuperiùs exaravimus in proſtrationem Motivi ex
adverſo, circa qualitatem iſtarum Domorum
elevati.

Et ſucceſſivè in nihilo etiam rurſus obeſſe po- 87
teſt, quòd aſſenſus Capituli Domini directi, &
inveſtitura reportata à D. Maria Magdalena,
ſucceſſerit poſt mortem Patris aſſignantis, quia
ipſiuſmet *Conſuetudinis*, inter alios ſuos operandi
effectus, ille unus eſt, quòd nedum ſuppleat
conſenſum vocatorum, & comprehenſorum in
Conceſſionibus, ubicunque illo opus fuiſſet,
*Gabr. conſ.* 83. *ſub num.* 58. *lib.* 1. *Manent. de*
*contract. livellar. d. q.*18. *n.* 97. *verſ. item ſi verum,*
*Gobius de permiſſ. feud. alien. q.* 5. *numer.* 21. ſed
efficit, quòd, concurrentibus ſaltem circumſtantiis,
de quibus in noſtra conceſſione ſuperiùs latè dedu-
ctis, & diſcuſſis, aſſenſus Domini directi potuerit, 88
poſſitque ſubſequi, etiam poſt mortem ipſiuſmet
emphyteutæ diſponentis, modò aſſignantis, cum
tunc ex duplici concurſu tàm ejuſdem *Conſuetu-*
*dinis*, quàm facultatis alienandi derivantis à
dictis circumſtantiis nequeat denegari iſte effec-
tus.

Tùm, quoniam ex duplici permiſſione alienan- 89
di altera conventionali, & altera conſuetudina-
ria, debet tale quid produci, quod aliàs de jure
præſtandum non foret, *Bart. in l. non impoſſibile,*
*ff. de pact. Bald. in c.* 1. *§. præterea de Cap. Conra-*
*di, de quibus in iſtis terminis à Ponte conſ.* 81. *à*
*n.* 58. *ad* 62. *l.* 1.

Tùm quoniam aſſignatio prædicta, vigore utriuſ- 90
que permiſſionis, & facultatis alienandi fuit in ſui
radice, & ab initio valida, cùm eadem permiſſio,
ac facultas fuerit affirmativè conceſſa, ibi *tunc*
*liceat dicto Hiacintho, & dictis hæredibus, &*
*ſucceſſoribus ſuis dictas Domum, & Domunculam*
*vendere, alienare, donare, & cedere cuicunque*
*perſonæ voluerint &c.* non autem negativè, ut
*non liceat vendere nec alienare niſi cum conſenſu*
*Domini, &c.* Undè datur intelligi aſſenſum, qui 91
debet ſupervenire, tendere ad corroborationem
dictæ aſſignationis, non verò illam tunc indu-
cere, ſicque ſtare in ſignum honoris, & præe-
minentiæ, ac ſubindè potuiſſe, & poſſe imper-
tiri, etiam poſt mortem aſſignantis, quemadmo-
dum oſtenditur *à de Ponte conſ.* 2. *num.*4. *& ſeqq.*
*& conſ.* 81. *per tot. ac pleniſſimè per Manent. de*
*contract. livellar d. q.* 18. *num.* 78. *verſ. notandum*
*eſt cum multis ſeqq.* ubi affert, & exornat alia mo-
tiva, junctimque *plures congerit D.D. concordantes.*
Et confert Concluſio, quòd ea, quæ tendunt ad 92
corroborandum, & confirmandum actum jam fa-
ctum, ſunt permittenda, licèt ad eundem ac-
tum de novo faciendum denegarentur, ex his,
quæ habentur penès *DD. & Deciſiones* conce-
dentes ideò retrotractionem, de quibus in *Mea*
*colluct. leg.* 39. *à numer.* 108. *vol.* 1. cujus me-
minit *Urceol. conſult.* 62. *ſub num.* 9. *lib.* 12.
*Annot. ad Pamphil. dec.* 274. *num.* 10. *Rota cor.*
*Sanctiſſ. Alex. VIII. dec.* 155. *numer.* 23. *&*
*dec.* 240. *num.* 28. *in recent. dec.* 206. *num.* 3.
4. *p.* 10. *dec.* 154. *num.* 9. *p.* 11. *& dec.* 113. *n.*13.
14. *p.* 19.

Tùm quoniam unicum *Doctorum adverſan-* 93
*tium*,



93 *ſantium*, maximè *Regnicolarum* fundamentum,
pro inefficacia, & inoperabilitate aſſenſus præ-
ſtiti poſt mortem vaſſalli nunc emphyteutæ, in
eo conſiſtit, quòd non poſſit retrotrahi in præju-
dicium vocatorum, & cujuſvis tertii, cui jus fue-
rat priùs quæſitum, cùm ipſe aſſenſus ſit gratia
ſemper ſine tertii præjudicio concedenda, & nun-
quam in tertii præjudicium operabilis, ut, *Cæte-*
*ris omiſſis*, traditur *à Staiban. jun. reſol. forenſ.* 1.
*à n.* 75. *ad* 78. *lib.* 1. *& ab Epiſcop. Rocca diſput.*
*Iur. c.* 62. *n.* 39. 45. 46. quibus in locis *catervatim*
*DD.* afferuntur *l.* 1.

Proindè, cùm ex vi iſtius *Conſuetudinis* aſſenſus
non ſit gratia, & Dominus teneatur illum om-
ninò concedere ex promiſſione, & ortu obligatio-
94 nis, *à Ponte conſ.* 2. *num.* 7. *& infrà lib.* 1. *Cava-*
*gnol. conſult.* 67. *num.* 22. *lib.* 1. *Bardellon. conſ.*
93. *num.* 68. *Mel. alleg.* 4. *num.*15. *lib.* 1. *alleg.*13.
*num.*3. *alleg.* 39. *num.* 10. *& ſeqq. ac alleg.*100. *n.*
2. 7. *lib.* 2. *Manent. de contract. livellar. q.* 3. 45.
*Surd. dec.*344. *à n.*54 56. 57. *Rota cor. Gregor. dec.*
95 520. *num.* 4. fateri oportet non minùs poſſe vali-
dè concedi, & impetrari poſt mortem, quàm
impetratum, & conceſſum operari retrotractio-
nem ad præjudicium cujuſcunque, neglecto quo-
libet ſuo prætenſo jure, ſive præjudicio, prout
ſuadetur à ratione ceſſante, & latè probatur à
de *Ponte d. conſ.*81. *& Corſet. apud Gregor. de feud.*
*p.* 6. *q.*7. *& obſervat Manent. eos ſequens in d. q.*18.
*ſub n.* 83. 84. *ac ſparſim.*

Cæterùm, ut omnis dubitatio penitùs tollatur,
96 & conquieſcat animus Domini Adverſarii, nec in
blanditiis, quod inveſtitura, & ſic aſſenſus fue-
rit obtentus poſt jus illi quæſitum, res am-
plius verſetur, animadvertendum proponitur in
Facto ipſam inveſtituram fuiſſe conceſſam *die*
24. *Decembris* 1686. tempore, quo adhuc non
erat extincta linea maſculina D. Hieronymi Pa-
tris aſſignantis, ex quo imò *ſub die* 14. *Januar.*
*Anni ſubſequentis* natus fuit Filius maſculus poſt-
humus: Propterea, ſi tempore conceſſionis in-
veſtituræ adhùc durabat linea maſculina Patris
aſſignantis, eſt contrà manifeſtam veritatem, &
patentem notorietatem Facti, dicere fuiſſe an-
te illudmet tempus quæſitum aliquod Jus D.
Adverſario, dum & eſt certum jus, ſi quod
adfuiſſet, competiiſſe Ventri prægnanti, &
deinde Poſthumo: Et eſt pariter certum nihilum
in eo competiiſſe D. Adverſario, qui etſi vo-
catus, ac comprehenſus in paterna Inveſtitura,
97 & Conceſſione eatenus tamen potuit jus aliquod,
vigore illius habere, quatenùs de Domibus ali-
ter non fuiſſet diſpoſitum, cum ejus excluſione,
quando enim inveſtitus uſus fuit, ut nunc, bene-
ficio *Conſuetudinis*, & pacto alienandi, etiam
in extraneos, inſerto in inveſtitura, diſponendo
ad favorem aliorum, licèt non vocatorum, tunc
ceſſat quodcunque jus aliàs competens vocatis, &
expirat omnis effectus eorum vocationis, *Peregr.*
*conſ.* 31. *numer.* 1. *& conſ.* 53. *num.* 4. *lib.* 1. *Ma-*
*nent. conſ.* 100. *num.* 29. *lib.* 2. *Spada conſ.* 358. *à*
*num.* 56. *lib.* 2. *ac conſ.* 183. *num.* 74. *lib.*3. *Manſ.*
*ſive Bandinel. & Ventura in Cauſa Januenſ. con-*
*ſult.* 291. *num.* 12. 14. 15. *& conſult.* 293. *ſub*
*num.* 12. *lib.* 3. *Cyriac. contr.* 581. *ex num.* 29. *lib.*
4. *Palma Nepos alleg.* 132. *num.* 21. 22. *lib.* 2.
*Mell. alleg.* 28. *num.*18. *ubi concord. & alleg.*63. *n.*
28. *lib.*2. *Boſcol. ind. ſuo reſponſ.*2. *art.*1. *num.*158.
*Raudenſ. de analog. lib.* 1. *c.* 34. *ſub numer.*37. 38.
*Gobius de permiſſ. feud. alien. q.* 6. *ſub num.* 53.
54. *Bellon. de jur. accreſc. c.* 10. *q.* 29. *num.* 74.
*& ſeqq. lib.* 3. *Gratian. dec.* 65. *num.* 1. *Dexart.*
*dec.* 27. *num.* 2. *Rota cor. Buratt. dec.*87. *n.*8. *cum*
*ſeqq. tom.* 1.

Ac inſuper, Aut D. Adverſarius eſt hæres In-
fantis Poſthumi, Aut non.

Si primum, tanquam hæres hæredis illius, qui
aſſignationem fecit D. Mariæ Magdalenæ, tene-
tur eam inviolabiliter obſervare, etiamſi ipſa 98
fuiſſet facta de propriis bonis ejuſdem Adverſa-
rii, ſeu in quibus habuiſſet aliquod jus ac po-
tuiſſet ſuccedere. *l. unum ex familia, §. ſed ſi uno,*
*& §. ſi rem ff. de leg.* 2. *Ruin. conſ.* 112. *d.* 13. 14.
*lib.* 4. *Valaſc. conſult.*69. *ex n.* 19. *Menoch. conſ.* 89.
*num.* 62. 66. 67. *lib.*1. *Rocca diſput. jur. c.*51. *n.*121.
*ubi concord. lib.* 1. *Mantic. de conject. ult. volunt.*
*lib.*9. *tit.*1. *num.* 21. *& tit.* 9. *à nu.* 1. *Rota in diverſ.*
*dec.* 110. *à n.* 22. *p.* 2. *& in rec. dec.* 484. *num.* 1. *p.*
5. *cor. Pegna dec.* 407. *à nu.* 2. *tom.* 1. *cor. Duran.*
*dec.* 484. *num.* 1. *tom.* 2. *& cor. Dunozet. jun. dec.*
47. *n.* 1. *tom.* 1.

Præſertim, cùm tractetur de diſpoſitione, ſive
aſſignatione facta per defunctum propriæ filiæ,
ac ſatis eſſet, ſi fuiſſet perſona aliqualiter con- 99
juncta, *l. prædia. C. de fideic. l. cum rem alienam, C.*
*de leg. Menoch. d. conſ.* 89. *num.* 124. *Rocca d. c.*
51. *num.* 122. *Rota in rec. dec.* 484. *num.* 2. *p.* 5.
*cor. Pegna d. dec.* 407. *n.* 3. *& cor. Dunoz. jun d. de-*
*ciſ.* 47. *n.* 2.

*Quas Auctoritates* & ſi loquentes reſpectu hæ-
redis immediati, procedere tamen etiam reſpectu 100
hæredis mediati, & ſic hæredis eodem jure ad-
ſtricti ad ſervandum factum defuncti, ac hæres
primus, magiſtraliter, ac doctè demonſtrat *Me-*
*noch. d. conſ.* 89. *à num.* 126. *ad* 136. latè etiam
*Cephal. conſ.* 393. *à num.* 58. *ad* 67. *lib.* 3. quorum
meminit *Rota cor. Pegna dec.* 974. *n.* 5. *& dec.* 981.
*n.* 2. 3. *tom.* 2.

Si ſecundum, planum eſt nullum prorſus com- 101
petiiſſe, nec competere jus ipſi D. Adverſario,
cùm res verſetur circà bona ſimpliciter, & ab-
ſolutè hæreditaria tàm vigore conceſſionis eo-
rum, quàm *Conſuetudinis Januenſis*, in tantum,
ut, cum alio jure non potuerint transferri in In-
fantem poſthumum (ſi tamen poſt dictam aſſig-
nationem potuiſſent transferri, quod nefas eſt co-
gitare) ſi D. Adverſarius non eſt iſtius hæres,
nihil ei in hujuſmodi bonis competiit, nec
competit, *Alex. in l. ſi mihi, & Titio num.* 19.
*ad fin. ff. de verb. oblig. & conſ.* 10. *num.*11. *l.*3.
*ac conſ.* 161. *ſub num.* 2. *lib.* 7. *Cenſal. conſ.* 5. *Ro-*
*land. conſ.* 3. *ſub num.*152. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 181.
*num.*31. *lib.* 3. *Pariſ. conſ.*28. *n.* 5. *lib.* 1. *Gabr.*
*conſ.* 85. *num.*15. *lib.* 1. *Burſat. conſ.*49. *num.* 58.
59. *lib.* 1. *Ludovic. dec. Lucenſ.* 19. *num* 40 42.
*Afflict. dec.* 392. *n.* 20. *Rota poſt Statil. de ſalu.*
*dec.* 172. *n.* 10. *cor. Buratt. dec.* 87. *n.* 13. *tom.* 1.

Non refragante, quòd, cùm inveſtitura, & 102
conceſſio horum bonorum, ſive domorum in ſua
formula præ ſe ferat emphyteuſim mixtam, ſatis
fuerit D. Adverſario, tanquam de ſanguine ve-
rius vocato, & comprehenſo, quod per ſe non
ſteterit, quo minus fuerit hæres Patris acquiren-
tis in re familiari, ut ait *deciſ.* quæ revidetur *§.*
*præterea ex abundanti in fin. cum Altograd. conſ.*
25. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 1043. *l.* 11. *n.* 18. *Fulgin.*
*tit. de contract. emphyt. q.*3. *ſub n.* 9. *Card. de Luca*
*tit. de emphyt. diſc.*9. *n.*7. *l.* 4. *Rota in rec. dec.*482.
*n.* 12. *& dec.* 449. *n.* 5. *p.* 5.

Nam cùm jam viſum fuerit ſolam formulam 103
hujuſce inveſtituræ non debuiſſe attendi pro
habenda illius vera natura, & qualitate, ſed
ex adjectis clauſulis, & pactis, juncta etiam
*Conſuetudine Januenſi*, illam debuiſſe obtineri, ac

ſubindè, iſtis funditùs conſideratis, concluſum fuerit talem fuiſſe, & eſſe naturam, & qualitatem hujuſce emphyteuſis, ut fuerit, ſitque merè, & abſolutè hæreditaria dignoſcitur, ſuppoſitum factum *in deciſione*, quod ſit mixta, non ſubſiſtere, nec eſſe verum, ac proinde concluſionem objectatam non applicari. In omnem caſum dicitur, imò ſtetiſſe, ac ſtare per D. Adverſarium, quominus
104 ſit hæres ſui Genitoris acquirentis emphyteuſim in re familiari, dum pinguia legata ſibi ab eo facta *per ſua legitima, trebellianica, e per qualſivoglia cauſa, neſſuna eſcluſa, che poteſſe pretendere ne beni, & heredità di detto Signore*; triplici inſtrumento cum actuali juramento acceptavit, quietando Fratrem hæredem univerſalem, at hæreditario nomine ſtipulantem, & acceptantem: ex hac enim geminata, & triplici acceptatione horum legatorum reſultat D. Legatarium abdicaſſe à ſe hanc emphyteuſim, ad eamque noluiſſe amplius admitti, perinde ac, ſi illi ſpecialiter renunciaviſſet, quemadmodum enim, ubi Pater
105 tacitat aliquem ex filiis in relicto ſibi pacto pro omni eo, quod poſſet conſequi in ejus bonis, tàm ratione legitimæ, quàm ex quacunque alia cauſa, intelligitur etiam excludere à feudo, & emphyteuſi, licèt de eis non fiat ſpecifica mentio *ex Ruin. conſ.* 37. *ſub n.* 12. *verſ. ex alio quoque lib.* 1. *Gabr. conſ.* 85. *num.* 18. *lib.* 1. *Præt. conſ.* 48. *ſub n.* 16. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 389. *in fin. lib.* 2. *de quibus Manent. conſ.* 42. *n.* 7. *l.* 1. *Cyriac. controv.*
106 128. *num.* 70. *& ſub num.* 79. *tom.* 1. Ita filius legatarius acceptando tale legatum nequit contravenire diſpoſitioni paternæ, nec amplius poteſt conſequi emphyteuſim expoſcentem qualitatem hæreditariam, à qua voluit ſe abſtinere, & cui imò renuntiavit, in tantum, ut non relevet, quòd comprehenſus in inveſtitura admittatur, licèt non ſit hæres, quando non ſtat per eum, quin ſit, quia in caſu iſto D. Dominicus filius tacitatus ſe excluſit, acceptando legata pro omni eo, quod ex quacunque cauſa petere poſſet in bonis patris, ut hiſce verbis reſpondet, & concludit poſt multos, & cum multis *Cyriac. d. controv.* 128. *n.* 67. ac præciſius *n.* 81. *verſ. ſicuti nec etiam.*

Neque rurſus reſragante, quòd licèt D. Ad-
107 verſarius non fuerit hæres univerſalis Patris, fuerit tamen in legitima, quæ nequit alio titulo, quàm hæreditario dari, hocque ſufficiat ad effectum ſuccedendi in emphyteuſi mixta, maximè, quando non agitur inter inveſtitum in re certa, ſeu in legitima, & alium hæredem univerſalem, ſed in concurſu Domini directi ad impediendam devolutionem, ex pluribus adductis *in deciſ. §. præterea, & ex abundanti verſ. ideoque cum ſeqq.* inter quos promiſcuè adnumerantur *Roſenthal. de feud. c.* 1. *membr.* 2. *concl.* 22. *n.* 3. *ubi gloſ. lit. C. & c.* 9. *membr.* 2. *concl.* 73. *n.* 19. *Fuſar. de ſubſt. q.* 341. *n.* 9. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 6. *num.* 9. *Card. de Luca tit. de emphyt. diſc.* 9. *n.* 13. *l.* 4. *Mel. alleg.* 61. *n.* 29. *lib.* 2. *alter de Luca ad Gratian. diſcept.* 372. *num.* 14. *tom.* 2. *Rota in rec. dec.* 482. *n.* 9. 10. *p.* 5.

Removentur ſiquidem omnia iſta ex ſolo motivo proximè allato de renunciatione cauſata ab
108 acceptatione dictorum legatorum, ob quam D. Adverſarius ab illa ſe excluſit, ut latè ponderat *Cyriac. d. contr.* 128. *ſubdens nu.* 80. ſtare in contrarium *communem opinionem*, ut ſcilicet hæres in re certa non admittatur ad emphyteuſim requirentem in ſucceſſore qualitatem hæreditariam, quidquid ſecus ad emphyteuſim ex pacto, & providentia, ſola ſanguinis conjunctione contentam, ac *Multos* dat hanc partem, & diſtinctionem firmantes; quibus jungi poſſunt in propriis terminis emphyteuſis etiam Eccleſiaſticæ conceſſæ *pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus ſuis* loquentes plurimi allegati *à Fulgin. tit. de contract. emphyt. q.* 1. *n.* 20. *ubi de magis communi ac tit. de ſucceſſ. q.* 17. *Fuſar. d. q.* 341. *n.* 9. ubi, quòd *DD.* „ *contrarii* loquuntur in re non tranſitoria ad ex- „ traneos, *& num.* 11. *Ciarlin. contr.* 8. *num.* 73. „ *& innumeri alii* cum hac eadem diſtinctio- „ ne procedentes adducti, & ſequuti *à Covar.* „ *reſol. lib.* 2. *c.* 18. *ſub n.* 5. *ubi latè Faria à n.* 91. „ *Caldas de jur. emphyt. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 9. accedit „ *D. Gobius de permiſſ. feud. alien. q.* 7. *n.* 2. 3. ubi, „ quòd *Senatus Mantuæ* ſic judicavit *in cauſa* „ *utrinque Rota* 23. *Jun.* 1667. *in actis Cancellar.* „ *Thomaſini.*

Quod certius nunc debet admitti, cùm legitima fuerit in rebus certis relicta D. Adverſario, 109
ut cum *Caldas d. q.* 24. *num.* 9. *& Covar. d. c.* 18. *ſub n.* 5. advertit *ibid. Faria in Addit. n.* 92. *in fin.* ad quem locum ſe remittit *num.* 114. *in fin.* & abſque ullo titulo inſtitutionis, quem potuiſſe omitti, diſponit *Stat. Genuæ in civil. lib.* 5. *c.* 12. *§. ſalvis ſemper fol. mihi* 181. ubi vult, quòd ſtante etiam 110
caſu inſtitutionis non factæ, diſpoſitio nullo modo poſſit dici nulla: in tantum, ut D. Adverſarius fuerit ſitque ſimplex legatarius, carens qualitatibus competentibus hæredi inſtituto in re certa, ſeù in legitima, aut in aliquibus rebus certis pro legitima; ideò ad hunc effectum nullatenus conſiderandus, ut volunt *Omnes proximè recenſiti.*

Neglectis, quæ circà hæc conſiderantur *in deciſ.* 111
*§. non obſtante, & ſeq.* ubi ſummatim cenſet tàm partem legantem pro legitima, & cum clauſula *omni meliori modo* (ſi ſit adjecta legato) quàm *Statutum* prædictum non dicens, quòd id quod filio relinquitur, non ſit hæreditarium, ſed, quòd teſtamentum valeat, etſi filius non fuerit inſtitutus, voluiſſe ſupplere titulum inſtitutionis, & quòd legatum pro legitima, ſeu legitimæ ſuccedat loco inſtitutionis ex *Multis allatis*, & præſertim quoad patrem *Fachin. conſ.* 100. *n.* 10. *l.* 1. *Gob.* 112
*conſult.* 1. *n.* 81. *repetit. in mea colluct. legal.* 32. *n.* 81. *vol.* 2. *Merlin. de legit. l.* 5. *tit.* 2. *q.* 4. *n.* 6. *Rota poſt Torre de ſucceſſ. in primogen. dec.* 59. *n.* 33. *tom.* 3. *cor. Burat. deciſ.* 847. *num.* 3. *tom.* 3. *& in rec. dec.* 254. *n.* 10. 11. *p.* 14. *repetita apud Manſ. conſul.* 253. „ *n.* 59. *lib.* 2. & quoad Statutum *Fachin. d. conſ.* 113
„ 100. *n.* 8. *verſ.* ex hoc enim ſequitur, quòd, „ cùm hoc teſtamentum conditum fuerit in *Civitate Genuæ*, ubi *Statutum* extat, quòd va- „ leat teſtamentum, licèt in eo filius non fuerit in- „ ſtitutus: ſed quòd legitima ſuccedat loco inſti- „ tutionis, ſequitur hujuſmodi teſtamentum vale- „ lere, licèt in eo filius non fuerit inſtitutus, *l.* 1.

Quoniam tradita reſpectu Patris, poſſunt quidem procedere in terminis Patris teſtantis in lo- 114
co, in quo ſervatur diſpoſitio juris communis expoſcentis titulum inſtitutionis: ſed non patris teſtantis *Genuæ*, & alibi, ubi *Statutum* non deſiderat hujuſmodi titulum: In primo enim caſu eſt neceſſaria ſuppletio talis tituli, ut ſuſtineatur teſtamentum, ad quem effectum *Doctores* acuunt ingenia, ut oſtendant verbum *lego*, & clauſulam *omni meliori modo* ſupplere ipſum titulum putantes ſatius eſſe ſuſtinere teſtamentum paternum, quàm admittere filios ad illud infringendum ex capite defectus inſtitutionis, prout *apud illos* videri poteſt, ac conveniunt *Manent. conſ.* 34. *num.* 31. *lib.* 1. *Bardellon. conſ.* 44. *num.* 4. *lib.* 1. *Decian. conſ.* 35. *n.* 1. *lib. pr. Cyriac. contr.* 405. *num.* 23.
*lib.*



*lib.* 3. *Gobius d. conſult.* 1. *numer.* 134. *ſive in d. mea colluct.* 32. *nu.* 134. *Giurb. ad conſuet. Meſſan. c.* 6. *gloſ.* 2. *ſub num.* 1. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 4. *q.* 7. *art.* 1. *n.* 18. *tom.* 2. *Rota in rec. dec.* 280. *n.* 33. *p.* 9. *eſt in impreſſ. cor. Bichio dec.* 177. *nu.*
115 29. *tom.* 1. In ſecundo autem caſu, ubi ſumus, & non eſt neceſſaria ſuppletio dicti tituli inſtitutionis, non ſunt confingendæ, ſive perquirendæ operationes verborum, & clauſularum, illam importantium, cùm multiplicarentur entia ſine neceſſitate, quod non licet. *vulg. l.* 3. *§.* 1. *ff. naut. caup. ſtabul. Venturin. conſ.* 33. *n.* 102. *Cyriac. contr.* 461. *n.* 13. *tom.* 3. *Gambſ. lib.* 5. *c.* 12. *axiom.* 3. *tom.* 1. *Ego ipſe colluct. leg.* 48. *n.* 83. *vol.* 2.

Reſpectu autem *Statuti* eſt ſatis dicere *Fachineum* ubi ſuprà non benè dixiſſe, illius vigore, le-
116 gitimam ſuccedere loco inſtitutionis, cùm iſta non fuerit curata *à Statuto* contento teſtamentum ſuſtineri, illa etiam non facta, nec concepta, ſecundùm leges, ſed prout voluerit teſtator, dummodò non contrà bonos mores, ut *in d. cap.* 12. *§. omnis autem*: ac idcircò dixit falcidiam debitam de jure naturæ locum etiam habere in caſu inſtitutionis non factæ, & ſuccedere loco cujuſvis nullitatis, ut *in d. §. ſaluis ſemper*: non autem dixit ſuccedere loco inſtitutionis, ut opinatus fuit *Fachineus*, cujus dicta in hoc ſunt parvi
117 facienda, veluti dantia *eidem Statuto* extrinſecum intellectum non permiſſum, nec ex identitate, nec majoritate rationis, nec aliqua alia occaſione, vel ratione, ſed accipiendo, *prout littera jacet*, ex ſancitis per *ipſum Stat. Genuen. lib.* 1. *cap.* 16. de qua clauſula, ejuſque viribus (ultrà cumulatos per *Me in colluct. leg.* 25. *nu.* 63. 64. *vol.* 2.) agitur præcisè in terminis *ab Altograd. jun. contr.* 48. *num.* 70 *lib.* 1. *Chartar. deciſ. Genuen.* 5. *num.* 19. *& deciſ.* 66. *num.* 23.

Sicque manifeſtò patet tradita ubi ſuprà *in deciſione* eſſe negligenda, veluti minus vera, nec applicabilia: & prorſus firma ſtare ea, quæ prædiximus, legata in rebus certis pro legitima facta D. Adverſario, non continere titulum inſtitutionis: ob idque fore inoperabilia ad effectum ex adverſo excogitatum.

118 Semper tamen erit verum pro evertendis quibuſvis ponderationibus factis, ſeu in hoc propoſito faciendis in contrarium, quòd valde dependet à voluntate, & diſpoſitione Patris Teſtatoris tota reſolutio admiſſionis, nec ne inſtituti in re certa ad emphyteuſim requirentem in ſucceſſore qualitatem hæreditariam: Adeo ut, cum in noſtro caſu liquidiſſimè conſtet (quod ſufficeret, etiamſi per ſolas conjecturas conſtaret) Patrem noluiſſe, quòd ad illam admitteretur D. Adverſarius ejus filius, quia eam expreſſè prælegavit D. Hieronymo alteri filio, ac hæredi univerſali Auctori D. Mariæ Magdalenæ: & quia etiam ipſum D. Adverſarium cum legatis ei factis pleniſſimè tacitavit, vanum, atque omninò injuſtum eſt, quod hodie ex tali titulo pertentet admitti ad hujuſmodi emphyteuſim, à cujus conſequutione, imò eſt prorſus repellendus, quemadmodum concludunt *Natta conſ.* 475. *ſub n.* 16. *ad ſeqq. ubi plures cumulat conjecturas lib.* 2. *Gabr. conſ.* 75. *ſub n* 13. *& ſeqq. lib.* 1. *& cum eis D. Gobius de permiſſ. feud. alien. q.* 7. *n.* 7. 8. 9.

Sublato tàm ample præcipuo, ac primario objecto facto contrà validitatem, & ſubſiſtentiam præfatæ aſſignationis: Cætera facillimè corruunt, & removentur, dum

Non officit ipſam aſſignationem fuiſſe factam
119 *Cum declaratione etiam, quòd præſens aſſignatio valeat, & ſuum ſortiatur effectum, modò intrà bimeſtre laudetur ab Illuſtriſſ Auguſtino Lomellino, ſecus habeatur, tanquam facta non fuiſſet*: & cum hæc laudatio ſequuta fuerit poſt mortem Aſſignantis, ſicque poſt quæſitum jus D. March. Adverſario dicatur nulliter facta, nec ejus effe- 120
ctus poſſit retrotrahi in illius præjudicium ex vi dictorum verborum importantium conditionem ſuſpenſivam, ut inquit *deciſ. in §. qua pariter ratione, cùm Galganet. de condit. p.* 1. *c.* 102. *num.* 3. *& p.* 1. *c.* 1. *q.* 90. *numero* 1. 2. *Magon. dec. Florent.* 5. *numero* 9. *in fin. Rota in rec. dec.* 107. *à numero* 1. *p.* 12. impedientem ex toto retrotra- 121
ctionem in præjudicium præfati juris quæſiti, dum & res non erat amplius in dominio aſſignantis ex *Bec. conſ.* 113. *numero* 65. 66. *& conſ.* 115. *numero* 3. 4. *Spin. conſ.* 14. *numero* 14. 18. *Rota cor. Ubald. dec.* 682. *in fin. tom.* 2. *cor. Comitulo dec.* 54. *ex nu.* 20. *ad* 23. „ *ead. ac penès* „ *Poſth. de manut. dec.* 68. *numero* 13. *de quibus in d. §. pariter ratione*, ubi *in fine* ſubdi- „ tur ad hoc conferre omnes, quos antea alle- „ gaverat pro nullitate aſſenſus Domini dire- „ cti.

Siquidem, cum *deciſio* profiteatur, eadem ra- 122
tione, qua fuit cenſita nullitas aſſenſus, & denegata retrotractio illius, cenſeri, & debere nullam laudationem aſſignationis prædictam, ac denegandam ejus retrotractionem; ſat eſſet pro reſponſione remiſſio ad ea omnia, quæ ſuprà ſunt dicta pro removenda hujuſmodi ratione; taliter, ut cum ex illis iſta funditùs ceſſaverit, ceſſare & nunc deberet objectum in ea fundatum. *vulg. c.* 123
*cum ceſſante, de appell. l. adigere §. quamvis ff. de jure patr. l. ſi pater ff. pater ff. de hæred. inſt l. generaliter, C. de Epiſc. & Cleric. l. cum te C. de pact. in empt. cum concord.*

Veruntamen placet addere nihilum eſſe, quod ponderatur, laudationem ſequutam fuiſſe poſt 124
mortem Aſſignantis, cum ſufficiat ſequutam fuiſſe in tempore deſignato, & intrà tempus præſcriptum ab illo; dum in conditionibus mentivis, & voluntariis, qualis eſt iſta à nulla neceſſitate, ſed à ſola mente, & voluntate eam apponentis recta, ac in eſſe deducta, aliud non attenditur, nec ſpectandum venit, niſi merum factum, ut nempè adimpleatur, aut purificetur, quidquid exindè proveniat, etiamſi effectus juris non obtineatur, *l. qui hæredi; & l. Mævius ff. de condit.* 125
*& demonſtr. l. filius familias §. cum quis ff. de leg.* 1. *Annan. conſ.* 22. *Menoch. conſ.* 243. *ſub nu.* 13. 24. 25. *lib.* 3. *Decian. conſ.* 77. *ſub num.* 4. *lib.* 4. *Altograd. conſ.* 46 *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 1. *Redenaſch. conſ.* 19. *ſub num.* 47 *& ſeqq. ac nu.* 52. *lib.* 1. *Cyriac. contr.* 424. *num.* 11. *lib.* 3. *Rocca diſp.* 25. *nu.* 12. *& diſp.* 42. *nu.* 17. *lib.* 1. *Ego ipſe colluct. leg.* 50. *num.* 133. *vol.* 1. *Rot. cor. Roxas* „ *dec.* 418. *n.* 6. *verſ.* ea ratione, quia in condi- „ tionibus voluntariis merum factum inſpicitur, „ licèt juris effectum non ſortiatur.

Et dum aſſignans non erat certus ſe adhuc vi- 126
cturum per bimeſtre (intra quod facienda erat dicta laudatio) cum nec ipſe ſciret arcana Dei, in cujus manibus ſtat vita, & mors hominis; inanis eſt rurſus conſideratio ipſa eandem laudationem fuiſſe ſequutam poſt illius mortem; nam eſt cenſendum eam quoque potuiſſe tunc fieri, ne alias, cum mors potuerit ipſum prævenire, ut prævenit, illam fruſtra nec adjeciſſet, contra *l. hæc ſtipulatio §. divus, ff. ut legat. ſeu fideicom. nom. cau. l. non cogendum §. Sabinus ff. de procur. l.* 1. *ff. ad municip. & l.* 1. *ff. quod met. cauſ. Rot. cor. Tribus Summis Pontificibus Gregor. XV. dec.* 516.

*n.* 4. 5. *Innoc. X. dec.* 530. *ſub n.* 3. & *Alex. VIII.*
127 *dec.* 29. *ſub num.* 39. 40. Eſtque pluſquam ad-
mittendum, quod, ſi aſſignans fuiſſet de hoc in-
terrogatus, ita reſpondiſſet, ne proviſio conten-
ta in eadem laudatione per eum præordinata elu-
ſoria redderetur, prout, eo præmoriente, reddi-
ta fuiſſet; quod argumentum *ab omnibus* conce-
ditur, *l. fin. ff. de poſth. hæred. inſt. l. Titius* §.
*Lucius*, *ubi DD. ff. de liber. & poſth. l. cum reſ.*
*ff. de leg.* 1. *l. qui gravi*, *ff. de jur. codicill.*
*Barboſ. loc.* 121. *ſub nu.* 1. 7. *Ego ipſe colluct. leg.*
19. *nu.* 29. *ubi concord. vol.* 1. *colluct.* 12. *nu.* 25.
& *colluct.* 42. *num.* 70. *vol.* 2. *Capon. diſcept.* 311.
*num.* 19. *tom.* 4.

128 Ac ultro inſuper eſt fatendum, quod D. Ma-
riæ Magdalenæ aſſignatariæ competebat jus pro
reportanda hac laudatione in tempore præfinito,
durante vita Patris aſſignantis; pariter igitur, &
competiit poſt mortem Patris, eodem tempore
nondum expirato; cum vires declarationis, ſive
pacti appoſiti, quoad talem laudationem non mi-
nus ſe haberent in primo tempore, conſiderato,
ut in præſenti, quàm in ſecundo aſſumto, ut
futuro *ad l. hæredis §. filia*, *ff. de pactis l.* 1. *C.*
*eod. Staiban. jun. reſol.* 167. *numero* 44. & *reſol.*
169. *nu.* 17. *lib.* 2. *Amat. deciſ. March.* 58. *nu.*
17. *Rota in recent. dec.* 149. *num.* 2. *p.* 7.

Sicuti autem verum non eſt laudationem præ-
fatam fuiſſe requiſitam, ut conditionem dictæ aſſi-
gnationis ſimpliciter ſuſpenſivam (& ſic ea, quæ
ſuper illa *in deciſ.* fundantur, officere nequeunt)
cum imò fuiſſe deſideratam, ut conditionem re-
ſolutivam, denotent illa clara verba, *ſecus ha-*
129 *beatur*, *tanquam facta non fuiſſet*, quæ de ſui na-
tura reſolutionem aſſignationis in caſu non ſequu-
tæ ipſius fundationis, apertè continent, ex ipſo-
met ſolo ſenſu edocente, quod niſi fuiſſet aſſigna-
tio perfecta, non potuiſſet dici, quod in caſu
non ſequutæ laudationis, debuiſſet haberi, tan-
quam facta non fuiſſet, cum id, quod non eſt,
130 rumpi non poſſit; & etiam edocente, ex illis ver-
bis importari diſceſſum ab aſſignatione oſtenden-
tem conditionem fuiſſe reſolutivam, *ex multis*
*Menoch. conſ.* 388. *num.* 17. 18. *lib.* 4. & *conſ.*
494. *num.* 2. *cum pluribus ſeqq. lib.* 5. *Tiraquell.*
*de don. at. revoc. verb. revertatur nu.* 283. &
*de retract. convent.* §. 2. *gloſ. unic. num.* 74. *Gal-*
*ganet. d. q.* 90. *num.* 2. *ubi concord. Rota cor. Bu-*
*ratt. dec.* 110. *num.* 2. *tom.* 1.

131 Juncto potiſſimum juridico reflexu, quod de-
claratio adjecta circa hujuſmodi laudationem non
fuit appoſita ſubſtantiæ aſſignationis, quæ ut le-
ctura inſtrumenti ſe habet, fuit omninò purè fa-
cta, nec in hoc cadit ulla dubitatio: Idcircò, cum
deinde poſt plura alia in eodem inſtrumento exa-
rata appoſitionem plurium clauſularum, & expreſ-
ſionem cauſæ, ob quam Pater aſſignans ad illam
devenit, fuerit in longiſſimè diverſa oratione, non
verò in eadem, qua facta fuit aſſignatio, adjecta
ipſa declaratio, requirens laudationem præfatam,
132 utique eſt fatendum, fuiſſe appoſitam reſolutioni
aſſignationis, *ad gloſ. in l.* 2. *ff. de in diem addict.*
*Crot. conſ.* 138. *num.* 7. *verſ.* & ſic in diverſa ora-
„ tione appoſuit prædictam conditionem, ergo
„ prædicta conditio ſtat reſolutivè, non autem
„ ſuſpenſivè, *tom.* 1. *Socin. ſen. conſ. ult. ſub n.*
„ 2. *lib.* 3. quos, & alios, quos allegat, ſequi-
„ tur *Surd. conſ.* 527. *ſub num.* 19. 20. *verſ.* &
„ tunc dicitur reſpicere reſolutionem, quando
„ non apponitur in eadem oratione, *lib.* 4. la-
133 „ tè *Bruſſell. de condit. lib.* 4. *tit.* 5. *Galganet.*
„ *eod. tract. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 5. *num.* 3. *verſ.* aut
„ apponuntnr ad limitationem beneficii jam con-
„ ceſſi, ſeu diſpoſitionis præambulæ, ſcilicet,
„ ut duret in eventum, ſeu in effectum alicujus
„ cauſæ, & inducunt conditionem extinctivam
„ diſpoſitionis præcedentis, *Rot. cor. Buratt. d.*
„ *dec.* 110. *ſub num.* 1. *juncto num.* 3.

Ita nec quoque eſt verum laudationem præ- 134
dictam ſequutam fuiſſe poſt jus quæſitum D. Do-
minico Adverſario, dum in facto conſtat Illu-
ſtriſſ. Auguſtinum Lomellinum laudare deben-
tem operam dediſſe, ut Capitulo Vinearum Do-
minus directus concederet inveſtituram D. Mar-
chioniſſæ Magdalenæ aſſignatariæ, & eo inſtan-
te, ad illiuſque inſtantiam (ſic atteſtante eodem
Capitulo) hujuſmodi inveſtituram fuiſſe conceſ-
ſam *ſub die* 24. *Decembr.* 1686. tempore, quo
adhuc non erat extincta linea maſculina Patris
aſſignantis, ex quo ut ſuperiùs dicebatur, natus
poſtea fuit poſthumus: Unde, repetitis hic, &
nunc jam ſuprà traditis, circà effectus cauſatos
à prægnantia ventris relicta, & à ſucceſſiva nati-
vitate iſtius poſthumi, pro excluſione dicti præ-
tenſi juris quæſiti, ſatis innoteſcit laudationem
fuiſſe factam, nondum hoc jure quæſito, cum
ab inſtantia debentis laudare illa ſatis, ſuperque
eliciatur, ſi non per actum expreſſum in actu pu-
blico (deinde ex abundanti, & ad majorem pro-
bationem ſubſequuto *ſub die* 25. *Januar.* 1687.)
per actum tamen æquipollentem, & ſic tacitum,
dum ipſa inſtantia importavit conſilium ſaltem,
& cooperationem, & ita conſenſum inveſtituræ
faciendæ poſtea factæ de Domibus contentis in 135
aſſignatione, cujus proinde laudatio demanavit;
arguendo à traditis *in c. nuper. de ſent. excom. in*
*c. arbitri de arbitr. c. litteris*, *de tranſact. l. fin.*
*in princ. ubi gloſ. ff. de inoff. teſtam. Roman. in l.*
*quæ dotis*, *ff. ſolut. matrim. Caſtr. in l. ſi is, qui*,
§. *ſi litteris in fin. ff. de inoff. teſtam. Tiraquel. de*
*l. connubial. verb. expreſ. gloſ.* 7. *num.* 23. *cum*
*ſeqq. ubi latè exemplificat*, & *de retract. lignag.* §.
1. *gloſ.* 9. *num.* 158. 159. *ubi concord. Gallerat.*
*de renunc. lib.* 5. *c.* 10. *nu.* 4. & *ſeqq. ubi plenè*
*pariter cum multis exemplis tom.* 1. *Panimol. dec.*
11. *num.* 12. *tom.* 1. *Rota cor. Buratt. dec.* 566. *n.*
19. *tom.* 2. Et quòd proveniat laudatio à conſen- 136
ſu taliter præſtito, & è contra conſenſus à lauda-
tione deprehenditur *à Corſeti in ſuis ſingul. verb.*
*Minor*, *ſi ex diſpoſitione ante fin.* & *Socin. ſen.*
*conſ.* 291. *ſub num.* 12. 13. *lib.* 2. prout eos ad- 137
ducit *Tiraquel. d. gloſ.* 9. *ſub num.* 159. Ac ſanè
magis favore dotis, jam quòd præfata aſſignatio
fuit in cauſam dotis facta, ut in proximis termi-
nis notat *cum l. ſi ſervus ff. de donat. inter vir.* &
*ux. idem Socin. ſen. eod. conſ.* 291. *ſub nu.* 13.

Nec refert, quòd inveſtitura Domorum aſſigna- 138
tarum habeat in ventre clauſulam reſervativam,
*ſine præjudicio juris tertio competentis*, ſive *ſaluo*
*jure tertii*, ut obſervat *deciſ. in* §. *fin. cum Con-*
*ciol. alleg.* 46. *num.* 40. 41. *lib.* 1. *Fulgin. tit. de*
*var. caduc. q.* 12. *num.* 32. & *tit. de contract. em-*
*phyt. q.* 39. *Barboſ. de clauſ. uſufreq. clauſ.* 139.
*n.* 8. *Cyriac. contr.* 36. *n.* 5. *tom.* 1. *Rota in diverſ.*
*dec.* 231. *num.* 2. *p.* 4. & *in recent. dec.* 325. *num.*
4. *p.* 6. Quoniam, cùm hactenus fuerit viſum nul-
lum competiiſſe jus D. Marchioni Adverſario,
hujuſmodi clauſula redditur inutilis, & nullius 139
momenti, tanquam cadens ſollummodo ſuper ali-
quo jure reſervabili, & competenti, non autem,
quando nullum jus eſt reſervabile, nec compe-
tens, *Cravet. conſ.* 15. *nu.* 2. & *conſ.* 29. *num.* 8.
*Gabr. conſ.* 196. *nu.* 4. *lib.* 1. *Ego ipſe colluct. leg.*
48. *nu.* 68. *vol.* 1. *Mel. obſ.* 97. *n.* 19. *Rubeus in*
*ſing.*



*ſing. p.* 4. *clauſ.* 754. *nu.* 3. *tom.* 2. *Barboſ. d. clau-*
*ſul.* 139. *ſub n.* 5. *Cenſal. dec.* 16. *num.* 60. *Rota*
*cor. Gregor. dec.* 85. *ſub num.* 23. *cor. Pegna dec.*
140 732. *nu.* 5. & *dec.* 738. *num.* 3. *tom.* 1. *cor. Bi-*
*chio dec.* 175. *ante num.* 7. *tom.* 1. & *in recent.*
„ *dec.* 57. *num.* 3. ubi, quòd reſervatio ſemper
„ intelligitur, prout de jure, & quatenus jus re-
„ ſervatum competat. *p.* 19.

Neque etiam adverſatur oppoſitus defectus po-
teſtatis in D. Hieronyma Aſſignante, pro fa-
cienda hac aſſignatione ejus Filiæ, illum elicien-
do, cum prælegatum Domorum aſſignatarum ne-
quiverit eidem fieri per D. Hiacinthum ſuum
Patrem, & quidem

141 Non, uti primum acquirentem, dum fuit ac-
quirens ex liberalitate, & non titulo oneroſo (cum
nihil fuerit ſolutum Domino directo, nec doctum
de meritis, quæ loco pretii potuiſſent haberi,)
*ad Gratian. diſcept.* 372. *num.* 1. *Mareſcot. var.*
*reſol.* 74. *lib.* 1. *Fulgin. tit. de contr. emphyt. q.*
„ 24. *num.* 18. *Boſcol. penès Card. de Luca ſub*
„ *tit. de feud. in contr. art.* 2. *à num.* 110. ubi,
„ quòd eſt famigerata conciliatio unanimi *Doctor.*
„ voto probata, & numericè multos adducit unà
cum *plurimis Deciſ. Rotæ*, quibus adduntur (*in*
*noſtra deciſione.* §. *quia tanquam Pater*, & *ſeqq.*)
*deciſ.* 55. *à num.* 14. *p.* 10. *dec.* 111. *nu.* 12. &
*deciſ.* 166. *numer.* 6. *p.* 11. *dec.* 306. *num.* 1. *ac*
*dec.* 360. *num. fin. p.* 19.

142 Nec minùs uti inveſtitum cum facultate alie-
nandi ipſi attributæ in inveſtitura, & ex vi re-
cenſitæ *Conſuetudinis* vigentis in *Civitate Genuæ*
alienandi emphyteutica bona ad inſtar allodialium:
Dum tali non uſus fuit facultate alienando in ex-
traneos, qui poſteà novam acceperint inveſtitu-
ram à Domino directo, antiqua prorsùs ſublata,
ſed prælegando filio comprehenſo in ipſamet pa-
terna inveſtitura, cui cum ea continuavit, ita ut,
omiſſis diſputationibus, præjudicium, quod (me-
diante tali prælegato) aliis vocatis, & compre-
henſis illatum fuit, quod *D. D.* non dicunt de-
bere eſſe perpetuum, non extinxerit omne illo-
rum jus, ſed duraverit dumtaxat, quouſque per-
manſit, & viguit in linea capaci prælegatarii, qua
extincta, ut modò reſpectu maſculorum, iidem
vocati, & comprehenſi (inter quos D. Patruus)
143 debuerint admitti ad ſucceſſionem, excluſo domi-
no directo, ad eamque ſubinde debeat modò ad-
mitti idem D. Patruus, ſecundùm *Manent. de-*
*ciſ.* 60. & per rationes ibidem allatas, & aliàs
excogitatas *in Deciſione hujus cauſæ.* §. *reſpectu*
*verò facultatis*, *cum pluribus ſeqq.* ubi DD. Au-
ditores totis viribus ad comprobandum Aſſump-
tum iſtud inſudarunt, exiſtimantes, ut anteà pro-
feſſi fuerunt, ab illo præſentis Cauſæ reſolutio-
nem dependiſſe: ſubdentes *in* §. *authoritate*,
*quia*, doctrinam iſtam *Manent.* uti punctualem
plenè articulum examinantem, & ſine contradi-
144 ctore, tanquam caſum legis fore habendam, ne-
què ab ea in judicando recedendum cum *Gra-*
*tian. diſcept.* 581. *num.* 29. *Rota in recent. dec.*
721. *nu.* 2. *p.* 2. *dec.* 122. *num.* 10. *p.* 5. & *dec.* 536.
*num.* 33. *p.* 13.

Reſpondetur etenim,

145 Non eſſe verum in Facto, D. Hiacinthum fuiſ-
ſe primum acquirentem ex titulo lucrativo (retor-
quendo taliter diſtinctionem poſitam *in Deciſione*)
quia, ob tranſlationem iſtarum Domorum in eum
factam ſe obligavit ad ſolutionem ingentis annuæ
penſionis ergà emphyteutam transferentem, il-
lius vita durante, ſolvitque conſiderabile laude-
mium Capitulo Domino directo pro inveſtitura
in rationem de quinque prò centenario; quo caſu
ceſſare titulum lucrativum, & verificari titulum
oneroſum (etiamſi dicta annua penſio non domi- 146
no, ſed transferenti fuerit promiſſa, ac annua-
tim ſoluta, cùm in hac materia pari paſſu ince-
dant onus aſſumptum ergà Dominum, & onus
ergà emphyteutam diſponentem nunc transferen-
tem bona emphyteutica, *Peregr. conſ.* 22. *ſub n.*
6. *lib.* 2. *Fachin. conſ.* 14. *num.* 2. *lib.* 1. *Surd.*
*conſ.* 427. *ſub num.* 13. *Decian. conſ.* 58. *ſub nu.*
49. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 498. *ſub num.* 18. *lib.* 5.
*Renſner. conſ.* 11. *num.* 65. *lib.* 3. *Galvan. conſ.* 8.
*num.* 28. 37. 42. & *ſeq. q.* quos, & alios, qui-
bus addo *Cyrocch. diſcept.* 78. *ſub num.* 52. *tom.*
1. *Gobium de permiſſ. feud. alien. q.* 7. *ſub num.*
13. refert, ac ſequitur *Boſcol. apud Card. de Lu-*
*ca ſub tit. de feud. in contr. art.* 3. *num.* 58. *ad*
81. & *pluribus ſeqq.* (ubi regiſtrant verba *Rotæ*
*cor. Merlin. dec.* 699. *ex num.* 31. *tom.* 2.) ſatis 147
traditur, & firmatur cum *Alex. in l. ſi mihi*, &
*Titio. num.* 13. *ubi Imol. nu.* 2. *ff. de verb. oblig.*
*à Gratian. diſcept.* 511. *ſub num.* 11. 12. *lib.* 3.
*Rocca diſp.* 68. *numero* 18. 24. *lib.* 1. *Surd. dec.*
290. *num.* 4. & *à numero* 22. *Panimol. dec.* 126.
*num.* 27. *tom.* 2.

Neque eſſe applicabilem ipſam diſtinctionem 148
ſuper titulo lucrativo, non oneroſo, quando, ut
in præſenti inveſtitura, & conceſſio non eſt fa-
cta nominatim pro filiis, eorum nominibus ex-
preſſis; nàm ceſſante hac nominatione, pater pri-
mus acquirens quocunque titulo, etiam lucrativo
acquirat, poteſt diſponere de nova emphyteuſi
acquiſita in præjudicium ſuorum filiorum non no-
minatorum, expreſſis ipſorum nominibus, & Con-
cluſio objectata procedit ſolummodò, intervenien-
te hujuſmodi expreſſa nominum filiorum nomina-
tione, non autem ea, ut modò, ceſſante; quem-
admodum *Multis*, *multiſque allegatis* concludi-
tur *à Boſcol. d. contr. feud. art.* 2. *à num.* 134.
„ *ad* 140. *Epiſc. Rocca diſput. jur. c.* 68. *ſub nu.*
„ 10. *verſ.* quidquid; ibi, quorum ſententia po-
„ teſt procedere, quoties agitur de præjudicio
„ aliorum, qui propriis nominibus in inveſtitu-
„ ra fuerunt vocati, atque adeò principaliter
„ contemplati *lib.* 1. accedit *Rota poſt Mel. ob-*
„ *ſerv. forenſ. dec.* 131. *numer.* 4. *verſic.* tollitur
„ difficultas, quia ex inveſtitura, & litteris con-
„ ſtat Comites Alex. & Georg. fuiſſe nominibus
„ propriis expreſsè vocatos, & æqualiter con-
„ templatos, & ipſi propterea habent jus ab aliis
„ omninò independens, quia nominati nomine pro-
„ prio, cenſentur æquè principaliter contem-
„ templati, & ideò ceſſat omnis quæſtio de pri-
„ mo acquirente, qui aliis nomine proprio vo-
„ catis præjudicare non poteſt, & *nu.* 5. ubi lon-
ga congeries *D. D.* habetur, *tom.* 1. repetita poſt
*Zuff. de proceſſ. legit. dec.* 31. *ſub nu* 3. 4. & *in re-*
*cent. dec.* 213. *ſub num.* 6. 7. 8. 9. *p.* 12.

Ac prorsùs diſtinctionem fore nunc abjicien- 149
dam; cùm verſemur in terminis emphyteuſis, &
conceſſionis comprobatæ ſimpliciter hæreditariæ,
quæ à cæteris rebus hæreditariis, & allodialibus
nullatenùs diſcriminatur, adeo ut, ſivè nova, ſi-
vè antiqua non patiatur ipſam diſtinctionem, quin
per Patrem uni ex Filiis, imò & cuilibet extraneo
prælegari poſſit *Aldobrandin. conſ.* 3. *à num.* 86.
*lib.* 1. *Menoch. conſ.* 2. *numer.* 278. & *ſeq. conſ.*
161. *ſub num.* 1. & *conſ.* 504. *num.* 8. *Buccafer.*
*conſ. p. num.* 44. 45. *Mareſcot. var. reſolut. lib.* 2.
*c.* 120. *num.* 16. *ac Aliis apud Gobium d. q.* 7. *n.*
„ 11. 12. ubi, quòd de hoc nulli dubium eſt, &
„ ponit pro indubitato, & ait *Clar.* §. *emphyteu-*

„ *ſis. q.* 162. *ſub num.* 1. *verſ.* his præmiſſis, quòd
in hoc nulla eſt apud *ſcribentes* controverſia.
150 Quod ſanè abſque ulla difficultate fortius eſt, at-
tenta *Conſuetudine Januenſi*, qua ſtante, non in-
trat dicta diſtinctio, ſed res eſt per ſe nimis ex-
plicita, & clara, *Gozadin. conſ.* 75. *num.* 15. &
*ſub numero* 17. *Gabr. conſ.* 85. *ante num.* 5. *lib.* 1.
*Gobius ead. q.* 7. *num.* 45. 46. 47. *ubi concord.* ac
præſupponunt *Omnes* de viribus ejuſdem *Conſue-
tudinis* agentes.

Atque demùm non fuiſſe dicibile, uti non ſub-
151 ſtentabile, nec admiſſibile elevatum motivum,
quòd Hiacinthus non uſus fuerit qualitate Inveſti-
turæ, & jure Conſuetudinis; dum uni ex Filiis,
non autem alicui extraneo dictas Domos præle-
gavit: Nam non ſolùm ſuperiùs obſervatum fuit
quemlibet in ſua diſpoſitione tangente talia bona
cenſeri ſe conformaſſe hujuſmodi *Conſuetudini*,
nuncque additur, & etiam qualitati hæreditariæ
inveſtituræ, utpotè præ ſe ferenti titulum pinguio-
rem meliorem, & efficaciorem ad propriam diſpo-
ſitionem ſuſtinendam, arguendo à traditis per
*Innocent. in c. dudum, ſub num.* 2. *de decim. paſ-
ſim ſequutum à D. D. quos unà cum plurimis Rotæ
deciſionibus congeſſi in Mea colluct. legal.* 14. *nu.*
36. & *colluct.* 28. *nu.* 117. *vol.* 2. jungitur, & *in
recent. dec.* 329. *num.* 11. *p.* 15. *dec.* 204. *numer.*
18. *p.* 18. *cor. Card. Cerro dec.* 884. *num.* 14. *ac
dec.* 922. *num.* 9. *tom.* 3. Verùm nec aliquis un-
152 quàm ex *D. D.* materiam hanc diſcutientibus pro-
poſuit motivum ipſum, nec dubitavit, quòd,
quando Pater pro libito poteſt diſponere, ut mo-
dò, ad favorem extraneorum, nequeat etiam diſ-
ponere in præjudicium filiorum ad favorem unius
ex ipſis; quinimò hoc facilius debere admitti, &
dubio procul formam conceſſionis patrem poſſe
immutare tradunt *Iſern. & Alii in c.* 1. *tit. de alien.*
„ *feud. patern. & cum pluribus Ripa Mant. reſponſ.*
„ *mihi* 36. *nu.* 176. *verſ.* de quibus pater acqui-
„ rens, etiamſi eſſent ex pacto, & providentia,
„ poteſt indiſtinctè diſponere, etiam in extraneos
„ in præjudicium filiorum, & agnatorum, &
„ multò magis uni filiorum prælegare *tom.* 1. ac
inquit cum *Cumia in c. ſi aliquem. verb. antiquis.
num.* 182. *Boſcol. in d. ſua contr. feud. penès Card.
de Luca art.* 2. *ſub num.* 143. & eodem arguen-
di genere multò magis utitur in hoc *Gobius d. q.*
7. *num.* 46. eſtque dictum *Omnibus* obvium.
153 Quod autem ſubditur *Doctores* non aperire præ-
judicium illatum aliis filiis ob cauſam prælegati
uni ex illis duntaxat per Patrem facti, debere
eſſe perpetuum, minus verè, minuſque juridicè
ſubditur, ac dicitur: Cùm tàm ab Illis hoc dici,
& aperiri manifeſtet pro *Omnibus Gobius in d. q.*
7. *antè num.* 46. *verſ. agnatis perpetuò excluſis*, ac
conveniunt *Alii apud Torre de ſucceſſ. in primo-
genit. q.* 6. *num.* 31. & *ſeqq. p.* 2. & *Cæteri, de
quibus infrà*; quàm à juris diſpoſitione hoc idem
154 provenire, & proindè à *D. D. Omnibus* hæc præ-
ſupponi ſuadeat titulus dominii (quod in præle-
gatarium recta via certiſſimè transfertur, *l. à Ti-
tio. ff. de furt. Pichard. in §. itè demum, Inſt. de
hæred. quæ ab int. defer. Cephal. conſ.* 49. *numer.*
7. *Anna conſ.* 113. *num.* 1. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 253.
*nu.* 24. & *conſ.* 300. *ex num.* 1. *lib.* 2. *Caſtil. tom.*
5. *c.* 112. *num.* 36. 38. *Cyriac. contr.* 248. *à num.*
„ 1. & *contr.* 319. *num.* 18. *lib.* 2. *Epiſc. Rocca*
„ *diſput. jur. c.* 49. *num.* 8. 9. ubi amplia, etiam
„ ignorante prælegatario, *lib.* 1. *Rota cor. Bichio*
„ *dec.* 590. *numero* 5. *tom.* 2.) qui quidem titu-
155 lus dicitur, eſtque perpetuus, ſeù irrevocabiliter
datus, *arg. l. ſivè poſſidetis. C. de probat. l. ait*
*Prætor. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. l. ei,* 156
*qui. ff. de hæred. inſt. Gambſ. in theſ. juriſp. lib.* 4.
*c.* 47. *axiom.* 15. *tom.* 1. *Add.* 2. *ad Reyger. in alio
Theſ. jur. verb. dominium. n.* 14. *tom.* 1. ſuadeatque
natura ipſiuſmet prælegati ſimpliciter abſque onere
reſtituendi alteri facti, tanquàm ad hæredes, quos
perpetuos jura agnoſcunt, ejuſdem prælegatarii
tranſmiſſibile, *l. unic. §. in noviſſimo. C. de caduc.
tollen. l. ſi poſt diem. ff. quando dies leg. ced. Surd.* 157
*d. conſ.* 253. *num.* 25. *lib.* 2. *Cyriac. d. contr.* 340.
*num.* 27. *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.*
23. *in fine.*

Hinc deberet ceſſare promotum, junctimque ja-
ctum fundamentum *in præallegata deciſ.* 60. *Ma-* 158
*nenti.* dum motivum illius excitationis ex hiſce
ceſſare, non ambigitur: Sed quoniam in eo mor-
dicùs inſiſtitur in *Deciſione*, quæ revidetur, non
eſt abs re, licèt citrà neceſſitatem, obſervare tan-
tum diſtare caſum *ipſiuſmet Manenti* à caſu no-
ſtro, quantum diſtat Cælum à Tartaro: Quod il-
licò patet, quia

In Illo non tractabatur de emphyteuſi merè
hæreditaria ſimplicitèr tranſitoria ad quoſcunque 159
etiam extraneos: in iſto verò de tali emphyteuſi,
ſeù locatione agitur.

In Illo non apparebat avum teſtatorem nomi-
natim bona emphyteutica reliquiſſe ſuis filiis hæ- 160
redibus univerſalibus: in Iſto, de hoc clariſſimè
apparet.

In Illo nepos avi teſtatoris fuit ejus hæres, ſal-
tem, mediante matre, ut inquit *ipſe Manent. ſcri-* 161
*bens in cauſa ſuæ Deciſionis in conſ.* 19. *nu.* 11.
*lib.* 1. de quo meminit *in deciſ. ſub num.* 14. in
Iſto D. Adverſarius non fuit hæres Teſtatoris,
imò per acceptationem legati tacitantis eum, ab
illa ſe retraxit.

In Illo ceſſavit cauſa excluſionis ab hæreditate 162
Teſtatoris, quia Hoſpitale vocatum, nec voluit,
nec potuit, uti incapax ſuccedere, *idem Manent.
d. conſ.* 19. *ante num.* 32. *ad ſeqq.* in Iſto ſemper
duravit cauſa excluſionis D. Adverſarii.

In illo Filii hæredes univerſales, qui obtinue- 163
rant emphyteuſim, de ea nullatenùs diſpoſuerunt:
in Iſto extat diſpoſitio, mediante aſſignatione
præfata.

In illo nulla fuit cauſa favorabilis diſponendi: 164
in Iſta diſpoſitio fuit facta in cauſam dotis.

In Illo agebatur de devolutione bonorum ad 165
Dominum directum: in Iſto nec per ſomnium ta-
lis devolutio excitatur, ſed tractatur duntaxat ad
ſuſtinendam validitatem aſſignationis factæ per
patrem D. Filiæ, quæ ad repellendum D. Ad-
verſarium utitur, ac uti poteſt omnibus juribus
competentibus ejus Patri, à qua cauſam habet.

In Illo Dominus directus inveſtiverat perſo-
nam prorsùs extraneam, & potentiorem, *teſte* 166
*eod. Manent. d. conſ.* 19. *ſub num.* 15. in iſto
inveſtita eſt Neptis deſcendens à Filio primi ac-
quirentis.

In illo nihil actum, ſeù conſideratum fuit reſ- 167
pectu virium, & effectuum *Conſuetudinis* redi-
gentis hujuſmodi bona ad inſtar allodialium: in
Iſto verò operationes illius & deducuntur plenè,
ac vigent indubitanter.

Ex hiſce, aliiſque fortaſsè differentiis, & di- 168
verſitatibus palpabiliter utique inter iſtos Caſus
præexiſtentibus, num potuerit fieri aliquod fun-
damentum pro reſolutione præſentis *Cauſæ ſuper
d. dec.* 60. *Manent.* quam tanti fecit *Alma Rota
Januenſ.* ut eam aliis rationibus *ab Auctore iſto*
non pertactis latè muniverit, & eam habuerit, tan-
quàm doctrinam individualem, & punctualem,
Cauſam



Cauſam iſtam decidentem, *Omnium* pro negativa
certiſſimè erit judicium, cùm, & ſic velint *Om-
nia jura ſatis vulgata, & nota.*
169 Et, quia *ipſamet Rota Januenſ.* dixit *in §. au-
thoritate. in fine Doctrinam iſtam Manent.* eſſe ſi-
ne contradictore: Non pigeat ſcire doctrinam
imò ipſam habere contrà ſe Communem, & ma-
gis communem opinionem *Doctorum*, ac *Res ju-
dicatas*, retentis quoquè puris terminis, in qui-
bus tractetur de devolutione bonorum ad favo-
rem Domini directi (in quibus tamen non eſt mo-
„ dò inſiſtendum) videri poteſt penès *Burſatt.*
„ *conſ.* 80. *ex num.* 21. ubi ſic judicatum, *lib.* 1.
„ *Cyriac. contr.* 112. *num.* 62. ubi, quòd aliqui
„ adverſantes habent contrà ſe receptam ferè *Om-
„ nium* ſententiam, & ob id de eis non eſt cu-
„ randum: teſtatur de communi, & magis com-
„ muni: ac multos dat concordantes, & *in fin.*
„ ait ſic pro devolutione judicatum, & *contr.* 128.
„ *num.* 62. ubi alios addit, *lib.* 1. *Mel. alleg.* 69.
„ *num.* 8. ubi ſic judicatum *lib.* 2. *Actolin. re-
„ ſol.* 14. *numero* 32. 33. 36. ubi ſic judicatum,
*tom.* 1. *Maceraten. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 34. ubi
pariter ſic judicatum, *cum multis aliis addu-
ctis à D. Gobio conſult.* 149. *n.* 30. *Garzon. de fœ-
„ min. ad feud. recipien. ampl. ult. f.* 22. ubi
„ Reſponſum plenum juribus, & rationibus in-
„ ſerit *Knich. de veſt. pact. c.* 3. *Roſenthal. de
feud. c.* 7. *concl.* 44. *num.* 18. & *ibi gloſ. tom.* 1.
*cum innumeris concordantibus per Intrigliol. eod.
tract. art.* 2. *nu.* 100. *cent.* 2. *Carolus Ant. de Lu-
ca de linea legal. art.* 21. *ſub num.* 25. ubi pari-
„ ter ità judicatum, *lib.* 1. *Torre de ſucceſſ. in
„ primogenit. q.* 6. *à num.* 31. *ad* 34. ubi de ve-
„ riori, & in Tribunalibus magis recepta opi-
nione, *p.* 2. ac innuit *Rota in rec. dec.* 37. *n.* 2. *p.* 8.
& *dec.* 239. *num.* 13. *p.* 15.

Ac ad tollendum omnem dubitandi ſcrupu-
170 lum, ſi fortè adhuc, quod non creditur, ſuper-
eſſet, animadvertitur, quòd ad ſummum *Opi-
nio Manenti*, & *Aliorum* cum ea pertranſeuntium,
poteſt procedere, & habere locum.

Vel, quoad emphyteuſim purè ex pacto, &
171 providentia, non autem, quoad emphyteuſim
ſimpliciter hæreditariam, qualis eſt præſens, &
ſic officere nequit, *ex Cirocch. diſcept.* 58. *ſub
numero* 33. cujus meminit *Actolin.* ſequens hanc
diſtinctionem *d. reſol.* 14. *num.* 37. *in fin.*

Vel, quando tractatur de ſuccedendo alteri,
172 quàm ei à cujus ſucceſſione quis fuit ſemel vali-
dè excluſus, non autem, ut nunc, quando iſte,
putà Dominus Adverſarius, prætendit ſe quodam-
modò ſucceſſorem illius, (nempè Patris) à quo
fuit jam ſemel validè excluſus, & ità pariter ob-
ſtare non poteſt, ſecundùm firmata *à Burſat. conſ.*
80. *numero* 10. *ubi de communi, lib.* 1. *Menoch.
conſ.* 331. *num.* 61. *lib.* 4. *Intrigliol. d. art.* 2. *n.*
132. *ubi plures allegat, Surd. dec.* 95. *num.* 27.
*ubi pariter dat concordantes.*

Secluſis hiſce duobus caſibus, qui poſſunt in
præſenti ad firmandam excluſionem Domini Ad-
verſarii applicari, & ſiſtendo in Concluſionibus
173 Juris, & Juſtitiæ neglectis ſtylis particularibus
aliquorum locorum, nulla prorsùs eſt habenda
ratio de *præfata Deciſ.* 60. *Manenti*, reſpectu re-
ſolutionis capiendæ in Cauſa iſta.

Et verè, ut aliquid diſcurſui donetur, cùm
174 hodiè Dominus directus non ſit in Cauſa, nec
ipſe quidquam quoad Domos iſtas deducat, aut
prætendat, conjici prudenter non poteſt, quare
*Rota* tàm fixè reſtrinxerit Articulum pro deciden-
da ipſa Cauſa in examine materiæ contentæ *in*
*dicta Deciſione Manenti*, tàmque inſudaverit pro
comprobanda illius opinione exclamata individua,
& punctuali iſtius noſtri caſus: Dum ſemper, ac
pro parte D. Domini Adverſarii fuiſſet dictum,
ac dicatur *Non eſt locus devolutioni harum Do-
morum ad favorem Domini directi*: Ergò *ſpectant
ad ipſum*; *uti comprehenſum in inveſtitura earum
per Patrem recepta*: Fuiſſet data, & daretur reſ-
ponſio *Tranſeat, citrà præjudicium veritatis*: ſed,
quod exindè ſequatur. Ergò *ad eundem D. Domi-
nicum etiam ſpectant, excluſa, & rejecta Do-
mina Maria Magdalena*, hoc abſolutè fuiſſet ne-
gatum, & negaretur: ea negationis iſtius ratio-
ne adducta, quia ipſæ Domus ſunt penes eam,
mediante aſſignatione de illis facta ipſi per D.
Hieronymum ejus Patrem, qui voluit, ac po-
tuit illas ſic ipſi aſſignare: Qua negatione ita
data, cum hoc ſubſequuto ratiocinio; Articu-
lus Cauſæ non fuit, neque eſſe poterit, *An ex-
cludendus ſit dominus directus à devolutione, &
admittendus D. Dominicus Adverſarius*: dum iſte
articulus nihil habuit, nec habet commune cum
negatione prædicta vallata recenſito ratiocinio,
ut ſenſui patet: Sed Articulus fuit, & eſſe dun-
taxat poterit, *An aſſignatio harum Domorum fa-
cta Magnif. Mariæ Magdalenæ fuerit validè fa-
cta, & ſic valida ad repellendum D. Dominicum
Adverſarium.*

Undè, cum latiſſimè hucuſque per veras, cer-
tas, ac indubitatas juris, & juſtitiæ demonſtra-
tiones fuerit comprobata validitas hujuſce aſſigna-
tionis (& etiam ex abundanti fuerit declinatum à
*dicta Deciſione Manenti.*)

Nil aliud remanet, niſi, quòd, eadem aſſigna-
tione ſtante, recedatur *à Deciſis*, abſoluta eadem 175
Domina Maria Magdalena aſſignataria à petitis ad-
versùs eam per Dominum Dominicum ejus Pa-
truum Adverſarium, etiamſi adeſſet aliquod du-
bium: Cum & in dubio cenſendum veniat pro
validitate, & ſubſiſtentia aſſignationis, prout &
cujuſvis alterius actus, *l. quotiès. ff. de reb. dub.
l. ſi quando. ff. de leg.* 1. *Roman. conſ.* 180. *à n.*
4. *Surd. conſ.* 44. *num.* 21. *Barboſ. axiom.* 12. *nu.*
17. *Gambſ. lib.* 1. *c.* 25. *axiom.* 45. *ubi latè tom.* 1.
*Scacc. de appell. q.* 3. *numero* 3. 4. *Menoch. præſ.*
34. *ſub num.* 11. 12. *lib.* 3. *Giurb. dec.* 36. *num.*
18. *Thomat. dec.* 197. *num.* 10. *tom.* 2. Maximè 176
factæ, ut nunc, in cauſam dotis, pro qua itidem
in dubio eſt judicandum, *l. in ambiguis. ff. de
jur. dot. Honded. conſ.* 64. *num.* 33. *lib.* 2. *Poſt
reſol.* 106. *num.* 71. *Ego ipſe colluct. legal.* 6. *ſub
num.* 69. *vol.* 1. *Donad. de renunc. c.* 27. *n.* 107.
*tom.* 1. *Capyc. dec.* 176. *num.* 22. Et rursùs, maxi-
mè concurrente favore filiæ reæ conventæ, &
poſſeditricis qualitates utiquè in dubio attenden-
dæ, atque præponderantes, *l. favorabiliores. ff. de* 177
*re judic. l. Arrianus. ff. de act. & obligat. Ego ipſe
colluct. leg.* 39. *num.* 130. 131. *vol.* 1. *Calvin. con-
cl.* 781. & *concl.* 865. *ac de æquit. lib.* 2. *c.* 119.
*num.* 32. *Rota cor. Buratt. dec.* 315. *num.* 5. *tom.* 1.
*cor. Bichio dec.* 317. *num.* 45. *tom.* 1. *ac alibi.*

Non obſtante ſententia jam lata in contrarium, 178
dum pariter in dubio pro revocatione ſententiæ
eſt pronunciandum, *Cabal. conſ.* 85. *num* 8. &
*conſ.* 118. *num.* 6. *lib.* 1. *Conciol. alleg.* 16. *num.*
34. *lib.* 2. *Rota Lucenſ. poſt Torre de ſucceſſ. in
primogen. dec.* 15. *num.* 68. *tom.* 3. Potiſſimùm,
quando ſententia eſt talis, qua læditur jus publi-
cum, ut modò, dùm per ſententiam contrariam
vulnerantur expreſsè ſaltem effectus, & vires *Con-
ſuetudinis vigentis Genuæ*, pro redactione bono- 179
rum emphyteuticorum, etiam Eccleſiaſticorum ad
inſtar

inſtar allodialium in commodum univerſale pro utilitate ſubditorum, & pro commercio publico, qua caſu conſimiles ſententias ſic læſivas fore obliterandas favor Reipublicæ exclamat, qualitas ip-
180 ſius *Conſuetudinis expoſcit*, & utilitas commercii redundantis ad majorem conſervationem Status, & ſubditorum vehementiſſimè cogit, ex cumulatis per *D. D.* de eadem *Conſuetudine* agentes, junctis notatis in *l. 2. ff. de nund. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. rubr. 14. nu. 1. tom. 1. Stracc. de mercat. p. 3. tit. 1. ſub num. 16. cum Aliis adductis in Mea collect. legal. 19. num. 204. 205. vol. 2. Leoncil. dec. 42. num. 12. Rota cor. Duran. dec. 294. num. 2. tom. 2.*

Neque attentis Scriptis pro parte adverſa per
181 *D. D. meum Petrum Jo. de Turre, & Aloyſium Manſ. in iſtius conſult. 716. & 717. lib. 8. edit. longè, poſt hæc exarata*, veluti præcipuos Cauſæ Articulos non percutientibus, ut illorum demonſtrat lectura; ulteriori ideò reſponſione non indigentibus; ac, in omnem caſum, facillimè ex firmatis ſuprà *in hoc Reſponſo*, refellendis.

Quare &c. *ſalvo &c.*

Comes Vincentius Bondenus Eques Chriſti J. C. Argentanus.

---

## CAPUT XLIV.

## ARGUMENTUM.

Agitur de derogatione fideicommiſſi probanda, allatis interim multis præſumptionibus pro detegenda ſalſitate illius: & quandonam probata dicatur obreptitia, & ſubreptitia, deducendo multa ſuadentia obreptionem, & ſubreptionem illius: Quando corruat ex defectu poteſtatis Principis derogantis, ac plura circà hanc Principis poteſtatem deducuntur: Ac tangitur materia *Auth. res, quæ, C. comm. de legatis.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Immiſſio conceditur fideicommiſſario, concurrentibus requiſitis ibi recenſitis.*

2 *Fideicommiſſi ſubſtantia dicitur deſtructa per derogationem illius factam à Principe*, & nu. 3.

4 *Bona fideicommiſſi ſemel legitimè evulſa ex cauſa dotis vigore* Auth. res, quæ, C.comm. de leg. *perpetuò remanent libera.*

6 *Negativa ex inſpectione, & lectura ſcripturæ probatur.*

7 *Conceſſio gratioſa quomodo probari debeat.*

8 *Reſcripta, & gratiæ, ſub qua forma expediebantur tempore* Ducum Ferrar.

9 *Derogatio fideicommiſſi quando dicatur facta ſolum initiativè.*

10 *Gratia conceſſa contrà ſolitum ſtylum, & formam uſitatam eſt ſuſpecta de falſitate.*

11 *Falſitatis ſuſpicio in civilibus pro falſitate habetur: ex quibus augeatur, ſeu ſuperaddatur.* numero 12. 13. 14. 15. 16. 18. 19. 21. 22. 24.

15 *Falſitas potius præſumitur, quàm inveriſimilitudo.*

17 *Princeps non conceſſiſſet gratiam, ſi ſciviſſet falſitatem cauſæ, propter quam petebatur.*

20 *Scriptura falſa in una parte præſumitur falſa in totum.*

23 *Falſitatis præſumptio oritur contrà eum, de cujus commodo, ſeu decore agitur.*

24 *Singula, quæ non proſunt, juncta juvant ad detegendam falſitatem.*

25 *Derogatio fideicommiſſi corruit ex tacitis qualitatibus, quæ erant narrandæ Principi, & quænam ſint.* numero ſeqq. ac numero 46. 47. 48.

26 *Teſtamenti ſcientia non infert notitiam contentorum in eo.*

27 *Fideicommiſſi ſcientia non infert ſcientiam ſpecificam illius qualitatum.*

28 *Scire aliquid ſine ejus qualitatibus eſt neſcire.*

29 *Princeps, etiam procedens ex motu proprio, quando cenſeatur circumventus.* & nu. 30.

31 *Dos eſt priùs detrahenda ex fideicommiſſo univerſali, quàm ex fideicommiſſo particulari.* & numero ſeqq. *ubi exemplificatur*, ac num. 34. 43. 44.

33 *Legitima non detrahitur à fideicommiſſo particulari.*

34 *Doti non tribuitur majus privilegium, quàm legitimæ.*

35 *Fructus fideicommiſſi cenſentur ſufficientes ad dotem, pro evitanda fideicommiſſi everſione.* & num. 36.

37 *Bona libera quando dicantur ſufficientia, pro ſatisfacienda dote.* & ſeqq.

39 *Dictio* niſi *poſt negativam deſignat affirmativam.*

40 Auth. res, quæ C. comm. de leg. *non habet locum, extantibus bonis liberis.* & num. 41. 42. 43. 44. Manſ. conſult. 659. lib. 7. *notatur* eod. num. 40.

42 *Datio in ſolutum dicitur venditio, ſeu vicem illius habet.*

45 *Subreptio inducitur, ſi non ſit expreſſum, quod retraxiſſet Principem à conceſſione, vel difficilius conceſſiſſet.* & num. ſeq. *evitatur, ſi ex narratis poſſint colligi ea, quæ erant exprimenda. numero* 49. *declara, ut ibid.* & nu. 50. 51. *cujus ſit naturæ in materia gratioſa.* num. 53.

52 *Derogatio fideicommiſſi ſubreptitia non ſuſtinetur.*

55 *Obreptio, exprimendo falſum, eſt malignantis naturæ, & cauſat nullitatem.*

56 *Princeps Supremus quid poſſit, & non poſſit facere circà ultimas voluntates, & fideicommiſſa.* & nu. 57. *ubi de defectu poteſtatis, quoad fideicommiſſa particularia.* & num. 59. *ac generaliter de materia, ubi concurrat juſta, & publica cauſa.* nu. 60. & ſeqq. *ac ubi Princeps proceſſit* de plenitudine poteſtatis, num. 68. & ſeq. ac num. 73. 74.

58 Card. Sacratus Ferrarien. *quando fuerit creatus.*

69 *Gratiæ conceſſæ* de plenitudine poteſtatis *à Vaſſallis poſt devolutionem feudi ſunt parvi momenti.*

70 *Derogatio fideicommiſſi ſuſtinetur, & quando, ſi adſit cambium, & recompenſa*, & ſeqq.

72 *Princeps propter privatam utilitatem non poteſt adimere dominium alicui, etiamſi interveniat cambium.*

73 *Alienandi bona fideicommiſſi facultas non poteſt concedi à Principe, ut ſubrogentur bona ſita in alio ſtatu*, & num. 74. 76. *de ratione* num. 77.

78 *Derogatio fideicommiſſi corruit ob non ſervatam illius formam; exemplifica; ut ibi.* & num. 79.

80 *Emptor quando debeat eſſe ſollicitus de inveſtimento demandato in diſpenſatione conceſſa ad alienandum*, & num ſeqq.

81 Surd. dec. 156. *rejicitur.*

85 *Provinciarum diverſitas in Principe ad quid conſideretur.*

86 *Excuſſio quando debet fieri, non eſt facienda extrà Provinciam in alia Provincia, licet ſubjecta eidem Principi.* & nu. 87. 91.

88 Remin. jun. conſ. 402. lib. 4. *rejicitur.*

90 *Eventus futuri quando ſint habendi in conſideratione.*

92 *Mortalium cuncta incerta.*

93 *Permutatio bonorum fideicommiſſi particularis, etiam utilior eſt interdicta, ſi adſit particularis prohibitio alienandi.* & n. 94.

95 *Conſenſus vocatorum ad fideicommiſſum quando operetur, vel non in præjudicium conſentientium, & ſucceſſorum.* & ſeqq.

99 *Fideicommiſſario ſucceſſori eſt concedenda immiſſio, non obſtante quòd fuerit per anteceſſores præſtitus conſenſus pro alienandis bonis fideicommiſſi*, & num. 100.

Cùm diſceptaretur, an eſſet valida, nec ne derogatio facta per Principem Supremum cuidam particulari fideicommiſſo, cui fuerant ſuppoſita certa bona Prativa, & Paſcuiva, pro ſatisfaciendo quodam reſiduo dotis debito fæminæ deſcendenti à fideicommittente, addita etiam clauſula, quòd per emptorem dictorum bonorum fieri deberet inveſtimentum in aliis bonis ad favorem ſucceſſorum: Et pro nullitate dictæ derogationis inſiſteretur: Ad effectum, ut hujuſce rei veritas ſedulo haberetur, deduxi contenta *in ſequenti Reſponſo* ad amuſſim conveniente caſui prædicto, mutatis Principum, rerum, ac partium denominationibus.

## RESPONSUM JURIS

*Comitis Vincentii Bondeni.*

Annuente Deo

FERRARIEN. FIDEICOMMISSI

Pro

*D. MARCHIONE*

*JULIO SACRATO*

Cum

*D. D. FRATRIBUS*

*DE COSTABILIBUS.*

1 QUòd, circumſcripta poſteriori ſententia lata in præſenti cauſa *ſub die* 15. *Julii* 1683. ſit ſtandum priori ſententiæ *ſub die* 13. *April.* 1682. adeo ut, prævia illius confirmatione, ſit exaudiendus D. Marchio Julius Sacratus in petita immiſſione in poſſeſſionem Palatii controverſi, nullatenus eſt verendum.

Juſtitia etenim ejuſdem prioris ſententiæ ipſam immiſſionem concedentis exuberanter manifeſtatur à juſtificatione requiſitorum, nempe exiſtentiæ fideicommiſſi (utique particularis præordinati à D. D. Jacobo Sacrato *die* 10. *Martii* 1507. & Aldrovandino ejus filio *die* 19. *Martii* 1530. *ex rog. Benedicti Codegorii Notar. Ferrar.*) pertinentiæ, & purificationis illius ad favorem præfati D. Marchionis agentis, ac identitatis dicti Palatii, quibus concurrentibus, nulla cadit hæſitatio in decernenda eadem immiſſione; *Ex vulg. l. fin. C. de edict. Divi Adr. tollen.* ac dicebam *Ego ipſe in collect. legal.* 33. *num.* 90. *ibiq; Torre num.* 108. *vol.* 2. *Rota in rec. dec.* 304. *num.* 1. *& ſeqq. p.* 13. *dec.* 136. *num.* 9. *& dec.* 332. *num.* 1. *p.* 15. *dec.* 54. *nu.* 1. *& dec.* 79. *num.* 3. *p.* 19. *ac in Bonon. fideicommiſſ.* 13. *Januar.* 1691. *& 9. Maii* 1692. *§. 1. cor. Hervavult. & in Interamn. fideic.* 15. *Januar.* 1694. *in princ. cor. Benincaſa, n. 9. Jun. ejuſdem anni §. exiſtentia ſi quidem, cor. Emerix. ac in Roman. fideic.* 18. *Martii* 1695. *§. quoniam ex luculenter cor. Card. Tauruſio.*

Neque adverſatur præcipuum, verius unicum
partis adverſæ fundamentum jactum ſuper dero- 2
gatione fideicommiſſi, cujus vigore nunc agitur,
facta per olim Sereniſſ. Ducem Ferrariæ, *die* 10.
*Novembr.* 1547. cum diſpenſatione Comitum
Pompei, & Aldrovandini de Sacratis poſſeſſorum
dicti Palatii in vim talis fideicommiſſi, ad illud
alienandum, & vendendum, juxta per eos ſup-
plicata, ſucceſſivaque deinde alienatione, & ven-
ditione per eos facta Comiti Alphonſo de Trot- 3
tis *die* 18. *Novembr.* 1547. *ex cog. D. Baptiſtæ Saracbi Notar. Ferrar.* per quam derogationem dicitur deſtructa fideicommiſſi ſubſtantia, perindè ac ſi nunquam dictum Palatium fuiſſet ei ſubjectum, eodem propterea ſemper ad excluſionem ſubſtitutorum, & vocatorum remanente libero, *Gratian. diſcept.* 765. *à num.* 36. *& diſcept.* 766. *ex num.* 1. *tom.* 4. *Cyriac. contr.* 307. *à num.* 35. *tom.* 2. *Marta de ſucceſſ. legal. p.* 4. *q.* 16. *art.* 3. *n.* 37. *tom.* 2. *Rodulphin. alleg.* 180. *nu.* 32. 33. ubi, quòd fideicommiſſarius nullam deſuper controverſiam amplius movere poteſt, *D. meus Palma Nepos alleg.* 201. *num.* 1. 2. *lib.* 3. *& alleg.* 387. *nu.* 24. 25. *lib.* 4. *Rota in rec. dec.* 336. *à num.* 7. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 93. *nu.* 1. *p.* 10. *& cor. Alex. VIII. Otthobon. dec.* 249. *nu.* 1. *cor. Cavaler. dec.* 430. *cor. Roxas dec.* 41.

Potiſſimùm, cum ad hujuſmodi alienationem, 4
& venditionem fuerit in vim hujuſce derogationis deventum, pro ſolvenda dote ſororis venditorum ex deſcendentibus à præfatis Teſtatoribus fideicommittentibus, intrante ſic diſpoſitione *Auth. res, quæ, C. commun. de legat.* quæ operatur, ut itidem bona aliàs ſubjecta fideicommiſſo, ab eoque ſemel legitimè evulſa perpetuò remaneant libera ab illius nexu, nec amplius ad idem redeant, excluſis ita quibuſcunque ſubſtitutis, & vocatis, *Cancer. var. reſol. tit. de tranſmiſſ. c.* 21. *num.* 210. *Salgad. labyr. creditor. p.* 3. *c.* 4. *num.* 28. *Peregrin. de fideic. art.* 42. *ſub num.* 20. *Card. de Luca eod. tit. diſc.* 193. *num.* 3. *lib.* 10. *Boſſ. de dote c.* 16. *num.* 228. *Roſignol. eod. tract. diſp.* 3. *§.* 18. *nu.* 3. *tom.* 1. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 9. *num.* 45. *cum ſeqq. Rot. cor. Zarate dec.* 72. *nu.* 15. *& dec.* 87. *num.* 6. *cor. Roxas dec.* 117. *n.* 35. *& ſeqq. ac cor. Bichio dec.* 41. *nu.* 5. *tom.* 1. *repetita poſt Merlin. de legit. dec.* 131. *num.* 7. *ac alibi, ut poſt. Torre de ſucceſſ. in majorat. dec.* 64. *n.* 5. *tom.* 3. quæ eſt *in Roman. fideic.* 1. *April.* 1686. *§. nec refragatur verſ.* cujus vigore, dote „ ſemel extracta, & ſeparata à fideicommiſſo, ſi „ ea ſemper libera remanſiſſet, *cor. Hervavult.*

Quoniam triplici motivo, fundamentum iſtud deſtruitur.

Tum, quia *de aſſerta derogatione, & diſpenſatione non conſtat.*

Tùm,

Tùm, quia, *quatenus de ea conſtaret, foret tamen obreptitia, & ſubreptitia.*

Tùm, quia demùm *illa non potuit validè concedi in præjudicium vocatorum ad dictum Palatium, ſicque D. Marchionis Julii Actoris.*

---

## MOTIVUM PRIMUM.

### De non exiſtentia aſſertæ derogationis ob illius præſumptam falſitatem.

5 PRimum comprobatur ex inſpectione, & lectura reſcripti hujuſmodi derogationis, & diſpenſationis, dum de nulla ſubſcriptione Sereniſſ.
Ducis, minuſque de ulla ejus juſſione pro illo expedienda, ſaltem per modum atteſtationis alicujus ex Miniſtris, apparet: quam ſanè negativam
ſic ex inſpectione, & lectura ſcripturæ ſatis pro-
6 bari *Omnes* concedunt cum *Bart. in l. Titiæ textores nu. 2. ff. de leg. 1. & in l. fin. num. 2. C. de reb. cred. Trentacinq. var. reſol. lib. 2. tit. de fid. inſtr. reſol. 2. num. 3. vol. 1. Rota in rec. dec. 235. nu. 4. p. 4. tom. 2. cor. Buratt. dec. 683. num. 2. cor. Gregor. XV. dec. 416. num. 5. 8. cor. Alex. VIII. dec. 114. nu. 4. & dec. 123. num.* 18. ſubindè nullibi aliter docto, hujuſmodi prætenſam derogationem, ac diſpenſationem fuiſſe factam, ſeu ſaltem expeditam, mandante ſaltem, aut jubente præfato Sereniſſ. Duce, de illa nullatenus eſt curandum, tanquam de non exiſtente in rerum natura, ſeu non præſumenda, utpotè conſiſtente in facto, cum deficiant atteſtationes, & documenta, per quæ, & ſi non neceſſaria ad eſſentiam gratiæ, conceſſio tamen illius probari deberet, *Andr. in c. 1. de prohib. feud. per Lothar.*
7 *Giurb. conſ. 57. num. 16. Maſtril. de Magiſtr. lib. 3. c. 7. num. 59. Antunnez. de donat. regiis lib. 1. c. 4. num. 3. 4. 11. Afflict. dec. 253. numer. 8. Franch. dec. 62. num. 3. Cabed. dec. 3. num. 6. tom. 1. & dec. 39. num. 4. tom. 2. Rota apud Caſſador. tit. de cauſ. poſſeſ. dec. 4. num. 2.*

8 In nihilo refragante elevata ſubſcriptione *prædicti D. Baptiſtæ Sarachi* ſub dicta derogatione appoſita: quia, cùm ſit ſimpliciter facta per modum ſcribendi, ibi, *Baptiſta Sarachius ſcripſit*; nec contineat aliquid aliud, propter quod deprehendi valeat; ſcriptionem prætenſæ derogationis fuiſſe factam, jubente Principe, ut ſi dictum fuiſſet, poſt illud verbum *ſcripſit*, immediatè *Mandante D. N. Duce:* vel propter quod deſumi poſſet verè eandem derogationem fuiſſe factam ab ipſo Principe, ut ſi adeſſent illa verba *Ita eſt*, quibus ſecundum formulam tunc temporis ſolitam Miniſter poſt reſcripta continentia gratias utebatur.

9 Potius nocet parti adverſæ, quàm faveat; dum hinc exoritur quædam ſaltem juſta ſuſpicio, non ſolum talem derogationem non fuiſſe factam, niſi enuntiativè per modum ſolius ſcriptionis, ſeu extenſionis illius non autem ſequutam fuiſſe perfectè per modum propriæ conceſſionis emanatæ à Principe: ſed ulterius, quod, ſi inſiſtatur, illam fuiſſe perfectam, & completam, eandem
10 eſſe affectam falſitate, veluti contrà ſolitum ſtylum, & contrà formam uſitatam evidenter relaxatam, cum inde ſuſpicionem falſitatis ſuccedere inquiunt *Port. conſ. 96. numer. 9. Dec. conſ. 108. num. 63. Menoch. conſ. 199. nu. 6. lib. 2. & de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 20. nu. 15. 17. 20. 21. tom. 2. ac plurimi apud Farinac. de falſit. & ſimul. qu. 153. num. 159. 162. Chartar. deciſ. crim. 40. nu. 32. Franc. Marc. deciſ. 743. num. 1. & deciſ. 1161. nu. 4. tom. 1.*

Quæ ſanè ſuſpicio falſitatis ſufficit modò, dum 11
civiliter agitur, ad talem derogationem rejiciendam, cum in civilibus ſola iſta ſuſpicio falſitatis pro falſitate habeatur, ac admittatur, *ad l. jubemus C. de probat. Alex. conſ. 57. ſub num. 6. lib. 1. Grat. conſ. 60. num. 9. lib. 2. Caren. reſol. 120. num. 16. & reſol. 194. num. 3. Sabel. in ſumm. diverſ. tract. verb. falſitas num. 5. verſ. quod in civilibus tom. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 99. num. 5. tom. 1. Rota cor. Innocen. X. deciſ. 653. num. 11. cor. Alex. VIII. d. dec. 123. numer. 19. cor. Celſo dec. 21. num. 15. & dec. 280. num. 10.*
„ *cor. Ubago dec. 1. nu. 22. 23. & dec. 52. num.*
„ *10. & in rec. dec. 272. nu. 19.* ubi, quod talis
„ ſuſpicio in civilibus habetur pro concludenti fal-
„ ſitatis probatione *p. 11. dec. 206. num. 5. p.*
„ *15. dec. 32. num. 7. p. 16. ac dec. 108. numer.*
„ 19. ubi, quod hujuſmodi ſuſpicio falſitatis ſuf-
„ ficit in civilibus pro adimenda fide ſcripturis
„ *p.* 19.

Augeretur, ſi opus eſſet, hujuſmodi ſuſpicio, imò multiplicarentur aliæ, conſiderando,

Quod primò multa continentur adeo inſolita 12
in ſcriptione dictæ derogationis, ut vix excogitari poſſit ſupremum Principem illa aſſeruiſſe, imò (ipſis bene penſatis) nec aſſerere potuiſſe; dum præſertim circa cauſas venditionis Palatii, illas affirmavit veras, & comprobavit utiles, & neceſſarias Pupillis ſupplicantibus pro derogatione fideicommiſſi, & diſpenſatione ad alienandum, cum hoc peragere non fuerit munus Principis, ſaltem ſecundum laudabilem uſum, & ſolitum,
pro conſervatione ſupremæ Majeſtatis ſemper ſer- 13
vatum; ſed ſolius Judicis Communis Ferrariæ, qui illud etiam in interpoſito ſuo decreto explevit. Unde ex hoc modo inſolito videtur, quod augeatur dicta ſuſpicio falſitatis, ni forte verius alia ſuperaddatur per ea, quæ traduntur *à Rimin. jun. conſ. 58. ex nu. 23. lib. 1. Dec. d. conſ. 108. num. 63. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ. 20. à num. 16. 20. tom. 2. Maſcard. de probat. concl. 740. num. 37. tom. 2. & Aliis allatis à Farinac. de falſit. & ſimul. d. q. 153. num. 162. Genua de ſcript. priv. lib. 1. q. 6. num. 14.*

Quod ſecundò eſt nimia, ac evidens inveriſi- 14
militudo, quod, ſi fuiſſet facta à Principe dicta affirmatio, & comprobatio cauſarum in aſſerta
derogatione, Judex præfatus interim voluiſſet 15
eaſdem cauſas canonizare in ſuo decreto, quod amplius non erat opus, ſi jam Princeps ipſas antea, ut ſuprà affirmaſſet, ac comprobaſſet; ut de ſe liquet: Ideo potius falſitas eſt præſumenda quàm hæc inveriſimilitudo *ex Cravet. conſ. 56. n. 19. Eugen. conſ. 23. numero 54. verſ. quarto pro eod. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 5. d. præſ. 20. à numer. 12. Genua d. q. 6. num. 26. Farinac. d. q. 153. à nu. 176.* ſequitur *Rota in rec. dec. 219. n. 12. p. 16.*

Quod tertiò, cum inter cauſas comprobatas pro 16
neceſſariis primaria ea fuerit (recenſita quidem in precibus) ut poſſet deveniri *de jure* ad alienationem iſtius Palatii pro ſolvenda dote conſtituta, quamvis illud fuiſſet ſubjectum fideicommiſſo particulari, dum tamen aderant alia bona, ne dum ſubjecta fideicommiſſo generali, ſed & imò libera ſupplicantium, quòd ſanè repugat omni juri, & juſtitiæ, *ut inferius dicetur*, ac *Omnes ſciunt*, adeo ut hinc apertè reſultet cauſam hanc
fuiſſe, ac eſſe falſam: aſſequimur, quod ſi Princi- 17
pi fuiſſet



pi fuiſſet manifeſtata falſitas, & inſubſiſtentia talis cauſæ, non deveniſſet, uti juſtitia plenus, ejuſdem & claro lumine præfulgens, *l. inter claras, C. de ſumma Trin. & Fide Cathol. Ego ipſe colluct. 44. n. 246. vol. 2. Rubeus de teſtam. c. 2. n.*
18 83. ad aſſertam derogationem, in tantum, ut inde oriri præſumptionem falſitatis ipſiuſmet derogationis, eruatur *à Cravet. conſ. 862. n. 11. relato à Menoch. d. præſ. 20. n. 42. Genua d. q. 6. n. 53. Tuſch. litt. F. concl. 44. n. 66. tom. 3.*

19 Quod quarto in fine ejuſdem aſſertæ derogationis dicitur Principem fuiſſe motum, *attento maximè conſenſu præſtito per dictos attinentes, & fideicommiſſarios:* & tamen de tempore ſcriptionis illius, nempè *ſub die* 10. *Novembr.* 1547. nullus fuerat, nec erat præſtitus aſſenſus per attinentes ipſos, dùm ſolummodò, ſi quis adfuerit, intervenerit poſt aliquos dies, ſcilicet 15. & 18. *ejuſd. menſ. Novembr.* Ita ut cum hinc deprehendatur non ſola ſuſpicio falſitatis; ſed reſultet in hoc vera falſitas; intret illa univerſalis Concluſio, quod diſpoſitio, & ſcriptura falſa in una parte, præſumitur falſa in totum *arg. vulg. l. cum de indebi-*
20 *to. ff. de probat. Pariſ. conſ. 90. n. 29. lib. 1. Port. conſ. 94. num. 26. Farinac. conſ. 11. n. 29. in fin. lib. 1. ac de falſit. & ſimul. q. 150. n. 334. Gratian. diſcept. 563. n. 35. lib. 3. Gait. de credit. c. 2. tit. 5. à num. 895. Ego ipſe colluct. legal. 42. num. 78. vol. 1. Ferentil. ad Burrat. dec. 344. ſub litt. A. Rota cor. Greg. dec. 79. n. 2. 6. & in rec. dec. 1. ex nu. 9. p. 6.*

21 Quod quinto Serachius erat tunc temporis Factor Generalis D. Ducis, ut apparet ab extractione regiſtrata in fine inſtrumenti alienationis iſtius Palatii, ac ſubſcripta *à Notar. Joan. Maria de Calceolariis:* Quodque ejus medio fuit deventum ad compoſitionem inter Matrem, & Tutricem Pupillorum alienantium, ac D. de Paſqualettis creditorem dotis, & interuſuriorum, ſtante compromiſſo in illum facto per partes, ut dicitur *in dicto inſtrumento, §. de quo quidem. in fine.* Quod *idem Sarachius* fuerat ante dictam diſpenſationem deſtinatus *Notarius* ad ipſum inſtrumentum rogandum, cujus & minutam extenderat; ut adſtruitur in ſupplicatione porrecta D. Duci: Quod tandem idemmet Sarachius fuit ille ipſe, qui hujuſmodi ſupplicationem extendit, ac porrexit Suæ Celſit. ut eruitur ab eadem ſupplicatione, ibi, *per me Battiſta Saracho.*

22 Unde, cum etiam fuerit ſcriptor aſſertæ diſpenſationis, nec auſus fuerit atteſtari, illam ſcripſiſſe de mandato Suæ Celſ. minuſque in ea fuerit appoſita atteſtatio hujuſmodi facta, ut moris erat, ab aliquo Miniſtro: Intrat meritò ſuſpicio non levis dictam diſpenſationem non fuiſſe commiſſam à D. Duce, ſed tantummodò ſcriptam ab ipſomet Sarachio, ac inde adhibitam, ut de-
23 cori ſuo, aſſequuto in facta compoſitione prædicta inter partes, conſuleret, ac pinguem mercedem *ex rogitu dicti inſtrumenti*, una etiam cum aliis ſubſequutis, retraheret: Eruendo hinc etiam ſatis præſumptionem falſitatis, quæ à commodo, ut eſt conſervatio decoris, & à lucro, ſeu ſpe unius, aut alterius, bene derivat *ex Alber. in l. Divus, num. 3. ff. ad l. Cornel. de falſit. & in l. 1. §. ſi quis ità ff. ne quid in loco publ. Grat. conſ. 19. ſub num. 14. 15. 16. l. 1.*
„ *Honded. conſ. 96. n. 13. 61. lib. 2. Farin. d. q. 153. à*
„ *n. 209. 211.* ubi, quod ad hoc ſufficit, quod
„ quis crediderit reportare lucrum, ſive commodum, licet actu non reportaverit.

Ex quibus ſaltem inſimul junctis juxta *vulg.* 24
*regulam* ſingula, quæ non proſunt &c. ſicuti dubitari non poteſt non unam ſolam ſuſpicionem falſitatis dictæ aſſertæ derogationis, ſed plures, ac plures reſultare, & concurrere, ita magis intrat Concluſio poſita ſuperius, quod cum ſimus in civilibus, de falſitate illius non ſit verendum; Sicque in effectu de eadem derogatione non conſtet *juxta vulg.*

Cæterum, ſi per poſſibile hæc omnia ceſſarent, ſuccedit

---

## MOTIVUM SECUNDUM.

### De nullitate aſſertæ derogationis propter defectum voluntatis Principis derogantis, ſtante ſubreptione, & obreptione ejuſdem derogationis.

SEcundum eſt Motivum, quo dicitur præfa- 25
tam derogationem fuiſſe, ac eſſe ſubreptitiam, & obreptitiam, ac ſubindè nullius momenti: quod patet;

Quia fuit quidem narratum in precibus D. Duci porrectis Palatium iſtud cum ſuis pertinentiis fuiſſe ſuppoſitum binis fideicommiſſis præordinatis à Jacobo, & Aldrovandino de Sacratis; ſed non fuerunt expreſſæ omnes qualitates, & circumſtantiæ in illis contentæ, ac ſignanter, quod tractabatur de fideicommiſſis particularibus, de Palatio, in quo fideicommittentes habitabant, de prohibitione illud vendendi, & alienandi quocunque titulo, & quod ſemper inſervire debebat pro uſu, & habitatione deſcendentium pro honore Domus in infinitum: quas ſanè qualitates debuiſſe exprimi non ambigitur;
licet alias in prætenſa derogatione fuerit dictum 26
D. Ducem habuiſſe nota, & cognita ipſamet fideicommiſſa; cum exindè non inferatur ad notitiam, & ſcientiam earundem qualitatum, & circumſtantiarum; prout dicimus, quod ex ſcientia teſtamenti nequit inferri ad ſcientiam, ac notitiam contentorum in eo, ac onerum in ipſo exiſtentium, *Socin. jun. conſ. 98. ſub num. 1. lib. 2. Gratian. diſcept. 788. nu. 11. tom. 4. Rota poſt vol. 2. Mear. colluct. legal. deciſ. 96. num. 13. & in recent. deciſ. 268. n. 3. part. 2. deciſ. 157. n. 21. part. 8. deciſ. 419. n. 21. part. 13. & deciſ. 735. n. 20. part. 18. tom. 2.* ac præciſius, quod ex ſcientia fideicommiſſi non inferatur ad ſcientiam ſpe-
cificam omnium illius qualitatum, *Balduc. ad* 27
*Ramon. conſ. 27. n. 61. tom. 1. Rota poſt Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 199. n. 13. & in rec. d. deciſ. 735. ſub n. 18. 19. ubi concord. & n. 26. part. 18. tom. 2. deciſ. 242. n. 7. 8. par. 19. ac cor. Bichio dec. 305. n. 28. tom. 1.*

Et tamen ad hoc, ut vera ſcientia dicatur ha- 28
beri, requiritur, ut ſpecificè quoque habeatur de omnibus, & ſingulis circumſtantiis, & qualitatibus actus, de cujus agitur ſcientia, cum alias ſciens illum ſine iſtis non dicatur ſcire, *Cravet. conſ. 187. num. 14. Alex. conſ. 114. num. 4. lib. 1. Natta conſ. 162. num. 23. Tiraquel de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. nu. 30. Olaſch. deciſ. 176. num. 4. cum aliis in Mea colluct. legal. 45. num. 37. volum. 1. & colluct. 29. num. 30. vol. 2.* ubi *quamplures Rotæ Deciſ.* allegantur ac *innumeræ aliæ* jungi poſſent, ut *in recent. deciſ. 486. n. 8. part. 18. tom. 2.*

Cumque recenſitæ qualitates, & circumſtan- 29

tiæ eſſent talis potentiæ, ut, ſi D. Dux illas ſingillatim ſciviſſet, dubio procul ad dictam derogationem non deveniſſet, iiſdem bene penſatis, ſit cenſendum, quod noluiſſet evertere diſpoſitionem iſtam tàm ſpecialem ad deſcendentium favorem, ac domus, ſeu familiæ fideicommittentium decorem in infinitum enixè factam, & ſanè cum maximo præjudicio, ac damno perpetuo inde reſultante, adeo ut opus ſit dicere ipſum
30 D. Ducem fuiſſe circumventum, licet motu proprio, & ex certa ſcientia procedentem, *ad l. 2. 5. merito & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ. Dec. in c. cum omnes. in 2. lect. n. 10. de conſtit. Ruin. conſ. 30. à n. 1. l. 1. Ego ipſe colluct. legal. 26. n. 37. vol. 1. Rota in diverſ. deciſ. 50. num. 9. part. 2. & in recent. deciſ. 4. num. 2. part. 8.*

31 Nec fuit quoque in ipſiſmet precibus expreſſum Fideicommittentes reliquiſſe plurima alia bona, ex quibus, licet ſuppoſita fideicommiſſo univerſali debebat priùs detrahi prætenſum reſiduum dotis, & cum iiſdem, ſeù eorum pretio perſolvi aſſertum æs alienum (quatenus privilegiatum) antequam deveniri poſſet, at deveniretur ad alienationem dicti Palatii ſubjecti fideicommiſſo particulari favore Deſcendentium, & pro decore Familiæ in perpetuum, cum in hac materia ita ſe habeat fideicommiſſum univerſale ad fideicommiſſum particulare, ſicuti ſe habent bona libera ad fideicommiſſum univerſale; adeo ut quemadmodum, iſtis extantibus, nihil poteſt detrahi de illo: ſic, ipſo fideicommiſſo univerſali extante, nihil poſſit detrahi de fi-
32 deicommiſſo particulari, *Cenſal. ad Peregr. de fideicom. art. 42. §. undecimo declaratur. verſ.* „ ſed obſerva hìc, quod ubi res aliqua particularis eſſet ita illuſtris, ut per eam familiæ decor, „ ſplendor, & honor conſervaretur, tunc non eſſet locus alienationi illius rei particularis *fol. 278. in impreſſ. Venet. & ibi dantur concordan.* cum quibus *Petra de fideicom. q. 8. n. 493. & 494. Odd. eod. tract. q. 42. art. 1. à nu. 8. & q. 46. art. 9. Boſſ. de dote cap. 15. n. 176. 177. tom. 2.* plenius *Card. de Luca eod. tit. de dote diſc. 145. numer. 9. lib. 6.* ubi inter alia motiva, inquit, quod etiam pro le-
33 gitima filiorum affecta ſunt bona patris, & nihilominus, ceſſante fraude, illa non eſt detrahenda de fideicommiſſo particulari, *ea Surd. deciſ. 316. à n. 10. pluribuſque Aliis cumulatis à Gobio conſult. 121. num. 33.* ubi allegat *Me in colluct. legal. 41. num. 39. 40. vol. 1.* addo & *in colluct. 47. n. 226. vol. 2.* ubi etiam dantur *Deciſ. Rotæ, inter quas, poſt Cenſal. ad Peregr. de fideic. deciſ. 29. n. 16. & deciſ. 43. n. 11. cor. Celſo deciſ. 108. num. 13. & deciſ. 124. num. 11. cor. Dunozet. jun. deciſ. 800. num. 2. & deciſ. 846. num. 24. tom. 2. cor. Ubald. deciſ. 270. la 1. n. 2. & in recent. deciſ. 185. n. 14. part. 5. deciſ. 301. ſub numer. 6. 10. par. 7. deciſ. 12. numer. 37. & deciſ. 363. numer. 31. part. 10.* igitur non debemus majus privilegium tribue-
34 re doti, quàm legitimæ: Nimis enim durum, ac irrationabile videtur, ut parens, qui, ſoluta filiis legitima, de jure abſolutus eſt dominus reſtantium bonorum cum arbitrio projiciendi etiam in mare, ne dum non poſſit ea univerſaliter eximere ab hoc onere dotis, ſed neque licentiam habeat præſervandi quædam bona particularia, quæ vel ob conſpicuam qualitatem, vel particularem affectionem perpetua conſervatione in agnatione digna reputaverit, proinde omnino firmandum videtur, ut ad inſtar legitimæ dos de fideicommiſſo particulari alienari prohibiti non detrahatur, niſi in ſubſidium bonorum fideicomiſſo univerſali ſubjectorum. Sunt verba *Card. de Luca* qui rejectis *Auctoritatibus contrariis*, utpotè incidenter, & ſine fundamento loquentibus, allegat in ſpecie *Rotam in Bonon. prædii 1. Junii 1665. §. ſecundò reſpondebatur, & 17. Martii 1666. §. nec poſſunt juvari. cor. Bourlemont.* quarum poſterior eſt *in recent. deciſ. 441. ex num. 2. part. 14. & benè cor. Dunozet. jun. deciſ. 846. tom. 2. ac poſt Cenſal. ad Peregr. de fideicom. deciſ. 48.* confirmatoria præcedentis *in rec. deciſ. 363. n. 35. ac per tot. par. 10.*

Pariter neque fuit expreſſum in ipſiſmet preci- 35
bus reſiduum dictæ dotis (non curatis aliis debitis, ſine ulla prærogativa) potuiſſe ſatisfieri cum fructibus cæterorum bonorum Fideicommittentium, abſque eo, quod deveniri opus eſſet ad alienationem iſtius Palatii particulari fideicommiſſo ſuppoſiti, ac ſpecialiter prohibiti alienari, ob Familiæ, ac Domus decorem perpetuum: dum tamen non ſolum cenſendi erant fructus ipſi ſufficientes ad dictam ſatisfactionem, ut ſic evitaretur fideicommiſſi interverſio, *Card. de Luca d. diſc. 145. num. 92. §. benè verum. verſ. quodque fructus. Rota poſt Merlin. de pign. deciſ. 137. num. 17. repetita in rec. dec. 438. numer. 41. verſ. præcipuè cum. par. 9. tom. 2.* & eſt *cor. Arguel. deciſ. 26. n. 38.* ſed, quando poterat cum illis ſatisfactio hujuſmodi dari, non erant diſtra- 36
henda bona fideicommiſſi, etiam generalis, & ſic multò minus alienandum erat præfatum Palatium ſubjectum fideicommiſſo particulari, *ex l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. Hodiern. contr. 31. num. 5. 6. Giurba obſ. 89. num. 14. Card. de Luca d. diſc. 145. num. 9. ſub §. ponderando etiam, & n. 92. ubi concord. ac tit. de fideic. diſc. 160. num. 14. lib. 10. cum multis Deciſionib. Rotæ*, & in iſtis terminis *Valdaura obſ. 106. n. 8. in fin. Molin. de primog. lib. 4. c. 6. n. 15. & alii paſſim.*

Inſuper expreſſa non fuit quantitas, ſeu va- 37
lor bonorum ſupplicantium omninò liberorum, ac nulli reſtitutioni ſubjectorum, ſed de illis fuit facta ſola mentio ſub involucro, & tamen certum erat in facto hujuſmodi bona fuiſſe tunc temporis ſufficientia ad ſatisfactionem dicti reſidui dotis, ac ſolutionem æris alieni, juxtà tenorem inſtrumenti alienationis hujuſce Palatii, §. *& pro potiori* ibi, *& omnia alia eorum bona, quæ nunc habent, & poſſident nulli reſtitutioni ſubjecta, ſaltem pro rata ſupplementi valoris ipſarum rerum:* Animadvertendo, quod reſtans pretium dicti Palatii poſt ſatisfactionem, & ſolutionem præfatam erat inveſtiendum in rebus emendis ad favorem vocatorum in fideicommiſſo particulari ipſius Palatii: undè, ſi bona libera erant iiſdem rebus addenda pro ſupplemento valoris talium rerum, ad hoc, ut pro integro pretio Palatii vocati eſſent cauti, & regreſſum haberent, ut dicitur *in eod. inſtrumento*, in precibus porrectis D. Duci, ac in prætenſa derogatione.

Neceſſariò eademmet bona erant ſufficientia 38
pro danda dicta ſatisfactione, & facienda alia ſolutione, ut ſenſui patet; ac ulteriùs clarè manifeſtatur *in eodem inſtrumento, §. hanc autem verſ. & cum non haberent*; ubi dicitur, quod venditores non habebant modum ſatisfaciendi dictis creditoribus, *niſi per alienationem bonorum ſuorum immobilium*; fatentes ſic, quod habebant bona immobilia (non comprehenſo hoc Palatio) ſufficientia ad dictam ſatisfactionem, vi- 39
gore illius dictionis *niſi*, quæ ſequens poſt negati-





vam; ut nunc, affirmativam deſignat, ac importat, *l. actione, C. de tranſact. Barboſ. dict. 217. numer. 5. cum Aliis in Mea colluct. legal. 38. num. 73. vol. 1. colluct. 38. n. 271. & colluct. 49. num. 34. & 204. vol. 2. Rota cor. Buratt. dec. 84. num. 3. cor. Bich. deciſ. 228. num. 6. cor. Arguel. dec. 17. n. 31. cor. Dunoz. jun. deciſ. 748. n. 45. tom. 2. cor. Alex. VIII. dec. 182. n. 4. & in rec. deciſ. 6. n. 3. par. 15. cum innumeris poſt Torre de ſucceſſ. in majorat. deciſ. 20. n. 15. 20. tom. 3.*

40 Propterea certiſſimum junctim quoque erat, quod non poterat deveniri, nec erat deveniendum ad alienationem iſtius Palatii, cum nec etiam diſtrahi potuiſſent bona fideicommiſſi univerſalis, ex contextu *Authent. quæ, C. commun. de leg.* ubi adeſt ſpecialis ſedes præſentis materiei, & ex traditis *ibid. per Scribentes*, & per *Omnes alios DD.* tum ſuperius recenſitos, tùm ab eis copiosè allegatos, adeo ut dixerit *Card. de Luca tit. de dote d. diſc. 145. ſub n. 64.* quod iſta eſt communis *Omnium* traditio, intellectus indubitatus, & receptiſſimus; ac quod eſſet fatuitas de hoc hodie dubitare; cum innumeris apud *Redenaſc. conſ. 29. ex n. 104. lib. 1. Cammarat. reſponſ. 44. num. 21. 22. lib. 1. Urceol. conſult. 6. n. 9. lib. 1.* ac proximus *Valdaura obſ. 106. n. 8. in fin. Giurban. obſ. 89. num. 2. & in Mea colluct. legal. 3. num. 4. ac ibi Append. vol. 1. Rota in iſtis terminis in recent. deciſ. 304. num. 17. part. 13. cor. Roxas deciſ. 375. numer. 2. & deciſ. 392. num. 10. cor. Alex. VIII. deciſ. 83. n. 11. & alibi paſſim, ut in Roman. fideic. 18. Martii 1695. §. quo enim ad dotem. cor. Eminentiſſ. Tauruſio*: Et de qua re extat pleniſſima *Deciſio Senatus Mantuæ in cauſa Recordata, & Bona per Me Relatorem extenſa, & adeò rationibus, juribus, auctoritatibus, & doctrinis munita*, ut evidentiſſimè inſubſiſtentia *Deciſionis antecedentis extenſæ per olim D. V. Præſidem Bertum, à qua jure merito per Senatum fuit receſſum*, demonſtraretur, ac, tanquam *Regina Deciſionum nuncuparetur, edita ſub die 16. Julii 1685. in Actis Cancellar. Senat.* Contra quam, & ſi inſurrexerit *D. meus Manſ. vir in legali facultate celeberrimus*, & profeſſus fuerit *in ſua conſult. 659. lib. 7.* pro veritate declinare *ab Ea*, & adhærere *priori Deciſioni extenſæ à D. Berto*: Pace tamen *Tanti Nominis* ſit dictum, vix *in ead. conſult.* ſunt tacta leviuſcula motiva, minùs obumbrata tenuiora fundamenta *ipſiuſmet Deciſionis*, taliter, ut adhuc in firmiſſimo ſuo robore conſiſtere non dubitetur: ac quiſque facilè percepiſſet, ſi *D. Manſius* pro ejus benigniſſimo more *in Omnibus ſuis Voluminibus* ſervato, imprimi curaſſet *Utramque Deciſionem*, ac deinde *Illius Scripta* perlegiſſet: *Aſt hæc locum magis opportunum habebunt.*

41 Et ex hoc remanebat, ac remanet eliſum, quod expreſſum principaliter fuerat per ſupplicantes D. Duci tenutam partis melioris hujuſce Palatii fuiſſe jam habitam à D. Paſqualetto pro dote eorum Sororis; quodque junctim continetur in inſtrumento alienationis ejuſdem Palatii *d. §. hancque alienationem*; quod, ſcilicet, non ſolùm inſtabatur pro adjudicatione illius partis, ſed quod & omninò veniebat ſibi adjudicanda: Dum, ſi ob exiſtentiam bonorum liberorum non poterat deveniri ad diſtractionem, & alienationem ejuſdem Palatii, *ut nunc vidimus*, & erat, eſtque indubitatum; nec etiam poterat (factis opportunis oppoſitionibus, iiſque per colluſionem cum parte adverſa non neglectis) deveniri ad elevatam adjudicationem in ſolutum, quæ dicitur venditio, ſeù alienatio, ejuſque vim, & vicem ſuſtinet; *Cyriac. contr. 311. num. 16. lib. 2. Cenc. de cenſib. q. 66. num. 24. Poſt. de* 42
*ſubbaſt. inſp. 44. num. 42. Leotard. de uſur. q. 12. ſub num. 3. Merlin. de pignor. lib. 5. q. 4. ſub numer. 1. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 194. num. 63. cum Cæteris in Mea colluct. legal. 6. n. 54. vol. 1. Rota cor. Buratt. deciſ. 650. num. 5. tom. 2. cor. Pap. Gregor. XV. dec. 425. n. 9. cor. Pontifice Alex. VIII. dec. 55. num. 18. & in rec. deciſ. 261. num. 19. part. 7. ac deciſ. 77. num. 3. part. 19.*

Tandem non fuit expreſſum, quod, diſtracto, 43
& alienato hoc Palatio, non exiſtebat in hac Civitate Ferrariæ, quæ tunc temporis erat caput *Statuum*, & Dominiorum D. Ducis, & nunc eſt Dominans totius Ferrariæ cum reſidentia Eminentiſſ. Legati Sedis Apoſtolicæ, habitatio aliqua coæqualis, & propria ad conſervandum ſplendorem, ac decorem Familiæ, & Domus vocatorum ad fideicommiſſum ipſius Palatii,
tàm enixè exoptatum à Fideicommittentibus, 44
ut nedum idem fideicommiſſum particulare ordinaverint, ſed & prohibitionem alienationis ſpecialiter indixerint: quo fit, ut ad ejuſdem Palatii alienationem deveniri eò minus, minuſque potuerit, reſiſtente non tantum quacunque legis diſpoſitione, ſed aperta Fideicommittentium mente, & voluntate, qui ſummo ſtudio voluerunt illud ad finem prædictum conſervari, ne ad extraneos perveniret; in nihilo operante favore dotis, ſeu alio quocunque, cum adhuc, eo non refragante, alienatio illius tanquam corporis magis pretioſi, & cujus conſervatio fuit potiſſimè deſiderata, nullatenus, concurrentibus jam ſuprà deductis, tentanda, minuſque permittenda erat, *ex Card. de Luca tit. de fideicom. diſc. 160. n. 4. & diſc. 161. n. 8.* qui utrobique dat concordantes *lib. 10.* & conveniunt *Add. ad Molin. de primogen. lib. 4. c. 3. num. 4. verſ. nos verò. Cenſal. ad Peregr. de fideic. d. art. 42. declar. 11. verſ. ſed obſerva. fol. mihi 278. col. 1. Rota cor. Dunozet. jun. deciſ. 846. n. 33. 36. verſ. tùm quia evidens eſt, & num. 37. ac ferè per tot. tom. 2.*

Ex iſtis omnibus non expreſſis Principi ſubſe- 45
quitur ſaltem iis inſimul junctis evidens, claraque ſubreptio prætenſæ derogationis, cum ſit undique certum, quod, ſi illa fuiſſent Suæ Celſ. expreſſa, aut hujuſmodi derogationem non conceſſiſſet, aut difficilius ad eam deveniſſet, quod eſt ſatis pro inducenda ſubreptione, *c. dudum, de elect. c. poſtulaſti, &c. ſuper litteris, ubi Fagnan. à numer. 10. de reſcript. Larrea alleg. 91. numer. 5. Andreol. contr. 366. ex num. 8. cum Aliis in Mea colluct. legal. 4. num. 123. & colluct. 26. numer. 36. vol. 1. Gobius conſult. 93. numer. 7. Card. de Luca tit. de dote diſc. 8. num. 2. lib. 6. Rota in recent. dec. 204. num. 43. p. 8. deciſ. 238. num. 12. & Annot. ad deciſ. 254. n. 46. par. 9. deciſ. 122. n. 3. par. 16. deciſ. 372. n. 6. par. 17. deciſ. 159. n. 3. & deciſ. 179. n. 12. par. 18. cor. Priolo deciſ. 391. n. 3. cor. Buratt. deciſ. 576. num. 7. tom. 2. cor. Bichio deciſ. 302. num. 5. tom. 1. cor. Dunozet. jun. deciſ. 731. num. 45. tom. 2. cor. Alex. VIII. deciſ. 115. n. 3. & paſſim alibi*, cum ſit Concluſio, in qua nemo eſt, qui dubitat, & *Omnes DD.* unanimiter conveniunt, ut ait *Salgad. labyr. creditor. par. 1. cap. 37. à 6. & à num. 15. ac cap. 38. à num. 49.* cujus memini *Ego ipſe in d. colluct. 4. ſub num. 123.*

46 Prout in proximis terminis reſpectu tacitæ, ſeù
non expreſſæ ſufficienter qualitatis fideicommiſ-
ſi particularis, *Rota cor. Bichio deciſ.* 559. *num.*
36. *in fin.* & *numer.* 27. *tom.* 2. & *in rec. deciſ.*
204. *num.* 12. *par.* 13. *ac deciſ.* 188. *num.* 1. ubi
,, præcisè de non facta narratione Principi, Do-
,, mum fuiſſe ſuppoſitam particulari fideicommiſ-
,, ſo cum prohibitione alienationis, ut perpetuò
,, remaneat in familia. *par.* 16.

47 Et reſpectu non expreſſionis claræ aliorum bo-
norum, tam fideicommiſſo univerſali obnoxiorum,
ſed ſub particulari prohibitione alienationis ex-
preſſim ordinatæ, quoad quædam bona particu-
laria reſervata pro honorifica conſervatione me-
moriæ defuncti non comprehenſorum, *Rota cor.*
*Peutinger. deciſ.* 152. *à n.* 3. & *per tot.* pluries con-
firmata, etiam *cor. eod. deciſ.* 367. *n.* 9. *verſ. de-*
*indè dicta licentia*, & *ſeqq.* ( quæ eſt repetita poſt
*Cenſal. Peregr. de fideic. deciſ.* 49. ) *deciſ.* 457. *ubi*
*pulchrè*, *ac deciſ.* 476. & *cor. Priolo deciſ.* 53. *ac*
*in rec. deciſ.* 75. *nu.* 1. *par.* 9. & *deciſ.* 363. *num.*
23. *par.* 10. rurſuſque *poſt eund. Cenſal.* 48. *ubi*
*plenè*, quas fore magiſtrales, & cum illis paſ-
ſim in Curia procedi, obſervat *Card. de Luca*
*tit. de fideic. diſ.* 165. *numer.* 3. 4. *ubi ſatis clarè.*
*lib.* 10.

48 Et reſpectu tacitæ qualitatis hujuſmodi bono-
rum, licèt tractaretur de perſolvenda dote, *Rota*
*cor. Dunozet. jun. dec.* 301. *n.* 2. *verſ. ſubreptio*, *ac*
*n.* 3. *tom. p.*

49 Neque evitari poteſt talis ſubreptio ex eo, quod
ex generalitate verborum ſupplicationis ſatis col-
ligi, ac innoteſcere potuerint omnia prædicta.
Quia hæc Concluſio admittenda non eſt in hujuſ-
modi gratiis tertio præjudicialibus, niſi talis ſit nar-
rativa, ex qua inferantur per neceſſe, quæ ſpecia-
liter non fuerunt expreſſa, ut hiſce loquitur ver-
bis, *Rota in recent. d. deciſ.* 363. *num.* 25. *part.*
10. & *d. dec.* 186. *n.* 3. *par.* 16. aliàs ex hujuſmo-
di verborum involucro, ac generalitate, Prin-
ceps de facili poſſet circumveniri, ut ſubditur
in *ipſa dec.* 363. *num.* 26. & bene *cor. Peutinger.*
50 *d. deciſ.* 152. *ex num.* 7. dicens, *num.* 8. quod in
,, concedente ſufficit quidem cogitatio generica
,, ad evitandam ſubreptionem in his, quæ ſunt
,, juris, ſecus in his, quæ ſunt facti, quemadmo-
,, dum eſt habere bona libera, & ſunt alia ſupe-
,, rius recenſita, alioquin nullus daretur caſus,
,, in quo de ſubreptione opponi poſſet in his, quæ
,, in facto conſiſtunt, quod prius dixerat *eadem*
,, *Rota cor. Mellin. dec.* 46. *n.* 22.

51 Ultra quod, cum ſimus in caſu, in quo ea,
quæ ut ſuprà fuerunt tacita, nec expreſſa, ſi Prin-
ceps illa ſciviſſet, retraxiſſe eum veriſimiliter à
concedenda derogatione prædicta, ceſſat præ-
fata Concluſio, dum non ſufficit ſcientia generica,
*Rota cor. Priolo deciſ.* 198. *n.* 16. 17. *poſt Torre de*
*pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 142. *n.* 11. 12.

52 Proindè reſultare nullitatem aſſertæ derogatio-
nis cauſatam ab hac ſubreptione, dubitari nequit,
prout admittunt *Omnes Auctoritates*, & *Deciſio-*
*nes ſuperiùs allegatæ*, quibus & innumeræ ad-
di poſſent, niſi vitium ſuperfluitatis interdice-
ret: in quod non incidit ſcire, quod in propriis
iſtis noſtris terminis ſæpiùs ſic cenſuit *Rota ubi ſu-*
*prà*, §. *proùt in proximis*, & *cor. Peutinger. d.*
*deciſ.* 152. *num.* 4. *verſ.* ex quo, dicitur, quod
ex unico hoc fundamento derogatio fideicommiſ-
ſi non ſuſtinetur, quod ità aliàs reſpondit *Rota ibi*
*adducta nunc poſt Farinac. de ult. volunt. deciſ.*
& *in recent. deciſ.* 261. *num.* 13. *part.* 7. additur
*cor. Dunozet. d. deciſ.* 301. *numero* 2. 3. *tom. p.*

Et etiam, quòd, cum agatur de materia gratio- 53
ſa, ſubreptio adeò eam ipſo jure ex defectu vo-
luntatis Principis inficit, ut non naturaliter, nec
moraliter poſſit eſſe valida, ex cumulatis *in Mea*
*colluct. legal.* 25. *nu.* 35. *vol. p. Oldra. de reſcript.*
*prælud.* 9. *n.* 32. *Rota de execut. Litter. Apoſtolic. c.*
5. *n.* 20. *in fin.*

Ac rursùs quoque magis nullitatem iſtam pro- 54
venire, & operari, dum non ſolùm ex tacitis, &
non expreſſis, Principi ea cauſatur, ſed etiam ab
ipſiſmet falsò expreſſis, ſaltem quando dictum fuit,
loquendo de hoc Palatio, *perche per la conſti-*
*tuzione della dote di detta loro Sorella deſcendente*
*delli predetti M. Gaſparo*, & *Aldrovandino ſi*
*puole alienare di ragione delli beni ſujetti fideicom-*
*miſſi*: dum reſpectu iſtius Palatii ſubjecto parti-
culari fideicommiſſo ob præexiſtentiam bonorum,
nedum fideicommiſſi univerſalis, verum & libero-
rum de juribus ſupplicantium, hoc erat omninò
falſum, *ut ſuperiùs vidimus*; intrante proindè ob-
reptione, ex cujus malignanti natura fuit itidem,
& validiùs cauſata prædicta nullitas, *ad c. dudum*,
*il* 2. *de elect.* &*c. ſi proponente*, *de reſcript. l.* 1. §. 55
*hæc verba*, *ff. ne vis fiat. Fagnan. in c. ſuper litteris*,
*ex n.* 5. *de reſcript. Ego ipſe colluct. legal.* 16. *n.* 83.
*ubi concord. vol. p. Rota in rec. deciſ.* 496. *à n.* 2.
*p.* 5. *tom.* 2. *deciſ.* 94. *n.* 60. *part.* 7. *coram Card.*
*Cerro deciſ.* 249. *n.* 21. & *deciſ.* 313. *n.* 7. 8. *tom.*
1. *coram Ubald. jun. deciſ.* 139. *tom.* 3. *coram Pa-*
*pa Innoc. X. deciſ.* 611. *n.* 7. 16. & *alibi*, ac in
propriis terminis rursùs *in recent. deciſ.* 304. *n.* 7.
8. *p.* 13.

---

## MOTIVUM SECUNDUM.

### De invaliditate aſſertæ derogationis ob defectum poteſtatis in Principe derogante.

TErtium in omnem caſum ſuccedit Motivum, 56
per quod dicitur derogationem ipſam ex de-
fectu quoque poteſtatis Principis corruere, &
comprobatur.

Nam licèt quoad ſolemnitates teſtamentorum,
eorumque formalitates præſcriptas à legibus ju-
ris communis, poſſit Princeps Supremus, quid-
quid ſibi libuerit, tum reſpectu alterationis, &
immutationis, tum reſpectu omnimodæ caſſati-
onis, & oblationis, veluti totaliter ſub ejus po-
teſtate cadentes, tanquàm emanatæ à jure poſi-
tivo, quod nedum alterari, ſed in totum tolli
ab ipſo Principe poteſt: Attamen, quoad jus quæ-
ſitum ex teſtamentis, & diſpoſitionibus teſtato-
rum in perfectam voluntatem tranſactis, veluti à
jure gentium deſcendens, ſeù in jure gentium ra-
dicatum, nequit Princeps illud auferre, quia non
poteſt tollere effectus ab humana lege ante ejus
revocationem perfectè deductos; ac conſequen-
ter non poteſt derogare fideicommiſſis, cum de-
rogatio iſta tendat, & ſe habeat ad deſtructionem
teſtamentorum, ac juris quæſiti, illis mediantibus;
ſicque ſucceſſive derogatio, de qua agitur, nullius
debet eſſe momenti, ex defectu quoque poteſtatis
in Principe derogante; prout tam quoad natos,
quibus ſit idem jus delatum, quàm quoad naſci-
turos, quibus competit idem jus in ſpe fundata
in providentia teſtatorum legibus undique appro-
bata, *Fulgoſ. conſ.* 61. *num.* 5. 6. latiſſimè *cum*
*Multis Manſ. conſult.* 49. *ſub n.* 13. & *ſeqq. lib.* 1.
*Andre-*



*Andreol. contr.* 413. *num.* 23. 24. ubi alios addit.
*tom.* 6. *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 31.
*ubi Add. verſ. cauſa verò*, & *ſeq. Olea de ceſſ. jur.*
*tit.* 3. *quæſt.* 4. *nu.* 36. 37. *Serbar. de purit. ſangu.*
*par. p. qu.* 7. *à nu.* 119. *Mieres. de major. part.* 2.
*in init. à nu.* 460. & *ſeqq. tom. p.* copioſius *Giur-*
*ba de ſucceſſ. feud.* §. 2. *gloſſ.* 8. *num.* 26. *declar.*
3. *verſ. teſtantium verò. Roxas de incompatibilit.*
*p.* 7. *c.* 1. *numero* 54. & poſt diſcuſſam ſatis ma-
teriam traditur inter cæteros à *Forſter. de ſucceſſ.*
*ab inteſt. rubr.* 1. *Dauth. de teſtam. rubr. de mut.*
*teſtam. num.* 191. *Bub. de union. prol. c.* 3. *à num.*
44. *de quibus*, & *aliis Torre de pact. futur. ſuc-*
*ceſſ. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 38. &*c.* 12. *numer.* 72. *ac*
*lib.* 3. *c.* 1. *numero* 10. & diſtinguendo, ut nunc,
contrarias *DD.* ſententias, *de ſucceſſ. in primo-*
*gen.* & *majorat. Ital. c.* 32. §. 3. *numero* 34. &
*ſeqq. ac* §. 8. *à num.* 85. *ad* 93. *tom. p. Antunnez*
*de donat. regiis*, *lib.* 2. *c.* 11. *ex numero* 64. 76.
*tom. p.*

57 Magis, quia ſumus in caſu, in quo tractaba-
tur, & tractatur de fideicommiſſo particulari præ-
ordinato, ut ſuprà in hoc Palatio ad Familiæ de-
corem in perpetuum ſub prohibitione alienationis;
ut, ultrà *plures ex proximè adductis DD.* adeſt
punctualis doctrina *Molin. de juſt.* & *jur. diſp.*
,, 649. *numero* 4. *verſ.* Neque item debere con-
,, cedi ejuſmodi facultates ad alienandum do-
,, mos antiquas inſtitutoris majoratus, deputatas
,, habitationi eorum, qui ad eum majoratum vo-
,, cantur, de quibus eſt veriſimile inſtitutorem ma-
,, joratus, ſi adeſſet, repugnaturum, præſertim,
,, cum inde aboleri poſſet ex parte memoria inſti-
,, tutoris *to.* 3. & ante eum dixerat *alter Molin. de*
,, *major. lib.* 4. *c.* 4. *nu.* 12. *in fin.* ubi alienatio
,, conſimilium domorum plurimum familiæ con-
,, ſervationi adverſatur, atque ſucceſſoribus infe-
,, ſta eſſe ſolet: & obſervabant *Addentes ad eum*
,, *eod. lib.* 4. *c.* 3. *nu.* 4. *verſ.* nos verò; maximè
,, fore denegandam hujuſmodi alienationem, ſi
,, domus (ut in noſtro caſu) palatium, vel anti-
,, qua habitatio alicujus veteris, ac nobilis familiæ
,, ſit, quæ ſi alienaretur, maximum damnum circa
,, ſplendorem ejus, vel decorem eſſet paſſura, quia
,, hujuſmodi antiquæ habitationes multum confe-
,, runt ad honorem, & ſplendorem familiarum,
,, & elegantius cum *Tiraquel. de nobilit. c.* 37. *n.*
,, 23. *Ottalor. eod. tract. c.* 4. *ex num.* 8. *p.* 2. &
,, *Garg. pariter de nobilit. gloſ.* 18. *num.* 28. &
*ſeq.* loquitur *Rota in recent. dec.* 372. *n.* 4. 5. ubi
pulchrè *p.* 1. quæ edita fuit coram *R. P. Franciſ-*
*co Sacrato* de hac Nobiliſſima Familia Ferrar. qui
58 electus fuit Archiepiſcopus Damaſcenus *die* 5.
*Novembr.* 1612. à Paulo V. & creatus Cardina-
lis Eminentiſſ. *die* 19. *Aprilis* 1621. à Gregor.
XV. & eſt repetita penes *Marcheſan. de commiſſ.*
*p. p. fol.* 1099. ac poſt *Mangil. de ſubhaſt. dec.* 77.
*numero* 8. 9. 10. 11. ubi etiam dantur *concord.*
quod eſſe adeo verum, & firmum, ut, ſi qui
ſint *ſcribentes* contrariam opinionem ſequentes,
eos loquutos fuiſſe, & loqui *contra rationem mo-*
59 *ralem*, *naturalem*, *ac civilem*, dixerit, poſt al-
lata plura fundamenta, & *plurimas recenſitas*
*Auctoritates Molin. de primogen. lib. p. d. c.*
8. *numero* 31. *verſ. quæ omnia ſumme notanda*
*erunt.*

60 Nec adverſatur, quod concurrente legitima,
juſta, & publica cauſa (qualis eſt cauſa dotis)
neceſſitatem, ac utilitatem præ ſe ferente, & ut in
præſenti eam interveniſſe manifeſtet tàm tenor
ſupplicationis, & derogationis, quàm contextus
inſtrumenti alienationis iſtius Palatii, non pro-
cedant, nec habeant locum modò tradita, ſe-
cundum univerſaliter edocta per *DD. etiam ex*
*hactenus allegatis*, ac additur *Urceol. deciſ. Flo-*
*rent.* 3. *nu.* 9. ubi cum multis ſuſtinet ſufficere
etiam privatam utilitatem; & maximè *cum Cy-*
*riac. controv.* 364. *à numero* 30. *ad* 40. *Alto-*
*grad. jur. contr.* 1. *num.* 64. & *contr.* 46. *ſub nu.*
44. *lib.* 1.

Quandoquidem *ipſimet DD.* univerſaliter quo- 61
que volunt, & firmant eatenus ex tali cauſa poſ-
ſe concedi derogationem fideicommiſſi, etſi parti-
cularis, cum facultate illud alienandi, quatenus
ipſa cauſa neceſſaria, ſeu neceſſitatem importans
præcedat *ad l. filius familias* §. *Divi ff. de leg. p.*
*l. cum fidei ff. de fideic. libert. Bologn. conſ.* 43. *col.*
3. *Socin. ſen. conſ.* 10. *n.* 12. *lib.* 3. *Celſ. conſ.* 55.
*n.* 9. & *conſ.* 117. *n.* 6. *de quibus Molin. de primo-* 62
*gen. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 1. neque eidem cauſæ, neceſſita-
tem quoque præcisè publicam importanti aliter
provideri poſſit, adeo ut ea (non faciendo talem
derogationem, & alienationem) non ſequatur, nec
ſuum ſortiatur effectum: Secus, quando, ut in 63
hoc caſu, propter exiſtentiam aliorum bonorum,
tàm fideicommiſſo univerſali ſubjectorum, quàm
etiam liberorum, *prout in ſuperioribus dictum fuit*)
aliter hujuſmodi cauſæ provideri poſſit, & ea
ſequi, ac ſuum effectum obtinere valeat, prout
edocent *Cravet. conſ.* 276. *numer.* 7. *Ruin. conſ.*
108. *numero* 29. *lib.* 2. *Bellon. jun. conſ.* 66. *n.* 5.
*Altimar. ad Rovit. conſ.* 15. *nu.* 9. *lib.* 1. *Afflict.*
*contr.* 22. *nu.* 7. *Caſtil. de tertii decim.* ſivè *quotid.*
*contr. c.* 41. *n.* 193. *verſ. ſed pro majori tom.* 7. *Ad-*
*den. ad Molin. de primogen. lib.* 1. *d. c.* 8. *num.* 28.
*verſ. ſecundò non ſufficit. Larrea alleg.* 3. *n.* 13. *lib.*
*p.* plenè *Antunnez de donat. regiis lib.* 2. *d. c.* 11.
*à nu.* 72. *ad* 75. *in fin. tom.* 1. *Capyc. dec.* 51. *n.*
13. 14. Ac in noſtris terminis conferunt, ne-
dum *Molin. de primogen. lib.* 4. *c.* 3. *ſub nu.* 3. & 64
*c.* 6. *à num.* 2. *Antunnez d. c.* 11. *à numero* 99.
Sed conveniunt *Omnes DD. adducti ſuprà in* §.
*nec fuit quoque*: nec non *deciſiones allatæ in* §.
*prout in proximis*, & *ſeqq. numero* 31. 46. *cum*
*ſeqq.*

Quod, ſi objiciatur, eſto neceſſitatem ceſſaſſe, 65
adfuiſſe tamen utilitatem: reſpondetur, *DD. pro-*
*ximè allegatos* eodem modo loqui de neceſſitate,
ac de utilitate; ita ut ſi neceſſitas, quatenus ad-
fuiſſet, nihil operaretur; minus operari poſſit uti-
litas: In hac enim materia, licet pro ſupplican-
tibus, & alienantibus viſum fortaſsè fuerit, alie-
nationem hujus Palatii redolere eorum utilitatem,
non erant tamen perſonæ, ac voluntates illorum
ſpectandæ, ſed perſonæ, & mentes fideicom-
mittentium, qui cùm tali Palatio voluerunt con-
ſulere favori deſcendentium, ac ſplendori, &
decori familiæ in perpetuum, & optimè ſciviſ-
ſent aliter diſponere, ſi mediante illius valore
forſitan in aliis bonis ſtabilibus magis fructiferis
implicando, voluiſſent utilitatem ſucceſſorum in
conſideratione haberi; quod, cum non diſpo-
ſuerint, ſed poſtpoſita hac aſſerta utilitate, ma-
gis reſpexerint proprium, ac ipſorum ſucceſſo-
rum, & familiæ ſplendorem, & decorem, pe-
nes ipſos, & prudentiores quoſcunque in majo-
ri, quin imò maxima exiſtimatione habitum, de
eadem prætenſa utilitate non fuit, nec eſt cu-
randum; dùm hodie eadem per D. Marchionem
Julium ſucceſſorem, non talis cenſeatur, ſed po-
tius ,, verum damnum dijudicetur; ſic verificata
,, conſideratione *Molin. de primogen. lib.* 4. *c.* 4. *n.*
,, 10. *verſ.* Item conſtat non eſſe, quoad hoc conſi-
,, derandam voluntatem majoratus poſſeſſoris, ſed
,, inſtitu-

,, inſtitutoris, à quo bona dependent: cum ipſe
,, poſſeſſor dominus ſolum temporalis ſit, bona-
,, que, eo mortuo, in alium devolvi debeant,
,, qui forſan illud, quod iſſe utile exiſtimat,
,, damnoſum, atque inutile eſſe exiſtimavit.

66 Quin imò ex hoc, quod fuit actum, non de
neceſſitate, & utilitate verè publica, ſed de ne-
ceſſitate, ac utilitate privata ſupplicantium, ut
dicitur in afferta derogatione, ibi, *declarans ven-
ditionem dictæ Domus, & ædificiorum neceſſariam
fore, & admodum utilem dictis Pupillis*: & dein-
de recenſetur ab ipſis venditoribus *in inſtrumen-
to alienationis §. hanc autem*, ibi, *& cùm non ha-
berent modum ſatisfaciendi dictis de Paſqualettis,
& dicto D. Carolo, niſi per alienationem bonorum
ſuorum immobilium, nec haberent bona immobilia,
quorum alienatio minus ſibi afferret præjudicii, quàm
alienatio ſupra dictarum rerum* (nempè Palatii,
Stabuli &c.) ac rurſus canonizatur in Decreto
Judicis interpoſito ſuper hac alienatione, ibi, *de-
clarans cauſas, ob quas impulſi fuerunt facere præ-
ſentem alienationem juſtas fore, & omninò neceſſa-
rias, ac utiliſſimas ipſis Pupillis.*

67 Datur intelligi, non potuiſſe per Principem
deveniri ad dictam derogationem, nec concedi
facultatem alienandi ipſum Palatium, cum ever-
ſione fideicommiſſi ſuper eo, ut ſuprà particula-
riter præordinati: Quia ceſſat objectatum fun-
damentum publicæ neceſſitatis, & utilitatis, in
quo dicebatur conſiſtere poteſtas Principis, pro
concedenda dicta derogatione; quæ poteſtas ſub-
indè deficit, ubi, & in caſu, in quo adſit, &
concurrat ſola neceſſitas, ac utilitas privata, quæ
non ſufficit ad talem derogationem concedendam,
ut concedunt *Omnes*, qui objectum efformarunt,
& admittunt cum plurimis *Larrea alleg.* 115. *n.*
36. *tom.* 2. *Altimar. ad Rovit. d. conſ.* 15. *numer.*
10. *lib.* 1. *Mendoz. de pact. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 53.
*Marquez. in Gubern. Chriſt. lib.* 2. *c.* 29. *Petra de
poteſt. Princip. c.* 24. *num.* 16. *Maſtril. de Ma-
giſtrat. lib.* 3. *c.* 4. *numero* 346. *Antunnez. d. c.* 11.
*num.* 33.

68 Non attento, quòd Princeps, ſive Dux in di-
cta derogatione proceſſerit *de plenitudine ſuæ po-
teſtatis, ac auctoritate ſua ſupremæ, & principa-
liori, qua publicè fungitur*, cùm adhuc hujuſmo-
di derogatio facta, ob privatam neceſſitatem, &
utilitatem non ſuſtineatur, ut inquiunt *DD. nunc
adducti*, inter quos *Larrea multos dat concordan-
tes*; & ait in hoc caſu verificari, fuiſſe proceſ-
ſum, non de plenitudine poteſtatis, ſed potius
de plenitudine tempeſtatis. *Oſuald. ad Donel. lib.*
5. *comment. c.* 3. *in not. litt. A.* Et ulteriùs quid-
69 quid fuiſſet, ſi durante dominatu iſtius Ducatus
Ferrariæ in dicto Duce, ejuſque legitimis deſ-
cendentibus, agere de hac plenitudine poteſtatis
oportuiſſet, ſanè, poſt devolutionem ejuſdem Du-
catus ad S. Sedem Apoſtolicam, de uſu hujuſ-
modi poteſtatis ſibi per Vaſſallum ipſius S. Sedis
exercito, nullatenus eſt curandum, ejuſque effe-
ctus (nec in hoc caſu operabiles) ſunt omninò
irrelevantes, ac inoperabiles, ut in ſpecie *Card.*
,, *de Luca tit. de regalib. diſ.* 148. *num.* 16. ibi,
,, unoque caſu quandoque hujuſmodi defectum
,, in foro deducere conſuevi, atque à ſapienti-
,, bus viris deductum vidi, quando ſcilicet, de-
,, voluto feudo, atque ceſſato Principatu de ge-
,, ſtis illius Principis diſputari occaſio dederit co-
,, ram Domino directo, ut ſequutum fuit in pro-
,, viſionibus, & Decretis Ducum Ferrariæ, &
,, Urbini cor. Papa, & in ejus Curia, poſt jam
,, ſequutam devolutionem, ac ceſſatum Princi-
,, patum *lib.* 2.

Minus efficere poteſt, quod ad favorem ſuc- 70
ceſſorum, & vocatorum ad hoc Palatium vigore
dicti fideicommiſſi particularis, intervenerit cam-
bium, ſeu recompenſa, mediante inveſtimento
reſidui pretii ipſius Palatii, quod ſuperfuit, poſt
ſolutam dotem, & ſatisfactum æs alienum, in aliis
bonis ſtabilibus fructiferis; ac mediantibus aliis
bonis liberis Pupillorum ſupplicantium, & alie-
nantium, pro ea rata, quæ erogata fuit in ſolu-
tione dictæ dotis, & æris alieni; ita ut pro toto
integro pretio, ac valore ejuſdem Palatii dicatur
interveniſſe præfatum cambium, & recompenſam:
quo caſu nequit controverti derogatio dicti fidei-
commiſſi; & ſucceſſivè validitas alienationis ſub-
ſequutæ per ſubſtitutos, & vocatos ad illud, ut
*pleniùs ſe habent DD. maximè ex ſuperiùs, & ha-
ctenus recenſitis.*

Reſpondetur etenim, objectum iſtud ex pro- 71
prio contextu retorqueri; ſi enim pro ſatisfacien-
da dote, & ſolvendo ære alieno aderant bona li-
bera Pupillorum, non potuit deveniri ad aliena-
tionem Palatii vinculati particulari fideicommiſſo,
& ſpeciali prohibitione alienationis, ut *fusè in
præcedenti motivo*, nec concedi derogationem
ipſius fideicommiſſi, cum tali caſu dicatur con-
ceſſa, non ex cauſa ſufficienti publicæ neceſſi-
tatis, ſeu utilitatis; ſed ſolummodo ex cauſa pri-
vatæ utilitatis, ob quam nullo modo Principem
poſſe adimere ſuum, & dominium alicui, etiam-
ſi pro privato jure intervenerit cambium, tradi-
tur cum *cæteris à Larrea d. alleg.* 115. *n.* 36. *& n.*
40. ubi pro defectu poteſtatis Principis in dero- 72
gandis teſtamentariis diſpoſitionibus, ceſſante pu-
blica cauſa, licèt etiam in conſequentiam venien-
te à cauſa utilitatis privatæ, ſi quoque tractaretur
de augendo ſplendore familiæ, notabiliter loqui-
tur, *lib.* 2.

Additur, quòd, cum ex adverſo non ſit do- 73
ctum, fuiſſe factum inveſtimentum pro cambio,
& recompenſa in hoc Ducatu Ferrariæ, neque
in eo exiſtere bona dictorum pupillorum pro rata
reſiduali ejuſdem cambii, eo minus objectum pro-
cedere poteſt; cùm non potuerit concedi facul-
tas alienandi hoc Palatium ſitum in iſta Civitate
Ferrariæ, ubi ſubrogentur bona exiſtentia in alio
Statu, cùm inde remanſiſſet extincta in hoc me-
moria fideicommittentium, & ceſſatus decor, ac
ſplendor Familiæ, pro cujus perpetua conſerva-
tione tàm enixè fuit diſpoſitum. *arg. l. ſi fidejuſſ.
§. ſi neceſſaria, ubi Alex. num.* 3. *& Jaſ. nu.* 8. *ff.*
,, *qui ſatiſd. cog.* & notatur à *Molin.* in fortiori-
,, bus terminis *de juſt. & jur. diſp.* 649. *nu.* 4. ibi,
,, Qua eadem ratione concedi non debet facul-
,, tas, ut alienetur res majoratus exiſtens in Pro- 74
,, vincia, in qua erat ſolum, domiciliumve in-
,, ſtitutoris, ut ſubrogetur res in alia Provincia
,, exiſtens, quando dubium eſſe poteſt, an id
,, gratum eſſet futurum inſtitutori majoratus, ſit-
,, que etiam futurum cæteris ſucceſſoribus in eo:
,, ac tradit *alter Molin. de primogen. lib.* 4. *d. c.*
,, 4. *num.* 13. ibi, ſed illud obſervandum eſt,
,, ne ad res alias ſubrogandas extrà illam Pro-
,, vinciam, in qua res majoratus ſitæ erant, fa-
,, cultas concedatur; ex eo namque ſolet majo-
,, ratus inſtitutoris memoria deperire, ſed ita,
,, ut in eodem loco, vel ſaltem in eadem Pro-
,, vincia ſubrogentur: *& rurſus*, ibi, cùm enim
,, ea (nempe res majoratus) ad conſervandam me-
,, moriam familiæ inſtitutoris dirigatur, conſe-
,, quens eſt, ut in alia Provincia facienda non
ſit: *ibique* rationem mox & ſubjiciendam adducit;



cit; de qua etiam *Card. de Luca tit. de dote diſc.*
145. *nu.* 9. §. *minuſque adverſus, verſ. quoniam
particulare, & §. ſeq.*

75 Et licèt ſint producta ex adverſo tria inſtru-
menta celebrata de *anno* 1554. *ſub dieb.* 23. *Ja-
nuar.* 10. *Februar. &* 16. *April. ex rog. Notar.
Jo. Mariæ Calciolariis Ferrarien.* in quibus con-
ſtare dicitur de præfato inveſtimento pro ſc. 3709.
& pro *lib.* 472. ſalvo veriori calculo, facto in
bonis ibidem contentis, ac præciſim ſubrogatis
ad favorem ſucceſſorum, & vocatorum ad di-
ctum Palatium vigore prædicti fideicommiſſi par-
ticularis; & juxtà demandata in derogatione ha-
ctenus examinata; ac ſecundùm peculiariter con-
venta in inſtrumento venditionis ejuſdem Pala-
tii.

76 Nihilo minus ſemper viget motivum proximè
allatum, pro non curando hujuſmodi inveſtimen-
to, utpotè facto *in territorio Herberiæ Ducatus
Mutinenſis*, & ſic *extrà Civitatem, Statumque Fer-
rariæ*: & fortiùs, cùm fuerit factum auctoritate
propria privata; ſi enim validè non poterat fie-
ri auctoritate publica hoc eſt, demandari per
Principem, ut fieret extrà hanc Civitatem, & Sta-
tum, *ut vidimus*; minus indubitanter potuit fieri
legitimè ab alienantibus auctoritate propria pri-
vata, *ut de ſe patet.*

77 Ac ſemper obſtat, quòd ex tali inveſtimento
non æquè memoriæ fideicommittentium, ac ſplen-
dori, & decori Familiæ per eos ſummè in per-
petuum contemplato, conſultum videtur, nec
eſt, ut præmonebat *Molin. de primogen. lib.* 4. *d.
c.* 4. *n.* 13. *in fin. verſ. cum ex hoc, ac Card. de
Luca ubi ſuprà*; qui benè ponderat, quòd par-
ticulare fideicommiſſum, & particularis alienan-
di prohibitio, peculiarem rationem affectionis,
vel conſpicuitatis habere cenſetur, cui per rein-
tegrationem in æquivalenti non ſuppletur; & op-
,, timè accedit *Rota in rec. dec.* 41. *nu.* 39. ibi,
,, præter quam aliæ etiam vigent in hoc caſu
,, præjudicii rationes, nempè ſpecialis affectio-
,, nis, & conſervationis memoriæ teſtatorum ab
,, eis enixè conſideratæ, ob quas intereſt, ne
,, diſtrahantur, ac tranſeant ad extraneos *p.* 10.
,, *& cor. Dunozet. jun. dec.* 846. *num.* 36. *verſ.*
,, tum, quia evidens eſt peculiaris affectionis,
,, ac differentiæ ratio ſuper hac Domo, quam
,, tanto ſtudio ille voluit conſervari, atque alie-
,, nari prohibitionem pro ejus memoriæ conſer-
,, vatione, & familiæ decore: ideoque plurimum
,, intereſt, ne diſtrahatur, aut ad extraneos perve-
niat. *tom.* 2.

78 Eo etiam non prætermiſſo, quòd, cùm in di-
cta derogatione non fuerit aliqua data dilatio ad
faciendum iſtud inveſtimentum, illud utique ce-
leriter erat faciendum, & ita de tempore aliena-
tionis: Unde, cùm fuerit factum poſt annos ſex,
& ultrà, conceſſa interim dilatione emptori ad
ſolvendum reſiduum pretii, nec etiam in ipſa de-
rogatione permiſſa; ex hoc quoque eadem alie-
natio fuit nulla, & invalida, ut in propriis ter-
minis inveſtimenti pro reintegratione fideicom-
miſſi, ponderando inobſervantiam formæ indivi-
duæ, firmatur *à Rota cor. Peutinger. deciſ.* 457.
*à n.* 11. *ad* 15. *& in recent. deciſ.* 363. *ſub n.* 16. 17.
*part.* 10. *& deciſ.* 304. *n.* 14. *part.* 13. *ac meminit
Urceol. dec. Florent.* 3. *n.* 6.

79 Ita ut, ſtante dicto defectu inveſtimenti in hoc
Statu, ac eo etiam deinde poſt plures annos con-
tra formam facto, quod proinde haberi debet pro
non facto; nequeunt DD. Adverſarii habentes
cauſam à ſucceſſoribus emptoris Palatii ſe ſe auxi-
lio præfatæ derogationis juvari, ſicuti idem emp-
tor non juvaretur, cum ſit perindè, ac ſi idem
Palatium non fuiſſet alienatum, ac conſequenter
ipſi veniant obaudiendi, ac D. Marchio fidei-
commiſſarius immittendus in poſſeſſionem illius,
ex firmatis in hac materia *à Rota in recent. dec.*
186. *n.* 4. 5. *ubi concord. part.* 16.

Debuerat ſiquidem ipſemet emptor diligenter 80
curare, & eſſe ſollicitus, ut idem inveſtimen-
tum rectè fieret, ac ſequeretur, dum tractaba-
tur de alienatione Palatii ſubjecti fideicommiſſo
particulari, ac prohibiti, tàm de jure, quàm ex
proviſione fideicommittentium alienari, licet ſub
quadam derogatione, & conceſſione permiſſi, ut
alienari valeret: cum non potuerit ipſe emptor
eſſe ſecurus, ſicuti nec hodie habentes cauſam
ab eo poſſunt eſſe ſecuri, niſi omnibus præ-
ſcriptis à valida poteſtate, & requiſitis à jure
pro indemnitate vocatorum formaliter, ac ad a-
muſſim adimpletis, ne aliàs aperiatur via ſubver-
tendi fideicommiſſum, & fraudandi vocatos, ut
rejecta, ſeu declarata *Surdi deciſ.* 156. ac ſequu- 81
ta contraria *deciſ.* 31. *Manenti, poſt Rotam in re-
cent. deciſ.* 278. *num.* 15. 16. *part.* 9. *deciſ.* 11. *ex
nu.* 15. *deciſ.* 326. *nu.* 3. 9. *& deciſ.* 363. *ferè per
tot. part.* 10. concluditur *in d. deciſ.* 186. *à n.* 6.
*ad* 11. *part.* 16. quæ *ab annot ibid. in calce* dicitur
confirmata *in Roman. fideicomm.* 26. *Junii* 1671.
*cor. Emerix.*

Potiſſimum, quia partes profeſſæ fuerant de- 82
veniſſe ad alienationem iſtius Palatii ex cauſa
neceſſaria; quo caſu certius dici debet, quod
emptor illius debebat eſſe ſollicitus de inveſtimen-
to, & ut fieret utiliter, prout dictabat juris diſ-
poſitio, ac ratio præponderans ad favorem in-
demnitatis ſucceſſorum, & vocatorum ad idem
Palatium; juxta ſententiam *Rotæ poſt Cenc. de cen-
ſib. deciſ.* 8. *nu.* 10. 11. *& deciſ.* 287. *nu.* 4. *ac in
recent. d. deciſ.* 186. *nu.* 7. *part.* 16. *cor. Buratt.
deciſ.* 714. *n.* 1. 2. *& Ferentil. ad ejus deciſ.* 814.
*nu.* 6. *tom.* 3. *cor. Alex. VIII. deciſ.* 124. *num.* 6.
7. *& pluries, ut in mea colluct. legal.* 38. *num.* 83.
*vol.* 1.

Non curato, quod *Herberia*, ejuſque territo- 83
rium, in quo factum fuit inveſtimentum prædi-
ctum erat ſub dominio D. Ducis derogantis, tan-
quam etiam Ducis Mutinæ, ubi ſita eſt *eadem
Herberia*, ac ideo videantur ceſſare *ſuperius al-
lata.*

Nam ex eo quidem, quod *Herberia*, & ejus 84
territorium erat, nuncque eſt in Ducatu Mutinen-
ſi, utique tunc, & modo ſummè diverſo, ac con-
tra diſtincto ab hoc Ducatu Ferrariæ, ſtant in ſuo
robore tradita, ac firmata pro inſubſiſtentia ejuſ-
dem inveſtimenti ex motivis jam adductis proce-
dentibus, quando omiſſa Provincia Inſtitutorum,
& fideicommittentium, quorum memoriam, ac
familiæ decorem voluerunt ibi conſervari, in
alia Provincia diverſa, cum deperditione ipſius
memoriæ, ac decoris in propria fuit malè fa-
ctum inveſtimentum ad favorem vocatorum: ne-
glecta conſideratione, quod utraque Provincia, 85
ſeu uterque Ducatus erat ſub eodem Principe,
cum in hac materia, juxta dictamen rationis, &
ſenſum *Doctorum*, non ſpectetur dominium Prin-
cipis, quod etiam in valde longinquis partibus
poteſt eſſe pro magnitudine ejuſdem dominii; ſed
diverſitas Provinciarum, quæ in eo principaliter
contra diſtinguuntur, quod merum imperium in
unaquaque earum exerceatur (ut *in Ducatu Ferra-
riæ, & in Ducatu Mutinenſi* exercebatur, nuncque
exercetur) *ad l. cum in longi, C. de long. temp.*

*præſcript. apud Pratejum in lexicon. verb. Provinciales, verſ. hodie, & Calvin. verb. Provinciæ hodie. Solorzan. in Politic. lib. 4. c. 5. in princ.* confert *Roxas de incompatibil. lib. 7. c. 7. n. 16.*

86 Et videmus, quod, ſi quis ſit obligatus ad faciendam aliquam excuſſionem, non tenetur illam facere in Provincia diverſa ab ea, in qua ipſe degit, licet utraque Provincia ſit ſub eodem Principe, ut præter generalia, de quibus *DD. in Auth. præſente, C. de fidejuſſ. Guttier. de juram. confirm. c. 23. num. 3. 4. Caroc. de excuſſ. par. 2. qu. 34. Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 2. rubr. 14. num. 28.*
87 *tom. 1. Rota in recent. deciſ. 14. num. 4. part. 2.* in propriis terminis de exiſtente Ferrariæ, ne teneretur ad excuſſionem bonorum poſitorum in territorio Terræ Carpi, licet tunc tàm Ferraria,
88 quàm Carpum eſſet ſub eodem Principe, & Duce latè conſuluit *Marcabrun. ab Anguill. conſ. 82. à n. 103. & ferè per tot.* juxta quod (rejecto *Rimin. jun. conſ. 402. lib. 4.*) fuiſſe judicatum teſtatur *Amat. deciſ. Ferrar. 34.*

89 Et additur, quòd, cum Ducatus Ferrariæ eſſet ſubjectus devolutioni ad S. Sedem Apoſtolicam dominam directam, qui caſus devolutionis fuit indè ſequutus, tanto minus redditur conſiderabilis exiſtentia utriuſque Ducatus, ſeu Provinciæ ſub eodem Principe, cum eveniente tali caſu, ut evenit, hujuſmodi exiſtentia nullius momenti in hac materia maxime haberi deberet; dum, *ultra jam dicta*, non tenebatur, prout nec tenetur D. Marchio fideicommiſſarius perquirere, minuſque acceptare inveſtimentum in alieno domi-
90 nio ſub diverſo Principe factum: & certum eſt, quod id, quod evenire, & contingere poteſt, ſpectandum venit ad retrahendum, quid debuerit fieri, ac fuerit in intentione rectè agendi in omni materia, quæ poſſit dependere à dubio, ita ut ſufficiat caſum potuiſſe evenire, *l. ſi voluntate. C. de reſcind. vend. Giovagnon. conſ. 76. n. 32. lib. 1. Æmilian. conſ. 129. n. 2. Cyriac. contr. 1. n. 35. Seſſe dec. 362. ſub n. 46. Rota in rec. dec. 377 num. 17. p. 15. dec. 100. n. 6. & dec. 276. n. 25 p. 18.*

91 Ac ſubinde retentis præfatis terminis excuſſionis, quod nempè eo minus fieri debeat ab eo, qui ad illam faciendam tenetur, dum poſt devolutionem hujus Ducatus Sereniſſ. Dux Mutinæ dominus *Herberiæ*, verus eſt Princeps diverſus, adeo ut exiſtens Ferrariæ non teneatur ad eandem excuſſionem de bonis ſitis in Ducatu Mutinenſi, in quo eſt *Herberia*, & prout de territorio Carpi ibidem exiſtentis deciſum ex hoc motivo amplè reliquit *Amat. d. dec. Ferrar. 34. per tot.*

92 Rurſuſque additur, quod nimis durum, & intolerabile eſſet, ſi cogi valeret D. Marchio ad ſe dirigendum ad aſſerta bona (quæ adhuc nec certa habentur) eaque vice Palatii prædicti ſuſcipere; dum & hoc idem tractu temporis ſaltem longiſſimi deberet dici de aliis ſucceſſoribus, & vocatis ad idem Palatium: & tamen ſecundum rerum humanarum viciſſitudines, ac ſortis adverſantis, verius inconſtantis ludibria, dum *Cuncta mortalium incerta*; ex *Tacit. in l. Annal.* bene *Loredan. rifleſſ. 96. cent. 1. & rifleſſ. 10. cent. 4. tom. 1.* poſſet dari caſus utique contingibilis, & ſic habendus in conſideratione, ut proximè dicebatur, quod aliquis ex illis eſſet ſine propria conſpicua Domo in hac Civitate Ferrariæ; & oporteret eum, vel cum dedecore mendicare Domum alienam egregiam juxta ſtatum ſuæ nobilitatis, pro eaque ſumptus, & penſiones valde graves ſubire; ſicque redditus dictorum bonorum taliter erogare, ut pro ſe ipſo ad nihilum aliud (quatenus etiam ſufficerent pro iiſdem ſumptibus, & penſionibus) inſervirent: Vel cum rubore ſe conferre ad potiunda eademmet bona extra hunc Ducatum, & extrà propriam Patriam, quo nil durius, ſeu crudelius dari poſſet: Dum tamen ex proviſione fideicommittentium prudentiſſima fuerat proſpectum ad evertenda hæc abſurda, & inconvenientia ſemper tanquam inhumanitatis gradus quoſdam, ac impietatis ſpeciem quandam continentia fugienda, & abjicienda: etiamſi tractaretur (quod nunquam erit verum) de majori utilitate, & commoditate retrahenda à dictis bonis, quàm retrahi poſſet à Palatio præfato; ità ſuadente particulari affectione Fideicommittentium ad iſtud per eos emptum, & inhabitatum, ac uti conſpicuum in Civitate ad perpetuum decorem Familiæ deſtinatum; adeo ut nunquam debuerit, cum nec potuerit alienari propter particularem prohibitionem indictam, nec cum aliis bonis permutari, licet forte utilioribus, per tradita *ab Alba conſ. 97. nu. 12. Crot. conſ. 65. num.* 93
*187. lib. 1. Petra de fideic. q. 8. nu. 518. Peregr. eod. tract. art. 40. ſub nu. 33. & dec. 2. ſub nu. 4. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 8. ſub n. 23. ac de tacit. & ambig. convent. lib. 25. tit. 4. in fin. tom. 2. de quibus, & aliis Fuſar. de ſubſtit. q. 53. n. 3. & 9.*

Ac placet hìc afferre locum notabilem, etiam 94
pro demonſtrando defectu poteſtatis in derogando,
„ *Card. de Luca tit. de fideic. diſc. 273. in fin.*
„ *dicentis* in Secundo, ut non habeatur ſolum
„ reſpectus ad majorem utilitatem de præſenti,
„ & in fructu, ſed ratio habenda ſit æqualis, vel
„ melioris conditionis in perpetua conſervatione,
„ atque in decore, & nobilitate, adeo ut veriſi-
„ militer aſſiſtat, non autem reſiſtat teſtatoris vo-
„ luntas, & an, ſi viveret, approbaturus eſſet,
„ nec ne. *in ſupplem. p. 3.*

Demum non refragatur, quod ex conſenſu 95
vocatorum ad hoc Palatium proximè ſane ſucceſſorum fuit facta illius diſtractio, & alienatio; ac proinde ceſſent omnia objectata hucuſque, tam pro elidenda poteſtate Principis, qui derogationem cum facultate alienandi conceſſit, quàm pro demonſtranda invaliditate ipſiuſmet alienationis; veluti non attendenda, niſi quando ipſi vocati fuiſſent inviti, non autem, ut modò, conſentientes.

Si quidem talis conſenſus fuit præſtitus ex falſo 96
præſuppoſito validitatis derogationis, & non ſubreptitiæ, de qua ſubreptione non apparet, ipſos fideicommiſſarios conſentientes tunc aliquam habuiſſe ſcientiam, uti requirebatur ad valide præſtandum ipſum conſenſum ut in his terminis *Rota cor. Peutinger. dec. 67. nu. 8.* ſubdens *nu. 9.* quod conſenſus vocatorum, ſtante expreſſa alienationis prohibitione (de qua in hoc caſu) alienationem nullam validare non potuit, cum hujuſ- 97
modi prohibitio operetur, ut ipſi etiam alienantes alienationem impugnare valeant; quod dixit & *eadem Rota cor. Seraphin. dec. 334. nu. 6. tom. 1. cor. Mantic. dec. 91. num. 5. cum Cæteris in recent. dec. 75. num. 9. p. 9. dec. 363. nu. 38. p. 10.*

Et inſuper, quidquid ſit, an conſenſus ille præ- 98
judicaverit fideicommiſſariis conſentientibus; certum utique eſt, quod non præjudicavit ſucceſſoribus ex eorum propriis perſonis venientibus, & ſic nunc D. Marchioni Julio, qui nec intervenit, neque, uti non natus, intervenire potuit eidem alienationi; qua ideo non obſtante, nec

attento



attento dicto prædeceſſorum conſenſu, eidem ſicuti rectè fuit per primam Sententiam juſtam conceſſa immiſſio petita, ita per ſecundam injuſtam malè fuit denegata *ex Peregr. de fideic. art. 22. ſub numero 75. Gall. de except. ſucceſſ.*
99 *tit. 2. except. 4. num. 123. & ſeqq. p. 3. Fuſar. de ſubſtit. qu. 318. nu. 113. & ſeqq. q. 560. num. 28. & q. 739.* ac per tradita in iſtis terminis *à Rota cor. Bichio dec. 559. ſub num. 4. tom. 2. cor. Peutinger. d. dec. 67. ſub numer. 9. 10.* ſeu *in rec. d.*
100 *dec. 75. n. 10. p. 9. dec. 304. p. 13.* & plenius *d. dec. 363. n. 39. 47. ubi concord. p. 10. ac d. dec. 186. p. 16.*

Atque ita, ſublatis prorſus omnibus effectibus, tam *objectatæ Derogationis*, quàm allatæ *Auth. res, quæ C. comm. de leg.* per latè tradita, & contenta *in iſtis TRIBUS MOTIVIS*, concluditur, ut ſuprà &c.

Salvo &c.

*Comes Vincentius Bondenus Eques Chriſti J. C. Argentanus.*

---

## CAPUT XLV.

### ARGUMENTUM.

Monetarum materia pertractatur, & ſignanter, an, & quando ſit dandus valor libr. marcheſan. currens de præſenti pro valore antiquo earum, & num ſit locus alicui reductioni, quatenùs exindè inſurgeret ad favorem creditoris annuæ penſionis in iiſdem libris conſiſtentis graviſſima læſio: Pleneque agitur de excluſione præſcriptionis centenariæ, ac immemorabilis in materia monetali, ac etiam generaliter.

### SUMMARIUM.

1 *In claris non eſt opus conjecturis, nec argumentis, ubi & in re monetali.* ac n. 76.

3 *Sententia injuſta non meretur nomen ſententiæ.*

4 *Contractus verba ſunt ſemper ſpectanda in materia monetali.*

5 *Solutio facta de moneta non faciente valorem taxatum, & practicatum eſt contra juſtitiam,* & num. 14. *ubi de ratione*, & numero 20. 21. 35.

6 *In materia ſolutionum reſpectu monetarum, quales, & quando cadant difficultates, & quando ceſſent*, num. 7.

8 *Inſtrumentum facit rem claram.*

9 *Verba contrahentium ſunt teſtimonia mentis eorum.*

10 *Solutio conventa in certa moneta facienda pro aliqua re ei dicitur proportionata.*

11 *Moneta præciſa quando eſt poſita in obligatione; ſi tempore ſolutionis faciendæ reperiatur, eſt realiter ſolvenda: ſi non reperiatur, ut quia imaginaria, ſolvenda venit in aliis monetis conſtituentibus illius antiquum valorem de tempore obligationis*, & n. 12. 13. 37.

13 Cephal. conſ. 31. *affertur in terminis monetæ march.*

15 *Præſcriptio centenaria, & immemorabilis attendi debet, ſi ſolutiones debitæ fuerint factæ in monetis inferioris bonitatis, & valoris: declara, intellige, & limita, ut* in num. ſeqq. uſque ad n. 58.

17 *Titulus ab exactoribus alieno nomine, nec etiam coloratus dari poteſt contra eum, pro quo exactiones ſunt factæ*, & num. 48.

18 *Præſcriptio ceſſat, obſtante veriſimilitudine; etiamſi ſit centenaria, & immemorabilis: prout, & ceſſat, ſi conſtet de initio. numero 19. & ſi non fuerint integræ ſolutiones.* num. 20. 21. 35. 42.

21 *Solutionem recipiens in ſolidis novæ monetæ non æquivalentibus ſolidis monetæ antiquæ ſibi debitis ſibi non præjudicat, non obſtante quacunque longiſſima præſcriptione.*

22 *Scientia debiti proprii ex quibus inducatur: & maximè à ſolito continuato.* num. 23.

24 *Præſcriptio quando non poſſit induci favore Communitatis, & Populi*, & num. 38. 39. 87. 88. 89. 90.

25 *Præſcriptio non datur, nec currit contra poſſidentes, vel quaſi amplia* nu. 26. *quando non inducatur ex ſolutionibus cujuſdam monetæ;* n. 42. ad 45.

28 *Cauſa actus ſemper magis attenditur, quàm ipſe actus, ejuſque exercitium, exemplifica, ut* nu. anteced. & ſeq.

29 *Poſſeſſio partis, ſi cauſa ſit univerſalis, infert ad totum.*

30 *Præſcriptio deſtruitur ex actibus contrariis, & actibus difformibus, etiamſi ſit centenaria, & immemorabilis.* nu. 38. 39.

31 *Cauſa univerſalis exercita contra aliquos, poteſt exerceri contra cæteros ea adſtrictos, licet nunquam pulſatos: amplia, ut* n. 32.

33 *Argumentum à perſonis ad res eſt validum.*

34 *Præſcriptio in materia monetali quid importet; & ab ea quid reſultet.*

36 *Immemorabilis eſt effectu interveniente mala fide, & ſcientia proprii debiti.* & n. 88.

40 *Solvens de pluri, quàm ſit ſuum debitum, repetere poteſt, ſeu compenſare.*

41 *Recipiens minus, quàm ſit ſuum creditum, poteſt petere, quod deeſt.*

43 *Error facti, vel juris excludit initium, & progreſſus præſcriptionis.*

46 *Mala fides continuata excludit præſcriptionem.*

47 *Præſcriptio contra recipientem monetam inferioris valoris, quàm ſit moneta pro ſuo credito, quæ requiſita deſideret*, & n. 54.

50 *Præſcriptio impia, & irrationalis, etiam immemorabilis non eſt attendenda: exemplifica.* ibid.

51 *Contractus injuſtitia quando ad æquitatem ſit reducendus.*

53 *In actibus facultativis non currit præſcriptio, etiam mille annorum.*

54 *In actibus negativis non datur præſcriptio, etiam immemorabilis, niſi interveniant requiſita petitionis, delegationis, & acquieſcentiæ.*

55 *Præſcriptio non curatur in re clara, & certa.*

57 *Succeſſores non habentes ſcientiam crediti formati ab anteceſſoribus, non afficiuntur præſcriptione: maximè ſi ſint ſingulares.* n. 58.

59 *Conſuetudo, & præſcriptio quomodo differant, & à quibus dignoſcantur*, & ſeq.

62 *Immemorabilis, & centenaria operatur, ut poſſit allegari quilibet melior titulus abſque ulla controverſia illius, nec obſiſtente mala fide: declara prout & alios ejuſdem immemorabilis effectus.* nu. 63. & ſeqq.

68 Doctores *tractantes de materia monetali, ac de præſcriptione circa ſolutionem monetæ mi-*

*noris*

*noris valoris*, *afferuntur*, *examinantur*, *&* *in hoc caſu nominatim rejiciuntur.* & ſeqq. *uſque* ad 78.

80 *Vetuſtas erroris*, *& impietatis*, *quandonam ſit lapſus temporis*, *tàm præſcriptionis*, *quàm conſuetudinis*, & n. 71.

82 Stat. Ferrar. lib. 2. rubr. 132. de præſcrip. §. quod ſi creditum *affertur*, *& quod declaratur*, *& ſeqq.*

85 Statuti *verba clara non indigent interpretatione*, *nec argumentis.*

86 *Statutum non admittit fictionem*, *ſed benè veritatem.*

90 *Immemorabilis excluditur à ſolo tumultu*, *& rumore contrario.*

91 *Præſcriptiones in annuis præſtationibus tot requiruntur*, *quot ſunt anni*, *demptis annis viginti novem.*

92 *Reſtitutio in integrum ex clauſula*, ſi qua mihi juſta cauſa; *quando detur ignoranti modum ſolutionis ſibi faciendæ.*

93 *Solutio penſionum annuarum decurrendarum eſt integrè facienda*, *non obſtante quocunque lapſu temporis*, *etiam per ſæcula*, *quod fuerint factæ truncatæ.*

94 *Præſcriptio eſt præſidium iniquitatis*, *impietatis*, *& circumventionis.*

Nonnullis diſtractis Bonis prativis, & paſcuivis ſub convento pretio librar. marcheſan. olim in Civitate, & Ducatu Ferrariæ currentium, dilata ſolutione ad plures annos; addito pacto, quod ipſis elapſis, & ea non facta, quod talia bona intelligerentur ad uſum, ſive livellum annuum conceſſa, ſub præſtatione librar. biſcentum ſimilium quolibet anno: Cùm peteretur, poſt plurimos annos decurſos idem livellus, ſecundùm valorem librar. marcheſ. antiquum (dum hodie amplius non reperiuntur) quamvis ſolutus in moneta uſuali, ita ut intrent termini quadragenariæ, ac longè ulterioris præſcriptionis.

Incidit diſceptatio, quomodò eſſet capienda in hoc reſolutio: Et ne in æquivocis res verſaretur, dixi conſideranda, quæ aliàs in *Reſponſo ſequenti* diligenter ſcripſeram.

RESPONSUM JURIS

*Comitis Vincentii Bondeni.*

Annuente Deo.

MUTINEN. SOLUTIONIS

LIVELLI.

Pro

*D. MARCHIONE*

*JULIO DE SACRATIS*

Cum

*COMMUNITATE HERBERIÆ*

Illuſtriſſ. & Sapientiſſ. P.

1 GRande piaculum in jure ſemper exiſtimavi, quod controverſia aliqua, circà Solutionem annuam *de lib.* 325. *monetæ Marcheſanæ* explicitè nimis, apertiſque verbis inter Anteceſſores D. March. Julii Sacrati, & Communitatem Herberiæ, loco ſtariorum 325. tritici pro annuo livello Molendini ipſi Communitati in emphyteuſim conceſſi, per inſtrumentum publicum conventæ, contrà omnem veritatem, & juſtitiam excitaretur: cùm nunquam in mentem ſenſati hominis cadere poſſe crediderim, quòd veritas ipſa, & juſtitia patens, ac manifeſta cavillari, & obtenebrari indebitè, tantique valuerit; ſciens aliàs in claris non eſſe opus ratiociniis, argumentis, conjecturis, & præſumptionibus, *vulg. lib. continuus. ff. de verb. oblig. & l. ille*, *aut ille.* §. *cum in verbis ff. de leg.* 3. *cum ſuis concordantib. apud Gambſ. in theſaur. juriſpr. lib.* 3. *c.* 22. *axioma* 2. *ad fin. tom.* 1. & in iſta re monetali, *Cravet. conſ.* 47. *n.* 2. *Spada conſ.* 58. *n.* 4. *lib.* 3. *Budel. de monet. c.* 9. *n.* 4. *Gobius eod. tract. q.* 6. *num.* 22. *Card. de Luca tit. de regalib. diſc.* 126. *ante num.* 3. *lib.* 2. *Rota in recent. deciſ.* 165. *numer.* 9. *p.* 4. *tom.* 2. *& coram Dunozet. ſen. deciſ.* 139. *num.* 5.

Undè, quemadmodum ſententias illas, quibus 2 in hunc ſenſum, bonum jus D. Marchionis conſiſtens in habendis *dictis libr.* 325. *Marcheſan.* quoad earum valorem, tùm Mutinæ, tùm Herberiæ, tùm aliis in locis Sereniſſ. Ducis in præſenti taxatum, practicatum, & currentem, agnitum, & canonizatum fuit, tamquam juſtiſſimas ſummopere ſum veneratus: Ità contrariam veluti de conſequenti injuſtiſſimam ſemper deſpicere debui, prout & *ab Omnibus* fore deſpiciendam, ideoque quatenùs mereretur nomen ſententiæ, quod non creditur, ità effectibus injuſtitiæ ſuadentibus, *arg. l.* 4. §. *condemnatum ff. de re judic. Poſt. reſol.* 149. *nu.* 2. *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 66. *num.* 58. *verſ. conformitas. tom.* 1. *& in Mea colluct. legal.* 6. *num.* 71. *vol.* 1. *D. meus* 3 *Palma Nepos. alleg.* 301. *nu.* 2. *lib.* 4. *Barz. deciſ.* 34. *num.* 3. *Rota poſt Zacch. de oblig. camer. deciſ.* 106. *n.* 2. *& in recent. deciſ.* 38. *nu.* 2. *p.* 7. *deciſ.* 242. *n.* 1. *p.* 18. *deciſ.* 639. *n.* 27. *ead. p.* 18. *tom.* 2. *& deciſ.* 233. *n.* 2. *p.* 19. revocandam eſſe, nullatenus eſt verendum, *ex D. D. & Deciſionibus nunc allegatis*, *aliiſque in d. Mea colluct.* 6. *n.* 73. appoſitis.

Certum eſt, namque, præfatas libras, non, ut 4 *libras* in genere, & abſolutè, ſed, ut *libras* ſingulariter, & præciſim *Marcheſanas*, ſeù *Monetæ Marcheſanæ* fuiſſe conventas, & perantea, nuncque eſſe debitas, ſic convincente publico inſtrumento contractus, ſemper in hac materia ſpectandi, & attendendi, *ex Theſaur. de monet. p.* 1. *num.* 42. *verſ. ego tamen. Surd. conſ.* 242. *n.* 5. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 49. *num.* 10. *lib.* 1. *Bell. conſ.* 77. *num.* 8. *Bim. conſ.* 324. *num.* 10. *Cothman. reſp.* 36. *ex num.* 51. *Mel. alleg.* 40. *num.* 1. *lib.* 2. *& obſ. forenſ.* 15. *n.* 2. *latiùs Gob. d. q.* 6. *n.* 15. *& ſeqq. ubi concord. Manſ. conſult.* 391. *punct.* 3. *lib.* 5. *Tondut. reſolut. civil. p.* 1. *c.* 6. *n.* 11. *Cenc. de cenſib. q.* 85. *n.* 4. *Rota in recent. deciſ.* 225. *n.* 1. *p.* 16.

Idcircò, ſi cenſeatur, ut cenſitum fuit, non *li-* 5 *bras Marcheſanas*, ſed *libras uſuales Mutinæ*, ſeu Herberiæ, non aſcendentes, nec facientes valorem illarum taxatum, practicatum, & currentem eſſe ſolvendas D. Marchioni adeò læderetur, ac læſum fuit jus, pactumque in contractum deductum, ut nihil deterius ad jugulationem juſtitiæ excogitari poſſet; ſi ea, quæ *in legibus*, *& per D. D.* circà hujuſmodi juris, pacti, & contractus effectus tàm anxiè traduntur, leviter quoque, ac peculiariter in re iſta penès proximè recen-



ſitos, percurrantur; non omiſſis etiam *Bart. in l. Paulus. ad fin. ff. de ſolut. Colleg. Papienſ. poſt Brun. de monet. conſ. unic. nu.* 6. *ad med. Venturin. conſ.* 45. *num.* 32. *Cyriac. contr.* 53. *num.* 2. *& contr.* 69. *num.* 22. *lib.* 1. *Cancer. var. reſol. p.* 2. *c.* 6. *num.* 141. *in fin. Theſaur. de monet. d. p.* 1. *num.* 72. *Bellet. eod. tract. n.* 25. *Knich. de Saxon. non provoc. jur. c.* 5. *num.* 362. *Gob. d. q.* 6. *n.* 22. *Caſtil. quotid. contr. c.* 10. *nu.* 45. *& ſeqq. ac ante num.* 60. *tom.* 4. *Card. de Luca tit. de regalib. diſc.* 35. *num.* 6. *verſic. in hoc autem lib.* 2. *Boer. deciſ.* 327. *ſub n.* 10. *benè Larrea deciſ.* 22. *n.* 7. *tom.* 1. *Rota*, *ſive Annot. in recent. deciſ.* 67. *ex n.* 35. *p.* 9. *deciſ.* 742. *n.* 23. *p.* 18. *tom.* 2. *& deciſ.* 329. *ſub n.* 1. *p.* 19.

6 Tunc enim ſolùm cadunt difficultates in hac materia, quando poteſt adeſſe aliquod dubium, vel de qua moneta ſit facienda ſolutio, an in ſpecie, an in imaginaria, an in ea, quæ ſit majoris, vel minoris valoris, an poſt abolitionem unius, quænam ſit perſolvenda, & juxtà quem valorem, antiquum ne, an modernum currentem de tempore ſolutionis; vel demum quandò ſuper intellectu contractus reſcripti, impoſitionis, & ſimili dubitatio aliqua exoritur, ut proſequuntur *D. D. Omnes hactenùs adducti*, *& adducendi.*

7 Sed, quando eſt clara, & certa, tùm pactio inita, tùm mens contrahentium, tùm ſubjecta materia, circa quam verſatur moneta conventa, & ſolutio facienda, ut modo, nulla prorsùs nec difficultas, nec dubitatio excitari poteſt, ut *de iiſdemmet D. D. cæteriſque mox allegandis.*

Porrò in præſenti Facti ſpecie,

8 Habetur clara, & certa pactio, ut ſolutio ſit facienda *de lib.* 325. annuis *Marcheſan.* ſeu *monetæ Marcheſ.* ut pandit lectura inſtrumenti deſuper celebrati, facientis rem manifeſtiſſimam, *c. cum dilecti. de donat. l. quoties. C. de judic. & l. emancipatione. C. de fid. inſtr. & per D. D.* ubique *quos cum Deciſionibus congeſſi Ego ipſe in colluct. legal.* 1. *num.* 2. *vol.* 1. *colluct.* 1. *n.* 74. *vol.* 2. *& alibi* pluries, *ac in præcitatis Rotæ Deciſionibus.*

9 Habetur indubitata mens contrahentium elicita ab iiſdemmet verbis conventionis, per quæ nullum majus hujuſce mentis teſtimonium haberi poteſt, *Bald. in l.* 1. *C. de non nu. pec. Surd. conſ.* 366. *ante C. nu.* 5. *& ut in Mea colluct. legal.* 45. *nu.* 8. *vol.* 2. *Rota coram Gregor. deciſ.* 301. *nu.* 5. & in hac monetali materia, *Cephal. conſ.* 31. *ſub nu.* 11. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 220. *ſub num.* 14. *lib.* 2. *Gobius conſult.* 25. *nu.* 6. *ubi concord. Tondut. q. q. & reſol. p.* 1. *c.* 13. *ſub nu.* 2. *Pigant. ad d. Rubric.* 132. *nu.* 2. *cum pluribus per Anſald. de commerc. & mercat. diſc.* 88. *nu.* 4. *ubi dat etiam permultas S. Rotæ Deciſiones*, *inter quas in recent. deciſ.* 430. *ſub nu.* 3. *p.* 4. *tom.* 1. *& coram Priolo deciſ.* 261. *nu.* 8. *ubi concord.* videndus in alio themate D. meus Aud. Balduccius *in ſua pereruditа deciſione*, *ſeu reſ.* 78. *per tot. tom.* 3. *Ramonii.*

10 Habetur itidem, ut clarum, quod reſpectu materiei, pro qua fuit conventa hæc ſolutio, ea fuit, ut pro quolibet ſtario tritici, quod fuiſſet debitum in quantitate 325. ſolveretur *una libra Marcheſ.* ſeu *monetæ Marcheſanæ*, taliter, ut conflaretur ſumma *lib.* 325. *Marcheſan.* habendo ſic contrahentes promiſſionem hujuſce monetæ, & ſummæ, uti proportionatam, correſpondentem, & correſpectivam ad onus dicti tritici, ad quod aliàs fuiſſet Communitas obligata, per congeſta in materia *cum Purpurat. in l. cum quid. ſub num.* 170. *ff. ſi cert. pet. & in conſ.* 179. *n.* 5. *lib.* 1. *ac Fabro de var. num. debit. c.* 22. *verſ. ego verò falſam. à Gobio conſult.* 138. *n.* 15.

Propterea ſubſequitur, cùm ſit univerſalis, ac 11 veriſſima Concluſio, quòd ubi ſingularis, & præciſa moneta eſt poſita in obligatione, ſi ea tempore ſolutionis faciendæ in rerum natura reperiatur, veniat realiter ſolvenda: ſi verò non reperiatur, ſitque moneta imaginaria, & fantaſtica, nec amplius in uſu, veniat ſolvenda in aliis monetis, conſtituentibus valorem illius antiquum de tempore obligationis, ſivè contractus; prout concedunt, & firmant *Omnes hucuſque allegati*, *& Cæteri apud eos*; ac generaliter *Quicunque* de hac monetali materia *Scribentes*, inter quos innumeri recenſentur *à Gallia conſ.* 35. *Valenzuel. conſ.* 30. *nu.* 48. *tom.* 1. *Raudenſ. conſ.* 33. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 220. *lib.* 2. *Pacian. conſ.* 101. *num.* 1. *Roſa conſult.* 54. *ex num.* 22. *Gobio conſult.* 138. *ex num.* 2. 3. 4. *& de monet. q.* 4. *numer.* 49. 50. ubi de ratione reſpectu monetæ imaginariæ; cum *Lother. de re beneſic. lib.* 1. *q.* 39. *à numer.* 222. *Tondut. reſol. civil. c.* 1. *num.* 2. *c.* 6. *numer.* 14. *& c.* 3. *num.* 5. *lib.* 2. *Card. de Luca tit. de regalib. diſc.* 114. *num.* 2. *diſc.* 126. *numer.* 4. 5. *diſc.* 127. *ſub num.* 10. *& diſc.* 128. *ſub num.* 4. *lib.* 2. *ac tit. de penſ. diſc.* 34. *ex num.* 4. *lib.* 13. *Pigant. ad d. Rubr.* 132. *num.* 8. *q.* 10. 18. *Cyriac. contr.* 388. *num.* 10. 11. 12. ubi in terminis annuarum penſionum. *Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc.* 88. *Maſſol. de monet. qu.* 1. *& ſeqq. Larrea d. deciſ.* 22. *num.* 5. *ubi concord. & deciſ.* 23. *ſub num.* 2. *Maſtril. deciſ.* 7. *num.* 7. *lib.* 1. *Armenzan. deciſ.* 49. *num.* 25. *Beltramin. ad Gregor. deciſ.* 42. *num.* 8. *Rota poſt Cenc. de cenſib. deciſ.* 214. *& in recent. deciſ.* 149. *pag.* 2. *deciſ.* 430. *p.* 4. *tom.* 1. *deciſ.* 42. *num.* 1. *& deciſ.* 165. *ead. p.* 4. *tom.* 2. plenè *Annot. ad deciſ.* 67. *numer.* 35. *cum multis ſeqq. p.* 9. *& deciſ.* 351. *num.* 2. *p.* 14. *dec.* 742. *p.* 18. *& deciſ.* 329. *p.* 19. *coram Buratt. deciſ.* 626. *ubi Add. num.* 6. 9. *tom.* 2. *ac deciſ.* 790. *tom.* 3. *& alibi in locis ſuperiùs indicatis.*

Quod proinde, eſto non reperiantur hodie *li-* 12 *bræ monetæ Marcheſanæ*, ſeu *monetæ* ejuſdem qualitatis talem libram conſtituentes, veniant ſolvendæ aliæ monetæ valorem *ejuſdem libræ* facientes, & coæquantes, taliter ſi ſimplices uſuales ad illum non aſcendant, junctæ in tanta quantitate eum præferentes ſolvendæ veniunt, ut Veritatem hanc, & Juſtitiam agnoſcunt *Omnes nunc*, *& ſuperiùs congeſti*; ac fortè proximiùs in terminis iſtius *monetæ Marcheſanæ Cephal. conſ.* 31. 13 qui loquitur in terminis *ſolidor.* 57. *Marcheſ.* & per plura fundamenta concludit, *maximè num.* 8. *& ſeqq.* quòd, ubi iſti ſolidi non adſint, ſolvendi ſunt in tanta moneta ejuſdem bonitatis intrinſecæ, cujus ſolidi prædicti erant tempore contractus; ſive in aliis ſolidis novis, ſeu alia moneta, ſecundùm tamen æſtimationem, ac valorem dictorum antiquorum ſolidorum; in tantum ut ſi ſolidi novi hodie currentes ſunt deteriores, numerus debet augeri, & ſic numerus debet bonitatem ſupplere, *lib.* 1. quod ſummatim eſt id, quod traditur *per DD. Omnes modò adductos.*

Ea accedente fortiſſima, æquè ac juſtiſſima ra- 14 tione, quòd, ſi aliter diceretur, creditor nunc D. Marchio minus ejus credito reciperet, & debitor, modò Communitas proprio oneri, ac debito non ſatisfaceret, ſicque illa proportio, correſponſio, & correſpectivitas pactionata, & habita pro firma, & conſtanti inter partes non ſer-

varetur;

varetur, ſed in damnum, ac perniciem creditoris in parte elideretur, quod jura tamquam iniquiſſimum damnant prorſus, & abhorrent, ut præ cæteris *Cephal. d. conſ. 31. num. 12. verſ. nec eſt verum. verſic. & hoc penès me veriſſimum eſt. Pigant. add. rubr. 132. num. 18. verſ. quia debitor in effectu minus ſolveret, Gob. d. conſult. 138. num. 15. Cenc. de cenſib. d. q. 85. ſub num. 16. Rota in recent. deciſ. 742. num. 2. 3. p. 18. tom. 2. & d. deciſ. 329. nu. 14. 15. 16. p. 19. ac in aliis, de quibus ſuprà.*

Poſita hac certiſſima, & incontrovertibili Veritate in facto, & in Jure,

15 Officere non poteſt Partis adverſæ, & adverſantis Sententiæ fundamentum jactum in præſidio aſſertæ præſcriptionis centenariæ, à qua & immemorabilem exoriri prætenditur, exiſtimando, quòd cum per tantum temporis curſum fuerint loco *lib. 325. Marcheſ.* ſolutæ annuatim *libr. 325. Mutinenſes* longè inferioris bonitatis, & valoris, non teneatur ulterius Communitas, nec cogi poſſit ad ſolvendas *dictas libras 325. Marcheſan.* ſed D. Marchio contentari debeat, & ſatisfactus dicatur cum *lib. 325. Mutinenſib.* congerendo, & allegando ad hujuſmodi fundamentum comprobandum, *ultrà tex. in c. olim. de cenſib. multos DD. in Conſiliis, Tractatibus, & Deciſionibus.*

16 Quoniam hujuſmodi præſcriptio non potuit efficaciter intervenire.

Nec reſpectu Dominorum directi dominii præfati Molendini.

Nec reſpectu dictæ Communitatis.

Nec minus reſpectu monetæ ſolutæ, ſive exactæ.

Primum patet:

Vel, quia, cùm exactiones *dictarum librar. 325. Mutinens.* non fuerint factæ à Dominis directis præfati Molendini, longè nimis abeſt à veroſimili, quòd intervenerit aliquis titulus, qui non poterat dari, nec concedi ab exactoribus alieno nomine, uti apud eos non exiſtens, ita ut nec etiam aliquis titulus coloratus emergere potuerit, & ſemper nullius ſit momenti in hac materia *ad*
„ *congeſtos per Gratian. diſcept. 441. numer. 10.*
„ *tom. 3. reaſſumptos à Giurb. d. §. 2. eod. gloſ.*
„ 11. *nu.* 81. *verſ.* nec titulus coloratus ſatis eſt,
„ ſi ab eo proceſſit, qui poteſtatem non habuit, *& obſ. 71. ſub nu. 5. & in Mea colluct. legal. 48. num. 37. vol. 1. Guid. Pap. deciſ. 85. numer. 3. Rota penès Caſſador. ſuper reg. Cancellar. deciſ. 7. num. 37. coram Coccin. deciſ. 295. ſub numer. 5. tom. 1. coram Bichio deciſ. 455. num. 50. tom. 2. & in recent. deciſ. 124. num. 35. p. 11. ac deciſ. 298. à nu. 21. p. 17.* qua veriſimilitudine ſtante, eadem præſcriptio intervenire nequivit, & ceſſat iſtius efficacia, etiamſi centenariæ, ac immemorabilis, *ad Felin. in c. cum ex officiis. n. 13. verſ. ſecundò dico, de reſcript. Fagnan. in c. conſuetudines, ſub n. 51. de conſuet. Gabr. conſ. 163. n. 17. verſ. addo quod id. lib. 1. Cancer. var. reſol. p. 3. c. 3. n. 25. verſ. vel ſecundo. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſ. 11. n. 77. ad fin. de quibus in Mea colluct. legal. 77. n. 7. vol. 2.*

17 Vel, quia, cùm habeatur initium iſtius negotii, de quo conſtat per publicum documentum, ſicuti impoſſibile eſt, ut dari valeat immemorabilis, ita ex veritate, & claritate ejuſdem initii, ac tituli in eo contenti ſuper ipſa immemorabili, prout nec ſuper centenaria, veluti præſumptionem ſemper veritati cedentem duntaxat importante, nec quidquam, quod non ſit vitioſum (attenta veritate dicti initii, ac allata inveriſimilitudine translationis alicujus tituli) continere valente, nullum fieri poteſt fundamentum, dum nec una, aut altera, ſeu neutra eorum induci potuit, ut ſit efficax ex *innumeris, qui poſſent adduci, apud Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſ. 11. num. 78. & ſub num. 81. ac d. conſ. 71. ſub num. 2. cum aliis in Mea colluct. legal. 14. n. 58. vol. 2. ac apud Panimol. dec. 10. ad not. 5. n. 11. tom. 1.*

Vel, quia ex aſſertis apochis receptionum fa- 20
ctarum ab exactoribus hujuſce quantitatis neque deducitur, neque deduci poteſt Dominos directos iſtius Molendini recepiſſe id, quod ipſis fuit ſolutum pro perfecta, integrali, & completa ſatisfactione eorum crediti conſiſtentis in *dictis lib. 325. Marcheſanis uti Marcheſanis*, proindè contrà eos non fuit præſcriptio inducta, quæ ſit alicujus operationis; dùm iidemmet Domini recipiendo, quod fuit ipſis ſolutum, ſi integrè, quod debebatur, non fuit ſolutum, conſervarunt ſibi 21
jus petendi reſiduum, ut in terminis recipientis ſolidos novæ monetæ non æquivalentes ſolidis monetæ antiquæ debitis, quaſi illi ſint pars iſtorum, ſeu ſe habeant, tamquam partem interpretativè, & ſubjectivè ad totum debitum, quod ſibi non præjudicet, ſed retineat, non obſtante quacumque longiſſima præſcriptione, conſtanter traditur, poſt *Bart. in l. ſæpius in fine principii ff. de aqu. pluv. arcen. Aret. conſ. 112. Purpurat. conſ. 383. col. penult. Bertrand. conſ. 261. ad fin. vol. 1. Socin. ſen. conſ. 145. col. penult. verſ. primum fundamentum lib. 1. à Surd. conſ. 220. num. 18. lib. 2. conſ. 454. nu. 37. lib. 4. Menoch. conſ. 1165. num. 52. lib. 12. Pacian. conſ. 101. à num. 3. ad 7. Cyriac. contr. 388. num. 24. lib. 2. Noguerol. alleg. 2. à nu. 91. Gobio de monet. q. 8. nu. 31. & ſeqq. ubi latè cum concordantibus. Coſta de jur. & fact. ignor. diſtinct. 63. num. 14. Cent. 1. Lotter. de re beneſ. lib. 1. q. 39. num. 231. Armenzan. deciſ. 49. num. 23. Cenc. de cenſib. q. 85. num. 37.*

Secundum demonſtratur

Tùm ex eo, quod non eſt dabile in Commu- 22
nitate, ſeu Univerſitate, quæ per Adminiſtratores regitur, qualis eſt iſta Herberiæ, & per quam ne dùm deſignantur ſingulis fortaſſe annis onera, quæ veniant ſolvenda, ad hoc ut exindè quid expenſum, quidve remanſum fuerit, per redditiones rationum dignoſci poſſit, quod aut per retentionem inter ſuas publicas ſcripturas, aut ſaltem per relationem non adſit, ſufficit ſufficiens ſcientia tàm prioris contractus emphyteutici, quàm magis poſterioris tranſactionis ſequutæ inter illam, & Dominos directi dominii hujuſce Molendini, pro ſolvendis annuatim *lib. 325. Marcheſan.* ut de ſe patet; ac ſuadetur à continuato ſolito hujuſmodi Communitatum, per tradita *in l. ſi quis* 23
*donaturus, ff. de uſufr. l. vel univerſorum. ff. de pignor. act. l. ut liberis, C. de collat. & concordantibus apud Barboſ. loc. 102. Everard. in topic. legal. loc. 64. Brunor. verb. argumentum. 5. Neguſant. q. 130. num. 19. Caſtil. contr. 80. num. 3. tom. 5. Rota in recent. deciſ. 596. num. 1. p. 1. deciſ. 334. num. 1. p. 2. deciſ. 249. num. 11. deciſ. 401. num. 10. & deciſ. 813. num. 18. p. 18. coram Bichio deciſ. 299. à num. 12. tom. 1. coram Seraphin. deciſ. 201. num. 8. tom. 1.* ac in iſtis terminis innuit *ſatis Deciſ. Senatus Mantuæ apud Gob. de monet. ſub qu. 8. n. 56.*

Proindè non eſt dabile, quod eadem Commu- 24
nitas potuerit unquam præſcribere, nuncque ali-

qua



quæ præſcriptione juvari valeat, dum ob ſcientiam prædicti ſui debiti ſemper in illa remanſerit vitioſa quæcumque quaſi poſſeſſio ſolvendi minus ſuo debito; admiſſa ſic in hoc caſu Sententia illorum, qui voluerunt Populum, & communitatem nullo tempore præſcribere poſſe, tàm viventibus primis, qui eundem Populum, ſive Communitatem conſtituebant, quàm iiſdem defunctis, viventibus ſucceſſoribus talem Populum, & Communitatem conſtantibus, *de qua Barboſ. in lib. ſi quis emptioni in princ. num. 21. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. Anton. Rubeus conſ. 13. num. 15. Menoch. conſ. 447. ex n. 23. lib. 5. Menchaca. contr. 71. num. 5. Manſ. conſult. 128. ex num. 58. lib. 2. Balb. de præſcript. p. 3. princ. p. 1. q. 17. Cravet. de antiq. temp. p. 4. ſect. 1. num. 18. Cavalcan. deciſ. 45. in Addit. num. 59. tom. 1. Capyc. deciſ. 4. ſub num. 13. & ſeqq. Laurent. deciſ. 128. à nu. 24.* & in iſtis propriis noſtris terminis *Surd. conſ. 454. n. 43. ubi concord. lib. 4.*

25 Tùm ex eo, quòd, cum *ex dictis ſuperiùs in §. vel quia ex aſſertis num. 20. apochis*; per receptionem librarum monetæ uſualis Mutinæ, Domini directi ſaltem continuarunt in quaſi poſſeſſione exigendi totum id, quod de pluri, habito reſpectu *ad libras Marcheſan.* ipſis verè debitas erat debitum, non potuit Communitas adverſus eos, uti poſſidentes, ſeu quaſi poſſidentes præſcribere, aut præſcriptionem aliquam nanciſci, *ad l. ſi is, cujus rem. ff. ex quibus cauſ. & l. cum notiſſimi. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. Gratian. diſcept. 602. num. 11. tom. 4. Mel. alleg. 10. num. 113. 121. lib. 1. Ego ipſe colluct. legal. 47. num.*
26 *60. vol. 2. Rota penes Poſt. de manut. deciſ. 310. n.* 9. ubi quòd ſufficit poſſeſſio continuata etiam in minimo actu, *poſt Merlin. de legit. deciſ. 130. n. 19. & coram Gregor. deciſ. 489. n. 11. 25.*

27 Tùm ex eo, quod ſucceſſivè indubitatum eſt
cauſam univerſalem exigendi *libras Marcheſan.*
fuiſſe conceſſionem in emphyteuſim de hoc Molendino; ſubindè ex receptione *librar. Mutin.*
minoris quantitatis tantum abeſt fuiſſe præju-
28 dicatum eidem cauſæ univerſali, ut imò ipſa inconcuſſa ſemper permanſerit, dum magis ſemper attenditur cauſa actus, quàm ipſe actus, & ipſius actus exercitium. *Giovagnon. conſ. 9. num. 44. lib. 1. Gratian. diſcept. 425. num. 43. Caren. reſol. 239. n. 11. Ego ipſe d. colluct. 47. n. 45. ubi concordan. Poſt. de manut. obſ. 73. num. 15. ubi dat Deciſiones Rotæ, quibus jungo coram Merlin. deciſ. 727. num. 5. tom. 2. coram Dunozet. jun. deciſ. 92. num. 2. tom. 1. coram Bichio deciſ. 308. n. 2. 3. tom. 1. coram Celſo deciſ. 52. nu. 3. coram Cerro deciſ. 916. num. 10. tom. 3. & in recent. deciſ. 321.*
29 *num. 4. p. 15.* Proindè ex præexiſtentia iſtius cauſæ univerſalis, & ex præſervatione illius, mediantibus dictis receptionibus, utique ſatis, quamvis in aliqua parte, ſeu quantitate; juxtà *ſenſum Rotæ allatum à Poſt. d. obſ. 73. ſub num.*
„ 115. *verſ. ubi* quod ex poſſeſſione partis, ſeu
„ quantitatis, quando cauſa eſt univerſalis, in-
„ ferri poteſt ad univerſalem, *Rota in recent.*
„ *deciſ. 254. num. 26. p. 19.* impoſſibile eſt,
30 „ quòd aut centenaria, aut immemorabilis potuerit per Communitatem acquiri contrà hujuſmodi cauſam univerſalem, ne in totum poſſit exequi, & exerceri, veluti ſemper deſtructa, & excluſa ab ipſis receptionibus, tamquam actibus illi contrariis, ut dicebatur *in d. Mea colluct. 47. n 46. vol. 2. cum Sperel. deciſ. 69. n. 5. 6. t. 1. Card. de Luca tit. de juriſd. diſc. 1. ſub num. 23. diſc. 3. n. 8. lib. 5. Rota poſt Tondut. de penſ. deciſ. 11. num. 9. & deciſ. 28. num. 11. coram Carril. deciſ. 270. num. 8. coram Bichio deciſ. 290. num. 32. & d. deciſ. 308. n. 7. tom. 1. ac deciſ. 528. n. 20. tom. 2. & in recent. deciſ. 304. n. 12. 13. p. 11. & deciſ. 176. n. 6. p. 12.*

Tùm ex eo, quòd, ſi adverſus aliquos fuiſſet 31
exequuta, & exercita totaliter dicta cauſa univerſalis, ea ſanè potuiſſet etiam exequi, & exerceri totaliter contra cæteros eadem adſtrictos, etſi nunquam pulſatos, *l. vacuatis C. de Decur. l. 10. Natta conſ. 283. Surd. conſ. 429. num. 42. 43. lib. 3. Peregrin. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 8. n. 30. Vaccar. penès Poſth. de manut. deciſ. 646. num. 1. Rota coram Seraphin. deciſ. 561. nu. 2. tom. 1. & ut in d. mea colluct. 47. num. 53.*, pari igitur modo, 32
ſi fuit exequuta, & exercita pro ſola aliqua parte, & quantitate, ut in exactione *libr: Mutinen.* debet poſſe exequi, & exerceri pro reliquis, cæteriſque partibus deficientibus ad conſtituendas *libr. Marcheſ.* non obſtante, quòd nunquam fuerit in illis exequuta, & exercita (quod eſt magis, quàm ſola immemorabilis, & centenaria, ut ſenſui patet) inducendo *tex. in l. is, qui uſumfructum ff. quib. mod. uſusfr. amitt. Cravet. de antiq. temp. p. 4. ſect. materia iſta num. 29. Cyriac. contr. 226. nu. 23. Martin. de cenſib. c. 8. num. 166. Armenzan. deciſ. 49. num. 23.* etenim vali- 33
dum omninò eſt argumentum à perſonis ad res, *l. qui furere ff. de ſtat. homin. c. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif. Laderch. conſ. 37. num. 11. Cephal. conſ. 475. num. 10. lib. 3. Rimin. jun. conſ. 673. num. 6. lib. 6. Everard. in topic. legal. loc. 38. Barboſ. loc. 83. n. 1. ubi concord. Ego ipſe colluct. 17. nu. 85. vol. 2. Rota in diverſ. deciſ. 54. n. 7. p. 2. & cor. Gregor. deciſ. 488. n. 6.*

Tùm ex eo, quòd *Omnes DD.* in hac mone- 34
tali materia, tàm *allegati primitus in dubiis*, quàm deinde *in reſolutionibus*, ac poſtmodum *in reſponſionibus, & plurimi alii, qui potuiſſent ac poſſent adduci*, illud pro certiſſimo præſupponunt, quòd ex objectata præſcriptione aliud non reſultet, neque reſultare valeat, niſi quidem modus ſolvendi annuas præſtationes in diverſa moneta, quàm conventa, & ſic ſolvendi unam monetam pro alia, ſalva ſemper tamen ſubſtantia, ſive citrà præjudicium ipſius ſubſtantiæ earundem penſionum debitarum, quæ conſiſtit in illarum valore, & æſtimatione, ita ut effectus præſcriptionis ſe habeant, duntaxat ad modum ſolvendi, etiam in monetis deterioribus, non autem in minuenda ſubſtantia, ſeu valore debito, jam certo, ac determinato, ut *ultrà DD.* deſumitur quoque *ab ipſo c. olim de cenſib. in quo Doctores iidem,* 35
*ac Maſſol. de augm. monetæ q. 9. num. 17.* unicè fundantur, prout illius *aperta* præ ſe fert *Littera*, ac *Rota coram Celſo deciſ. 156. n. 9.* & accedit evidens ratio, nam cum ſciens certum, ac determinatum valorem ſui debiti, ſi ſolvat minus illo, nec proprium debitum adimplet, nec ſatisfacit creditori, & quemadmodum iſti remanet ſalvum jus conſequendi reſiduum, ut *dicebatur ſuperiùs in §. vel, quia ex aſſertis apochis num. 20.* ita illi nulla poteſt ſuffragari tuitio reſultans aliàs à longiſſimo temporis curſu, tàm centum, & amplius annorum, quàm verè immemorabilis, ut po- 36
tè ſemper, ſine aliquo effectu operandi, ob malam fidem ex ſcientia ſui debiti derivantem, ſpectata juris canonici diſpoſitione abſolutè pro animarum ſalute ſervanda, ex firmatis *ultrà DD. allatos in mea colluct. legal. 47. numero 19. vol. 2. Carpzov. juriſpr. forenſ. p. 2. conſt. 1. de fin. 7. tom. 1.* in terminis

T præſen-

præſentis materiei *à Surd. d. conſ.* 454. *numero*
43. *Fachin. conſ.* 10. *numero* 26. *lib.* 1. *Cyriac.*
*contr.* 388. *numero* 28. *Tondut. reſol. civil.* 4. *n.*
1. *verſ. quòd ſi verba contractus, & num. ſeq tom.*
1. *Noguerol. d. alleg.* 2. *num.* 88. *Loter. d. quæſt.*
37 39. *numero* 230. *Gob. de monet. quæſt.* 8. *ex num.*
20. *Anſald. de commerc. & mercat. diſc.* 89. *n.*
8. 9. qui loquitur in terminis ſolutionis factæ, &
practicatæ per ſæculum, & ultrà, *ac dat con-*
*cord.* Idcircò, ſi ſubſtantia, & valor *librar. March.*
debitus ex contractu undique claro, & reſpectivè
undique ſic temporibus hodiernis certus non poteſt
dici præſcriptus, non eſt cur per Communitatem
debitricem intendatur diminui, illum reducendo ad
*libras uſuales Mutinenſes*, ſed venit ille ſolvendus
in ea quantitate, quam nunc præ ſe fert quælibet
*libra Marcheſana*, ut *concludebatur ſuprà in §. pro-*
*pterea ſubſequitur numero* 11. *ac latè proſequun-*
*tur Kloch. conſ.* 151. *lib.* 3. *Cruſ. de jur. offer. c.* 12.
*n.* 21. *Berlich. concl.* 36. *n.* 5. *p.* 2. *& deciſ.* 152.
*num.* 1. *ac deciſ. num.* 7. *cum aliis pluribus per*
*Armenzan. deciſ.* 49. *num.* 11. *& ſparſim.*
38 Tùm ex eo, quod non tantùm Communitas ipſa
agnoſcit veritatem valoris *libræ Marcheſan.* lon-
gè diverſi à valore *libræ uſualis Mutinenſis*, dum
in ſolutionibus, quæ de illa fieri debent, maximè
occaſione condemnationum, ſive contraventio-
num eidem Communitati, ſive Deputatis, aut
repræſentantibus eam per condemnatos, ad inſtar
ſolutionum, quæ fieri deberent Fiſco, ſervatur
valor præſcriptus, nuncque notus, & certus in
Terra Herberiæ, ac indubitanter pinguior, quàm
ſit valor libræ Mutinenſis; ita ut, reſultando hinc
ſolutiones, quæ de *libris Marcheſanis* fiunt, non
eſſe univerſales, & uniformes, ſecundùm valorem
39 *librarum Mutinenſium*, ſed eſſe valde diſformes,
ac diverſas, nullus figi valeat pes in quocumque
lapſu temporis centenarii, & immemorabilis,
pro inducenda operativa præſcriptione nun-
quam cadente, ſi aliquis & ſi ſimplex actus diſ-
formis, ſeu contrarius interveniat, ut omiſ-
ſis generalibus in hac materia *per Boch. de*
40 *inſt. univ. menſur. p.* 1. *punct.* 1. *ſub n.* 4. *in-*
*cert. de monet. q.* 11. *nu.* 37. 38. 80. 81. *de qui-*
*bus Lotter. de re benef. l.* 1. *q.* 39. *n.* 235. Sed etiam
non eſſet negatura, quòd, ſi ſolviſſet de pluri, quàm
importaret valor *librar. Marcheſ.* illud plus repe-
tere vellet, prout & poſſet, ſeu in futuris præ-
ſtationibus idem compenſare intenderet, non ob-
ſtante quocumque lapſu temporis, & obſiſtentia
partis. *Cothman. conſ.* 34. *n.* 325. *lib.* 1. *Noguerol.*
*alleg.* 2. *n.* 47. *Berlich. d. concl.* 36. *nu.* 35. *Gob.*
*conſult.* 25. *n.* 12. *& de monet. q.* 6. *num.* 92. *Brun.*
*eod. tract. limit.* 4. *nu.* 9. *verſ. ultimo eſt, ut mox*
*alleg.* quo fit, ut pari modo debeat poſſe conſequi D.
41 Marchio totum id, quod in minori quantitate, quàm
ei debita, fuit per ipſam Communitatem ſolutum,
ac ipſimet in futurum, ſpectato valore *libræ March.*
debitum erit, & debebitur, ne ad imparia judi-
centur creditor, & debitor, ut in materia *concludit*
„ *Pacian. conſ.* 101. *n.* 21. *verſ. ſed in noſtro* verſ.
„ ergo; cùm manifeſtè appareat, quòd de ſcut. au-
„ reis partes pepigerunt, non poſſunt ſubſequen-
„ tes ſolutiones nocere veritati apparenti, & ſi mi-
„ nus fuit ſolutum, quàm importet ſcutus aureus,
„ poteſt repeti, *Noguerol. alleg.* 2. *n.* 104. *ubi con-*
*cord. & numero ſeq. Cyriac. contr.* 225. *numero*
26. 27. *ubi tamquam pulchrè loquentem allegat*
*Saccam conſ.* 100. *numero* 8. *verſ. ex præmiſſis,*
*& numero ſeqq. q. cùm Surd. conſ.* 454. *ſub nu-*
*mero* 37. 28. *adde Monald. conſ.* 45. *ex n.* 6. *lib.*
1. *Noguerol. ubi proximè Gob. de monet. d. q.* 6.
*numero* 91. 92. *Anſald. d. diſc.* 88. *numero* 12.
*Armenzan. deciſ.* 49. *numero* 23.

Tertium denique ex propoſitis aſſumptis,
quòd ſcilicet præſcriptio objectata non potuit in-
tervenire, reſpectu monetæ ſolutæ, & exactæ, de-
ducitur, & manifeſtatur.

Quoniam, non ſolùm moneta ipſa ſoluta non 42
attulit, nec importavit integram ſolutionem de-
bitam pro valore *libr. Marcheſ.* ſicque intrant ad
excludendam quamcumque præſcriptionem ad-
ducta latè *ſuperiùs §. vel quia ex aſſertis numero*
20. (quæ etiam confirmantur à firmatis *per Bal-*
*maſed. de collect. q.* 91. *numero* 8. *ubi concord.*)
& *§. tum ex eo, quod ex dictis, ac ſeqq. ex nu.*
25. incrementum reſpectivè majus recipientia à
motivo, quòd hujuſmodi moneta, ne dum dete- 43
rioris qualitatis, ſed & inferioris quantitatis ſo-
luta creditori, majorem quantitatem crediti ha-
benti, per eumque recepta, ſive per errorem facti,
ſive per errorem juris non fuit, nec eſt potens
ad cauſandum initium, minuſque progreſſum, &
complementum cujuſvis præſcriptionis, *Bald. in*
*hac materia, in l. quæ fideicommiſſa ff. de leg. Bucca-*
*fer. conſ.* 87. *ſub numero* 27. *Guid. Pap. ſing.* 990.
*numero* 1. *Larrea alleg.* 68. *ſub numero* 26. 27. *lib.*
2. *Cyriac. contr.* 225. *numero* 20. 21. *lib.* 2. *No-*
*guerol. alleg.* 2. *numero* 94. 95. 96. *Tepat. tit. de*
*aug. valor. aur. in fin. tom.* 1. *Gob. de monet. q.*
8. *numero* 19. *in fin. Card. de Luca tit. de penſ.*
*diſc.* 34. *ante numero* 15. *lib.* 13. Verùm & ipſa 44
moneta non fuit ſemper, & toto tempore obje-
ctato ejuſdem valoris, & bonitatis; licèt enim li-
bra, ut imaginaria fuerit ſemper compoſita ſoli-
dis viginti, nihilominus denarii, quibus ſolidi
conflantur, plus, & minus per tempora value-
runt, potiſſimùm in Statibus Supremor. Princi-
pum Sæcularium, qui ſæpius pro bono regimine,
& in ſublevamen ſubditorum mutationes mone-
tarum indicunt, ut contrariis reprobatis *à Ton-*
*dut. reſol. civ.* 1. *num.* 2. *& reſol.* 6. *numero* 14.
*lib.* 1. *Sola de monet. caſ.* 10. *numero* 1. *Gobio eod.*
*tract.* 4. *ex nu.* 40. *Cenc. de cenſib. q.* 85. *num.* 16.
*Armenzan. deciſ.* 49. *num.* 19. 20. 21. *Rota poſt*
*Cenc. deciſ.* 214. *numero* 1. Et ſucceſſivè eadem 45
moneta, ejuſque ſolutio, & receptio nequivit
inducere aliquam præſcriptionem ex *ſpecialiter*
*edoctis à Bertrand. conſ.* 161. *vol.* 1. *Surd. conſ.*
454. *n.* 46. *verſ. quinto reſpondetur. Armenzan.*
*d. deciſ.* 49. *n.* 23. *verſ. nec valet, ubi concord.*

Quoniam rurſus *libræ uſuales Mutinenſes* fue- 46
runt ſolutæ loco *librar. Marcheſan.* cum fuerint
ſolutæ in exonus debiti, ad quod tenebatur, &
tenetur Communitas ex cauſa conceſſionis ſibi fa-
ctæ de Molendino, unde ſequitur, quòd ipſæ li-
bræ uſuales ſic ſolutæ nullam potuerint inducere
præſcriptionem ad favorem eas ſolventium, ut-
potè continuatam malam fidem habentium; *arg.*
*à d. c. olim, ubi Fagnan. n.* 18. *de cenſ.* Potiſſimè,
quia ad inducendam hujuſmodi præſcriptionem, 47
mediante ſolutione iſtarum *libr. Mutinenſium* loco
*libr. Marcheſan.* requirebatur, quòd DD. directi
dominii Molendini petiiſſent ipſas totas *libras Mar-*
*cheſanas* 325. ſeu earum valorem ad æſtimationem
antiquam, ſive etiam currentem: Quodque Com-
munitas recuſaſſet illas ſolvere, ſeu talem earum
æſtimationem dare ac obtuliſſet ſolvere, ac dare
duntaxat *libras* 325. *Mutinenſes:* Et quòd tandem
ipſi Domini hanc poſteriorem oblationem, & ſolu-
tionem acceptaſſent, illique acquieviſſent: Alias iſtis
requiſitis ceſſantibus, nulla potuit per ſolutionem
talium libr. 325. Mutinenſium induci præſcriptio,
*ut præter DD. & deciſiones de quibus in mea collect.*

14. *nu.*



14. *num.* 57. *vol.* 2. in termini monetalibus, & ſo-
lutionum. *Rocca diſput.* 149 *num* 18. *& ſeqq. ubi*
„ *plenè cum innumeris concordantib. lib.* 2. *Rota*
„ *poſt Roderic. de ann. redditib. deciſ.* 18. *num.*
„ 5. *verſ.* unà cum petitione diſtributionis totius
„ ſummæ, *& coram Priolo deciſ.* 261. *num.* 11.
„ ubi de conſimili ſolutione librar. 325. *& dantur*
„ *concordantes.*
48 Quoniam demum hæc *libræ uſuales Mutinen-*
*ſes* fuerunt factæ in manibus Agentium, ſeu
Exactorum Dominorum directi dominii, ob id-
que nullum potuerunt, nec poſſunt parare, &
gignere præjudicium ipſis Dominis, & cauſam ha-
bentibus ab illis; ex notatis, ultrà motivum val-
de urgens tactum *ſuperiùs in §. Vel quia cum ex-*
*actiones num.* 17. per *Surd. conſ.* 454. 45. 46. *lib.* 4.
*Noguerol. alleg.* 2. *num.* 87. *Gratian. diſcept.* 560.
*num.* 19. *lib.* 3. *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *rubr.*
132. *n.* 25. *tom.* 2. *Gobium de monet. q.* 8. *n.* 35. *Rota*
*in recent. deciſ.* 430. *n.* 4. *p.* 4.
49 Ex hiſce omnibus ſaltem inſimul junctis, etſi
liquidiſſimè pateat, nullius eſſe momenti, ac re-
levantiæ objectatam præſcriptionem, ſive cen-
tenariam, ſive etiam immemorabilem, dum illius
50 vires, & effectus, tot tantiſque motivis ha-
ctenus adductis omninò proſtrantur, & tollun-
tur: Ac ſatis ſit, ne in aliquo attendi debeant,
aut operari poſſint, quòd, ſi aliàs diceretur, ea-
dem præſcriptio nimium, nedum damnoſa eſſet, &
impia, ac irrationalis, ut potè auferens partialiter
certam, ac determinatam annuam penſionem,
tenuem quoque, reſpectu ſtariorum frumenti di-
miſſorum, & eam reducens ad tenuiſſimam, pe-
nèque inanem quantitatem, utique irridendam,
ac ſanè contra omnem juſtitiam, & contrà om-
nem evidentem, claramque veritatem, evaderet,
quo caſu, quantumvis immemorabilis non foret
attendenda, *ad Pariſ. in c. cum à nobis num.* 6.
*de præſcr. & conſ.* 27. *n.* 50. *cum ſeqq. l.* 1. *Ruin. conſ.*
116. *num.* 13. *lib.* 4. *Nat. conſ.* 5. *num.* 72. *lib.* 1.
*& alios apud Gabr. tit. de præſcr. concl.* 1. *num.*
36. *& in mea collect. legal.* 14. *n.* 71. *& collect.* 47.
*n.* 53. *vol.* 2. *Hoied de benef. incompat. p.* 1. *c.* 19.
*n.* 9. *& p.* 2. *c.* 11. *n.* 6.
51 Ea accedente etiam æquitate deſumpta ad evi-
tandum injuſtitiam contractus, & illum ad æquita-
tem reducendum à *c. ſuggeſtum de decim & à*
*traditis per Boſcol. penès Manſ. conſult.* 392. *n.*
26. *lib.* 5. *Gob. de monet. q.* 6. *num.* 98. *Card. de*
*Luca tit. de regalib. diſc.* 42. *ſub n.* 10. *l.* 2. *Theſaur.*
*deciſ.* 229.

Nihilominus ad omnimodam ipſiuſmet præten-
ſæ præſcriptionis, tàm centenariæ, & millenariæ,
quàm immemorabilis, placet inter vortices juris ſub-
dere, quòd
52 Aut ſolutiones, in quibus fundatur Communitas,
aſſumuntur reſpectu eas recipientium, tamquam
actus affirmativi,

Aut tamquam actus negativi.
53 Si aſſumantur tamquam actus affirmativi, &
tunc, cùm fuerit in facultate recipientium eas
recipere, & non recipere, dum, poſita incontro-
vertibili certitudine *libr. Marcheſan.* debitarum,
incontrovertibile etiam redditur, quòd actus re-
cipiendi *libras Mutinenſ.* fuerint facultativi, cum
potuerint expleri, & non expleri, pro libito,
& arbitrio recipientium; eſt certiſſimum *apud*
*Omnes* nihil operari quemcumque lapſum tem-
poris, etiam centum, mille, ac plurium annorum,
& ipſam quoque immemorabilem, ut exinde agenti
fuerit præjudicatum, cùm per eoſdem actus fa-
cultativos non appareat, nec apparere poſſit juri
proprio voluiſſe præjudicare; quemadmodum
inter innumeros, qui allegari valerent, ponitur
*per Surd. conſ.* 127. *numer.* 81. *& ſeqq. lib.* 1. *Maſ-*
*ſol. ratio* [illegible] 77. *Marin. reſol.* 16. *lib.* 1. *Prat. diſ-*
*cept.* 47. *lib.* 1. *& diſcept.* [illegible]0. *lib.* 2. *Larrea*
*alleg.* 50. *numer.* 27. *lib* 1. *Giurb. obſ.* 161.
*Caſtil. de tertiis, ſive contr. forenſ. lib.* 6 *c.* 32.
*Pecch. de aquæduct. lib.* 1. *c.* 4. *q* 6 *& c* 7.
*q.* 4. *Gob. de acquiſ. q.* 10. *num.* 34. *Card. de Luca*
*tit. de ſervit. diſc.* 25. *num.* 2. *diſc.* 26. *num.* 4.
*diſc.* 29. *num.* 2. 3 *& diſc.* 31. *num.* 2. 5. *lib.* 4. *Me*
*ipſum in collect. legal.* 47. *num.* 74. 75. 76. *ubi ma-*
*ximam catervam DD. & deciſionum tàm S. Rotæ,*
*quàm aliorum Tribunalium congeſſi. vol.* 2.

Si verò aſſumantur tamquam actus negativi, 54
& tunc, cùm non conſtet de requiſitis tactis
*ſuperiùs num.* 47. petitionis, ſcilicet, *librar. Mar-*
*cheſan.* & denegationis illarum, cum oblatione
*librar. Mutinenſ.* ſubſequutæ acquieſcentiæ peten-
tium, & ipſas *libr. Mutin.* recipientium, itidem
eſt certiſſimum nullam præſcriptionem, etſi im-
memorabilem locum habere poſſe, *ex Larrea*
*alleg.* 67. *num.* 33. *ubi de mille annis lib.* 2. *Poſt. de*
*manut obſ.* 10. *num.* 99. *& obſ.* 53. *ſub n.* 15. 28. *Me*
*ipſo collect. legal.* 4. *numer.* 177 *vol.* 2. *Capyc. La-*
*tro. deciſ.* 160. *n.* 16. *lib.* 2. *Franc. Leo. deciſ.* 20. *ſub*
*num.* 47. *lib.* 1. *Rota in recent. deciſ.* 150. *num.* 3.
*p.* 3. *deciſ.* 335. *à n.* 3. *ad* 6. *& deciſ.* 544. *n.* 29. *p.* 18.
*& deciſ.* 254. *n.* 25. *p.* 19.

Saltem conſideratis iiſdem actibus, uti verſanti- 55
bus circà rem claram, & certam, quo caſu in
hac materia, *ſi verba contractus ſint clara, &*
*certa, non inducitur præſcriptio*, ſicque de
præſcriptione non eſt agendum, *Tondut. reſol.*
*civil. c.* 4. *ſub num.* 1. 2. ubi, quòd præſcrip-
tio admittitur duntaxat, re exiſtente dubia, *cum*
*Theſaur. de aug. monet. p.* 2. *ſub numer.* 67.
*Boſcol. apud Manſ. conſult.* 392. *ante num.* 18.
*& numer.* 22. *verſ. pondero octavo. lib.* 5. *Spada* 56
*conſ.* 58. *n.* 5. *l.* 3. *ac Alii adducti ab Anſaldo de com-*
*merc. & mercat. diſc.* 88. *num.* 9. *verſ.* nihilominus
„ communior opinio militat in oppoſitum, ex quo
„ præſcriptio dari non poteſt in re undique clara,
*ubi ſubdit rationem, de qua ſuprà §. tùm ex eo,*
*quòd Omnes. verſic. & accedit evidens ratio. ubi con-*
*cord. ex n.* 35.

Maximè, cum ſimus in terminis, in quibus 57
plurimi adfuerunt ſucceſſores, qui veriſimiliter
non habuerunt notitiam inſtrumenti continen-
tis obligationem Communitatis indubitatam ſol-
vendi *libr. Marcheſan.* per firmata in hac materia
*à Cyriac. contr.* 388. *ſub numer.* 25. 26. *lib.* 2.
*Anſald. d. diſc.* 88. *num.* 10. *verſ. faciliùs autem,*
*& num.* 11. *ubi concord.* & reſpectu D. Marchio-
nis Julii, de quo in Cauſa, etiam conſiderati 58
tamquam ſucceſſoris ſingularis, fit locus theſi,
quod ei non obſtat factum prædeceſſorum, cùm illud
habere ratum non teneatur, *Anna alleg* 92. *n.* 2. *Prat.*
*diſcept.* 47. *n.* 40. *l.* 1.

Quemadmodum autem omnia iſta procedunt, ſi 59
quoque tractaretur de conſuetudine, jam quod
elevatur *per D. meum Caſſium Scribentem* pro
Communitate *in §. potius autem ad terminos,*
ut ſpecialiter edocent *Tondut. Theſaur. & Cæteri;*
*quibus adduntur Cravet. de antiq. temp. ſect. tranſ-*
*eo nunc. ſub num.* 17. *Faxard. alleg.* 33. *num.* 2058.
*lib.* 2. *Lotter. de re beneſic. lib.* 1 *q.* 39. *num.* 233. 60
*& ſeq.* ubi illam affert rationem, quòd in his,
quæ non poteſt facere Princeps (ut in caſu iſto,
cùm Princeps nequiverit tollere jus ex contractu
acquiſitum pro habendis *libr. Marcheſan. prout*
*Omnes ſciunt,*) nec etiam poteſt operari conſuetudo,

 ne

61 nè plus auctoritatis habeat, quàm ipſe Princeps, *Ant.Fab. de var. n. debit. ſolut. c. 7. num.* 11. Licèt, cùm fuerit actum, & tractetur de auferendo jure ſuo competente alicui, nempe anteceſſoribus D. Marchionis Julii, & nunc eidem D. Marchioni, non ſit verum, quòd adaptentur termini conſuetudinis, dum imò adaptari verè terminos præſcriptionis, etiamſi ſit Univerſitas, quæ velit auferre jus prædictum, citrà quamcumque controverſiam nunc admittatur *à Larrea, & adductis ab eo in alleg.* 16. *num.* 3. ubi, quòd „ præſcriptio eſt uſurpatio rei alienæ in eſſe pro„ ductæ, conſuetudo verò quædam forma intro„ ducta ex conſenſu populi, ſine uſurpatione „ juris alieni, *& num.* 4. *lib.* 1. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *qu.*21. *ſub n.* 124. 125. *ubi de ratione, Garz. eod. tract. p.* 5. *c.*4. *num.* 98. *Gall. de fructib. diſp* 3. *art.* 8. *num.* 52. *Me ipſo colluct. legal.* 28. *num.* 84. *ubi Multos affero vol.* 2. *Rota coram Pegna. deciſ.* 754. *num.* 16. *tom.* 1. *& deciſ.* 1145. *ſub num.* 1. 3. 4. *tom.*2. *coram Seraphin. deciſ.*410. *n.*1. *tom.* 1. *coram Gregor. deciſ.* 191. *ubi Add. ſub num.* 6. *Poſt Roderic. de ann. reditib. deciſ.*18. *n.*5. *ac paſſim.*

62 Ità non ſunt habenda in conſideratione ea omnia, quæ de juribus, & effectibus centenariæ, & immemorabilis operantis, ut poſſit allegari quilibet melior titulus, quinimò ut præſumatur, eum interveniſſe, nulla amplius refricata quæſtione de eodem titulo, nec de mala fide, nec de cæteris aliis aliàs obſiſtere valentibus, *ad DD. in materia allegatos, & generaliter per Me in colluct. legal.* 28. *n.* 129. *& ſeqq. & colluct.* 29. *num.* 3. *& ſeqq. ubi latè concord. habentur. vol.* 2. *quibus addo Gall. de fructib. diſp.*9. *art.*1. *n.*31. *ubi alios adnectit.*

63 Cùm iſta nimis vulgaria exuberanter tollantur à *ſuperiùs, hactenuſque deductis, & firmatis* demonſtrantibus: Vel non potuiſſe induci, & inductam ratione ſolius curſus temporis, ipſam centenariam, & immemorabilem fuiſſe, & eſſe nullius operationis, ac prorsùs inefficacem, ità ceſſantibus recenſitis ſuis qualitatibus, ut potè non dandis, ſine ea, uti ſubjecto ceſſante, ſeu non attendendis, ea inoperabili, ac inefficaci exiſtente; juxtà notiſſima DD. dicteria, de quibus *Scribentes in l.* 4. *ff. de act. empt. Beckt old. in Theſaur. juriſpr. lib.* 15. *cap.* 3. *axiom.* 18. *tom.* 2. *Barboſ. axiom.*
64 196. *Caſtil. contr.* 168. *ex num.* 50. *libr.* 5. Vel peculiariter, nec titulum aliquem etiam putativum per Communitatem potuiſſe acquiri, ut *in* §. *vel quia, cum exactiones num.* 17. *& infrà per diſcurſum*; ac obſtetiſſe eidem malam fidem, ſaltem de jure canonico, ut *ſub* §. *tùm ex eo, quod Omnes, n.* 34. concurrentibus etiam quoad utrumque notatis *à Larrea alleg.*13. *ſub num.*35. *& alleg.*15. *num.* 16. 17. *lib.* 1. *ac alleg.*68. *n.*24. *cum ſeqq. l.* 2.

65 Ac præciſim, quòd in noſtro caſu non eſt dabilis aliqua bona fides, cum ſtatim ac Homines Communitatis ſcientes propriam obligationem ſolvendi in *libris Marcheſan.* ſolvere ceperint *in libris Mutinenſibus*, eam contraxerint, requiſitam tamen etiam in immemorabili ab initio, *Larrea alleg.* 15. *ſub num.* 16. *ubi remiſſivè dat concordantes. de quibus Caſtil. de tertiis, ſive*
66 *contr. tom.* 7. *cap.* 26. *à num.* 24. Et quod, ut in loco indicato ſuprà dicebatur, nec etiam dabilis aliquis titulus (nec etiam allegatus per Communitatem) qui tamen nedum exiſtimari debet idoneus, ſed etiam in figura ſaltem extrinſeca validus, *DD. in cap. in litteris. de reſt. ſpol. Larrea d. alleg.* 68. *ſub num.* 5. *ubi concord. libr.* 2.

Et proinde de præfatis viribus, & effectibus non 67
eſſe curandum; cùm nec potuerit Communitas poſſidere, minuſque poſſederit ſeu quaſi poſſederit in præſenti haſce annuas penſiones, ut in parte præſcribendas, prout requiri *ex l.* 4. §. *furioſus. ff. de uſucap. & aliis inquit Larrea* ſcribens pro arcenda immemorabili *d. alleg.* 16. *num.* 9. *cum Gilquen. de præſcript. p.* 3. *c.* 2. *n.* 7.

Sed quod plus eſt, nullus *ex DD.* contrà D. Marchionem per D. Scribentem pro Communitate allegati, eſt in objecto, minuſque ob defectum applicationis officere poteſt.

*Surd. enim conſ.* 335. *lib.* 3. ſcripſit, & loqui- 68
tur in caſu, quo Sereniſſ. Dux Ferrar. mandavit *de anno* 1523. quòd Civibus Regii, atque ibi habitantibus venderetur Sal ſolidis duodecim in ſingula pondera, & ex eo, quod *non conſiſtit, nec fuit probatus valor ſolidorum prædictorum*; ſed per tempus longiſſimum fuerint ſoluti ſolidi quatuordecim cum dimidio uſuales loco eorundem ſolidorum duodecim: eratque dubium, *an Princeps ſenſerit de eodem valore, vel non, & an de æſtimatione eadem, vel non*; Concludit *Surdus* tùm ſublatas fuiſſe hujuſmodi dubietates ex curſu dicti longiſſimi temporis; tùm potuiſſe induci,
& inductam fuiſſe præſcriptionem. Quæ omnia 69
ſunt inapplicabilia caſui noſtro, in quo apertiſſimè conſtat de claro, & certo valore *libr. Marcheſan.* valde diſtante à valore *libr. uſualium Mutinenſium*, nec adfuit, minuſque adeſt aliqua dubietas de illarum æſtimatione, quæ imò, cum fuerit, ſitque nota Communitati, ſive Hominibus illius optimè ſcientibus differentiam illius ab æſtimatione *libr. Mutinenſ.* ſuggerit, nec ipſos Homines potuiſſe credere nullam adfuiſſe mutationem, & ſie ob illorum malam fidem non præſcripſiſſe, ut etiam innuit *idem Surd. eod. conſ.* 335. *num.* 63. *verſ. ſecundò reſpondetur, & num. ſeqq.* qui poſtmodum prædicta omnia communit ad evitanda quæcumque oppoſita *in ejus conſ.* 454. *lib.* 4.

*Gabr. conſ.* 161. *lib.* 1. loquitur & ipſe in caſu 70
quo Civitas, cùm eſſet libera, ſemper ſolvit onera quædam in denariis, ſolidis, ſive Bolonenis, ſecundùm æſtimationem per tempora ſolutionum currentem, & concludit poſt ſubjectionem ipſius Civitatis non potuiſſe eam onerari ſolutione alterius monetæ, ſeu ſolutione majoris quantitatis, *cum de mutatione parvæ in deterius non appareat*; ſubdens ideò *eſſe accipiendam parvam ipſam monetam ſecundùm æſtimationem temporis ſolutionis, ut num.* 4. *ad fin.* qui caſus ad ſenſum diſtat longiſſimè à noſtro, quinimò *tradita ab eod. Auctore* retorquentur, dum vult, quòd moneta non mutata in deterius, ſolvatur in eadem æſtimatione de tempore ſolutionis, quod eſt, ac ſi dixiſſet, *libras noſtras Marcheſanas* non mutatas eſſe nunc ſolvendas juxtà earum æſtimationem; non autem juxtà æſtimationem *libr. uſualium Mutinenſ.*
inferioris valoris: Et in omnem eventum *idem* 71
*Gabr. ubi ſuprà* plenè rejicitur *à Surd. d. conſ.* 454. *num.* 52. *verſic. negotium non turbat, cum ſeqq. & in fine ait, non eſſe curandum de illius authoritate.*

*Bertazzol. conſ. civil.* 71. agit de caſu, quo 72
*Stat. Bagnacaballi* diſponit ſolutiones gabellarum, & pœnarum eſſe faciendas *in ſolidis Marcheſanis*; Et ſupponit, quòd in Romandiola mentione *ſolidi Marcheſani* veniunt ſolidi currentes, *ut in init.* quod non convenit noſtro caſui; in quo *libra Marcheſana* maximoperè diſtat *à libra Mutinenſi*, ita ut non ſit verificabile, quòd mentione *libræ Marcheſanæ* veniant *libræ Mutinenſes*, & ſic evidenter *is Author* obſtare nequit.



73 *Venturin. conſ.* 45. totus, & latiſſimus eſt in comprobando, ſolutionem conventam genericè in libris eſſe faciendam in currentibus, & ſecundùm æſtimationem de tempore cujuſvis ſolutionis, potiſſimùm attenta præſcriptione: Undè ejus Concluſiones, & dicta, aut non congruunt; aut plus favent, quàm noceant facto noſtro, in quo conventa eſt *libra Marcheſana*, & dicitur, ipſam eſſe ſolvendam, non in *libra Mutinenſi*, ſed juxtà æſtimationem, & valorem illius nunc currentem, quod eſt idem ac firmare, quod firmavit *Venturinus.*

74 *Manſ. conſult.* 391. *& Boſcol. in ead. cauſa ibid. conſult.* 392 *lib.* 5. Scribunt pro Provincia Friniani Status Sereniſſ. D. Ducis Mutinæ, & concludunt intentionem Sereniſſimi fuiſſe, quòd ſolutio annua præſtanda per illam fieri deberet in moneta uſuali *Mutinen.* currenti, de tempore ſolutionis; vel quouſque liqueat de bonitate intrinſeca monetæ antiquæ, *de qua bonitate non fuit doctum*; vel attenta qualitate debiti conſiſtentis in libris genericè conventis, quæ ſemper conſtant pro qualibet viginti ſolidis; taliter ut poſt plurimas incertitudines, & dubietates, quæ exoriebantur ſuper intelligentia Gratiæ Principis, *ipſi Scribentes* ſe ſe applicuerint etiam fundamento præſcriptionis centum triginta annis decurſæ: Quæ non applicantur in præſenti, dum conſtat de certo, & claro valore *libr. Marcheſanæ*; nec debitum Communitatis conſiſtit in libris genericè prolatis, ſed *in libris Marcheſanis* ad contradiſtinctionem *aliar. librarum* præcipuè *uſualium Mutinenſ.*

75 *Gatt. conſ.* 17. loquens ſuper conventione de levando ſalem in rationem ſolidorum undecim monetæ currentis *Ferrariæ* pro quolibet pondere; ad nihilum ſervit, quamvis & ipſe recurrat incidenter ad præſcriptionem 140. annorum jam decurſam, cùm in ſuo caſu non conſtaret de qualitate intrinſeca ſolidi, ejuſque certa æſtimatione, & de utraque in noſtro caſu evidentiſſimè liqueat: ac inſuper *ipſe Auctor* non agnoſcat fundamentum præſcriptionis pro ſolido, *ut in fin.*

76 *Caren. reſol.* 68. examinat materiam vertentem, an, & quando verba adjecta ſcut. in auro *in ratione librarum ſex, & ſolidorum ſex pro quolibet ſcuto*, ſtent demonſtrativè, vel potius taxativè: & concludit, ſtare demonſtrativè; tollendo dubietatem articuli in jure (de quo latè *Gob. de monet. quæſt.* 6. *num.* 30. *cum multis ſeqq.*) & ſubdendo in facto, quòd in Civitate Cremonæ aderant duæ ſpecies ſcuti aurei, *ut num.* 5. Unde nihil facit ad rem noſtram, dum unica tantùm *libræ Marcheſana* adſuit, & adeſt, quoad illius valorem, & æſtimationem, eaque fuit clariſſimis verbis in contractum deducta, ceſſant proinde qualibet dubitatione, ut inquit *idem Carena num.* 8. *cum Gratian. diſcept.*560. *ex num* 15. *lib.* 3. *& pluribus allegatis* dictum fuit *ſuprà in initio n.* 1.

77 *Gobius in tract. de monet. quæſt.* 8. agit quidem de materia per extenſum; ſed tot, tantiſque declarationibus utitur, ut non curatis generalibus, certè faveat in ſpecialibus, repetitis *opportunè ſuperiùs*: cùm & veniat intelligendus *juxtà Auctoritates, quas allegat*, & quas loqui in aliquibus ex terminis proximè relatis, ſicque non officientibus *lectura earum* patefacit.

*Deciſo verò Senatus Mantuani* impreſſa *poſt* 78
*eand. quæſt.*8. *Gobii* non alio poteſt ſuſtineri fundamento, niſi quia Communitas Voltæ debitrix ſolvit *lib.* 69. 15. monetæ tempore ſolutionis currentis, non loco *Ducatorum* 15. aurei boni, & juſti ponderis, de quibus agebatur, ſed pro iiſdem *libris* 69. 15. non credens, nec ſciens teneri ad quidquam aliud, & præſertim ad ipſos *Ducat.* 15. quorum valor intrinſecus, nec fuit doctus, nec minus tactus *in ipſa deciſone*, uti requirebatur ex proximè dictis *circa Manſ. & Boſcol.*) Unde poterant intrare notata *ab Henric. Boich. in cap. olim, num.* 2. *ubi, & Fagnan. num.* 18. *verſ. aut ſolvebant eos, de cenſib.* Quæ non conveniunt noſtro caſui, in quo *libræ uſuales Mutin.* fuerunt ſolutæ loco *libr. Marcheſan.* ut præmonitum fuit *ſuprà* §. *quoniam rurſus libræ*, & de illarum valore certo, claro, practicato, & currenti non ambigitur.

Alii verò, ſi qui ſint DD. qui in obicem da- 79
rentur; Aut non ſe extenderent ultrà caſus proximè pertactos: Aut nunquam loquerentur, quando adeo clara, & certa eſt obligatio, & moneta danda, ſeu ejus valor itidem, & clarus ſolvendus nequit controverti, ut undique veritas dignoſcatur,
ac appareat: Nam tali caſu quilibet lapſus tem- 80
poris tàm in vim præſcriptionis, quàm conſuetudinis, veluti ſine veritate, & ratione eſt ſola vetuſtas erroris, *cap. veritate* 8. *diſtinct. Hojed. de benef. incompat. p.* 1. *cap.* 19. *ſub num.* 8. *Ego ipſa colluct. legal.* 47. *num.* 148. *vol.* 1. *& confert Rot.*
*poſt Pacichel. de diſtant. deciſ.* 45. *n.* 1. *in recent.* 81
*deciſ.* 404. *num.* 1. *p.* 16. quinimò vetuſtas impietatis, & iniquitatis, *Auth. ut Eccleſia Romana, Rimin. jun. conſ.* 238. *num.* 23. *Cyriac. contr.* 321. *num.* 80. *Rocca diſput.* 149. *num.* 56. *lib.* 2. *Ego ipſe colluct legal.* 48. *num.* 60. *vol.* 1. *benè Rota coram Merlin. deciſ.* 811. *n.* 4. *tom.* 2.

Conſideratio demum elicita pro parte Commu- 82
nitatis *per D. meum Caſſium ejus Advocatum à Stat. Ferrar. lib.* 2. *rubr.* 132. (quo utitur Terra Herberiæ) ut ſancitur, *quòd ſi creditum fuiſſet in genere, puta in tot. libr. de Marcheſan. nulla mora contracta liberetur* debitor *ſolvendo tot libras in moneta currenti tempore ſolutionis: intelligendo, quod dicitur de moneta currente tempore ſolutionis, ut non habeatur ratio valoris monetæ antiquæ, ſed novæ tantum, ſeu currentis.*

Tollitur non tantum à traditis per *Pigant* 83
*ad eand. rubr.* 132. *ſub num.* 17. 18. *cum Surd. conſil.* 220. *lib.* 2. *& Rota poſt Cenc. de cenſib. deciſ.* 214. *à num.* 7. Verùm & à facto ipſo, cum hodie ex parte D. Marchionis Julii (relicta pro nunc diſquiſitione valoris antiqui *ad normam Concluſionis poſitæ ſuperiùs in* §. *Propterea ſubſequitur num.* 1. nec non admiſſa citrà veri noxam, non mora Communitatis debitricis) petatur duntaxat valor currens *libræ Marcheſanæ*, quem comparativum ad antiquum exiſtimat, & eſſe ei, tamquam clarum, certum, & incontrovertibilem
ſolvendum por Communitatem non dubitat, vi- 84
gore etiam *dicti Statuti*, removentis in hoc omnem difficultatem; ex dictis *in mea colluct. legal.* 2. *n.*57. *& colluct.* 50. *num.*86. *vol* 1. *Rota in recent. deciſ.*318. *n.*14 16. *p.*16. Et operantis, quòd, cùm adſit certitudo veritatis debiti in ipſis *Libris Marcheſanis*, valor illarum, ad quas indubitanter reſpexit, & de quibus loquitur, juxtà ſaltem currentem quantitatem, tùm notam in Statu Sereniſſ. Ducis, tùm peculiariter practicatam, & admiſſam
in loco Herberiæ, abſque ulla difficultate de- 85
beatur: dum illius verba clariſſima nullis indigentia

argumentationibus, & interpretationibus ſic demonſtrant, Gratian. diſcept. 651. nu. 30. & diſcept. 769. num. 14. Sabell. reſol. 44. num. 6. & reſol. 45. num. 8. Altograd. conſ. 9. ſub nu. 41. lib. 1. Barz. deciſ. 32. n. 18. & deciſ. 57. num. 5. Ego ipſe colluct. legal. 25. num. 100. & colluct. 31. num. 12. 13. ubi concord. vol. 2. In tantum, ut pertentare, quòd valor currens debeat intelligi reſpectu librarum Mutinenſium uſualium, & non reſpectu librar. Macheſanar. nihil aliud eſſet, quam velle, quòd Statutum ipſum admitteret fictionem,
86 & negligeret veritatem, quod eſt contrà omnem juſtitiam, & omnia principia juris volentia, quòd ſtatutum in ſuis verbis veritatem adſervet, nunquam regulariter fictionem admittat, l. 3. §. hæc verba ff. de neg. geſt. Redenaſc. conſ. 27. num. 5. Trentacinq. de ſubſtit. p. 2. cap. 3. num. 8. Ego ipſe d. colluct. 25. n. 53. Rota coram Duran. deciſ. 36. num. 9. 10. tom. 1.

87 Et hinc etiam deſcendit, quòd, ſtante dicta diſpoſitione Statuti, nulla quoque potuit induci præſcriptio, quamvis centenaria, & immemorabilis: Vel quia Homines Communitatis ſcientes illam, prout in eorum Patria obſervatam, non poſſunt, nec potuerunt, niſi cum poſitiva mala fide deflectere à ſolutione valoris, ſaltem per tempora currentis libr. Marcheſan. dubitarum, ipſis itidem omninò noti, quo caſu, ut ſæpius dictum
88 fuit ſuprà, eadem præſcriptio initium, & progreſſum ſumere nequivit, ut etiam inquiunt Silvatic. jun. conſ. 34. nu. 23. Manſ. conſult. 143. n. 29. lib. 3. Acoſta de privil. creditor. reg. 1. ampl. 3. num. 129. Salgad. de regia protect. p. 1. cap. 1. ſub num. 34. & p. 3. cap. 10. num. 287. Maſtril. de Magiſtr. lib. 1. cap. 19. num. 29. Anſald. de commerc. & mercat. diſc. 95. num. 22. Belmont. deciſ. 29. num. 35. Cenſal. deciſ. 80. numer. 33. & alii in mea colluct. legal. 27. num. 61. & colluct. 47. num. 19. vol. 2. Rota in recent. deciſ. 260. n. 26. p. 13. coram Card. Cerro deciſ. 469. num. 14. deciſ. 544. num. 12. deciſ. 587. num. 8. 9. tom. 2.
89 & deciſ. 662. num. 12. tom. 3. Vel quia ex præexiſtentia ejuſdem diſpoſitionis Statutariæ fuit ſemper in loco Herberiæ ſufficiens motivum, quod pro conceſſione molendini habita ſub annua recognitione librar. 325. Marcheſan. ſolvendus eſſet, ſi non antiquus, ſaltem modernus, & per tempora currens illarum (non autem libr. Mutinenſ. valdè differentium) valor; ſic remanente excluſa quacumque præſcriptione centenaria, millenaria, & etiam immemorabili, veluti excluſa à ſolo quoque contrario tumultu, ſeu rumore,
90 Tondut. reſol. benef. 104. num. 13. in fin. tom. 1. Pecch. de aquæd. lib. 1. cap. 2. quæſt. 3. num. 86. Card. de Luca tit. de juriſd. diſc. 3. numero 89. lib. 3. & tit. de paroch. diſc. 27. num. 7. lib. 12. Panimol. deciſ. 10. adnot. 5. numer. 8. tom. 1. & alii in d. mea colluct. legal. 47. num. 23. Rota in recent. deciſ. 304. ſub num. 11. p. 11. coram Coccin. deciſ. 1102 ſub num. 5. tom. 2. coram Roxas deciſ. 470. num. 9. coram Zarate deciſ. 21. num. 12. & coram Alex. VIII. Otthobon. deciſ. 159. à num. 6. ubi, quod eſt certum, ac alibi.

Cæterum, ne ulla quidem prorſus remaneat in hac re ambiguitas, & dubitatio, tria adhuc animadvertenda proponuntur.

91 Quòd ſumus in annuis præſtationibus, in quibus, nedum tot præſcriptiones, quot ſunt anni, requiruntur, ſed ſemper ſunt immunes ab ipſa præſcriptione poſtremi ultimi 29. anni, (& ſic non eſt verificata, nec verificabilis aſſerta centenaria, cùm non ſint decurſi in ſenſu partis adverſæ, niſi ſoli anni centum, & tamen debuiſſent eſſe ſaltem centum viginti novem) ad tradita per Card. de Luca tit. de credito diſc. 140. num. 4. libr. 8. Anſald. in hac materia, de commerc. & mercat. diſc. 88. num. 13. 14. Rota coram Bichio deciſ. 33. num. 15. & ſeqq. tom. 1. & in Romana cenſ. 14. Januar. 1686. §. validitas, coram Matthæio.

Quòd in omnem caſum locus eſt reſtitutioni 92
in integrum ex clauſula, ſi qua mihi juſta cauſa; quemadmodum poſt Surd. conſ. 454. nu. 47. Gob. de monet. quæſt. 8. à numer. 37. & Card de Luca tit. de penſ. diſc. 34. numero 15. 16. lib. 13. additur & Noguerol. alleg. 2. num. 89. Rocca d. diſput. 149. numero 66. lib. 2. Manſ. conſult. 168. numero 77. & ſeqq. lib. 2. & conſult. 243. numero 30. lib. 3. in iſtis terminis præſcriptionis per ſæculum, & ultra decurſæ firmatur ab Anſald. d. diſc. 88. numero 10. & num. 11. ubi præcisè reſpectu particularis ſucceſſoris, qui præſumitur ignorare modum ſolutionis faciendæ, & quod potuerit credere eo modo, & non aliàs ipſam ſolutionem fieri debere allegando Surd. d. conſ. 454. num. 39. 40. Cyriac. contr. 388. numer. 25. 26. lib. 2.

Quod tandem hodie praxis eſt omninò recepta 93
reſpectu penſionum annuarum in futurum decurrendarum nihil prorsùs ab illis eſſe demendum, ſed integras eas fore ſolvendas in quantitate conventa; non obſtante quocunque temporis ſpatio, etiam ſuprà ann. centum, in quo fuiſſent ſolutæ in aliqua parte diminutæ, ut, Cæteris conſulto omiſſis, per Cyriac. contr. 680. in fine lib. 4. Manſ. d. conſult. 143. in fin. ubi refert deciſionem Anſald. d. diſc. 88. numero 15. juncta ſerie caſus, ſuper quo ſcripſit, & Card. de Luca tit. de credito, d. diſc. 140. numero 5. qui plura alia loca ſuorum Operum adducit, inquiens ſic ſemper fuiſſe deciſum. lib. 8.

Prout ità pariter ſaltem decidi nunc ſperatur, 94
ne Communitas ipſa ſolo præſidio præſcriptionis munita in iniquitate, & impietate glorietur, nevè D. Marchio Julius contra omne jus naturale damnificetur, ac circùmventione prematur; jam quod hæc omnia à præſcriptione reſultare, traditur præ aliis, ſuperiùs quoque allegatis ab Epiſc. Rocca d. diſp. 149. numero 56. 57. 58. ubi concord. lib. 2. Larrea alleg. 28. numero 25. lib. 1. Noguerol. alleg. 31. numero 43. in fin. Faxard. alleg. 19. numero 28. lib. 1. & alleg. 37. n. 34. lib. 2. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 3 nu. 363. Rota coram Merlin. d. deciſ. 811. n. 4. tom. 2.

Et ex iſtis, aliiſque per D. meum Coadvocatum Cauſæ Corridorium egregie ſcriptis, & potiſſimùm in Facto diligenter animadverſis, pro demonſtrandis defectibus probationum requiſitarum pro parte Communitatis, Concluditur ut ſuprà pro revocatione poſterioris Sententiæ, ac confirmatione priorum latarum ad favorem D. March. Julii de Sacratis &c.

Salvo &c.

Comes Vincentius Bondenus Eques Chriſti
J. C. Argentanus.

Secundùm prædicta, poſt acerrimas diſputationes fuit judicatum à DD. Factoribus Generalibus Sereniſſ. D. Ducis Mutinæ cum conſilio, & Voto Doctiſſimi D. Conſiliari Thomæ Barilli. die 19. Decembris 1693. in Actis Notar. Joannis Franciſci de Buzzalinis Mutin. Audio nunc, aſt confuſim



ad ſonitum cujuſdam tympanuli ſenſum quendam diverſum (hiſce tamen ſcriptis pro juſtis ſemper cognitis) in re iſta, alienis motivis Mihi ignotis, fuiſſe captum: ſed, an jure, vel injuria, ſcit DEUS Scrutator cordium.

---

## CAPUT XLVI.

### ARGUMENTUM.

Gratia pro Datio Piſcium debito Communitati Argentæ regiſtrata in cap. 9. Supplicationi per eam porrectæ Eminentiſſ. D. Cardin. Aldobrandino, Tempore Devolutionis Status Ferrar. ad S. Sedem Apoſtolicam, cum ſubſequuta Summi Pontificis Confirmatione, pleniſſimè examinatur, ac veræ interpretationi ſubjicitur, & reſtituitur. Succeſſivè Edictum pro ſervandis viis ſolitis à Mercatoribus, & Vectoribus Piſcium, ad evitandas fraudes dicti Datii conceſſum ſub die 15. Jul. 1682. ipſi Communitati, per Eminentiſſim. D. Cardin. Acciajolum Legatum Ferrariæ, uti juſtiſſimum, ac ſummè neceſſarium, etiam ad reparationem ingentis præjudicii Gabellæ Groſſæ Ferrariæ, & Cameræ Apoſtolicæ demonſtratur, ac ab oppoſitionibus illi factis validiſſimè vindicatur.

Qua ſumpta occaſione multa, eaque inſigniora in materia Veræ interpretationis dandæ Conceſſionibus Principum: Præjudicii non inferendi, ac illati avertendi, & reparandi: Obſervantiæ interpretativæ: & Gabellarum, maximè, quo ad Tranſitum Mercium, afferuntur, & Caſui præſenti juridicè accommodantur.

Reſpondetur pleniſſimè Voto Deciſivo R. P. D. Fatinelli de Fatinellis impreſſ. poſt Pigant. ad Stat. Ferrar. Vot. 6. quod eſt in Ferrar. Gabellæ Piſcium in 2. edit. Et in fine regiſtratur ſententia Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Card. Acciajoli Legati Ferrar. revocatoria Sententiæ latæ per Eundem R. P. D. Fatinellum, poſitæ à Collectore Votorum in fine d. Voti 6.

### SUMMARIUM.

1 Verba ſupplicationis Communitatis Argentæ pro Datio ſolito Piſcariæ, & tranſitus Piſcium afferuntur, & nu. 2.
3 Datium tranſitus Piſcium forenſium Communitatis prædictæ debetur, & quando, nu. 5. 6. 7. ſed hîc tradita impugnantur per tot Alleg.
4 Demonſtratio addi non debet rei ſatis apertæ.
5 Verba, quando però li peſci di tranſito non foſſero ſoliti di pagare alla Gabella Groſſa appoſita in Cap. ix. Gratiarum Argentæ, interpretantur, quod ad Gabellam Groſſam Ferrariæ, & n. n. ſeqq. ac nu. 62. 63. fallit num. 9. 40. 41. 42. 52. & 55. ſunt applicabilia Gabellæ Groſſæ Argentæ, nu. 74. 81. 82. 83. ac nu. 203.
10 Quod procedit à ſolito, non porrigitur ad Statutum, & nu. 12. 16. 17. & ſolitum potentius operatur, quàm Statutum, nu. 13.
11 Verba in Gratiis valent quantum ſonant, nec plus diſponunt, quàm in eis legitur.
15 Argumentum à majori non conceditur in materia Gratiarum, & Conceſſionum.
18 Verba ubi non conveniunt, nec convenit diſpoſitio, & nu. 92. & ſeq.
19 Verba ſunt intelligenda ſecundum ſubjectam materiam, & eo reſpectu, quo fuerunt prolata; & nu. 20. amplia nu. 214. & ſeq.
21 Quod non poteſt verificari aliter, quàm uno modo, habetur pro eo expreſſo.
23 Verba ſunt intelligenda ſecundum locum, ubi actus venit explicandus.
25 Antecedentia declarant efficacius ſubſequentia.
26 Una pars diſpoſitionis alteram declarat.
27 Verba continuativa in oratione ſunt intelligenda, juxtà præcedentia, & ſic ſi fuerint etiam per modum adverſativum poſita, num. 28. & num. 86.
29 Dictio però latinè tamen eſt adverſativa, & exceptiva, ac habet vim repetendi præcedentia retento eodem themate, & n. 30.
33 Exceptio eſt de regula, & ſub verbis regula comprehenditur.
34 Scientia alicujus rei, & actus, ex quibus deducatur, & nu. ſeqq.
43 Inveriſimilia non ſunt attendenda.
44 Interpretatio ſupplicationis eſt facienda ſecundum mentem Supplicantis, & pro illius utilitate, ac favore, numero 45. 54. ac numero 144.
46 Concedere Principem non præſumitur privilegium ſub conditione redolente dubitationem, & nu. 48. declara nu. 50.
48 Princeps debet occurrere ſubditor. litibus.
49 Interpretatio ſemper eſt ſumenda pro evitandis litibus.
51 Verborum intellectus ille ſumi debet, qui magis eſt aptus.
53 Gratia Principis non debet eſſe inanis, ſed cum effectu utilis.
56 Effectus magis eſt attendendus, quàm verba, & num 57. 58. & ſic diſcretivè quo ad eundem, num. 59.
60 Verba interpretanda ſunt contrà eum; qui ſe fundat in illis, & nu. ſeq.
64 Non entis non ſunt qualitates, limita n. 70.
65 Gabella Groſſa reperitur in Terra Argentæ.
66 Aſſertioni Principis eſt ſtandum.
67 Nulla eſt differentia inter Gabellam Groſſam, & Gabellam Generalem Ferrariæ, & numer. 159.
69 Princeps, ſi voluiſſet, expreſſiſſet, ſicut in aliis expreſſit.
71 Fundamento ceſſante, ceſſat & ædificatum.
73 A cauſa motiva diſponendi regulatur, extenditur, & ampliatur diſpoſitio.
75 Verba alla quale ſunt relativa.
77 Conditio debet habere potentiam ad eſſe, & ad non eſſe, ad hoc ut verificari poſſit.
80 Deſinere non poteſt, quod nunquam eſſe cœpit.
84 Limitata cauſa limitatum producit effectum.
85 Locus ſolutionis materialiter non attenditur ad probandam duplicem Gabellæ ſolutionem, illum genericè aſſumendo.
89 Duplex Gabella non debetur in eodem Loco, pro eadem re, eodemque reſpectu.
90 Duplicatio ſolutionis Gabellæ pro tranſitu Piſcium in Terra Argentæ non poteſt verificari, & num. 105.
91 Conditio requirit extremum habile, ad hoc ut verificari poſſit.
95 Voluntas Principis concedentis privilegium, ut ſalvetur, eſt præferenda verborum ſignificationi: etiam ea deſtruendo, & etiam ſi res ſit in dubio, nu. 96. 97.
98 Paria ſunt tranſitum impedire, & Gabellam gravem imponere, & num 99.
100 Conductor Gabellæ ob impoſitionem novæ Gabellæ,

bellæ, *ſive ſuperindictionem*, *poteſt petere remiſſionem penſionis.*

101 *Mercatores ob onus duplex impoſitum damnificantur, & maximum ſuſtinent præjudicium, num.* 102.

103 *Solutio* Gabellæ *Piſcium in* Terra Argentæ *non infert damnum, neque præjudicium* Gabellæ Groſſæ *Ferrariæ, neque Mercatoribus*, & *num.* 104. 107. 117. 120. 126. 134. 135. 136.

106 *Voluntatis præſuppoſito ceſſante, ceſſat & illa.*

108 *Probatio impoſſibilis, & irrelevans non admittitur.*

109 Eugen. conſ. 72. ſub num. 12. lib. 2. & cæteri D. D. in Toto allegati *loquuntur de* nova Gabella *impoſita, ideò non applicabiles caſui, nu.* 110.

111 *Quænam ſit differentia inter* Gabellam *noviter conceſſam, & continuationem* Gabellæ *antiquæ.*

113 *Ceſſante diminutione patrimonii, ſeù juris quæſiti, ceſſat damnum.*

114 *Quod ab alterius voluntate dependet, non dicitur eſſe in alterius damno, & nn. ſeqq.*

118 Gabella Groſſa *ſolvitur in Loco* Traghetti *ab immemorabili, & Datium pro tranſitu Piſcium* Communitati Argentæ *pariter ab immemorabili ſolvitur, & num.* 119. *& nunquam fuit reclamatum à dicto* Datio *per* Gabellam Groſſam *Ferrariæ num.* 126. *neque à Mercatoribus, niſi ab annis* 50. *circiter, ob prætenſionem illius à non tranſeuntibus per Ejus Territorium num.* 119. 128. 129.

122 *Argumentum à communiter contingentibus valet.*

123 Gabella Groſſe *Ferrariæ pro removenda* Gratia xix. Communitati Argentæ *conceſſa in ejus præjudicium plures fecit lites, & nn. ſeqq.*

127 *Argumentum ab uſu Patris familias eſt validum, & à ſolito, n.* 132.

129 *Gabella non debetur ei, per cujus Territorium non fit tranſitus, & nu.* 268.

130 *Mercatores ſunt ſagaces, & vehementer reclamant pro ſe ſe eximendis à Gabellis.*

134 *Præjudicium quando non ſit allegabile, nec habendum in conſideratione, & nu.* 135.

137 *Interpretatio habita in* Voto *verborum Supplicationis* Communitatis Argentæ *pro obtinendo Datio tranſitus Piſcium eidem infert præjudicium permagnum; imò uſque ad illius extinctionem quo ad effectum, n.* 139. 148. 151. 177. 178. *ac reddit Conceſſionem eluſoriam, nu.* 192.

138 *Communitas à præjudiciis eſt ſublevanda, & nu.* 194.

140 *Tempora* Devolutionis Status Ferrar. ad S. Sedem Apoſtolicam *conſiderantur, & infrà.*

142 *Princeps eſt propter Populum, ejuſque utilitatem, non Populus propter Principem.*

145 *Datium tranſitus Piſcium à* Communitate Argentæ *fuit ſemper ſub* Domino Ducum *Ferrariæ exactum, abſque diſcrimine, quo tempore etiam* Gabella Groſſa *in loco* Traghetti *exigebatur, & nu.* 146.

147 *Papa difficilius cæteris Principibus jus tertii aufert.*

149 Gabella Groſſa *ubique locorum Ducatus Ferrariæ extenditur, & num. ſeqq. ac numero* 172.

152 *Paria ſunt rem non habere, & inutilem habere.*

153 *Piſces poſſunt tranſportari* è Vallibus Comacli *ad partes* Romandiolæ *abſque ſolutione* Gabellæ Groſſæ Traghetti, *vel alterius Loci* Ducatus Ferrarien. *ex quo non redditur Datium* Argentæ *extinctum, num.* 157. 158. *contra num.* 163. 164. 167. 168. 169. 170. *& à num.* 172.

154 *Conceſſio Gabellæ eſt materia odioſa, & nu.* 196. *contra, quando Gabella eſt antiqua, num.* 197. *& ſeqq.*

155 *Conceſſio Gabellæ eſt ſtrictiſſimè intelligenda, contra num.* 200.

156 *Exactio* Paſſagii, *quæ poteſt verificari in uno loco, eſt reſtringenda ad illum.*

159 *Sub* Gabella Groſſa *multa continentur membra, quæ ſunt ejuſdem naturæ, & qualitatis num.* 160. *& ibi declara, ac nu.* 161.

162 *Magis, & minus non differunt ſpecie.*

165 *Regulæ eſt ſtandum, donec probetur contrarium.*

171 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione valet.*

173 *Sententia* D. Auditoris *ad nihilum reddi Datium* Communitatis Argentæ, *cujus verba afferuntur num. ſeq.*

175 *Verba Sententiæ*, pro quo ſolvant Cameræ, ejuſque Gabellario Gabellam Groſſam, *comprehendunt omnes Locos, in quibus ſit eidem ſolutio illius.*

176 *Indefinita æquipollet univerſali.*

179 *Differentia ſtans, inter loquutiones* ſolvere Gabellam Groſſam, *&* ſolvere Gabellæ Groſſæ, *affertur, & n. ſeqq. ac de effectu num.* 186 *& ſeqq.*

190 *A proprietate verborum non eſt recedendum: imò illi eſt ſtandum, nu.* 193.

194 *Oppoſitorum natura eſt ſe ad invicem tollere.*

195 *Gabella ſolita, & antiqua eſt conformis diſpoſitioni juris, & judicatur favorabilis.*

200 *Conceſſio favorabilis eſt latiſſimè interpretanda.*

202 *Parum, & nihil æquiparantur; & nullius ſunt conſiderationis, nu.* 203.

204 *Confirmatio nil dat, neque facit de novo. & num. ſeq.*

210 *Obſervantia interpretativa proxima removet omnem dubitationem, amplia nu.* 212. *num.* 216. *limita num.* 213. *ſublimita, numero* 214. *rursùs limita nu.* 217. *ſublimita num.* 218. *& ſeqq.*

211 *Obſervantia in materia Gabellarum ſummè ſpectatur.*

223 *Clauſula* citrà præjudicium &c. *quid operetur, & nu.* 226. 227.

225 *Obſervantia interpretativa elicitur à Decretis manutentivis.*

228 *Edictum* diei 15. Jul. 1682. *conceſſum per Eminentiſſ. Legat. Acciajolum* Communitati Argentæ *pro evitandis fraudibus Datii Piſcium affertur, & nu.* 229. *eſt conſonum Juſtitiæ, æquitati, omni juris diſpoſitioni, & praxi univerſali, nu.* 230. *quod latiſſimè oſtenditur in nu. ſeqq. Defenditur ab oppoſitionibus ei factis, num.* 243. *cum ſeqq. & à num.* 267. *cum aliis multis ſeqq. per tale Edictum reparatur Camera Apoſtolica ab ingenti præjudicio, num.* 304. *cum ſeqq.*



*ſeqq. ejus tenor eſt extenſus, nu.* 324. *fuit bis confirmatum. n.* 325. *& nu.* 326.

231 Eminentiſſ. D. Card. Legatus Acciajolus *commendatur, & num.* 232. 292. 302. *&* 322.

233 *Princeps præſumitur juſtitia plenus.*

235 *Merces gabellabiles non poſſunt deferri per loca inſolita, & ſi deferantur, intrat pœna commiſſi, & num.* 236. 272. 273.

242 *Edictum juſtum eſt obſervandum, & ſi opus ſit, reiterandum, & nu.* 254. 255. 303.

246 *Conceſſum per importunas preces, quando aliquid dicatur: & è contra, num.* 247. *cum ſeqq.*

253 *Ratio ubi eſt eadem, cadit eadem juris diſpoſitio, &* 315.

255 *Locorum vicinorum conſuetudines, & ſolita debent ſpectari.*

256 *Utilitatis privatæ Mercatorum Piſcium ob eorum putrefactionem reſpectus, demonſtratur inanis, & nn. ſeqq. ubi latè.*

258 *Inſpectio ocularis ſuperat omnem aliam probationem.*

260 *Cauſa, & ratio inſubſiſtens non attenditur.*

264 *Argumentum à particulari ad univerſale non concludit.*

266 *Utilitas publica præfertur utilitati privatæ.*

274 Bertazzol. conſ. 207. in Crim. *affertur; & in caſu illius fuit demandata ſolutio duplicis gabellæ, nu.* 275.

276 *Doctrinæ in terminis amputant omnem difficultatem.*

278 *Reſcriptum Principis debet intelligi ſecundùm juris diſpoſitionem.*

280 Stat. Gabell. Groſſ. Ferrar. *circa* Gabellam *debitam* Argentæ *affertur, & numero* 281.

283 *In claris, non eſt opus inquirere cum argumentis.*

284 Stat. Gabell. Ferrar. *fuerunt confirmata à Papa.*

285 *Statutum, uti lex, eſt ſervandum: ubi illud adeſt, omnis diſputatio redditur inanis, n.* 286.

288 *Sententia debet interpretari, & declarari ſecundùm juris diſpoſitionem: lata contra caſum legis, tanquam injuſta, non attenditur. nu.* 290.

292 *Viſitationis Status tempore ad quid proſpiciatur.*

293 *Voluntas, & poteſtas, ſi concurrat, omnis actus perficitur.*

295 *Superfluitas potius toleratur, quàm injuſtitia: & quam, ut natura actus alteretur, & omittatur interpretatio adaptata ſubjectæ materiæ. num.* 297. *& quam, ut neceſſaria omittantur. nu.* 300.

303 *Principis proprium eſt privilegia conceſſa confirmare.*

306 *Experientia eſt rerum Magiſtra.*

308 *Bannimenta, ſive ordines primitus inſpiciuntur in materia Gabellarum.*

311 *Sententia injuſta eſt revocanda.*

313 *Interpretatio deſtructiva, & non conſervativa Gratiæ, eſt rejicienda.*

316 *Supplicatio* Communitatis Argentæ. *& num. ſeqq.*

321 *D. Jacobus Balducius laudatur.*

323 *Exitus cauſæ cum ſententia totaliter extenſa.*

Dicebam aliqua *in Meis Notis ad Oter. de paſc. cap.* 34. de Gabella debita *pro tranſitu:* Cùm autem pleniori calamo multa, eaque valdè inſignia, & notabilia deduxerim *in Reſponſo edito pro Communitate Argentæ contrà Mercatores Piſcium, & litis Conſortes*, quæ canonizata fuere *ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Card Nicolao Acciaiolo Legato Ferrariæ obſequentiſſima ſemper veneratione commemorando*; Ut materia tàm practicabilis omninò ſciatur, ponitur hìc *Reſponſum* ita ſe habens.

## RESPONSUM JURIS

*Comitis Vincentii Bondeni.*

## ANNUENTE DEO

Ferrarien. ſeu Argentana Gabellæ, & Datii Piſcium.

*Eminentiſſime, & Reverendiſſime Princeps.*

VErba *Cap. Noni* Supplicationis *Communitatis* 1
*Argentæ* porrectæ *Eminentiſſ. Card. Petro Aldobrandino Legato à Latere, & ſuperintend. Status Eccleſiaſtici* tempore devolutionis Ducatus Ferrariæ ad S. Sedem Apoſtolicam, pro Gratiis obtinendis, Eidem *Communitati* ſucceſſivè conceſſis *ſub die* 30. *Martii* 1598. & deindè à *Sanct. mem. Clemente VIII.* clementiſſimè confirmatis *ſub die* 16. *Jul. ejuſd. anni*; ſunt iſta. *Che conceda alla*
*Communità, e con la libera adminiſtratione in per-* 2
*petuo, per ſupplire alle ſpeſe della proviſione ſolita del Governatore, delli Medici, delli Maeſtri da Scola, & altre ordinarie, e ſolite, il Datio della Peſcaria à ragione di due, e mezzo per cento, cioè trè quattrini per libra di prezzo di peſce, che ſi venderà, & eſtraherà dalle Valli, e dal Territorio d'Argenta, à che particolarmente ſia obligato il Venditore, ancorche foſſe patrono della Valle, e pagandoſi dal Venditore, il Compratore non ſia obbligato ad altro, come ne anco è converſo, eccettuandone però quello, che ſi venderà ad Argenta per ſervitio ſolamente della Terra, e non per mercantarlo, che non haurà da pagare coſa alcuna. E per il Tranſito del peſce foreſtiero freſco, e ſalato ſi paghi ſecondo il ſolito, quando però i peſci di tranſito non foſſero ſoliti di pagare alla Gabella Groſſa, alla quale non s'intenda pregiudicato, ne meno s'habbino da pagare due Gabelle.*

Reſcriptum fuit.

*Conceſſum, ut petitur.*

Sicuti autem à contextu finali horum verbo- 3
rum deducitur certiſſima Concluſio, quod pro Tranſitu Piſcis forenſis recentis, aut ſale conditi ſolvatur, & ſolvi debeat Datium favore *Communitatis Argentæ, juxtà ſolitum.* ibi: *E per il tranſito del peſce foraſtiero freſco, ò ſalato ſi paghi ſecondo il ſolito*, quæ verba ſunt tàm clara, ut in re iſta nequeat ulla alia deſiderari juſtificatio, cum & rei per ſe ſatis apertæ demonſtratio ulterior
addi non debeat, *vulg. l. ille, aut ille §. cum in* 4
*verbis, ff. de leg.* 3. *& l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. l.* 1. *ff. de dot. præleg. Roland. à Valle conſ.* 7. *numero* 1. *lib.* 3. *cum congeſtis à Barboſ. axiom.* 50. *& meliùs, ac latius à Gambs. in theſaur. juriſprud. lib.* 3. *cap.* 22. *axiom.* 2. *tom.* 1.

Ita per D. Auditorem *Emin. Veſtræ* Judicem Gabella-

5 Gabellarum fuit cenſitum Concluſionem prædi-
ctam adeò nunc ſubjacere limitationi contentæ in
ſubſequentibus verbis *ejuſdem Cap.* ibi *quando pe-
rò i peſci di tranſito non foſſero ſoliti di pagare alla*
6 *Gabella Groſſa*; ex eo, quod ſit indubium pro piſ-
cibus è Vallibus Comacli adductis ſolvi Cameræ
Apoſtolicæ *Gabellam Groſſam*, maximè in Loco
*Traghetti*, vigore *Stat. Gabell. magnæ Ferr. in
Rubr. proviſione della Gabella Groſſa de peſci fol.*
41. & ex aliis motivis *in Ejus Voto deciſivo*, *ad
indumentum ſanè*, *cumulatis*, ut Datium prædi-
ctum per Mercatores, & Vectores euntes per
7 *Paſſum Maronis*, *& Travæ*, aliaſque vias publi-
cas illis bene viſas, nequaquam fore ſolvendum
eidem *Communitati*, ejuſque Gabellario, & Offi-
cialibus pro tranſitu piſcium, etiam ſequuto *per
Territorium ipſius Communitatis*, pro quibus ſol-
vitur Cameræ Apoſtolicæ, ejuſque Gabellario
*Gabella Groſſa*, *judicaverit ſub die 9. Januar.*
1683. *in actis D. Bartoli Notar.*

8 Cæterùm poſitam Concluſionem firmiter adhuc
ſubſiſtere, nec bonum jus *Communitatis* fore ita
læſum, ut, prævia reformatione adverſantis Sen-
tentiæ, reparari juſtiſſimè non poſſit ab *Emin.
Veſtra*, coram Qua fauſtiſſimo, ut firmiter ſpera-
tur, omine cognitio hujuſce Cauſæ hodiè pen-
det à reſolutione Motivi ſuperiùs primario allati,
& aliorum in adverſum ſecundariò adductorum,
conſtantiſſimè creditur.

9 Eſto igitur, quod in Loco *Traghetti*, ſicuti,
& in aliis Locis Ducatus Ferrariæ ſolvatur *Ga-
bella Groſſa* pro Piſcibus tranſeuntibus; hujuſ-
modi tamen ſolutio limitationem excogitatam ad
infringendam dictam Concluſionem, & ad impe-
diendam exactionem Datii pro tranſitu eorumdem
piſcium ad favorem *Communitatis Argentæ*, ſpe-
ctato, &, qua decet diligentia, plenè conſidera-
to *præfato Capitulo Nono*, importare nec poteſt,
nec debet *per infra ſcripta Fundamenta.*

## FUNDAMENTUM PRIMUM.

*A ſolutione Gabellæ Groſſæ maximè in Loco
Traghetti Ferrariæ, non applicabili
Caſui præſenti.*

10 PRimò; *Idem Cap. IX.* in recitatis verbis pro
inducenda præfata limitatione loquitur de ſo-
lutione *Gabellæ Groſſæ* fundata in *Solito*, ac à *So-
lito* derivante, ibi, *non foſſero ſoliti*: Subinde non
eſt trahendum ad ſolutionem talis Gabellæ fun-
datæ in aliquo Statuto, & à Statuto demandatæ:
cum verba ſubaudita, ut nunc, in Gratiis, &
conceſſionibus ulterius non extendantur, quàm ut
ſonant, & conceſſiones ipſæ tantum diſponant,
quantum in illis legitur ſcriptum, interdicta qua-
11 cumque extenſione, etiam concurrente rationis
identitate, vel majoritate, *l. commodiſſimè*, *ubi
D. D. ff. de liber. & poſth. Cardin. de Luca tit.
de feud. diſc. 92. num. 7. verſ. è converſo. ubi
concord. lib. 1. & tit. de juriſdict. diſc. 35. num.
10. lib. 13. tit. de ſervit. diſc. 61. num. 13.* ubi,
quod eſt axioma vulgatum, *lib. 4. Rota cor. Card.
Cerro. deciſ. 703. numero 3. tom. 3. cor. Coccin.
deciſ. 2252. num. 7. tom. 5. in recent. deciſ. 8. n.
7. p. 8. deciſ. 287. num. 23. p. 18. & deciſ. 251.
num. 8. 9. p. 19.*

12 Et ideò, ſi limitatio prædicta fuit efformata
reſpectu potentioris ſolutionis Gabellæ, qualis
eſt ea, quæ fundatur in *Solito*, quàm ſit ea, quæ
fundatur in Statuto, dum certum eſt, quod po-
13 tentiùs, quoad effectum operatur ſolitum, ſive
conſuetudo, quàm Statutum, *Ruger. conſ. 27.
num. 211. lib. 1. Raudenſ. conſ. 50. num. 69. vol.
1. Gonzalez. ad Regul. Cancell. gloſ. 45. §. 1. nu.
78. Menoch. de arbitr. quæſt. 71. num. 4. Mart.
de juriſdict. p. 4. cent. 1. caſ. 63. num. 3. tom. 2.
Cravett. de antiq. temp. in princ. num. 42. Maſ-
card. de interpr. Stat. concl. 6. numer. 89. Giurb.
ad Conſuet. Meſſan. in proœm. p. 1. ſub num. 22.
ubi concord. Vigant. ad Stat. Ferrar. lib. 1. rubr.
2. nu. 15. tom. 1. & Rota cor. Coccin. deciſ. 376.
num. 5. 6. tom. 1.*

Non poteſt, nec debet dici, quod eadem li- 14
mitatio etiam efformata fuerit reſpectu debilioris
ſolutionis à Statuto derivantis, cum in hac *Con-
ceſſionum* materia ſileat argumentum à majori ad 15
minus, ad *cap. cui non de Sacerdotali. de præ-
bend. in 6. Hoied. de incompat. beneſ. cap. 22. à
num. 69. Caldaſ. de nomin. emphyt. quæſt. 11. nu.
65. Monet. de diſtribut. p. 2. quæſt. 64. num. 11.
cum aliis apud Barboſ. in loc. comm. argum. jur.
loc. 67. numer. 6. & loc. 68. num. 5. de Philippo
diſſert. 13. n. 90. ac eſt id, quod firmarunt Card.
de Luca, & Rota in locis, ac Deciſionibus proxi-
mè indicatis.*

Undè, cum inſiſtatur ex adverſo, & admitta- 16
tur in *Voto* D. Auditoris *in §. & ſanè mihi*, quòd
ſolutio *Gabellæ Groſſæ*, quæ objicitur *Communi-
tati Argentæ*, & per quam intenditur factum eſſe
locum prædictæ limitationi, derivet à *Stat. Ga-
bell. Magn. Ferrar. in Rubr. Proviſione della Ga-
bella Groſſa de Peſci eſtratti. fol.* 41.

Meritò illam nec applicari, nec officere ſua- 17
det non ſolùm differentia vigens propriè inter
Statutum, uti jus ſcriptum, ac ſolitum, ſeu con-
ſuetudinem, uti jus non ſcriptum, de qua *D. D.
in l. omnes Populi, ff. de juſt. & jur. ac in l. ſem-
per, §. legem, ff. de jur. immun. Alberic. de Stat.
lib. 1. quæſt. 1. à nu. 1. 2. Fenzon. ad Stat. Urb.
in inſcript. à numero 1. & alii paſſim*, ſed & à
vulgato dicterio, quòd ubi verba diſpoſitionis non
conveniunt, nec convenit, minuſque applicatur 18
ipſa diſpoſitio, *l. 4. §. toties, ff. de damn. infect.
l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſt. Tuſch. litt.
D. concl. 493. Barboſ. axiom. 73. numer. 16. Ego
ipſe colluct. legal. 23. num. 64. vol. 2. Rota in rec.
deciſ. 20. num. 13. p. 8. deciſ. 94. num. 9. p. 16.
deciſ. 83. num. 31. p. 19.*

## FUNDAMENTUM SECUNDUM.

*A vera interpretatione finalium verborum Cap.
ix. Gratiarum Communitatis Argentæ per
Sanct. mem. Clem. VIII.
conceſſarum.*

SEcundò in *d. Cap. IX.* ſupplicatum fuit per 19
*Communitatem Argentæ*, ut ſibi concederetur,
quòd Datium pro tranſitu Piſcium ſolvi eidem
deberet *ſecondo il ſolito*, quod ſolitum indubi-
tanter intellectum fuit pro ſolito vigente in *Ter-
ra Argentæ*, ſic ſuadente reſpectu, ſecundùm 20
quem fuit prolatum, cauſa ad quam fuit relatum,
& ſubjecta materia, de qua tractabatur, *l. pro-
fectitia. §. fin. ff. de jur. dot. Dec. in cap. ſi pro
debilitate, de off. deleg. Bechtold. theſaur. juriſ-
prud. lib. 19. cap. 8. axiom. 5. & axiom. 21. ubi
latè Barboſ. axiom. 222. num. 8. Ego ipſe colluct.
17. num. 41. 44. vol. 1. Rota cor. Pamphil. deciſ.
626. num. 12. cor. Gregor. deciſ. 511. à num. 23.
cor. Dunozet. jun. deciſ. 451. nu. 12. tom. 1. cor.
Alex. VIII. Otthobon. deciſ. 44. ſub num. 18. cor.
Coccin. deciſ. 655. num. 8. tom. 2. & in recent.
deciſ.*



*deciſ. 386. num. 15. p. 16. deciſ. 153. num. 29. p.
17. deciſ. 97. num. 6. p. 18. deciſ. 9. num. 18. &
deciſ. 45. num. 11. p. 19.*

21 Addito, quòd, cum prolatum *ſolitum* non po-
tuerit verificari, niſi in ſolito erga *Communitatem
Argentæ* ſupplicantem, hoc ipſum debuit habe-
ri omninò pro expreſſo, & ſpecificato, *ad Bart.
in l. ſi duo, num. 3. ff. de leg. 1. Rota cor. Peu-
tinger. deciſ. 468. num. 7. cor. Priolo dec. 234.
num. 10. & in recent. deciſ. 501. num. 17. par. 18.
tom. 2. cum aliis in Mea colluct. legal. 20. ſub nu.
113. & colluct. 28. num. 42. vol. 1. addo Bech-
told. in theſ. juriſprud. lib. 17. cap. 23. axiom. 1.
tom. 2.*

22 Et, cùm ſolutio Datii debuiſſet fieri ipſimet
*Communitati*, ſeu ejus Gabellario *ſecondo il ſolito*,
utique non de alio, quàm de ſolito *Argentæ* fuit
intellectum, jam quòd ibi actus dictæ ſolutionis
23 erat explicandus, *ad Bart. in l. ſemper in ſtipula-
tionibus, ff. de reg. jur. cum cumulatis à Roland.
conſ. 100. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 13. n.
22. tom. 1. & proximius Cardin. de Luca tit. de
regalib. diſc. 8. nu. 2. lib. 2.*

24 Igitur, & illa ſubſequentia verba dictam limi-
tationem importantia *non foſſero ſoliti*, fuerunt
itidem intellecta, quod ſolitum in eadem *Terra
Argentæ*, prout tangens ſolutionem *Gabellæ Groſ-
ſæ*, adfuiſſet.

25 Vel, quia ſic ab eodem verbo *ſolito* antece-
denter prolato, ac *ut ſuprà* accepto debuit illud
aliud ſubſequens *ſoliti* declarari, non ſolùm ex
natura antecedentium majori vi, ſemper, & effi-
cacia declarantium ſubſequentia, *ad l. utrum, ff.
de petit. hæred. l. ſi ſervum. §. fin. ff. de leg. 1.
Pariſ. conſ. 23. num. 118. lib. 1. Cephal. conſ. 156.
n. 10. 12. & conſ. 351. n. 38. Barboſ. axiom. 222.
num. 48. repetit. apud Brechtold. in theſaur. juriſ-
prud. lib. 19. cap. 8. axiom. 37. ubi concord. tom.
2. Ego ipſe d. colluct. 17. nu. 42. Rota poſt Cenc.
de cenſib. deciſ. 361. numer. 8. cor. Coccin. deciſ.
1125. num. 14. tom. 3. & in recent. deciſ. 445.
26 ſub num. 4. p. 3. deciſ. 346. num. 8. p. 15.* ſed ex
concluſione, quòd una pars diſpoſitionis, ſivè
capitis adeò alteram declarat, & ſupplet, ut ver-
ba, quæ uno modo fuerunt accepta in una, eo-
dem etiam modo accipi debeant in alia, *l. utrum,
ubi D. D. ff. de petit. hæredit. Ruin. conſ. 8. num.
11. lib. 5. Socin. jun. conſ. 46. num. 4. lib. 4. Ber-
taz. conſ. Crimin. 465. num. 25. lib. 2. Maſcard.
de gener. Stat. interp. concl. 2. à nu. 112. Caſtald.
conſult. 142. num. 38. lib. 1. Caſtil. contr. tom. 2.
cap. 4. num. 11. & cap. 26. à num. 15. & tom. 3.
cap. 15. à num. 30. ac tom. 7. cap. 14. num. 2. &
ſeqq. Rota in recent. deciſ. 16. num. 5. p. 8. & de-
ciſ. 3. num. 18. 19. p. 19.*

27 Vel quia eadem ſubſequentia verba fuerunt
appoſita continuativè ad orationem præcedentem;
undè debuerunt, nuncque debent intelligi, prout
ipſa præcedens oratio fuit intellecta; ne in eo-
dem contextu idem verbum diverſimodè ſume-
retur, modoque, contra omnem juris diſpoſitio-
nem ſumendum veniat, *cap. cum in tua, de de-
cim. l. 1. ff. de rer. permut. l. eum qui ædes, ff.
de uſucap. Becc. conſ. 112. num. 22. lib. 1. Man-
del. conſ. 334. num. 18. & ſeqq. Marcian. ſen. conſ.
10. num. 16. ubi latè lib. 1. Rota cor. Seraphin. de-
ciſ. 610. numer. 4. 5. tom. 1. cor. Merlin. deciſ.
429. numer. 14. tom. 1. cor. Dunozet. jun. deciſ.
929. num. 10. tom. 2. & in rec. deciſ. 144. num. 6.
p. 18. & deciſ. 528. num. 14. 15. ac deciſ. 556. n.
15. ead. p. 18. tom. 2.*

28 Vel, quia ipſamet verba fuerunt poſita adver-
ſativè, & per modum adverſativum, *Quando pe-
rò &c.* ac proindè tunc fuiſſe intellecta, nuncque
intelligenda eſſe, retento eodem præcedenti the-
mate, & in iiſdem terminis, ac ſervata abſque
ullo diſcrimine antecedenti qualitate, & repeti-
tione nullatenus dubitari poteſt, *Grat. conſ. 15.
num. 17. lib. 1. Surd. conſ. 315. num. 2. lib. 3.
Æmilian. conſ. 35. num. 2. lib. 1. Rimin. jun. conſ.
147. num. 61. & conſ. 487. ſub numer. 62. Cyriac.
contr. 400. num. 121. 122. lib. 2. Rota poſt vol. 1.
mear. colluct. legal. deciſ. 99. num. 3. cor. Coccin.
deciſ. 267. num. 2. tom. 1. cor. Priolo deciſ. 70.
num. 7. & cor. Card. Cerro deciſ. 737. ſub num. 3.
tom. 3.*

Et prout in terminis dictæ dictionis *però* latinè 29
*tamen*, ut ſcilicet, tanquam adverſativa retineat
pariter eoſdemmet antecedentes terminos in eo-
dem genere, ac repetat præcedentia, retento
ſemper eodem themate, ita ut qualitas antece-
dens inſit in ſubſequenti cum eadem *dictione* effor-
mata, *Bart. in l. mariti §. fin. ff. ad l. Jul. de
adult. Soccin. jun. conſ. 202. num. 14. lib. 1. Alex.
conſ. 9. num. 4. Sib. 7. Ruin. conſ. 2. num. 9. & conſ.
41. num. 8. lib. 1. Barboſ. de dict. uſufreq. dict.
401. num. 2. ubi concord. Rota in recent. deciſ. 75.
num. 4. p. 2. cor. Gregor. deciſ. 85. num. 9.*

Magis, cum talis dictio *però*, ſive *tamen* im- 30
portet exceptionem, ſicque ponatur ( prout, &
poſita fuit in *d. cap.* ) exceptivè à regula præce-
denti, ac prius allata, *ex Bertrand. conſ. 225.
lib. 3. Socin. jun. conſ. 22. num. 8. lib. 4. Vulpel.
de præpoſit. litt. T. ſub hac dictione verſ. & ponitur
cum aliis per Barboſ. d. dict. 401. num. 1. & in
mea colluct. legal. 24. num. 29. vol. 2. Rota penes
Cæſar. de Graſſ. deciſ. 154. numer. 6. & in recent.
deciſ. 9. nu. 13. p. 11. ac cor. Dunozet. jun. deciſ.
857. ſub num. 3. 4. tom. 2.*

Ac ſubindè magis fateri oportet illa alia ſubſe- 31
quentia verba *non foſſero ſoliti*, fuiſſe intellecta,
ac intelligi debere de ſolito vigente in *Terra Ar-
gentæ*, jam quod pro regula antecedenti fuerat
prius allatum ſolitum ipſius *Terræ*; adeo ut ve- 32
rus ſit ſenſus ſupplicationis, quod pro tranſitu
Piſcium forenſium ſolvatur Datium, juxta ſoli-
tum in *Terra Argentæ*, quando tamen hujuſmo-
di Piſces pro tranſitu non eſſent ſoliti in *Terra
Argentæ* ſolvere *Gabellæ Groſſæ*: ita affabrè ſatis
demonſtrante theſi, quod exceptio eſt de regu-
la, & ſub verbis regulæ comprehenditur, dum 33
uti detrahens regulæ, non poteſt ab illa detra-
here, quod ſub regula non continetur, *l. nam
quod liquidè §. fin. ff. de pen. leg. l. ult. C. quan-
do ex fact. tut. Donel. ad l. 1. numer. 16. C. de
condict. indeb. Tabor. apud Gambſ. in theſaur. ju-
riſpr. lib. 5. cap. 23. axiom. 25. tom. 1. Rota cor.
Dunozet. jun. d. deciſ. 857. num. 14. cor. Coccin.
deciſ. 375. num. 10. deciſ. 463. num. 2. tom. 1. &
deciſ. 844. num. 4. tom. 2.*

Magiſque rurſus attenta notitia, ac ſcientia, 34
tàm in *Eminentiſſ. Concedente*, quàm in *Commu-
nitate Argentæ* conceſſionaria, de tempore con-
ceſſionis contentæ in præfato *Cap. IX.* quod pro
Piſcibus tranſeuntibus, ſive *di tranſito*; abſque
ullo dubio ſolvebatur *Gabellæ Groſſæ* Ferrariæ,
nedum in loco *Traghetti*, ſed in toto Ducatu.

Ipſam notitiam, & ſcientiam deducendo in *Emi-
nentiſſ. Concedente*; Tùm à reductione per ipſum 35
in augmentum publicæ, & privatæ lætitiæ fa-
cta de eodem Datio tranſeuntium Piſcium a 20.
ad quinque pro centenario æſtimationis, & per
menſem cum dimidio circiter ante dictam con-
ceſſionem ( nempe ſub die *fæliciſſimæ Coronationis
Clem.*

*Clem. Pap. VIII. Sanctæ memor. 9. Febr.* 1598.) ut in *Libro primo Privilegior. Ferrar. impreſſ. de ipſomet ann.* 1598. *fol.* 5. 8. repetit *in alio libro ſecundo impreſſ. de anno* 1625. *Titul. Pagamenti per l'entrata, uſcita, e tranſito della Gabella Groſſa à fol.* 65. *& ſeqq.* ac iterum repetit in fine *Stat. Gabellar. Plateæ Ferrar.* & utrobique regiſtratur Breve præfati *Clem. VIII.* ſuper confirmatione hujuſmodi, & aliarum reductionum.

36 Tum à præſcripta ſolutione facienda pro iiſdem Piſcibus contenta in *d. Titul. Pagamenti*, rubr. *Novo ordine generale del Tranſito fol.* 52.
37 ſecundum ea, quæ, uti fundata in geſtis ab aliquo (miſſis generalibus) colligi poſſunt à notatis *in l. non eſt ferendus, ff. de tranſact. Menoch. conſ.* 73. *num.* 25. *lib.* 1. *Lotter. de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 49. *tom.* 2. *Rota cor. Coccin. deciſ.* 1338. *num.* 9. *tom.* 3. *& deciſ.* 2088. *num.* 49. *tom.* 4. *cor. Dunozet. jun. deciſ.* 770. *num.* 10. *ad fin. tom.* 2. *& in recent. deciſ.* 321. *num.* 9. *p.* 4. *tom.* 2.

38 In *Communitate* autem, ſive Hominibus *Argentæ*, à vicinitate territoriorum, à qualitate ipſius Datii, veriſimiliter in notitiam, ac ſcientiam vicinorum cadentis, à notorietate ejuſdem, & à communi contingentibus, cum Datium ſit de his
39 rebus, quæ communiter cæteris innoteſcunt, juxta congeſta præ aliis *à Felin. in cap. litteris de præſumpt. Socin. reg.* 220. *fal.* 2. *Becc. conſ.* 60. *num.* 40. *lib.* 1. *Grammat. conſ.* 36. *num.* 19. *Farinac. conſ.* 100. *ſub nu.* 18. *lib.* 1. *Gabr. comm. concl. tit. de præſumpt. concl.* 6. *à num.* 2. 26. *& alibi Bechtold. in theſ. juriſpr. lib.* 17. *cap.* 12. *axiom.* 5. 8. *& lib.* 19. *cap.* 15. *axiom.* 2. *tom.* 2. *Rota in recent. deciſ.* 336. *p.* 2. *deciſ.* 93. *num.* 100. *p.* 5. *deciſ.* 398. *num.* 11. *p.* 18. *cor. Bichio deciſ.* 30. *num.* 30. *tom.* 1. *cor. Coccin. deciſ.* 1715. *num.* 114. *tom.* 4.

40 Qua ſcientia ſic ſtante, benè infertur comprobatio aſſumpti ſuperius facti. Cum nimium ſit inveriſimile,

41 Quod ex parte *Communitatis Argentæ* fuerint in ſupplicatione appoſita prædicta verba, *quando però i Peſci di tranſito non foſſero ſoliti di pagare alla Gabella Groſſa*, ea mente, & intentione, ut intelligerentur de ſolito ſolvendi *Gabellæ Groſſæ* Ferrariæ in alio loco Ducatus, quàm in *Terra Argentæ*, cum non tantum fuiſſet illicò fruſtratoria ipſa ſupplicatio, ex quo vigore horum verborum reſultaſſet in ejus ventre talis, & ita efficax conditio, ac limitatio, ut prorſus illius everſio inſtantanea ſucceſſiſſet.

42 Sed etiam idem Datium pro tranſitu Piſcium forenſium ab immemorabili purè, ac ſimpliciter competens, & debitum ipſimet *Communitati* fuiſſet expoſitum palpabili, & evidenti amiſſioni cum maximo ejuſdem *Communitatis*, & totius *Publici* damno, atque detrimento.

43 Quæ omnia adeo ſunt ſenſui inveriſimilia, ut ſicuti quamcunque interpretationem ipſis convenientem, prout abjiciendam, ac fugiendam ſuggerunt, *ad reg. inſpicimus, ubi pleniſſimè Pecch. & Niduſ. de reg. jur. in* 6. *Cephal. conſ.* 249. *num.* 16. *Otton. Tabor. ad Barboſ. axiom.* 223. *in fine. Bechtold. in theſaur. juriſprud. lib.* 19. *cap.* 20. *axiom.* 3. *ad fin. tom.* 2. *Rota in recent. deciſ.* 99.
44 *num.* 39. *p.* 12. ita interpretationem contrariam juxta dictum aſſumptum, uti ſupplicantium menti conſentaneam, ac damnum, & præjudicium eorum *Communitatis* evitantem, nec ſupplicationem porrectam fruſtraneitari, ac reſolutioni ſubjicientem omninò ſequendam, & amplexandam elevent, ac demonſtrent, *ad l.* 3. *§.* 1. *ff. de arbitr. l. cum de indebito ff. de probat. Barboſ axiom.* 130. *num.* 5. *Cravet. conſ.* 33. *numer.* 25. *& conſ.* 245. *num.* 9. *Menoch. conſ.* 121. *nu.* 42. *& conſ.* 123. *num.* 9. *lib.* 2. *& conſ.* 283. *ſub num.* 13. 14. *lib.* 3. *Decian. conſ.* 31. *num.* 50. *lib.* 1. *Altograd. ſen. conſ.* 22. *num.* 25. 26. 28. *lib.* 2. *Rotæ in recent. deciſ.* 26. *num.* 5. 6. *& deciſ.* 387. *num.* 9. *p.* 5. *cor. Bichio deciſ.* 262. *numer.* 28. *tom.* 1. *cor. Priolo deciſ.* 281. *num.* 5.

Potiſſimum, cum ſupplicatio, & verba ſuppli- 45
cationis ſint ſemper intelligenda, ac interpretanda, ut non ſolum non præjudicent ſupplicanti, ſed ut illius utilitas, ac favor obtineatur, etiam ſi oporteret aliqua impropriatione uti, *ex Abb. in cap. conſuluit.* 2. *de appellat. Menoch. conſ.* 630. *ſub num.* 6. *lib.* 7. *Præt. conſ.* 179. *nu.* 47. *Rota apud Caſſador. tit. de reſcript. deciſ.* 6. *ſub num.* 4. *cor. Alex.* 8. *Otthobon. deciſ.* 169. *nu.* 25.

Iſtudque nimium inveriſimile cadit paritèr ex 46
parte *Eminentiſſ. Concedentis*, cum non ſit credendum ab ipſo fuiſſe factam conceſſionem cum ſubauditione dictorum verborum mente, ac intentione præfata ob incongruos indè dimanatos effectus, ac præſertim,

Quod jam certò ſciens Datium perſolvi *Gabel-* 47
*læ Groſſæ* Ferrariæ, & in Ducatu pro piſcibus tranſeuntibus, non deveniſſet ad dictam conceſſionem ergà *Communitatem Argentæ* ſub prædicta conditione redolente dubitationem circa hujuſmodi Datii ſolutionem, ſed illam potius denegaſſet, ne tractu temporis (ut exitus indè pro-
bavit) ſuſcitarentur lites, quibus ſemper Princeps 48
occurrere velle præſumitur, & debet, *Auth. ut divin. juſſ. C. de nov. Cod. facien. l. litibus, C. de agric. & cenſ. lib.* 11. *cap. finem litibus, de dolo, & contum. cap. cordi nobis, de appell. in* 6. *cap.*
*placuit, diſt.* 90. *cum ſimilib.* & pro quibus evi- 49
tandis ſemper pariter eſt ſumenda interpretatio *Epiſcop. Marionus apud Conciol. alleg.* 25. *numer.* 36. *lib.* 1. *Rot. in recent. deciſ.* 473. *numero* 16. *p.* 14.

Quod, cum dicta verba, *ut ſuprà*, dubitatio- 50
nem in animo *Concedentis* præ ſe ferentia fuerint magis, ac certiùs adaptabilia ſolito verſanti in *Terra Argentæ* circa ſolutionem Datii prædicti, dùm nullibi conſtat ipſum habuiſſe notitiam aliquam, aut ſcientiam illius, ſivè affirmativi, ſivè negativi, dicere opus eſt eadem verba fuiſſe ſubintellecta in *Conceſſione*, mente, ac intentione directa ad idem ſolitum *Argentæ*, non autem ſolitum Ferrariæ, & Ducatus, de quo, attentis prædictis, omninò certus erat, & cui ideò ipſa-
met verba reddebantur, ſi non abſolutè incon- 51
grua, ſaltem minùs adaptibilia, *ad l. quoties idem ſermo. ff. de reg. jur. Roman. conſ.* 350. *ſub num.* 22. *Tuſch. litt. V. concl.* 98. *num.* 1. *tom.* 8. *Barboſ. axiom.* 222. *num.* 26. *Rota Coccin. dec.* 521. *num.* 13. *tom.* 2.

Quod, ſi mens, & intentio *Concedentis* fuit 52
(ut præſumi debet, & materia ipſa ſubjecta expoſtulavit) in providendo, *Communitati* de proventibus, ac redditibus pro ſatisfaciendis expenſis, & oneribus in ſupplicatione expreſſis, utique neceſſariò eſt concedendum recenſita verba ad ſolitum *Argentæ* fuiſſe relata, cum alias ſi erga ſolitum Ferrariæ, & Ducatus fuiſſent emiſſa, jam ſtatim mens, ac intentio prædicta evanuiſſet, ut *paulo ſupra in §. cum nimium. nu.* 41. *& ſeqq.* obſervabatur; quod nullatenus fore dicendum, ſufficienter adducitur à natura gratiæ,
& conceſſionis Principis, quæ non debet eſſe ina- 53



nis, ac fruſtratoria, ſed cum effectu permanens, & perpetua, *cap. decet, ubi latiſſimè poſt alios Nidus de reg. jur. in* 6. *cap. ſi cui nulla. de præben. pariter in* 6. *l.* 2. *C. de præpoſ. agen. lib.* 12. *de Philippo diſſert.* 5. *ex num.* 21. *Tamburin. de jur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 16. *q.* 5. *num.* 9. *Rota cor. Rembold. dec.* 558. *num.* 5. *cor. Coccin. deciſ.* 2148. *numer.* 3. *tom.* 4. *& in recent. deciſ.* 461. *ſub num.* 5. *p.* 1. *ac deciſ.* 707. *n.* 40. *p.* 18. *tom.* 2.

54 Et quæ imò ſemper intelligenda, ac interpretanda venit, ut utilitati, & favori impetrantis ſecundùm illius intentionem deſerviat, *ex Abb. in cap. cum veniſſent. col.* 2. *de reſt. in integr. Pappon. conſ.* 34. *num.* 13. *Menoch. d. conſ.* 630. *num.* 6. *lib.* 7. *Bechtold. in theſaur. juriſpr. lib.* 16. *cap.* 41. *axiom.* 7. *tom.* 2. *Maſtril. de indult. c.* 33. *n.* 15. *Rota penes Caſſador. tit. de reſcript. d. deciſ.* 6. *n.* 4.

55 Ex quibus omnibus ad unum finem tendentibus ſaltem inſimul junctis, ſecundùm regulam *ſingula, quæ non proſunt, &c.* in quolibet articulo, in quo, ut nunc, per viam interpretationis proceditur, meritò aſſumendam, firmiſſima redditur Interpretatio illorum verborum *non foſſero ſoliti de pagare alla Gabella Groſſa*, uti ſe habens ad ſolitum *Argentæ*, non autem Ferrariæ, ejuſque Ducatus.

56 Sanè promptiùs retinenda, cum per eam effectus contemplatus, tùm à *Communitate Supplicante*, tum à *Principe Concedente*, nempè, pro ſupplendis expenſis proviſionum expreſſarum pro Officialibus, ac indigentiis ipſius *Communitatis* utique habeatur, ac obtineatur, & pro quo habendo, & obtinendo ipſe potiùs eſt at-
57 tendendus, quam verba ſint ſpectanda, *ad l. inſulam. ff. præſcript. verb. l. ſi uno, ff. locat. Cuman. in l. ſi quis ante, §.* 1. *n.* 3. 4. *ff. de acq. poſſeſſ. cum aliis per Surd. conſ.* 3. *à num.* 26. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 708. *n.* 15. *Glorit. reſp.* 1. *p.* 1. *n.* 118. *Maceraten. reſol.* 1. *n.* 7. *lib.* 1. *Barboſ. axiom.* 89. *n.* 4. *Gambſ. in theſaur. juriſpr. l.* 5. *c.* 4. *axiom.* 11. *Rota cor. Bichio deciſ.* 156. *n.* 4. *tom.* 1.

58 Ac quidem indubitanter ſervanda, cum aliàs eadem verba, tanquam viſa nimis generica, ſeu indefinita fuiſſent adaptibilia cuilibet *Gabellæ Groſſæ*, quæ talis non tantùm in *Ducatu Ferrariæ*, ſed & in multis Provinciis Status Eccleſiaſtici nuncupatur, ut *Umbriæ*, *Marchiæ Anconæ*, *& Bononiæ*, de qua poſtrema *Venturin. conſ.* 39. *n.* 18. 19. 27. & ſic veluti impropriiſſima, quo ad *Communitatem* ſupplicantem, ipſaque verba proferentem; quo ad *Concedentem*, *& Conceſſionem* cum illorum ſubauditione; quo ad *Locum Argentæ*, & quod ad tempora tunc currentia, *ut de*
59 *ſe patet*, deriſui inſerviiſſent, & ſeù nimis continentia, nihil concluſiſſent; pro qua abſurditate vitanda debent eadem verba intelligi, & accipi, *ut ſupra*, & ſic diſcretivè de ſolito ſolvendi *Gabellæ Groſſæ* in *Terra Argentæ* non autem alibi, & in aliis locis univerſim ſumptis, prout (omiſſis conſulto generalioribus) deſumi poteſt à proximiùs traditis, & ſi in alia materia, *Cardin. de Luca tit. de præemin. diſc.* 9. *numero* 12. *lib.* 2.

60 Et quatenus aliquod adeſſet dubium, quod non creditur, eſt certa Concluſio, quod, cum ex parte *Gabellæ Groſſæ* (ſivè Cameræ, ut promiſcuè dicitur in *Voto*) fundetur ejus intentio in verbis præcitatis, ſeu in *Reſcripto Conceſſionis* ſubauditis, contra eam, & quoſcunque ei adhæ-
61 rentes ſumenda eſt interpretatio, quia *Reſcribens*, *& Concedens*, ac deindè *Confirmans* potuiſſent apertius legem dicere. *vulg. l. veteribus. ubi Alberic. ff. de pact. Signorol. conſ.* 50. *num.* 26. *& in proximis terminis Cravet. conſ.* 983. *num.* 62. 63. *lib.* 6. *Menoch. conſ.* 901. *nu.* 31 *verſ. quarto, & ultimo lib.* 10. *Surd deciſ.* 288. *n.* 45. *Rota in recent. deciſ.* 242. *n.* 16. *p.* 8. *deciſ.* 153. *n.* 31 *p.* 17. *cor. Gregor. deciſ.* 128. *n.* 8.

Nec videtur præfata, & hactenus firmata *In-* 62
*terpretatio* obnubilari ab his, quæ tradidit *Dominus Auditor in Ejus Voto*, in quo cenſuit Interpretationem dictorum verborum faciendam eſſe indefinitè, reſpectu tranſitus Piſcium, abſtrahendo à loco loci, in quo exigatur, dummodò exigatur pro tranſitu in illo itinere, quod Mercatores deferentes Piſces faciunt diſcedendo à Vallibus Comacli, & pergendo ad Civitates *Ferrariæ*, *Bononiæ*, *Mutinæ &c.* ut in *§. quia Gabella Groſſa. verſ. ſed intelligenda eſt.*

Præmittitur namque in *ipſo Voto Gabellam Groſ-* 63
*ſam* nunquam à Camera fuiſſe exactam in *Territorio Argentæ*, & nunquam fuiſſe membrum Camerariæ *Argentanæ*, ſed Gabellæ Generalis Ferrariæ: & ſucceſſivè additur, prædicta verba non poſſe intelligi, reſpectu Datii pro tranſitu Piſcium in *Territorio Argentano*, cum non entis
non ſint qualitates, nec prædicata, & non poſ- 64
ſit æſtimari bonitas loci, qui non extat, *l. ſi ſervum §. fin. ff. de act empt. quod pluribus exornatur à Gambſ. in theſaur. juriſprud. lib.* 5. *cap.* 12. *axiom.* 2. *tom.* 1. *& à Bechtold. lib.* 15. *c.* 3. *axiom.* 18. *tom.* 2.

Verùm duplici in facto præmiſſum iſtud laborat æquivoco.

Altero, quod imò tàm ante tempus *Conceſſio-* 65
*nis*, de qua agitur, *Gabella Groſſa* in *Terra Argentæ* reperiebatur, ut demonſtrant *Statuta ejuſdem Gabellæ*, ac præciſim *ſol.* 55. *rubr. Infra ſcriptæ ſunt quædam proviſiones, & ſeqq.* quam tempore ipſius *Conceſſionis* in eadem *Terra* per Cameram Apoſtolicam *Gabella hujuſmodi Groſſa* exigebatur; ita fatente *Ipſomet Sanctiſſ. Clemente Papa VIII.* in *Brevi confirmationis* Gratiarum, & Donationis factæ *Communitati ejuſdem Terræ motu proprio, & ex certa ſcientia*, expedito *ſub Dat. Ferrar.* 16. *Julii.* 1598 in illis clariſſimis verbis, *Prætereà Univerſitati Veſtræ redditum annuum ducentorum Scutorum monetæ ſuper* GABELLA GROSSA *nuncupata*, QUA CAMERA NOSTRA APOSTOLICA IN ISTA TERRA ARGENTÆ EXIGIT, *perpetuo pariter donamus &c.* ſuper qua re tanquam indubitata, vigore hujuſmodi aſſertionis Summi Pontificis, nefas eſt
ulterius dubitare. *clem. unic. de probat. l.* 1. *§. cum* 66
*urbem, ff. de off. Præfect. Urb. Laderch. conſ.* 107. *num.* 2. *Rimin. jun. conſ.* 365. *num.* 27. *lib.* 4. *Menoch. conſ* 147 *num.* 23. *lib.* 2. *latè Genua de enunciat. verb. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 1. *ubi concord. & ſeqq. Cardin. de Luca tit. de feud. diſc.* 5. *numer.* 19. *& diſc.* 104. *num.* 14. *lib.* 1. *Rota cor. Andrea deciſ.* 56. *num.* 3. *cor. Seraphin. deciſ.* 388. *num.* 2. *tom.* 1. *cor. Duran. deciſ.* 154. *num.* 3. 4. *cor. Merlin. deciſ.* 838. *num.* 1. *tom.* 2. *cor. Bichio. deciſ.* 222. *num.* 16. *tom.* 1. *& deciſ.* 479. *num.* 17. *tom.* 2. *cor. Coccin. deciſ.* 236. *num.* 5. *tom.* 1. *& deciſ.* 1784. *num.* 59. *tom.* 3. *cor. Innocent.* 10. *Pamphil. deciſ.* 137. *ubi plene Add. cor. Zarat. deciſ.* 22. *num.* 6. *cor. Roxas. deciſ.* 273. *num.* 4. *cor. Manzaned. deciſ.* 865. *num.* 6. *& in rec. deciſ.* 220. *num.* 4. *p.* 9. *deciſ.* 181. *nu.* 6. *p.* 12. *deciſ.* 335. *num.* 12. *p.* 13. *deciſ.* 244. *num.* 7. *p.* 16. *deciſ.* 192. *n.* 13.

*p.* 18. *tom.* 1. *& deciſ.* 469. *num.* 16. *ead. p.* 18.
*tom.* 2. *ac deciſ.* 354. *p.* 19. *& alibi paſſim.*

Altero, quod tunc temporis nulla aderat diffe-
rentia inter *Gabellam Groſſam*, & *Gabellam Ge-*
67 *neralem*, ita ut, quemadmodum incognitum erat
hoc nomen *Gabellæ Generalis*, cum in *Statutis*, &
*Proviſionibus* de materia loquentibus nullibi lega-
tur; ſic aliud nomen *Gabellæ Groſſæ*, ſeù Magnæ
indiſcriminatim reſpectu quarumcumque mercium
cujuſvis generis, ſpeciei, & qualitatis, pro ingreſ-
ſu, egreſſu, & tranſitu uſurpabatur, prout *eadem*
*Statuta*, & *Proviſiones* liquidò oſtendunt; ac ul-
terius ſatis deſumitur à Tariffa, ſeù Taxa intitu-
lata *Pagamenti per l'entrata, uſcita, è tranſito*,
impreſſa *in fin. voluminis eorundem Statutorum*, in
qua nulla fit mentio de *Gabella Generali*: ſicuti &
à Brevi *Sanct. mem. Clemen. VIII.* pro confirma-
tione Gratiarum reductionis, & abſolutionis qua-
rundam Gabellarum: ac tandem à *Capitulis Lo-*
*cationis*, & *Appaltus Gabellarum*, *impreſſ. una*
*cum dicto Brevi in fine vol.* 1. *Privil. Ferrar.*
in quibus itidem nunquam denominatio *Gabellæ*
*Generalis continetur.*

Quinimò, cum in *præfatis Statutis*, *proviſioni-*
68 *bus*, *Brevi*, *Capitulis*, *ac etiam in Decreto ſuper*
*Cognitione Cauſar. Gabellar. edito per Eminentiſ.*
*Cardin. Caetanum Camerarium S.R.E. die* 20. *Nov.*
1598. *impreſſ. in fine Stat. Gabell. Plateæ à fol.*
247. illa ſola conſideretur, & afferatur differentia,
unam nuncupando *Gabellam Groſſam*, & *Graſ-*
*ſam*, aliam verò *Gabellam Plateæ Civitatis Ferra-*
*riæ*, datur intelligi eandem unicam differentiam a-
deò ſimpliciter fuiſſe cognitam, ut ſi qua alia, ſta-
69 tuens, & Principes uti voluiſſent, ſanè illam ex-
preſſiſſent, & non expreſſa, ipſos noluiſſe multi-
plicare denominationes, ſed ſiſtendo in ea unica
expreſſa, ipſam tantummodo ad excluſionem cæte-
rarum adhibere voluiſſe, taliter, ut præter eorum
ſenſum, ac mentem, quælibet alia commentitia di-
ſtinctio ſit nunc inanis, nec attendenda, *arg. à*
*firmatis per Buccaſer. conſ.* 31. *numero* 41. 42.
*Venturin. conſ.* 39. *numero* 26. *Rodoer. conſ.* 3.
*numero* 7. *Palmam Nepotem. alleg.* 50. *numero*
51. 52. *& alleg.* 63. *numero* 27. *lib.* 1. *cum a-*
*liis in mea colluct. legal.* 40. *numero* 12. 13. *vol.* 1.
*colluct.* 9. *numero* 50. *vol.* 2. *Rota cor. Priolo de-*
*ciſ.* 187. *numer.* 2. *cor. Innocent. X. Pamphil. de-*
*ciſ.* 426. *numero* 6. *ac deciſ.* 524. *numero* 8. *& in*
*recent. deciſ.* 274. *numero* 4. *p.* 18. *ac deciſ.* 340.
*numero* 4. *p.* 19.

70 A quibus æquivocis ſic patentiſſimè dete-
ctis illud ſtatim conſequens exoritur moti-
vum deinde additum, & eductum à deficientia
entis, pro excludenda qualitate exactionis Datii
debiti *Gabellæ Groſſæ* in *Terra Argentæ*, omninò
corruere, & ſucceſſivè conſiderationem, quod
prædicta verba nequeant intelligi, reſpectu ejuſ-
dem Datii, uti in ipſo motivo ſolummodo jactam,
71 prorſus decidere, nec ullo modo ſubſiſtere poſſe,
cum ſublato fundamento, illata per ſe ceſſent, &
ex errore fundamenti corruptio maſſæ derivet,
*ad l. nam origo ff. quod vi, aut clam, legi tecum,*
*ff. de except. rei judic. Tuſc. litt. F. concluſ.* 513.
*tom.* 4. *Barboſ. axiom.* 103. *ubi concord. Valen-*
*zuel. conſ.* 123. *numero* 42. *conſ.* 161. *numero*
1. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 75. *numero* 50. *lib.* 2.
*cum aliis Gambſ. in theſaur. lib.* 6. *cap.* 28. *axiom.*
1. 2. 4. *tom.* 2.

Et id, quod in *eodem Voto* ad comprobationem
72 interpretationis allatæ per D. *Auditorem*, & di-
citur illam nempè ſuaderi à bina ratione adducta
in præfatis verbis, ſcilicet, non præjudicandi *Ga-*
*bellæ Groſſæ* Camerali, & non duplicandi Gabel-
lam; cum ad iſtos effectus materialiter ſe habeat
locus ſolutionis, dummodo ſolutio fiat pro eodem
Piſce, qui transfertur è Vallibus Comacli ad dictas
Civitates *Ferrariæ*, *Bononiæ*, *Mutinæ*, *&c.* pon- 73
derata cauſa motiva diſponendi, à qua diſpoſitio
ipſa regitur, extenditur, & ampliatur, ut *in §.*
*Idque ſuadet cum Rota cor. Card. Cerro deciſ.* 419.
*numero* 12. *tom.* 2.

Faciliter removetur.

Quoniam, cum ſuperiùs *in §. ſecundo in d. cap.*
*cum multis ſeqq. à numero* 19. fuerit evidentiſſimè 74
oſtenſum præfata verba, *non foſſero ſoliti di pa-*
*gare alla Gabella Groſſa*, referenda, ac intelligenda
eſſe reſpectu ſolutionis *Gabellæ Groſſæ* in *Terra Ar-*
*gentæ* neceſſariò ſequitur, quod illa alia verba im-
mediatè ſubſequentia, *alla quale non s'intenda pre-*
*giudicato*, à quibus prior ratio ex *Voto D. Audi-*
*toris* in adverſum elicitur, fore itidem referenda,
ac reſtringenda, ad ipſammet *Gabellam Groſſam*
in *Terra argentæ*, quod adeò eſt certum ex præ-
cognita natura ejuſdem relativi *alla quale*, ut po- 75
tiùs ſupponendum, quàm comprobandum veniat
ni fortè placerent in hac re, *tex. in l. à filio. §.*
*teſtator, ff. de alim. & cibar. leg. l. Titia. §. fin.*
*ff. de verb. oblig. l. ſcribit Quintus Mutius, §. fin.*
*ff. de aur. & arg. leg. Bart. in l. ſi quis ſervum, §.*
*ult. ff. de leg.* 2. *& in l.* 1. *§. ſed cum plures. ff. ſi*
*fam. furt. fecer. Bald. conſ.* 495. *ſub numero* 15.
*lib.* 5. *Ripa in l. re conjuncti, num.* 53. *ff. de leg.*
3. *Caſtr. conſ.* 283. *numero* 5. *& conſ.* 418. *num.*
2. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 9. *numero* 16. *lib.* 3. *Roland.*
*à Valle conſ.* 58. *num.* 23. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 352.
*numero* 22. *lib.* 3. *& conſ.* 460. *numero* 37. *lib.*
4. *Venturin. conſ.* 21. *numero* 37. *tom.* 1. *Fuſar.*
*conſ.* 4. *numero* 32. *& conſ.* 195. *numero* 25. *ac*
*de ſubſtit. quæſt.* 320. *numero* 82. *Peregr. de fi-*
*deic. art.* 16. *numero* 24. *Cardin. de Luca eod.*
*tit de fideic. diſc.* 33. *numero* 10. *lib.* 10. *Gratian.*
*diſcep.* 468. *n.* 72. *tom.* 3. *Rota cor. Coccin. dec.*
1218. 7. *tom.* 3. *cor. Card. Cerro. deciſ.* 641.
*numero* 2. *tom.* 2. *cor. Dunozet. jun. deciſ.* 237.
*numero* 1. *deciſ.* 557. *numero* 15. *& deciſ.* 564.
*num.* 8. 9. *tom.* 1. *ac in recent. deciſ.* 183. *num.*
16. *p.* 8. *deciſ.* 66. *nu.* 14. *p.* 16. *deciſ.* 472. *nu.*
7. *p.* 18. *tom.* 1.

Proindè, cum nec idem Datium, nec aliquid
aliud pro tranſitu Piſcium de tempore Conceſſio- 76
nis ſolveretur *Gabellæ Groſſæ* in *Terra Argentæ*,
ut pro conſtantiſſimo in facto, & fortiùs in *Voto*
habetur.

Sicuti conditio, ac limitatio proveniens à præ-
citatis anterioribus verbis, *quando però i Peſci di*
*tranſito non foſſero ſoliti di pagare alla Gabella* 77
*Groſſa*, nequit dici verificata, & in eſſe deducta
ob reſiſtentem impotentiam ad hujuſmodi verifica-
tionem parandam, ac ad actum reducendam, *arg.*
*l. hæc enim, §. ſi Prætor, ff. de ſuſpect. tut. l. mul-*
*tum intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi. cap. paſto-*
*ralis, §. quonam. de reſcript. cum aliis concordant.*
*paſſim habendis, junctis notatis à Bald. in cap. co-*
*ram numero* 8. *de offic. deleg. Bruſſel. de con-*
*dit. lib.* 1. *tit.* 1. *Rota cor. Dunozet. jun. deciſ.*
651. *numer.* 15. *verſ.* juxtà naturam conditionis,
„ quæ debet habere potentiam ad eſſe, &
„ non eſſe ad hoc, ut illa verificari poſſit,
*tom.* 1.

Ità ſubſequens proviſio ab aliis verbis imme-
diatè adjectis, *alla quale non s'entenda pregiudi-* 78
*cato*, inefficax prorsùs redditur; cum præjudicium,
cui reparari intendebatur, non potuerit, nec
poſſit adeſſe, & evenire, veluti duntaxat eo caſu 79
ha-



habendum; quo ſolutio dicti Datii facienda
*Gabellæ Groſſæ* in *Terra Argentæ*, per *Conceſſio-*
*nem* fieri deſineret, ac ceſſaret, qui caſus dari
nequivit, nec modò dari queit; cum nec deſi-
80 nere, nec ceſſare ea ſolutio potuerit, aut poſſit,
quæ nunquàm eſſe cæpit, nec unquàm in eſſe
fuit, *l. ſi in diem ff. de condit. & demonſtr. l. nam,*
*& ſi, ff. de injuſt. rupt. & irrit. teſt. l. nulla fœmina,*
*ff. de ſuis, & legit. l. decem, ff. de verb. oblig. Bech-*
*told. in theſ. juriſprud. lib.* 14. *cap.* 82. *axiom.* 2. *ad*
*fin. ubi concord. tom.* 2.

81 Et per conſequens non eſt abſolutè verum, ut
in *Voto* dicitur, quod ad effectum non præjudi-
candi *Gabellæ Groſſæ* Camerali materialiter ſe nunc
habeat locus ſolutioni Datii, dummodo ea fiat pro
eodem piſce.

82 Cum ob reſtrictam conſiderationem hujuſce præ-
judicii, reſpectu ſolutionis in *Loco*, & *Terra*
*Argentæ* quilibet alius locus veniat negligendus,
83 & ſic ſe habuerit, ſeque habeat quidem ad dic-
tum effectum materialiter locus ſolutionis, &
modò *Locus*, & *Terra Argentæ*, non autem
alius, quicunque is ſit, ut potè ab Ipſomet Con-
cedente non conſideratus, nec à cauſa motiva
diſponendi ullo modo proveniens, ſeù & ipſa
reſtricta, ac limitata ad eundem *Locum*, *Terram-*
84 *que Argentæ*, & non ad alium, intrantibus ideo ad
retorquutionem objecti à tali cauſa dimanantis
ſæpius congeſtis à jure, ut *in l. in agris, ff. de acq.*
*rer. domin. l. cancellaverat, ff. de iis, quæ in teſt.*
*delent. l.* 2. *ff. de ſerv. export. l. cum pater §. dul-*
*ciſſimis, ff. de leg.* 2. *l. ex facto §. item quæro, ff. de vulg.*
*& pupill. ſubſt. l. cum ab eo, ff. de contrah. empt. l. ultra*
*C. de act. empt. cum concordantibus apud Brunor.*
*à Sole in loc. commun. verb. cauſa. Gratian. deciſ.*
56. *n.* 5. *Carpz. deciſ.* 50. *num.* 13. *& deciſ.* 53. *num.* 7.
propinquius *Machuca deciſ.* 40. *num.* 44. 45. *Rota*
*cor. Cardin. Mantic. deciſ.* 232. *n.* 9. *& deciſ.* 267. *n.*
4. *cor. Coccin. deciſ.* 2283. *n.* 96. *& deciſ.* 2288. *n.* 3.
*tom.* 5. *& in recent. deciſ.* 261. *n.* 2. *p.* 16. *& deciſ.* 251.
*n.* 9. *p.* 19.

85 Pariterque non eſt abſolutè verum, quod dicitur
in *Voto*, quod ad effectum non duplicandi Ga-
bellam, ſivè ſolutionem Gabellæ ſe habeat materia-
liter locus ſolutionis, aſſumendo locum genericè.

86 Cum non tantum hìc, & nunc cadant, & adap-
tentur in everſionem hujuſce dicti omnia proximè
adducta, ex quo illa ultima verba ſubſequenter
poſt prædicta appoſita, *ne meno s'habbino à pagare*
*due Gabelle*, iiſdem omninò modis debeant in-
telligi, accipi, & reſtringi, quibus, ut ſuprà,
antecedentia fuerunt intellecta, accepta, & reſ-
tricta, veluti continuativè in eademmet oratione,
ac periodo poſita, & adjecta; juxtà jam firmata *in*
*d. §. ſecundo in dicto c. cum ſeqq.*

87 Sed ulterius concurrat eſſe cenſendum, quod
tàm per *Communitatem Argentæ* ſupplicantem,
quàm per *Eminentiſſ. Concedentem* verba finalia
prædicta fuerint prolata, & reſpectivè ſubaudita
ſecundum juris concluſionem, quod duplex
Gabella, ſive duplicatio ſolutionis Gabellæ non
deberetur, nec eſſet facienda pro eodem piſce
eodem reſpectu, & in eodemmet loco, & ſic
88 cum tunc tractaretur *de Loco*, *ac Tranſitu Ar-*
*gentæ*, quod de iſto, & non de alio fuerit in-
tellectum, ut ſit ſenſus ſanè verus, quod, quan-
do pro piſcibus tranſeuntibus ſolvi deberet Da-
tium *Gabellæ Groſſæ* in *Terra Argentæ*, non de-
beret etiam ſolvi *Communitati* Supplicanti, ne iti-
dem, eodemque loco duplex pro eodem piſ-
cium tranſitu (qui eſſet idem reſpectus) ſol-
89 veretur Gabella; adeò ut, licèt ſit verum,
quod ad effectum non duplicandi Gabellam, ejuſ-
que ſolutionem ſe habeat materialiter locus ſolu-
tionis, hoc tamen ſit verum, quo ad unum, eum-
demque locum, nunc *Argentæ*, non autem quoad
quemcunque alium locum, per quem tranſitus
ipſorum piſcium ſuccederet, juxta generaliter edo-
cta, ac univerſali uſu comprobata à *DD.* paſſim
de materia tractantibus, & videndis apud *Bur-*
*ſat. conſ.* 190. *num.* 54. *Barboſ. in repert. verb. Ga-*
*bella, concl.* 18. *Sabel. in pract. crim. eod. §. num.*
56. *Gerret. de Gabell. num.* 247. *Bertachin. eod.*
*tract. p.* 9. *quæſt.* 4. *Guttier. in ſimili tract. quæſt.*
19. *Cyriac. contr.* 99. *tom.* 1. *Cardin. de Luca tit.*
*de regalib. diſc.* 68. *num.* 12. *& diſc.* 97. *n.* 11. *lib.*
2. *ac plenius diſc.* 173. *in ſupplem. q.* 1. *Rota in recent.*
*deciſ.* 628. *p.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 118. *p.* 11. *cor. Man-*
*zaned. deciſ.* 842. *de quibus Add. ad Pamphil. deciſ.*
454. *num.* 16. ac concordat *Stat. Gabellar. Pla-*
*tea Ferrar. tit. Modus exigendi gabell. piſc. rubr.*
168. *fol.* 71.

Et propterea, cum nulla alia Gabella ſolvere- 90
tur de tempore Conceſſionis, minuſque ſolvatur
pro Piſcibus tranſeuntibus in *Loco*, & *Terræ*
*Argentæ*, nihil obeſſe potuit, nec poteſt, quia
*Conceſſio* ipſa ſuum planarium effectum ſortita
fuerit, ac ſortiatur, dum nunquam verificari po-
tuit, nec poteſt duplex gabella, ſivè ſolutio du-
plicis gabellæ pro eodem Piſce, eodem reſpectu
tranſitus, & in eodemmet Loco, non volita in
eadem *Conceſſione* ob carentiam extremi habilis 91
neceſſario prærequiſiti ad hoc, ut conditio, ſivè con-
ditionatum verificari, ac poni in eſſe valeat, *l. ſi*
*poſt §. fin. ubi gloſ. & l. ſi uſusfructus, ff. quando*
*dies leg. ced. Bart. in l. quoties num.* 4. *ff. de no-*
*vat. & de leg. & in l. nec utilem n.* 5. *ff. quibus ex*
*cauſ. Matheſilan. ſing.* 195. *ſub n.* 1. *in addit. Gal-*
*ganet. de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 85.
*nu.* 2. *Bruſſell. eod. tract. lib.* 3. *tit.* 1. *ſub. n.* 18. 19.
*ac alibi.*

## FUNDAMENTUM TERTIUM.

*A non præjudicio Cameræ Apoſtolicæ, ſeù Gabellæ*
*Groſſæ, nec damno Mercatorum Piſcium.*

TErtiò ſucceſſivè dicitur, & advertendum pro- 92
ponitur, quod cum ex præmiſſis nequeat con-
ſiderari, quòd per ſolutionem hujuſce Datii
*Communitati Argentæ*, cadat, & eveniat ali-
quod præjudicium *Gabellæ Groſſæ*, nec damnum,
ſivè onus duplex Mercatoribus, & Vectoribus
Piſcium, ſit manifeſtum, nullo modo, recitata
poſtrema verba *dicti cap.* 9. poſſe deſervire con-
trà *Communitatem*; minuſque inſervire pro *Ga-*
*bella Groſſa*, & Mercatoribus, ob ceſſantem il- 93
lorum verificationem juxtà *vulg. theſim* eductam
à *l.* 4. *§. quoties ff. de damn. infect. Tuſch. litt. D.*
*concl.* 493. *Barboſ. axiom.* 73. *num.* 16. *Rota de-*
*ciſ.* 83. *num.* 31. *p.* 19. *coram Pamphil. deciſ.* 728.
*num.* 14.

Nec refert, quòd in *Voto* dicatur (*§. reſpon-* 94
*deo enim primò*) certum fuiſſe voluntatem *Emi-*
*nentiſſ. Concedentis*, & deinde *Summi Pontificis*
*Confirmantis*, non præjudicandi per Conceſſio-
nem *Communitati Argentæ* factam ſuæ *Gabellæ*
*Groſſæ* Camerali, nec afferendi damnum Mer-
catoribus in duplicitate ſolutionis gabellæ, ac 95
ideò, ut voluntas ipſa ſalvetur, ſint nedùm im-
proprianda, ſed etiam deſtruenda verba. *l.* 3.
*in fin. ff. de adim. leg. l. in promittendo ff. de jur. dot.*
*l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poſ. Mantic. de tacit. lib.*

2. *tit.* 7. *num.* 2. 3. *tom.* 1. etiamſi ſolùm verſare-
tur in dubio, cum adhuc credendum ſit,
Summum Principem noluiſſe præjudicare *Suæ*
*Gabellæ*; ut in ſimili conceſſione, *Eugen. conſ.*
97 72. *n* 12 *in fine lib.* 2. minuſque afferre damnum
Mercatoribus; ad *Matheſilan. in l. unic. n.* 40. *C.*
*de ſent. quæ pro eo Ferret. conſ.* 236. *num.* 4. *Man-*
*del.conſ.*34.*n.*10.*l.*1.*Cephal.conſ.*58.*nu.*2.34. *de qui-*
*bus Valenzuel. conſ.* 166. *num.* 92. *lib.* 2. *cum aliis*
*apud Bechtold. in theſaur. juriſprud. lib.*14.*cap.*78.
*axiom.* 3.
98 Ac præjudicium, ut evidens deducatur; Quo
ad *Gabellam Groſſam*, quia ſi ultrà gabellam ſol-
vendam in alio Loco, & præſertim *Traghetti*,
deberet etiam ſolvi alia *Communitati Argentæ*,
Mercatores propter additionem iſtius *novæ Ga-*
*bellæ* retraherentur à tranſvectione Piſcium, cùm
99 idem ſit impedire eorum tranſitum, ac gabellam
gravem pro tranſitu imponere, ut *in Voto §. ideo*
*ſi pro tranſitu*, cum *Menoch. conſ.* 901. *ſub num.*
60. 61. *lib.* 10. *Fontanel. deciſ.* 265. *n.* 11. *tom.* 1.
uſque adeò, ut per ſuper indictionem *novi vec-*
*tigalis*, teneretur Camera Apoſtolica remittere
100 penſionem Conductori *Gabellæ Groſſæ*, ob diminu-
tionem Datii indè proventuram, ad *Capyc. Latro*
*deciſ.* 194. *tom.* 2.
101 Et quo ad Mercatores ipſos, quia addendo
onus oneri per eos noviter ſubeundum, ſuccede-
ret tale damnum, propter quod, ſi grave eſſet
102 illos uno onere premere, multò gravius foret, ſi
duplici ſuffocarentur, quod eſſet terribile præju-
dicium, *l. cogi. §. indè quæritur ff. ad S. C. Tre-*
*bell. Barbat. conſ.* 1. *num.* 5. *lib.* 3. *Cravet. conſ.*
201. *num.* 23. *Cephal. conſ.* 154. *num.* 9. *Natta*
*conſ.* 160. *num.*34. *& conſ.*447.*n.*14.*Conciol. alleg.*
28.*n.*3.*lib.*1.*Otton. Tabor. ad Barboſ. axiom.*169.*n.*1.
*verſ.cum grave in Theſaur.juriſpr.l.*13.*c.*22. *axiom.*
7. *ad fin. tom.* 2.
103 Etenim obſervato, præfatam voluntatem *Emi-*
*nentiſſ. Concedentis*, ac deindè *Sanctiſſimi Con-*
*firmantis*, non ex alio elici poſſe, quàm per ſub-
auditionem verborum in ſupplicatione *Communi-*
*tatis Argentæ* contentorum, cùm in *Conceſſione*,
ſivè *Gratia*, aut Reſcripto nihil omninò de eleva-
to præjudicio habeatur, veluti ſe habente cum
ſolis verbis *Conceſſum ut petitur*; neceſſariò venit
admittendum, quòd eadem voluntas ſic per ta-
lem ſubauditionem elicita ad reparationem præju-
104 dicii *Gabellæ Groſſæ*, & Mercatorum parandam
eſt, ac detegitur per ſuperius tradita, juſtiſſimè
reſtricta ad *Gabellam Groſſam* poſitam in *Loco*
105 *Argentæ*, & ad Mercatores illùc cum Piſcibus tran-
ſeuntes; ita ut eo ipſo, quòd eidem Gabellæ nul-
lum præjudicium per *Conceſſionem* nunc examina-
tam, gignitur; uti demonſtrabatur ſuprà *in §.*
*quoniam n.*74. *& ſeqq.*; minuſque duplicatio ſolutio-
106 nis gabellæ faciendæ per Mercatores inducitur;
ex proximè præmonitis *in §. pariterque non eſt*
*abſolutè n.*85. *& ſeqq.* voluntas per *Concedentem, ut*
*ſuprà* emiſſa, fuerit quidem ſummè prudentialis,
ſed æquè inefficax, ac inoperabilis, veluti carens
præſuppoſito, ac materia, circà quam potuerit
exerceri, & ſic bona voluntas, nullus effectus,
*arg. l. quidam cum filius, ff. de hæred. inſtr.*
*Cardin. de Luca tit. de donat. diſ* 43. *num.* 3.
*verſ.Solidam tamen l.*7. *Rota cor.Cavaler.deciſ.*635.
*num.* 1. *cor. Dunozet. jun. deciſ.* 762. *n.* 6. *& deciſ.*
792. *num.* 16. *tom.* 2. *cor. Coccin. deciſ.* 1517. *n.*
17.*t.*3.*cor.Card. Cerro deciſ.*34.*n.*44.*tom* 1.
107 Et hac eadem conſideratione tollitur ponde-
ratio facta pro demonſtrando utroque præju-
dicio *Gabellæ Groſſæ*, & Mercatorum; cum,
attenta reſtrictione ſuperiùs oſtenſa, nuncque
repetita, ſemper ſit verum dicere, quòd, ſi
nullum, propter *Conceſſionem* factam *Communitati*
*Argentæ*, emergat præjudicium *Gabellæ Groſſæ*,
nec Mercatoribus impoſſibilis ſit illius probatio,
& ſi quæ allata, tanquam inadaptabilis, ni me-
liùs irrelevans, veniat reſpuenda; ad *l. fin. C.* 108
*quando prov. non eſt neceſ. l. ad probationem C. de*
*probat. l. duo ſunt, ff. de teſt. tut. c. in præſentia, de*
*tranſlat. Epiſc. Bald. in l. multis, C. de liber. cauſ. & in*
*l. matrem, C. de probat. Rota in recent. deciſ.*184.*n.*1.
*p.*14. *deciſ.* 354. *num.* 7. *p.* 15. *deciſ.* 299. *num.* 1.
*p.* 16. *deciſ.* 261. *n.* 4. *p.* 17. *deciſ.* 625. *num.* 6. *&*
*deciſ.* 653. *num.* 7. *p.* 18. *tom.* 2. *cor. Pamphil. de-*
*ciſ.* 246. *num.* 11. *& deciſ.* 347. *num.* 6. 7. *ac alibi*
*paſſim.*
Ultrà quam quod advertendum proponitur; quòd
Sicuti; Tàm *Eugen. in allegato conſ.* 72. *ſub n.* 109
12. *lib.* 2. adductus in *Voto* ad probandum, quòd
etiam in dubio ſit credendum, *Summum Pontifi-*
*cem* noluiſſe præjudicare Suæ Gabellæ; quam
*cæteri Omnes* congeſti pro afferenda probatione
utriuſque præjudicii, ſcilicèt, Gabellæ, &
Mercatorum; loquuntur in terminis *novæ Gabellæ*,
ſivè conceſſæ, ſivè indictæ; adeo ut *per Illos* præ-
cipua ſint jacta fundamenta in tàm alterabili qua-
litate conceſſionis, & reſpectivè indictionis
talis *novæ Gabellæ*, ſeù *novi vectigalis*; ut eorum
*Lectura* (quæ hìc inutiliter non reportatur)
quinimò ipſamet verba ejuſdem *Voti* convincunt
ſatiſque patefaciunt.
Ita, cùm in præſenti *Facto* non tractetur de ali- 110
qua conceſſione, ſeù indictione *novæ Gabellæ*
pro Tranſitu Piſcium, ſed de continuatione il-
lius, tanquam antiquiſſimæ, & jam per ante acta
ſæcula, ac ab immemorabili vigentis in *Ter-*
*ra Argentæ*, ejuſque *Communitati* competentis,
& debitæ, cum ſola præſcripta ſolutione ipſius,
*juxtà ſolitum*, & ſic abſque ulla penitùs alteratio-
ne tam ſubſtantiali, quàm accidentali, nullatenus
ea, quæ in adverſum fuerunt deducta ab *Iiſdem*
*Doctoribus*, poſſunt nunc applicari, nec ab iis
poteſt ad hanc ſpeciem ulla valida illatio deſumi,
ex præcognita evidentiſſima differentia, ac di-
verſitate, militante inter conceſſionem, ſeù in-
dictionem *novæ Gabellæ*, & continuationem *Ga-* 111
*bellæ antiquiſſimæ*, ac ab immemorabili ſolitæ, &
conſuetæ, videnda, ne dum apud *Ipſoſmet Docto-*
*res*, ſed & penès *Galliæ conſ.* 94. *Larrea, alleg.*
30. 32. *lib.* 1. *Molfeſ. in ſumma Tract.* 12. *cap.*
22. *Fragoſ. de regim. Reipubl. Chriſt. p.* 1. *lib.* 3.
*diſp.* 8. *Cardin. de Luca, tit. de regalib. diſc.* 75.
*lib.* 2. *cum aliis per Add. ad Rot. cor. Pamphil.*
*deciſ.* 323.
Præſertim etiam, cùm motivum ad demonſ- 112
trandum præjudicium *Gabellæ Groſſæ*, dum di-
citur, quòd Mercatores retraherentur à tranſvectio-
ne Piſcium, non ſit concludens: nam
Si pro præjudicio exindè intendatur oſtendi 113
damnum; utique non concludit, cùm non ſe-
quatur aliqua patrimonii, ſeù juris quæſiti ipſius
*Gabellæ* diminutio, in qua ſola cadit verificatio
damni; *ad l.* 3. *ubi Ripa nu.* 1. *in fine, ff. de damn.*
*infect. Tuſch. litt. D. concl.* 4. *num.* 1. *Menoch. in*
*proximis terminis in ex adverſo alleg. conſ.* 901. *n.*
39. *lib.* 10.
Si verò pro præjudicio intendatur oſtendi amiſ- 114
ſio lucri, & tunc pariter non concludit, cùm
tranſvectio Piſcium dependeat ab arbitrio Mer-
catorum, quatenus eos tranſvehere velint, quo
caſu



caſu lucrum non eſſe conſiderabile, veluti ſic ab
alterius arbitrio dependens, & lucrum hujuſmo-
di amiſſum non afferre damnum, nec præjudi-
cium; deſumitur *à l. inde Neratius §.* 1. *juncta*
*gloſ. ff. ad l. Aquil. & l. libertas negotiatoris, ff.*
*de oper. libert. ac à traditis per Alberic. in l. ſi*
*manifeſtè, C. de ſervit. Bald. in l.* 1. *oppoſ.* 13. *C.*
*de ſent. quæ pro eo, quod inter prof. & conſ.* 463.
*lib.* 4. *Signorol. conſ.* 21. *Curt. ſen. conſ.* 33. *Corn.*
*conſ.* 99. *in fin. lib.* 2. *conſ.* 268. *lib.* 4. *Ruin. conſ.*
74. *ſub n.* 16. *lib.* 1. *de quibus magiſque plenè Me-*
*noch.* ex pluribus demonſtrans, retractionem vo-
luntariam eorum, in quibus eſt poteſtas eundi,
115 & non eundi ad effectum afferendi præjudicium,
non conſiderari, *d. conſ.* 901. *nu.* 40. 41. 42. ubi
de hac materia tranſitus loquitur, *lib.* 10. & pro-
116 pinquiùs, ac in eodemmet caſu, ubi conventum
fuerat, quòd *Præter deputatos à Sede, & Came-*
*ra Apoſtolica, nullus alius poſſet ad Statum Fer-*
*rariæ ſal quovis modo in præjudicium Sanctitatis*
*Suæ, & Cameræ, etiam per tranſitum conducere*,
cum ipſo *Menoch.* priùs convenerant, multa ad
rem deducentes, ac fortè fortiùs *Natta conſ.* 661.
652. *lib.* 4. *Cravett. conſ.* 983. *lib.* 6. *& Cephal.*
*conſ.* 539. *lib.* 4. *ubi Scirotta apud Perremut. in*
*conflict. Doctor. circà hoc conſ. Cephal. p.* 3. *tom.*
1. *fol. mihi* 326. *ac cum his Omnibus Florian. de*
*S. Petro conſ.* 10. *cujus meminit Card. de Luca*
*tit. de regalib. diſc.* 82. *n.* 1. *lib.* 2.
117 Sic etiam aliud Motivum (ex abundanti ta-
ctum) ad demonſtrandum præjudicium, ac dam-
num Mercatorum, uti proveniens à duplicitate
oneris, nec pariter eſt concludens; tanquam
militans duntaxat in novo, non autem in anti-
quo onere, alteri addito; ac in onere ſolvendo
in eodemmet loco, eodemque reſpectu, *ut jam*
*anteà plenè viſum fuit ſuperiùs.*
Minuſque unum, & alterum ex prætenſis
præjudiciis venit conſiderandum in hac facti ſpe-
cie.
118 Dum, ſi, ut in *Voto* dicitur, *§. & ſanè mi-*
*hi*, Gabella *Groſſa* ſolita eſt ſolvi in Loco *Trag-*
*hetti* ab immemorabili: Et certum eſt quoque,
Datium pro Tranſitu Piſcium deberi *Communi-*
*tati Argentæ*, ac per eam, ſeù ejus Gabella-
rium exigi, & exactum fuiſſe itidem ab imme-
morabili ſub quovis Dominatu Status Ferrarien-
ſis.
119 Et nunquàm auditum, ſeù reclamatum fuit
(niſi hiſce temporibus) quòd per exactionem
Datii in *Terra Argentæ*, fuerit aliquod præju-
dicium *Gabellæ Groſſæ* allatum: minuſque, quòd
per ipſam exactionem fuerit inducta duplicitas
ſolutionis gabellæ, ad onus, & damnum Mer-
catorum (qui ſolummodò ab annis quinquagin-
ta circitèr conqueſti fuerunt de ſolutione præ-
tenſa ab illis, non tranſeuntibus per *Territorium*
*Argentæ*, ut *in Voto §. nam anno* 1635.)
120 Oportet ſanè concedere, & quilibet prudens
debet ultrò fateri: Vel elevatum præjudicium,
ac excogitatam duplicem damnoſam ſolutionem
gabellæ nunquam pariter adfuiſſe: Vel ſi ad-
fuiſſet per modum in *Voto* contentum, non po-
tuiſſe deduci per *Gabellam Groſſam*, nec per Mer-
catores ad impediendam *Communitati Argentæ* ex-
actionem ſui præfati Datii.
121 Ab antecedentibus enim, concomitantibus,
& ſubſequentibus in hac materia, & circà hanc
materiam in tanto temporis ſpatio, quod utrin-
que immemorabile dicitur, totam iſtam conſi-
derationem comprobari, & juſtificari, non eſt
verendum, ſi, præcognita Cameralium vigilan-
tia, & Mercatorum occultatione ducatur, ut du-
ci poteſt, ac debet argumentum à communiter 122
contingentibus, quod potentiſſimum eſſe, om-
nes profitentur, *l. certi condictio. §. ſi nummos,*
*ff. ſi cert. pet. l. neque tales. C. de probat. Cra-*
*vet. conſ.* 270. *numero* 6. *Spada conſ.* 93. *num.*
11. *conſ.* 100. *numero* 6. *& conſ.* 101. *numero*
8. *lib.* 1. *Eugen. conſ.* 28. *numero* 78. *lib.* 1. *Va-*
*lenzuel. conſ.* 77. *numero* 52. *lib.* 1. *cum aliis per*
*Everard. loc.* 56. *Gammar. loc.* 20. *lib.* 1. *Bar-*
*boſ. loc.* 20. *ubi innumeros coacervat Rota in rec.*
*deciſ.* 142. *numero* 7. *p.* 7. *deciſ.* 48. *numero* 1.
*part.* 16. *deciſ.* 145. *numero* 5. *& deciſ.* 401.
*numero* 10. *p.* 18. *cor. Coccin. deciſ.* 1106. *nu-*
*mero* 6.
Ac poſt devolutionem ejuſdem *Status Ferra-* 123
*riæ ad S. Sedem Apoſtolicam*, res ipſa edocuit:
nam
Quo ad *Gabellam Groſſam*, paucis ab obitu 124
*Sanct. mem. Clementis VIII.* decurſis annis, pro
illius parte fuit reclamatum apud Tribunalia Ca-
meralia, tùm Ferrariæ, tùm Urbis, & demum
acerrimè apud *fælic. record. Paulum V.* ſucceſ-
ſorem, ad hoc, ut tolleretur præjudicium Ca-
meræ Apoſtolicæ, ſive dictæ *Gabellæ Groſſæ* pro-
veniens à *Gratia, & Conceſſione XIX.* facta *Com-*
*munitati Argentæ*, & per *ipſum Clem. VIII.* quin-
imò per *eundem Paulum V.* jam confirmata. Et 125
poſt inſertum tenorem hujuſmodi Gratiæ, & avo-
cationem cauſæ, ac litis deſuper pendentis, per
ſpeciale Breve idem *Paulus V.* ne dum modera-
tus fuit, ſed totaliter Gratiam præfatam, ut ju-
ra Cameræ omninò illæſa eſſent, abrogavit *ſub*
*die* 29. *Decembris* 1609. *regiſtr. in vol.* 2. *privil.*
*Ferrar. à fol.* 138.
Unde, ſi etiam *Gratia IX.* de qua nunc agitur, 126
conceſſa *Communitati Argentæ*, fuiſſet agnita, &
potuiſſet dici præjudicialis juribus *Gabellæ Groſſæ*,
utique Miniſtri illius ab ea quoque reclamaſſent,
& quemadmodum pro tollenda præfata *Gratia*
*XIX.* ex recenſita cauſa præjudicii omnem co-
natum adhibuerunt, ſic pro adimenda *hac IX.*
ſi eandem cauſam præjudicii adſervaſſet, non
tacuiſſent, ſed pari modo apud *Summum Pon-* 127
*tificem*, ſecundùm eorum ingenium diligentiſſi-
mum uſum inſtetiſſent, ſumpto argumento à *l.*
*ſi ſervus plurium §. fin. ff. de leg.* 1. *l. nummus ff.*
*de leg.* 3. *& l. hæredes palam §. ſed & ſi notam*
*ff. de teſtam. Spada conſ.* 137. *nu.* 7. *lib.* 1. *Barboſ.*
*loc.* 125. *Rota in recent. deciſ.* 584. *num.* 11. *p.* 1.
*cor. Andrea deciſ.* 3. *nu.* 12.
Quo etiam ad Mercatores, res & ipſa edocuit: 128
nam, dum paulò *ſupra* dicebatur, ipſos con-
queſtos fuiſſe pro ſolutione Datii per Gabella-
rium *Communitatis Argentæ* prætenſa ab illis, non
tranſeuntibus per ejus Territorium, exiſtimando 129
hinc ipſam ſolutionem fuiſſe indebitam, fortaſſè
ex ratione, de qua in Voto. *§. præterea cum de*
*jure, deſumpta à Bertaz. conſ. crim.* 207. *num.* 2.
*lib.* 1. *Eugen. d. conſ.* 72. *num.* 2. 3. 4. 15. *lib.* 2.
*Peregr. de jur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 1. *nu.* 22.
Junctim etiam dictum fuiſſe, infertur, quod 130
ſicuti eſt ſolitum, & conſuetum Mercatorum,
qui ſunt de genere perſonarum valde ſagacium,
& querularum, contrà quoſcunque vehementer
reclamare, maximè pro ſe ſe eximendis ab one-
ribus, & gabellis, licèt quoque juſtè, ac verè
debitis, ut *quotidiè de re iſta Tribunalia perſtre-*
*punt*: Ita, ſi ab eis fuiſſet etiam per ſolam umbram 131
cognitum, quòd ſolutio prædicti Datii facienda
*Communitati Argentæ*, ſecum afferret elevatum
præjudicium, ſanè non acquieviſſent per tempus
V 3 imme-

immemorabile ante devolutum Statum Ferrar. Se-
di Apoſtolicæ, nec poſteà per annos ſupra octua-
ginta, illius exactioni, nec illud tanto temporis
ſpatio verius ſemper ſolviſſent, arguendo ab eo-
132 rum tacto ſolito, & conſueto (juncta præſump-
tione de non jactando ſuo, ad *l. cum de inde-
bito ff. de probat.* exornatam à multis penès *Bar-
boſ. axiom.* 112. *Tiraq. de revoc. donat. verb. do-
natione largitus à nu.* 206.) ſecundum tradita *à
Valaſc. axiom. jur. litt. A. nu.* 534. *Everard. loc.*
64. *Barboſ. loc.* 102. *ubi concord. una cum pluri-
bus locis Solorzan. de jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 24.
*num.* 82. *tom.* 1. & *lib.* 2. *cap.* 15. *ſub nu.* 33. 34.
*tom.* 2. *Rota in recent. deciſ.* 596. *num.* 1. *p.* 1. *de-
ciſ.* 334. *nu.* 1. *p.* 2. *deciſ.* 148. *ſub nu.* 9. 10. 19.
*p.* 16. *deciſ.* 249. *nu.* 11. *p.* 18. & *paſſim.*
133 Et idcircò ex concurſu talium circumſtantia-
rum vim, & effectum deſumentium ab immemo-
rabili, cujus infinitæ operationes ſunt omnibus
notæ, & juncta ponderatione, quod poſt *Conceſ-
ſionem* nunc examinatam, de qua in *d. cap. IX.*
ac per ſubauditum intellectum cum verbis *ejuſd.
cap.* efformatam, tot ſubſequentes *Pontifices*, tot
*Legati à Latere Ferrariæ*, tot *Miniſtri Camera-
les*, tot *Gabellarii Gabellæ Groſſæ*, & tot imò in-
numeri Mercatores, ac Vectores piſcium, ſcive-
runt *Communitatem Argentæ* exigere dictum Da-
tium, & reſpectivè actualiter illud ſolverunt,
pluribus etiam emanatis ad *Ejus* favorem Decre-
tis manutentivis pro hujuſmodi exactione facien-
da, recenſitis in *Voto D. Auditoris.*
134 Videtur pluſquam eſſe certum, & ſic cenſen-
dum fore exiſtimatur, elevatum præjudicium
*Gabellæ Groſſæ*, & Mercatorum non adfuiſſe, nec
adeſſe; & quatenus poſſibiliter adfuiſſet, non
135 fuiſſe, nec modo eſſe conſiderabile, nec dedu-
cibile ad effectum excogitatum in *Voto*; prout
omiſſis generalibus in iſtis, ac fortioribus termi-
nis, concludebatur cum *Roman. conſ.* 271. *num.*
4. *à Natta d. conſ.* 661. *nu.* 27. *verſ. & ulterius*,
*ac num.* 29. *lib.* 4. & *cum Comenſ. conſ.* 162. *col.*
2. *verſ. parique modo*, & *Cravet. eo, ac d. conſ.*
983. *nu.* 8. *lib.* 6. *à Menoch. d. conſ.* 901. *num.*
57. *lib.* 10. *ac conducit Rota in recent. deciſ.* 118.
*ſub nu.* 11. 12. *p.* 11. & *deſerviunt omnes alii con-
geſti infrà in fundam.* 5.

## FUNDAMENTUM QUARTUM.

*Ab ingenti præjudicio Communitatis Argen-
tæ, ad extinctionem uſque ſui
Datii Piſcium.*

136 QUartò dicitur, & principaliter conſidera-
tur
Quòd ſi in *Voto D. Auditoris* tàm inculcatè
inſiſtunt ſuper motivo repellendi præjudicium
*Gabellæ Groſſæ*, & Mercatorum, quod re vera,
nec per dictam *Conceſſionem*, nec per ſolitam ex-
actionem hujuſce Datii, ſive gabellæ in *Terra
Argentæ*, modo aliquo detegitur, ac generatur,
*ex hactenus traditis*: Multo magis inſiſtendum
137 eſt pro arcendo præjudicio Communitatis, &
totius *Populi Argentæ*, quod indubitatum, &
permagnum ab interpretatione præfatæ *Conceſſio-
nis* in ipſomet *Voto* contenta apertiſſimè exori-
tur.
138 Ita ut, ſi utrinque cadere debeant conſidera-
tiones ſuper hujuſmodi præjudicio, fortiores uti-
què, ac validiores eas fore, quæ ſublevamini *Com-
munitatis*, & *Populi Argentæ* adſiſtunt, nullate-
nùs ſit ambigendum.

Tangebatur namque ſuprà *in §. cum nimium* 139
*ſit inveriſimile*, & *§. quod ſi menſ. num.* 41. &
*ſeqq. ac nu.* 52. tale, tantumque præjudicium ab
interpretatione allata per D. *Auditorem* ſuccede-
re *Communitati*, ut perinde ſit, ac ſi Datium, de
quo agitur, eidem competens, & debitum per
ſæcula, & ab immemorabili, funditùs ablatum,
& extinctum (quo ad effectum) remaneat.
Quod prorſus alienum fuiſſe à mente, ac in- 140
tentione, tùm *Cardinal. Legati Concedentis*, tùm
Papæ confirmantis (maximè ſpectata conditione
illorum temporum devolutionis *Status Ferrariæ
ad S. Sedem Apoſtolicam*, in quibus uberiores 141
Gratiarum theſauri diſpenſabantur ſubditis, &
pleniùs verificabatur, quòd Princeps erat prop-
ter Populum, ejuſque utilitatem, non Populus 142
propter Principem; quodque Principatus non ob
ſui, ſed ob utilitatem ſubditorum erat inſtitutus,
ad *Mancin. de jur. Princip. lib.* 4. *Pariſ. de ex-
ceſſ. Baron. cap.* 1. *num.* 21. *Aguerr. in Apolog.
p.* 2. *nu.* 224. *Garz. de expenſ. cap.* 21. *num.* 32.
*Vult. conſ. Marpurg.* 35. *num.* 141. *lib.* 3. *Bech-
told. in Theſaur. juriſpr. lib.* 14. *cap.* 78. *axiom.*
2. *tom.* 2.) neutiquam ſit dubitandum.
Fuiſſent etenim Tempora iſta ergà *Communita-* 143
*tem Argentæ*, non Tempora Gratiarum, ſed Tem-
pora Infælicitatum, nec Tempora univerſalis Læ-
titiæ, ſed Tempora ærumnæ, & Calamitatis.
Jus namque Datii prædicti immemorabiliter 144
*Eidem* competentis, ac debiti, fuiſſet abſque ulla
cauſa ſibi infæliciſſimè ablatum, & quod plus eſt,
ſub motivo verborum in *Supplicatione* pro *Ejus*
parte porrecta, ſemper utilitatem, ac favorem
Supplicantis redolentium, duntaxat contento-
rum.
Quod quantum à cujuslibet rationabilis Viri 145
ſenſu abhorrere debeat, ſin aliud ſaltem id ſua-
deat, quòd idem Datium ſub *Dominatu Princi-
pum Atteſtinorum*, *Ducumque Ferrariæ* inviola-
bili perpetuitate fuit ſemper (licèt in loco *Trag-
hetti*, & alibi in Ducatu Ferrariæ ſolveretur *Ga-
bellæ Groſſæ* pro tranſeuntibus Piſcibus) ipſimet
*Communitati* conſervatum, dum nunquam læſum
ab illis oſtenditur, quinimò intactum appareat ex
proviſionibus, de quibus *in Stat. Gabell. Magn.* 146
*fol.* 102. & præciſius *à Ducali Reſcripto de an.*
1494. *enuntiato in Voto D. Auditoris ad finem.*
Unde fortius eſt cenſendum, fuiſſe pariter ip- 147
ſummet Datium eidem *Communitati* præſervatum
à Summo Pontifice, quem difficilius cæteris Prin-
cipibus tollere jus tertii, & alteri præjudicare
velle, ob peculiarem ejus regulam *de jure quæ-
ſito non tollendo*, oſtenditur *à Cardin. de Luca tit.
de regalib. diſc.* 4. *nu.* 10. *lib.* 2. *tit. de præmin.
diſc.* 40. *numero* 4. *lib.* 3. & *diſc.* 70. *numero* 15.
*lib.* 13. *Rota cor. Burat. deciſ.* 576. & *ibi Add.
tom.* 2.
Extinctio autem dicti Datii, quo ad effectum, 148
retenta interpretatione per *D. Auditorem* allata,
apertè dignoſcitur; dum non ſit dabilis caſus,
quo illud amplius debeatur *Communitati Argentæ*
ab aliquo Mercatore, ſeu Vectore Piſcium, qui
eundo per vias publicas ipſi benè viſas (ex fa-
cultate attributa in *Sententia D. Auditoris*) etiam
tranſeundo per *Territorium Argentæ*, non tenea-
tur ſolvere Cameræ Apoſtolicæ, ejuſque Gabel-
lario pro iiſdem Piſcibus *Gabellæ Groſſæ.*
Ex quacunque enim parte, ſuperiori, infe- 149
riori, & media Ducatus Ferrariæ, per quam ab
ipſis Mercatoribus Piſces tranſvehantur, ſemper
aliquo in loco dabitur, & datur ſolutio talis Ga-
bellæ, ſive ex diſpoſitione Statutorum *Gabellæ
Magnæ*,



*Magnæ*, ſive ex tenore *Chirographi Sanct. memor.*
150 *Pauli V. ſub* 29. *Decembr.* 1609. in quo diſpo-
nitur, quòd *Mercatores, ac quicunque alii, qui
piſces, oſtrea, & alia hujuſmodi ad dictam Ter-
ram Argentæ, & illius Territorium, ac Riperiam
Fili ex QUOCUNQUE LOCO adduxerint, vel
inde ALIO detulerint, Gabellam, Datia, ac alia
Regalia in dicto Loco Traghetti eo prorſus modo,
quo ante &c. ſolvebant, ſolvere omninò debeant,
& teneantur.*
151 Et conſequenter præfata extinctio, quo ad
effectum, ne ſcilicet aliquid emolumenti, ac uti-
litatis ab eodem Datio proveniat amplius ad com-
modum *Communitatis*, & *Populi Argentæ*, plus
quàm certa ſuccedit, ac dignoſcitur: uſque adeo,
ut perindè ſit, ac ſi tale Datium, ſic inutile red-
152 ditum per ipſam *Communitatem* non haberetur,
ex regula, quod paria ſunt rem non habere, &
inutilem habere. *l. fin. C. de plagiar. cap. inter
corporalia §. ſicut de tranſlat. Epiſc. Galvan. conſ.*
35. *nu.* 6.
153 Neque eſt attendendum, quod dicitur *in Voto §.
reſpondeo ſecundò*, *cum ſeq.* Piſces etiam aſpor-
tari è Vallibus Comacli, & deferri ad partes
quoque Romandiolæ, quo caſu iter, ut pluri-
mùm, habetur per *Territorium Argentæ*, abſque
eo, quòd attingatur *Traghettum*, nec alius locus
Territorii Ferrarienſis, in quo ſolvatur *Gabella
Groſſa*, ſicque reſpectu hujus tranſitus, & itine-
ris, ſit verificabilis, & operativa conceſſio facta
*Communitati Argentæ*, abſque præjudicio Came-
ræ, quoad *Gabellam Groſſam*, & abſque duplica-
tione Gabellæ in damnum Mercatorum, & cum
154 ſimus in materia odioſa, qualis eſt conceſſio Ga-
bellæ. *Jaſ. in l. fructus num.* 8. *ff. ſolut. matrim.
Burſat. conſ.* 190. *nu.* 24. 28. 29. *lib.* 2. *Eugen.
d. conſ.* 72. *nu.* 16. 17. *lib.* 2. *Valenzuel. conſ.* 52.
*nu.* 61. *lib.* 1. *Urceol. conſult.* 73. *nu.* 14. 48. *lib.*
2. *Cyriac. contr.* 570. *nu.* 24. *Farinac. de furt.
quæſt.* 173. *nu.* 52. ſufficiat, ut eadem *Conceſſio*,
155 ſtrictiſſimè intelligenda, etiam in minimo verifi-
cetur ex *Burſat. d. conſ.* 190. *nu.* 24. *Eugen. eod.
conſ.* 72. *nu.* 18. 19. firmantibus, exactionem Paſ-
156 ſagii, quæ poteſt verificari in uno loco, eſſe re-
ſtringendam ad illum, abſque comprehenſione
157 alterius: taliter ut hinc appareat, *Conceſſionem*
iſtam nec poſſe dici ſuperfluam, & eluſoriam,
nec minus Datium præfatum poſſe dici, quo ad
effectum, prorſus extinctum, dum ſæpè verifi-
catur in Piſce traducendo è Comaclo in Roman-
diolam: quam ponderationem adeo *D. Auditor*
158 potentem exiſtimavit, ut ſubdat, quòd ea, *quan-
do cætera jam dicta, & dicenda ceſſarent, judi-
cio ſuo amputat omnem difficultatem.*
159 Quoniam repetita prænotione allata ſuperiùs in
*§. altero, quod tunc temporis nu.* 67. de nùlla dif-
ferentia inter *Gabellam Groſſam*, & Gabellam Ge-
neralem olim, & de tempore *Conceſſionis*, de qua
nunc tractatur, in Statu Ferrariæ vigente: eo-
que addito, quòd *ſub Gabella Groſſa* multa con-
tinebantur, & continentur membra, quæ inſi-
mul cum ea in quacunque functione, etiam lo-
cationis, & conductionis, ut in *Capitulis Appal-
tus* facti ſub *die prima Auguſti* 1603. impreſſis
in fine *vol.* 1. *Privileg. Ferrar.* ad conſtituendum
unicum corpus, abſque aliqua eorum neceſſaria
expreſſione (præterquam in ſpecificè nominatis
in initio *dictorum Capitulorum Appaltus*) conſi-
160 derabantur, ac hodiè pariter conſiderantur, ve-
luti eadem natura, & qualitate, iiſdemque re-
gulis, & formis conſcripta; Exceptis locorum
ſituationibus, in quibus, vel pro tutiori proven-
tuum exactione, vel pro commodiori uſu Mer-
catorum, & tranſeuntium, deſtinata reperiuntur,
prout in ſuo caſu obſervabat *Burſat. d. conſ.* 190.
*nu.* 22. *lib.* 2. *Rot. cor. Dunozet. jun. deciſ.* 482.
*nu.* 14. *tom.* 1.
Et exceptis fortaſsè minoribus ſolutionibus, 161
quandoque in locis horum membrorum facien-
dis *Gabellæ Groſſæ*, quas tamen non mutare ſpe-
ciem, naturam, aut ſubſtantiam, *eſt in ore Om-
nium* per *l. fin. ff. de fundo inſtr.* à qua deſumi-
tur *vulgatum dicterium*, quòd magis, & minus 162
non differunt ſpecie, nec diverſas ſpecies reales
conſtituunt, de quo *Barboſ. axiom.* 140. *nu.* 6.
*ubi plenius. Tabor. repetit. per Bechtold. in The-
ſaur. juriſprud. lib.* 11. *c.* 2. *axiom.* 4. *ubi concord.
tom.* 2. *cum aliis concordantibus in mea collect. le-
gal.* 3. *nu.* 71. *vol.* 2. *Rota in rec. deciſ.* 160. *num.*
33. *p.* 4. *tom.* 2.
Dicitur, non eſſe verum in *Facto*, poſſe tranſ- 163
vehi per *Territorium Argentæ* aliquos Piſces,
etiam è Vallibus Comacli aſportatos ad partes
Romandiolæ, abſque eo, quòd non attingatur
aliquis locus Territorii Ferrarienſis, in quo ſol-
vatur *Gabellæ Groſſæ*: cum enim in *Voto* nulla
Via, nullumque iter peculiariter in hoc deſigne- 164
tur, licet illicò in medium afferre, quod, cum
*Gabella Groſſa*, ſivè per ſe, ſivè per ejus mem-
bra ſe extendat ubique in Territorio Farrarien-
ſi, aut vigore illius Statuti, aut vi Diplomatis
*Papæ Pauli V.* ut & dicebatur *ſuprà in §. extin-
ctio autem à nu.* 148. 150. niſi indicetur aliqua
via ſpecialis, ſeù iter particulare, quod (circum-
ſcripta ſupernaturali potentia, & miſſis inviis, ac
deviis commercio hominum non accommodatis)
peragrari valeat per modum in *Aſſumpto Voti* con-
tentum, venit dicendum, idem Aſſumptum in
*Facto* non eſſe verum, ſed ſtandum regulæ, do-
nec eo probato, poſſit dici probatum contrarium; 165
*ad l. ſi ab ea parte, ff. de probat. l. ſuus §. puto ff.
de hæred. inſt. cap. fin. de reſt. ſpoliator. Dec. in
l.* 1. *nu.* 5. *ff. de reg. jur. cum multis apud Bech-
told. in theſaur. juriſprud. lib.* 16. *cap.* 22. *axiom.*
3. & *latiùs axiom.* 7. *tom.* 2. *Grevæn. ad Gayl. lib.*
1. *concluſ.* 36. *conſid.* 1. *Cardin. de Luca tit. de
feud. diſ.* 6. *ſub nu.* 5. *lib.* 1. *tit. de fideic. diſc.*
70. *nu.* 8. *lib.* 10. & *tit. de judic. diſc.* 2. *num.* 19.
*in fin. lib.* 15. *Nebelkr. deciſ.* 2. *ubi plenè*, *Rot.
cor. Coccin. deciſ.* 1859. *nu.* 47. & *deciſ.* 1964.
*nu.* 2. *cor. Priolo deciſ.* 406. *nu.* 6. & *deciſ.* 436.
*num.* 13.
Et quamvis hac unica reſponſione remaneat 166
ſublatum *Motivum Voti*, ſic *ut ſuprà* præpotens
exiſtimatum, ac pro antecedenti firmatum, &
proindè cætera, tanquam poſita per modum con-
ſequentis ex ſe ſe corruant; *vulg. l. veteres ff. de
itin. actuque priv. l.* 1. *§. hujus ret. ff. de off. ejus
Barboſ. axiom.* 30. *nu.* 2. *ubi plene Tabor. in ad-
dit. Rot. cor. Dunozet. jun. deciſ.* 208. *n.* 5. *tom.*
1. *cor. Coccin. deciſ.* 2299. *n.* 2. *tom.* 5.
Placet nihilominus pro uberiori veritate aſſe-
quenda, magis ſpecialiter obſervare,
Quòd ad Territorium *Argentæ* cum Piſcibus 167
Vallium Comacli non poteſt perveniri, niſi,
Vel per *Viam ſuperiorem*, deſcendendo a Ci-
vitate Ferrariæ, aut alio Loco magis ſupra ad ip-
ſum Territorium; & in hoc itinere ſuper Terri-
torio Ferrarienſi (quod ordine retrogrado num-
quam fit ab Aſportantibus Piſces ab ipſis Valli-
bus) ac quatenus per poſſibile fieri contingeret,
certum eſt, antequam perveniatur ad *Territorium
Argentæ*, adeſſe Loca, in quibus ſolvitur *Ga-
bellæ Groſſæ*; & proſequendo ad partes Roman-

 diolæ,

diolæ , ſtatim tranſverſo eodem parvulo *Territorio Argentæ* , ac antequam ad ipſas partes perveniatur , tangitur *Riperia Fili* , in qua , abſque ullo dubio ſolvi debet *Gabellæ Groſſæ* ; & ſic retenta *hæc ſuperiori Via* , Aſſumptum *Voti* non eſt verum.

168 Vel per *Viam inferiorem* aſcendendo à Mari per *Portum Primarii*, antiquitùs *Spineti* , ſeù *Spinetici* nuncupatum , aut ab aliquo alio circumvicinio Loco verſus partes Romandiolæ ; & in hoc itinere tanguntur etiam Loca *Longaſtrini* ( antiquitùs *Foveæ Pudulæ* ) *Riperia Fili* , in quibus ſolvitur *Gabellæ Groſſæ* , nec pervenitur ad Territorium Argentæ ; adeo ut etiam *hac inferiori calcata Via* , Aſſumptum *Voti* non ſit verum.

169 Vel per *Viam mediam* , diſcedendo à *Civitate Comacli* , ſeù ejus Vallibus , & ſe conferendo , aut ad *Longaſtrinum* , *Filum* , *& Baſtiam* , ac in iſtis Locis ſolvitur *Gabellæ Groſſæ* , antequam iter arripiatur ad partes Romandiolæ , imò antequam perveniatur ad *Territorium Argentæ* : aut ad Paſſum *Maronis* , *& Travæ* , & jam de iſtis extat *Sententia D. Auditoris*, pro obaudienda *Communitate Argentæ* : aut tandem ad *Turrim Bandi* ingrediendo *Foveam Marinam* ; & in hoc itinere per *Territorium Argentæ* , licèt non adſit aliquis Locus , in quo ſolvatur *Gabellæ Groſſæ* , tamen ſi Piſces ab ipſo Territorio extrahantur ad partes Romandiolæ , neceſſariò , eo tranſacto , antequam perveniatur ad haſce partes , tangitur *Riperia Fili* , in qua ſolvitur *Gabellæ Groſſæ* , & ſic iſta etiam *Via media ſervata* , Aſſumptum *Voti* non eſt verum.

170 Undè , cùm nulla alia Via , nec ulla alia pars itineris detur , nec excogitari valeat in re iſta , de ipſomet Aſſumpto cum cæteris inde conſequutivè adductis , jure merito non eſſe curandum , ſatis ad hominem , per ſufficientem enumerationem partium præfatarum in dictis recenſitis Viis
171 conſiſtentium , juridicè convincitur , jam quod argumentum ſic deſumptum in omni diſpoſitione eſt fortiſſimum , & validiſſimum ; ad *l. patre furioſo* , *ff. de his* , *qui ſunt ſui* , *l. obligationum ferè ff. de action. & oblig. Præt. conſ.* 49. *nu.* 7. *Pacian. conſ.* 37. *nu.* 35. *Glorit. conſ.* 4. *ſub nu.* 23. *Henriq. conſ.* 67. *nu.* 86. *Eugen. conſ.* 90. *nu.* 43. *lib.* 1. *cum multis aliis per Everard. in Topic. legal. loc.* 51. *Barboſ. loc.* 108. *Ceval. comm. concl. tom.* 4. *quæſt. ult. nu.* 182. *Argel. de legit. contradict. quæſt.* 2. *num.* 55. *& quæſt.* 5. *num.* 8. *Monach. deciſ. Florent.* 1. *nu.* 62. *cum pluribus in Mea colluct. legal.* 38. *nu.* 12. *vol.* 2. *Rota in recent. deciſ.* 437. *nu.* 16. *p.* 18. *tom.* 2.

172 Ponderato eo inſuper , quod adhuc , & poſt quam Piſces ſunt tranſvecti ad partes Romandiolæ , pro illis ſolvitur *Gabellæ Groſſæ* , quæ , *ut ſuprà præmonebatur* , ad totum Ducatum Ferrariæ extenditur ; & ſic etiam quod hujuſmodi Piſ-
173 ces tranſirent per *Territorium Argentæ* , nec forſitan in Locis , de quibus in enumeratione prædicta , eſſet per miraculum *eidem Gabellæ* facienda aliqua ſolutio , adhuc quoque verſaremur in caſu , quo Datium debitum *Communitati Argentæ* , nec ipſi , nec ejus Gabellario foret ſolven-
174 dum , attentis verbis *Sententiæ D. Auditoris* , ibi , *nec teneri* ( Mercatores ) *ſolvere aliquam Gabellam dictæ Communitati Argentæ* , *ejuſque Gabellario* , *& Officialibus pro tranſitu Piſcis* , *pro quo ſolvant* , *vel ſolvere teneantur Cameræ Apoſtolicæ* , *ejuſque Gabellario Gabellam Groſſam* , *etiam ſi tranſirent per Territorium Communitatis Argentæ* , *&c.*
175 cum ſub illis verbis , *pro quo ſolvant Cameræ* , *ejuſque Gabellario Gabellam Groſſam* , comprehendatur omnis Locus , in quo hujuſmodi ſolutio
fiat , veluti nullus ſejunctus ab univerſalitate im- 176
portata ab ipſis verbis indefinitis , *l. ſi ſervitus* , *ff. de ſerv. urb. præd. l. ſi ita relictum & l. pluribus* , *ff. de leg.* 2. *l. Cæſar. ff. de public. cap. quia circa* , *de privileg. Thomas. regul.* 150. *Barboſ. axiom.* 123. *nu.* 1. 11. *ubi latè. Add. Gambeſ. in theſaur. juriſpr. lib.* 9. *cap.* 37. *tit. de indefin. in princ. & in ampl.* 6. ubi quod hoc eſt verum in omni diſpoſitione. *to.* 1. *Ego ipſe colluct. legal.* 44. *n.* 199. *vol.* 2. *Rota cor. Bichio deciſ.* 370. *nu.* 2. *tom.* 1. *& in recent. deciſ.* 79. *n.* 8. *p.* 17. *deciſ.* 747. *n.* 7. *p.* 18. *tom.* 2.

Et ita quocunque vertatur ſermo ; quemadmo- 177
dum ſemper apparet , Aſſumptum *Voti D. Auditoris* non eſſe verum in *Facto* , ſic ſemper , & fortiùs dignoſcitur maximum præjudicium , quod
contrà omnem juſtitiæ , & æquitatis normam , 178
& contrà mentem , tàm *Legati Concedentis* , quàm *Pontificis confirmantis* , magis *Communitatis ſupplicantis* , ſuccederet *eidem Communitati* , ad extinctionem uſquè hujuſce Datii , quo ad effectum , ſi annuendo *ipſi Voto* , declinaretur , quod nunquam fieri creditur ab Interpretatione hucuſquè tutata.

Ac ne incongrua dijudicetur loquutio ſæpius 179
in *hiſce ſcriptis* adhibita , quando pluries dictum fuit , ſolvere tenentur Mercatores *Gabellæ Groſſæ* , *ſolvi debere Gabellæ Groſſæ* ; *ſolvitur Gabellæ Groſſæ* ; *cum ſimilibus* , dum tamen videretur , fuiſſe dicendum ; *ſolvere tenentur Gabellam Groſſam* , *ſolvi debere Gabellam Groſſam* ; *ſolvitur Gabella Groſſa* , *& ſimil.* ; quibus poſterioribus modis ſemper utitur *D. Auditor in Voto* , & uſus fuit *in Sententia*.

Supplicatur adverti ;

Quòd ſicuti multùm inter ſe ſe differunt , & 180
præcipuè ad effectum materiei hodie examinatæ , bini termini loquutionum , & modi loquendi nunc
recenſiti , cùm Poſterior præ ſe ferat , ac denotet 181
totam ſolutionem *Gabellæ Groſſæ* prout ſimpliciter , & integraliter impoſitæ , abſtractivè , à ſeparatis quibuſdam ſolutionibus , ad eam quidem pertinentibus , ſed in aliquibus Locis , ubi Membra illius exiguntur non integraliter ad reſpectum
*totius Gabellæ* deſtinatis , ac fortaſſe diverſimodè 182
denominatis : Prior autem præ ſe ferat , ad denotet quicquid eidem *Gabellæ Groſſæ* perſolvitur in quacunque etiam modica quantitate , non ſolùm in Locis primariis , ubi ea exigitur , ſed & in Locis ſubordinatis de illius pertinentiis , ac membris , in quibus , ſub diverſa quoque denomina-
tione , aliquid pro ea ſolvitur , & ſolvi debet : 183
Adeo ut , ſi in Iſto verificatur omne id ( quantumcumque , & ſi minimum , ac ſub quavis appellatione ſit ) quod pro *Gabella Groſſa* , ſeù ipſi
*Gabellæ Groſſæ* ſolvitur , in Illo verificatur tota il- 184
la maſſa , licèt ſummè ingens taxata , ſuper mercibus , nunc Piſcibus , quæ ſolvitur , ut *Gabella Groſſa* , & quæ in ſubſtantia vocatur in *Statutis* , *Proviſionibus* , *ac Ordinibus* Ferrariæ , *Gabella Groſſa* prout hanc diverſitatem de ſe planam , certam , & litteraliter claram ſenſui cujuslibet ſatis patere , exiſtimatur.

Ita opus fuit *in hac conſultatione* uti priori il- 185
lo termino , jam quod , & eo uſa fuit , tàm *Communitas Argentæ* in *dicto Cap.* ix. ejus ſupplicationis , ibi , *non foſſero ſoliti di pagare alla Gabella Groſſa* , quàm uſus fuit *ſupremus Concedens* per ſubauditionem in Reſcripto deſuper edito ; dum uterque reſpectivè dixit *di pagare alla Gabella*



*bella Groſſa* , non *di pagare la Gabella Groſſa*.

186 A qua quidem diſtinctione terminorum ille præ aliis reſultat effectus , quod cum impoſſibile ſit dari caſus , & locus in Ditione , & Statu Ferrarienſi , ſecundùm regularem , ac humanum modum eundi , in quo , dum ad *Territorium Argentæ* pervenitur , ſeù , poſt ibi perventum , ab eo diſceditur , quocunque inde eatur , non ſit aliquid pro Piſcibus perſolvendum *Gabellæ Groſſæ* , ſub aliqua denominatione ( quæque illa ſit , præ ſe ferens tamen ſolutionem ad commodum ejuſdem *Gabellæ Groſſæ* ) ut eſt *incontroverſum* , *ac incontrovertibile* , *ſpectatis Statutis* , *aliiſque Pro-*
187 *viſionibus* , *de quibus exuberanter ſupra* : impoſſibile eſt etiam dari caſus , quo ( ſi attenderetur *Sententia D. Auditoris* , & obtinerent contenta in *Ejus Voto* ) ſolvendum veniat Datium prædictum *Communitati Argentæ* , ſuccedente ſic ipſius Datii , quo ad effectum , totali extinctione , ut *jam demonſtratum fuit*.

Junctimque ab ipſa diſtinctione alius effectus reſultat , quòd

188 Quando *D. Auditor* in *Ejus Sententia* , & *Voto* uſus fuit termino poſteriori , & intendit cum eo ( juncta interpretatione per *Eum* adhibita ) firmare Limitationem adverſantem intentioni *Communitatis Argentæ* , ſimulque oſtendere , *Conceſſionem* Ipſi factam , non fuiſſe totaliter eluſoriam , nec ſubindè attuliſſe decantatum præjudicium , ad extinctionem uſque Datii *Eidem* competentis ,
189 ac debiti , loquutus fuit contrà proprium , & litteralem tenorem ſupplicationis pro *eadem Communitate* efformatæ in *d. Cap. IX.* & contrà *Conceſſionem* , ex ſubaudito intellectu , continentem hujuſmodi ſupplicationis tenorem ( quod fieri non permittitur ex theſi , quod à proprietate verborum , eorumque propria ſignificatione non eſt re-
190 cedendum , *l. cum lege. ff. de teſtam. l.* 1. *§. quod autem. ff. de alcat. l. non aliter. ff. de leg.* 3. *l. qui liberis. §. hæc verba* , *ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* )

191 Undè non mirum , ſi Motiva in *Voto* ſub volamine hujuſce modi loquendi allata , videntur comprobare juſtitiam *Sententiæ* , & ſucceſſivè arcere ponderationem , ſemper præ oculis habendam , jactam ſuper dicto maximo præjudicio *Com-*
192 *munitatis* : ſed quando in *iſtis Scriptis* adhibetur prior terminus , & modus loquendi , ac intenditur cum eo ( medio interpretationis allatæ ) demonſtrari Limitationem , de qua in *d. Cap. IX.* non adverſari *Communitati Argentæ* , ſucceſſiveque Interpretationem *D. Auditoris* reddere præfatam *Conceſſionem* , non minùs eluſoriam , quàm adeò præjudicialem , ut inferat extinctionem , quo ad effectum Datii prædicti , adhibetur ſanè ad
193 normam proprietatis verborum , ac tenoris ſupplicationis , & *Conceſſionis* , ut fieri debet , *l.* 1. *§. is* , *qui navem. ff. de exercit. act. l.* 3. *§. hæc verba ff. de neg. geſt. l. Labeo. §. item Tubero. ff. de ſupel. leg. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.*
194 *ff. de verb. oblig. cap. ad audientiam. de decim.* Taliter , ut è converſo non mirum , ſi juſtitia militans pro *Communitate* , ac inſimul maximum Illius ſæpiſſimè decantatum præjudicium ( ſi aliter ſentiretur ) apertiſſimè detegatur , ac per evidentiam demonſtretur.

195 Oppoſitorum namque ea eſt præciſa natura , ut ſicuti ſe invicem tollunt , & ad poſitionem unius , ſequitur detractio alterius , ita quod in uno affirmatur , ut juſtum , in altero negatur , ut injuſtum , & è contrà , *l. quæ ff. de acq. hæred. l. hæc verba. ff. de verb. ſignif. l. ſed & ſi. §. ſi inſtitor. ff. de inſt. act. l. fin. §. fin. ff. de leg.* 3. *l. ſi ut proponis. C. de nupt. cap. non ne. de præſumpt. cum aliis vulg.*

Neque , ſi per poſſibile aliquandò ( quod fo- 196
ret rariſſimum , ac penè miraculoſum ) eveniret , ut Datium prædictum ſolveretur *Communitati* , ſeù Ejus Gabellario , poſſet dici , ſatis occurſum fuiſſe inanitati *Conceſſionis* , ac tàm elevato præjudicio , attenta odioſitate materiæ conceſſionis Gabellæ , ſtrictiſſimè intelligendæ , ut in *Voto* , & cum eo ſuprà *in §. neque eſt attendendum* , *numero* 153. 154.

Etenim non eſt in præſentiarum applicabilis odioſitas ex adverſo conſiderata.

Cùm non verſemur in terminis *Conceſſionis* no- 197
væ Gabellæ , in quibus eadem odioſitas cadit , ſed in terminis *Conceſſionis* , qua ad ſummum importatur confirmatio antiquiſſimæ , ac immemorabilis Gabellæ ſolitæ , & debitæ pro publica utilitate *Communitatis* , *ac Populi Argentæ* ( expreſſa
etiam in *d. Cap. IX.* ) in quibus non amplius 198
odioſitas , quinimò favorabilitas , ac ſanè permagna conſideratur , dum ei adſiſtit quoque diſpoſitio juris communis , hujuſmodi antiquas , & ſo-
litas gabellas approbantis , & ſic excogitatam 199
odioſitatem repellentis , ac favorem illius inducentis , *l.* 1. *ff. de loc. publ. fruen. l. univerſi* , *ibi ſolitæ præſtationi* , *vel penſitationi l. ex præſtatione. ibi more ſolito conſtitutas* , *l. vectigalia C. de vectig. & commiſ. Zuccard. in l. fin. à num.* 35. *C. de edict. div. Adr. tollen. Ancharan. conſ.* 264. *num.* 1. *Bero conſ.* 137. *num.* 29. 30. *lib.* 3. *Becc. conſ.* 96. *num.* 5. *lib.* 1. *Gallin. conſ.* 94. *num.* 1. *Roland. conſ.* 42. *num.* 25. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 312. *num.* 2. *lib.* 4. *& conſ.* 744. *num.* 2. *lib.* 8. *Cyriac. contr.* 26. *num.* 8. 9. *tom.* 1. *Faxard. alleg. fiſcal.* 13. *num.* 7. *p.* 1. *Poſſent. ſingul.* 94. *per tot. cent.* 1. *Parlador. rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. *à n.* 30. *Girond. de gabell. p.* 5. *à numer.* 2. *Gutierez eod. tract. quæſt.* 6. *à numero* 6. *Surd. deciſ.* 96. *ante nu.* 19.

Proindè , nec etiam eſt applicabile illud di- 200
ctum , quòd hujuſmodi *Conceſſio* ſit ſtrictiſſimè intelligenda.

Cùm imò tanquam præ ſe ferens favorem , *ut nunc vidimus* , veniat latiſſimè interpretanda , ex *Omnibus* in hac materia proximè adductis , ac præciſiùs *Parlador. Gutierez. & Poſſent.* ultrà plurimos alios generaliter loquentes cumulatos per *Inquiſitorem Nidum in reg.* 15. *§.* 2. *de reg. jur. in* 6. *Barboſ. axiom.* 96. *num.* 4. *ubi Tabor. in addit. penès Gamboſ. in theſaur. juriſprud. lib.* 6. *cap.* 11. *axiom.* 6. *tom.* 1.

Sicuti nec tandem eſt applicabilis alia theſis , 201
quòd , ne *Conceſſio* dicatur eluſoria , & præjudicialis , ſufficiat aliquid , & ſi minimum operari :
Cùm ( præter dicterium , quod minimum , modi- 202
cum , parum , & nihil adeo æquiparantur , *l. quamvis ff. de condit. & demonſtr. Nevizan. in l. minus. num.* 2. *ff. de verb. ſignif. Barboſ. axiom.* 151. *&* 175. *& latiùs Bechtold. in theſaur. juriſpr.*
*lib.* 11. *cap.* 31. *cap.* 41. *ac lib.* 14. *cap.* 7. *tom.* 2. 203
ut nullius ſint conſiderationis , *l. ſcio. ff. de in integr. reſt. l.* 4. *in fin. ff. de Edil. edic. l.* 37. *§.* 1. *ff. de evict. l.* 1. *C. ſi adv. vend. pign. Barboſ. axiom.* 150. *num.* 1. *Bechtold. d. cap.* 31. *axiom.* 4. *Menoch. conſ.* 96. *num.* 7. 8. *lib.* 1. *Glorit. reſponſ.* 1. *p.* 3. *nu.* 100.

Non eſt verum , quod in hoc caſu poſſit dici , 204
*Conceſſionem* aliquid operari ad præſentaneum effectum , ex quo , cùm fuerit *Conceſſio* confirmatoria Datii perantea validè competentis , ac

debiti

debiti *Ipſimet Communitati Argentæ* ex immemo-
205 rabili, cæteriſque titulis melioribus ſub ea com-
prehenſis, per ipſam nihil fuit datum, aut de no-
vo conceſſum, quod ad aliquam operationem in
re iſta factum, non jus reſpiciente trahi valeat,
*ad l. ſi donatæ. §. 1. ff. de donat. inter vir. &
uxor. l. more majorum. ff. de juriſdict. omn. judic.
cap. inter dilectos. §. cæterum. in fin. de fid. inſtr.
cap. veniens. §. nec obſtare de præſcr. optimè ad
rem Glorit. reſp. 1. p. 1. nu. 154. & ſeqq. ac plenè
Gambeſ. in theſaur. juriſpr. lib. 3. cap. 45. axiom.
2. Solorzan. de jur. Indiar. lib. 2. cap. 26. num.
48. 49. 50. tom. 2. cum concordantib. in Mea col-
luct. legal. 26. num. 80. vol. 1. ac colluct. 16. nu.
47. vol. 2. Maſſin. de conſiſc. quæſt. 47. à nu. 152.
Rot. cor. Innoc. X. Pamphil. deciſ. 124. ubi Add.
numero 8. & deciſ. 680. num. 17. cor. Celſ. deciſ.
258. num. 15. cor. Coccin. deciſ. 1279. num. 11.
tom. 2. cor. Otthobon. deciſ. 149. nu. 13. cor. Cer-
ro deciſ. 542. nu. 7. tom. 2. & deciſ. 772. num. 7.
tom. 3. ac in recent. deciſ. 229. n. 15. p. 19.*
206 Propterea fundamentum, *ut ſuprà* poſitum,
ne dum ſuper inanitate *Conceſſionis*, ſed magis
ſuper ingentiſſimo præjudicio *Communitatis* per
modum *hactenùs* diſcuſſum demonſtrato, firmiſſi-
mum ſtare non eſt ambigendum, & idem præju-
dicium, nunquam excogitatum à Supplicante,
nec à *Concedente*, nunquam ad manifeſtiſſimam
juris, juſtitiæ, ac æquitatis læſionem, fore to-
lerandum, conſtantiſſimè creditur.

## FUNDAMENTUM QUINTUM.

*Ab obſervantia interpretativa circà ſolutio-
nem Datii Piſcium Communitati Argen-
tæ, ejuſque Gabellario.*

207 QUintò igitur, hiſce ſtantibus, quàm potens,
quàmque conſiderabile ſit aliud Motivum
pro parte *Communitatis Argentæ* eductum ab ob-
ſervantia interpretativa, non eſt opus, ut ad ali-
quam comprobationem recurratur; niſi animad-
verti fortaſsè velit.
208 Quòd, cum ab ipſo tempore *Conceſſionis*, ad
ſequentia fuerit exactum Datium, de quo tracta-
tur, à *Communitate*, ſeù Ejus Gabellario, licèt
adeſſent eædem, ac ipſiſſimæ ſolutiones faciendæ
*Gabellæ Groſſæ*, à quibus & duplices ſolutiones
Gabellæ non ſubeundæ à Mercatoribus, eruun-
tur, nunc in adverſum elevatæ, & licèt ſtatus
rerum omnimodè, ut modò ſe habet, itidem,
nihilo immutato, tunc, & ſucceſſivè ſe haberet;
209 benè ſequitur, eandem *Conceſſionem* fuiſſe juſtiſ-
ſimè nactam illam interpretationem, utiquè non
tantùm proximam, ſed inſtantaneam cum tempo-
re illius expeditionis, quod, non obſtantibus di-
ctis ſolutionibus, ac duplici Gabella indè dimanan-
te, Datium præfatum pro tranſitu Piſcium debe-
retur *Communitati*, per Eamque, ut antea imme-
morabiliter fuerat exactum, poſſet etiam juſtè
legitimè, ac validè exigi; ita ut per hanc inter-
210 pretationem ſic obſervatam *ſuprà annos octuagin-
ta* remanſerit, & nunc remanere debeat ſublata
in re iſta omnis difficultas, & dubitatio; jam quod
211 in materia Gabellarum, Vectigalium, & Datio-
rum præcipuum Motivum reſolvendi dimanet ab
hujuſmodi obſervantia, ſeù in ea majorem, ac
peculiarem operationem habente, totumque fa-
ciente; ex *l. ſi publicanus. §. fin. ff. de public.
l. fin. C. vectigal. nov. Jaſ. conſ. 20. numer. 14.
lib. 1. Marcabr. conſ. 9. Bertaz. conſ. civil. 99.
num. 9. 10. 11. Surd. conſ. 141. num. 45. Cravet.
conſ. 294. Venturin. conſ. 39. nu. 17. 39. Cyriac.
contr. 222. nu. 20. tom. 2. Capyc. Latro conſ. ult.
nu. 66. 68. lib. 1. Faxard. alleg. 13. num. 16. 17.
p. 1. Garon. in Comment. de onerib. cap. 9. Caren.
reſol. 206. 207. cum multis Aliis congeſtis à Me
in colluct. legal. 33. nu. 20. & ſeqq. vol. 1. Card.
de Luca tit. de regalib. diſc. 52. num. 3. diſc. 63.
num. 13. diſc. 71. num. 7. diſc. 72. num. 4. diſc. 81.
nu. 4. diſc. 97. nu. 12. & alibi ſæpiùs. lib. 2. Rota
cor. Coccin. deciſ. 354. nu. 6. tom. 1. & in recent.
deciſ. 118. ſub nu. 11. verſ. his autem p. 11.*
Etiam, ſi intellectus ab ipſa proveniens non 212
eſſet ſuſtentabilis, juri non congrueret, ac con-
trarius foret de jure verior; ex *Venturin. d. conſ.
39. num. 37. verſ. ſeptimo denique, & nu. 38. ac
firmabam Ego ipſe colluct. legal. 44. num. 24. vol.
1. & colluct. 28. nu. 141. 142. colluct. 29. num.
59. 60. ac colluct. 50. à nu. 125. ad 128. ubi con-
cord. vol. 2. Mantic. de conject. ult. volunt. lib.
11. tit. 8. num. 24. Add. ad Gregor. deciſ. 184.
ſub num. 8. Rota in recent. deciſ. 375. nu. 9. p. 9.
tom. 2. deciſ. 199. num. 13. p. 10. deciſ. 300. ſub
num. 31. p. 12. deciſ. 216. num. 6. & deciſ. 520. nu.
8. p. 13. deciſ. 253. num. 8. 9. p. 16. deciſ. 217.
num. 7. p. 17. deciſ. 9. nu. 19. 20. deciſ. 99. nu. 8.
9. & deciſ. 132. nu. 6. p. 19. cor. Buratt. deciſ.
944. nu. 6. tom. 3. cor. Roxas deciſ. 279. num. 7.
14. cor. Dunozet. jun. deciſ. 869. num. 11. tom. 2.
con. Priolo deciſ. 46. n. 29. & cor. Alex. 8. Otthob.
deciſ. 165. nu. 20.*
Nec ſunt alicujus momenti adducta in *Voto
D. Auditoris* pro hac obſervantia removenda;
nempè
Primò, Ea non eſſe opus in claris, prout nunc 213
eſt clara voluntas Papæ non concedendi præfa-
tum Datium, ſi ſolvatur *Gabella Groſſa*, cui non
intenditur præjudicari, & ne ſolvatur duplex
Gabella, ad *Rotam in div. deciſ. 121. nu. 12. p.
1. & deciſ. 39. num. 11. p. 2. cor. Greg. deciſ. 184.
num. 5. 8. cor. Coccin. deciſ. 615. num. 6. & deciſ.
859. nu. 6. tom. 2. cor. Bichio deciſ. 396. num. 25.
tom. 1. cor. Peutinger. deciſ. 311. nu. 12.*
Quoniam, accepta Voluntate Papæ, ut verè 214
accipi debet, ſecundùm germanum ejus ſenſum
allatum, ac oſtenſum ſuperiùs in *Secundo Fun-
damento per totum*; tantùm abeſt, ut poſſit dici
clara ad effectum in *Voto* excogitatum, quod imò
clariſſima dici debet ad Vota *Communitatis Ar-
gentæ*; pro qua in omnem caſum ab Objecto
non enervantur vires obſervantiæ modò deductæ;
cum ad ſummum negari nequeat, materiam, cir-
cà quam verſatur eadem Voluntas Papæ, fuiſſe 215
*per ſuperiùs latiſſimè congeſta*, ſuis ſaltem impli-
cita dubiis, nec caruiſſe difficultatibus (ex con-
tentis quoque in *Ipſomet Voto*, in quo per mo-
dum interpretationis proceditur) locum ideò effe-
ctibus obſervantiæ prædictæ patentiſſimè aperien-
tibus, licèt etiam per eam extorqueretur, & im- 216
propriaretur verior ſignificatus, ac ipſa proprie-
tas verborum, cum illi prævalere, ac præferri,
etiam in Privilegiis, Conceſſionibus, & Conſti-
tutionibus Pontificiis, prout in quibuslibet aliis,
tradatur cum *Bold. conſil. 11. lib. 1. & conſ. 128.
lib. 3. Soc. jun. conſ. 25. numer. 12. lib. 2. Amic.
conſ. 42. num. 18. & conſ. 138. num. 14. à Menoch.
conſ. 390. nu. 20. lib. 4. Gratian. diſcept. 825. num.
14. Peregrin. deciſ. 53. à num. 6. Ego ipſe colluct.
legal. 35. num. 78. vol. 2. Add. ad Gregor. d. de-
ciſ. 184. num. 8. in fin. Rota in recent. deciſ. 199.
num. 13. p. 10. deciſ. 253. nu. 8. p. 16. deciſ. 441.
num. 9. 10. p. 18. tom. 2. cor. Dunozet. jun. deciſ.
829. num. 9. tom. 2. cor. Priolo deciſ. 393. num. 6.*
*7. cor.*



*7. cor. Arguel. deciſ. 96. nu. 8. & cor. Bichio de-
ciſ. 464. n. 19. tom. 2.* licèt quoque opus eſſet vim
aliquam inferre verbis, *Spada conſ. 54. nu. 37.
lib. 1. Ego ipſe colluct. legal. 50. nu. 128. vol. 2.
Rota in recent. deciſ. 5. nu. 19. p. 14. & cor. Du-
nozet. jun. deciſ. 937. nu. 28. in fin. tom. 2.*
217 Secundò, ipſam obſervantiam fuiſſe difformem,
& variam, ob ſæpè non ſolutum dictum Datium,
ſecundùm Teſtium depoſitiones; & ſit certum,
quòd unicus actus contrarius deſtruit obſervan-
tiam interpretativam, *Rota cor. Card. Cerro, de-
ciſ. 566. nu. 22. tom. 2. & in recent. deciſ. 223.
numero 13. p. 19. Ego ipſe colluct. 8. numer. 201.
vol. 2.*
218 Quoniam, cùm ſolutio dicti Datii non fuerit
facta ex eo, quod Mercatores prætendebant *non
eſſere obligati, perche non paſſavano sù'l Territo-
rio d'Argenta*; ut inquit Teſtis, cujus verba re-
feruntur *in Voto, ſub §. nam anno* 1635. & ſic
ex alia diverſa cauſa (promota ab annis fermè
40. poſt *Conceſſionem*) quàm quod, ut nunc, ex
cauſa præjudicii *Gabellæ Groſſæ*, & duplicitatis
Gabellæ, adeò conticeſcit objectum, ut eadem
219 obſervantia proxima, & inſtantanea cum tem-
pore dictæ *Conceſſionis ut ſuprà* (neglectis acti-
bus contrariis, nec etiam ſufficienter probatis,
minuſque *Communitati* inſciæ, ac jure pupillo-
rum utenti præjudicialibus) omninò vigeat, ac
attendenda veniat, cum poſtquam *Conceſſio* præ-
220 fata ſpatio multi temporis interpretationem rece-
pit ab obſervantia illi proxima, actus unus, vel
alter remotus non valeat inſervire pro contraria
obſervantia, & deſtruere jam inductam; ex *Car-
din. de Luca tit. de regalib. diſc. 72. ſub n. 5. 6.
lid. 2. præciſiùs Rota cor. Roxas deciſ. 279. n. 12.*
221 *13. cor. Carril. deciſ. 170. num. 8. verſ.* hoc ta-
men potuit „ fieri aliis particularibus reſpecti-
„ bus, & propterea prior obſervantia magis pro-
„ xima tempori reſervationis penſionis prævale-
„ re, & attendi debet, *cor. Duran. deciſ. 36. à
n. 38. tom. 1. cor. Alex. VIII. Otthobon. deciſ.
26. nu. 14. 15. cor. Bichio, deciſ. 295. num. 14.
tom. 1. & in recent. deciſ. 266. nu. 21. 22. p. 15.
dec. 172. nu. 24. 25. 26. p. 17.*
222 Tertiò, talem obſervantiam, prout fundatam
in decreto manutentionis pronuntiato de *anno*
1639. favore *Communitatis Argentæ*, nil poſſe
operari, cùm idem decretum habeat in ventre
223 clauſulam *citrà præjudicium jurium Cameræ*, ope-
rantem, ut quo ad Cameram perindè ſit, ac ſi
manutentio *Communitati* conceſſa non fuiſſet; *ad
Peregr. de fideic. art. 48. numer. 17. Surd. de-
ciſ. 333. numero 10. Ludovic. deciſ. Peruſ. 47.
nu. 22.*
224 Quoniam, obſervantia interpretativa, quæ ad-
ducitur modò pro parte *Communitatis*, non fun-
datur ſolummodo in decreto manutentionis per
225 *Eam* obtentæ (licèt aliàs ab hujuſmodi decretis
ſoleat elici; *Rota in recent. deciſ. 17. num. 2. p.
15. & deciſ. 152. num. 13. p. 19. in Hiſpalen. de-
cimar. 24. Januar. 1678. in fine, cor. Pauluccio.*)
Sed in continuatis ſolutionibus dicti Datii *Eidem*,
ſeu *Ejus* Gabellario factis à tempore *Conceſſionis*
citrà de ſe liquidis, ac indubitatis: & ideò nihil
hìc habet commune effectus præfatæ clauſulæ *ci-
trà præjudicium Cameræ*; quæ etiam in omnem
226 eventum, Vel redditur inoperabilis, ob ceſſa-
tionem talis præjudicii, juxtà ſuperiùs in *Tertio
Fundamento firmata ex nu. 92.* cum eatenus con-
ſideretur, quatenus inferat præjudicium, *Gratian.
diſcept. 980. num. 5. 6. Rota apud Puteum deciſ.
34. nu. 1. lib. 2. cor. Merlin. deciſ. 316. ſub nu.
25. tom. 1. & cor. Priolo deciſ. 44. nu. 15. cum
aliis multis hoc idem præſupponentibus; congeſtis
in Mea colluct. legal. 1. nu. 12. vol. 2.*
Vel non eſt attendenda in præſenti, cùm il- 227
lius virtus, & natura ſit operari in aliis, quàm in
expreſſis, adeò ut ad exactionem hujus Datii in
manutentione contentam non extendatur, cum
de alio præjudicio debeat intelligi, quàm de pro-
veniente ab expreſſa conceſſione talis exactionis;
*Honded. conſ. 86. nu. 47. lib. 2. à Fonte conſ. 15.
nu. 17. & conſ. 55. nu. 56. lib. 1. Gabr. conſ. 151.
à nu. 29. lib. 2. cum concordantibus per Barboſ.
clauſ. 157. nu. 5. Rubeum in ſingular. p. 4. clauſ.
754. nu. 9. tom. 2. Cardin. de Luca tit. de feud.
diſc. 1. nu. 8. lib. 1. tit. de regalib. diſc. 8. nu. 6.
lib. 2. & tit. de juriſdict. diſc. 34. num. 4. lib. 3.
Rota in rec. deciſ. 720. num. 8. p. 3. deciſ. 549.
nu. 10. p. 5. tom. 2. deciſ. 222. nu. 26. 27. p. 7.
deciſ. 179. num. 19. p. 11. deciſ. 29. nu. 8. p. 14.
deciſ. 103. nu. 6. p. 19. cor. Card. Cerro, deciſ.
579. num. 3. tom. 2. & deciſ. 685. nu. 11. tom. 3.
cor. Dunozet. ſen. deciſ. 237. num. 5. cor. Duno-
zet. jun. deciſ. 131. nu. 8. tom. 1. cor. Duran. de-
ciſ. 399. num. 13. tom. 2. cor. Manzaned. deciſ.
708. nu. 8. cor. Coccin. deciſ. 1439. num. 14. cor.
Peutinger. deciſ. 422. num. 19. cum concordan-
tib. apud Sanct. Mem. Innocent. X. deciſ. 124.
nu. 5. & ibi Adden. ſub num. 9. ac deciſ. 629. n.
4. in Roman. Vineæ 19. Febr. 1663. §. nec aliqua
cor. Albergat. ac in Elnen. Obedient. 21. Jun.
1677. §. non obſtat cor. Calataiu.*

## FUNDAMENTUM SEXTUM.

*A juſtitia Edicti emanati ad favorem Communita-
tis Argentæ ſub die 15. Julii 1682. ve-
tantis Mercatoribus Piſcium itinera
indirecta, ac inſolita.*

SExtò denique, & ſubſequenter ab hactenus 228
deductis, ac tutatis *Edictum Eminentiæ Ve-
ſtræ ſub die 15. Julii* 1682. emanatum ad hoc,
ut Mercatores, & Vectores Piſcium eos duce-
rent, & ducere facerent *per le ſtrade ſolite di-
rette, & uſate*; declarando junctim, *che le vie in-
dirette, s'intendano eſſere le ſtrade non uſate, co-
me à paſſare dalla Trava, Marone, & altre
dichiarate indirette con più Editti, & in parti-
colare li 15. Nouembre 1673. riſpetto all'altre
merci, delle quali la R. C. eſigge la Gabella nella
Terra d'Argenta.*
Et ſic an hoc, ut in materia præſenti repara- 229
retur præjudicio *Communitatis Argentæ*, ob-
viaretur fraudibus, quæ in illius damnum à cal-
lidis Mercatoribus, & Vectoribus Piſcium com-
mittebantur, & committi poſſent, ac ut Datium
ipſum, eidem ex cauſa utilitatis publicæ compe-
tens, & debitum, unà cum *Conceſſione* in ſuperio-
ribus examinata, mediante actuali ſolutione ſuum
plenarium gigneret effectum.
Veluti *Juſtitiæ, Æquitati, omni juris diſpoſi- 230
tioni, ac praxi univerſali totius Italiæ, ac ſignan-
tes Ducatus Ferrariæ* omninò conſonum, & con-
veniens, *Juſtiſſimum* undique fuiſſe, ac inviola-
biliter fore ſervandum, certò certius eſt cenſen-
dum.
Quemadmodum enim validiſſima militat præ- 231
ſumptio juſtitiæ, ac æquitatis pro *Ipſo Edicto*,
tanquam emanato ab *Emin. Veſtra Principe Sa-
pientiſſimo, æquè ac juſtiſſimo*, quem non minus
omnia jura in ſcrinio pectoris retinere, quàm jus
ipſum, ac legem animatam in Terris ſuſpici, ac
demirari,

232 demirari, *Univerſus Orbis* agnoſcit, dum omnia
ſic gerit, ut in illis legum candor, & rationis
naturalis integritas perpetuò emicet, ac effulgeat,
adeo ut ſeu ſacroſancta juſſa omnibus numeris
juſtitiæ, æquitatis, integritatis, ac paternæ pro-
videntiæ verè abſoluta recipiantur, ac veneren-
233 tur; juxtà veritatem generaliter agnitam, de qua
*in Auth. de Conſul. circà fin. gloſ. in l. prohibitum
ff. de jur. fiſc. & per Bald. in cap.* 1. *num.* 3. *tit.
apud quem, vel quos contr. feud. defin. & in l.
omnes num.* 87. *ff. de juſt. & jur. ac in l. ſi teſta-
mentum C. de teſtam. Gomez in §. item ſi quis nu.*
23. *inſt. de act. Dec. conſ.* 292. *col.* 2. *Cravet.
conſ.* 103. *ſub num.* 14. *Cephal. conſ.* 468. *ſub nu.*
110. *lib.* 4. *Pacian. conſ.* 161. *nu.* 21. *Alciat. de
præſumpt. reg.* 3. *præſ.* 8. *Gail. obſ.* 76. *num.* 11.
*lib.* 2. *Bechtold. in theſaur. juriſprud. lib.* 14. *cap.*
78. *axiom.* 4. 5. *tom.* 2. *de Philippo diſſert.* 40. *à
num.* 5. *& à num.* 85. *ubi plenè Cammarat. reſp.*
11. *num.* 41. *lib.* 2. *Oldrad. jun. de litter. & reſ-
cript. Princip. prælud.* 6. *num.* 40. 47. *Maſtril. de
Magiſtr. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 222. *& deciſ.* 241.
*à num.* 16. *cum aliis in mea collučt. legal.* 37. *nu.*
100. *vol.* 2. & ſpecialiter (quoad partem *Ipſius*
234 *Edicti*, qua mandatur perſolvi dictum Datium
*Communitati Argentæ*) ſuperiùs evidentiſſimè com-
probatam, & demonſtratam.

Ita eidem *Edicto*, quo ad aliam partem, in qua
vetantur, *ut ſuprà*, viæ indirectæ,

235 Adſiſtit *communiſſima* traditio juris ſanctionibus
affabrè fulcita ſe habens, non eſſe permiſſum
Mercatoribus, & Vectoribus Mercium gabella-
bilium, & pro quibus gabella, ſeu datium ali-
quod debetur, iter facere cum illis per loca in-
ſolita, & inſueta, vulgò *fuor di ſtrada*, omiſſis
viis uſitatis, ac regiis, per quas ducitur ad lo-
cum, in quo gabella, ſeu datium perſolvendum
236 venit; & ſi ſecus taliter præſumendum fore con-
trà Mercatores, & Vectores contrafacientes, ac
euntes per vias non tritas, obliquas, ac indire-
ctas, ut nedum operam fraudandi ipſam gabel-
lam, & datium conſultò præbere cenſeantur,
ſed hinc tanquam fraudatores incurrant pœnas
amiſſionis mercium, & commiſſi, ut applicando
*tex. in l. eos §. ult. ubi gloſ. ff. de falſ. in l. Præſi-
dibus, ubi Rebuff. C. de curſ. public. & in l. qui
fiſcales, ubi Bart. num.* 1. *C. de navicul. lib.* 11.
*traditur ulterius à Bald. in l. cum proponas, ubi
etiam Salyc. C. de naut. fœn. idem Bald. in l. ſi
quis non dicam verſ. conclude ergo C. de Epiſc.
& Cleric. Bertrand. conſ.* 116. *ſub num.* 8. *lib.* 2.
*Cravet. conſ.* 115. *num.* 5. *verſ. ſecundò princi-
paliter lib.* 1. *Marcabr. conſ.* 18. *nu.* 183. *Giurb.
conſ.* 16. *num.* 16. *ubi concord. Rimin. ſen. conſ.*
33. *num.* 44. *& ibi Rimin. jun. in addit. litt. N.
lib.* 1. *Venturin. conſ.* 39. *num.* 116. *Tuſch. litt.
D. concl.* 26. *num.* 4. *Tepat. tit. de commiſ. col.*
2. *Corſet. ſing.* 16. *numero* 2. *Muſcatel. in pract.
crim. tit. ult. de extract. extra Regn. numero* 26.
27. *ubi Pratus in addit. alios congerit Maſcard.
de probat. concl.* 99. *num.* 2. *concl.* 473. *num.* 3.
*tom.* 1. *concl.* 815. *num.* 28. *& concl.* 834. *num.*
23. 24. *tom.* 2. *Alberic. de ſtat. lib.* 2. *quæſt.* 4.
*ſub num.* 8. *Mauſon. de contraband. quæſt.* 6. *nu.*
11. *Farinac. de furt. quæſt.* 173. *num.* 19. *& in
fragment. crim. litt. B. num.* 64. *ad fin. p.* 1. *Me-
noch. de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 3. *num.* 108. *tom.*
2. *Coler. de aliment. lib.* 1. *cap.* 17. *numero* 24.
*Firman. de gabell. numero* 158. 166. *Bertachin.
eod. tract. p.* 9. *princ. num.* 18. *Ripa de noct.
temp. cap.* 16. *num.* 50. *Cardin. de Luca tit. de
regalib. diſc.* 153. *num.* 9. *verſic.* „ & ſic quem-
„ admodum acceſſus per vias incommodas,
„ periculoſas, & inuſitatas maximum eſt fraudis
„ indicium, quod ſolum ad commiſſum ſuffi-
„ cere ſolet. *lib.* 2. *Guid. Papa deciſ.* 572. *nu.* 3.
Ac in effectu conveniunt omnes illi, qui benè
exiſtimantes, pertranſeuntem cum rebus ga-
bellæ ſubjectis, exiviſſe locum, ubi illa ſolvi de-
bebat, dixerunt, eundem fraudatæ gabellæ in-
curriſſe, ſi omiſſo tali loco, ad alium ſe transfe-
rat (quod eſt in ſubſtantia dicere, hunc talem
viam indirectam pertranſiiſſe, ) ad *tex. in l. in-
terdum §. dictio, ubi DD. ff. de public. & vecti-
gal. Maſcard. de probat. concluſ. concl.* 874. *nu.*
4. *Conciol. verb. gabella reſol.* 7. *n. Sabel. in ſum-
ma eod. verb. num.* 25. *verſ. quod vecturales, &
num.* 39. *lib.* 2. *Gibalin. de univ. rer. human. ne-
gotiat. lib.* 1. *c.* 7. *conſect.* 4. *Farinac. de furt. q.*
173. *num.* 17. *Maſſin. de conſiſc. q.* 21. *ex numer.*
23. *Ego ipſe colluct. legal.* 33. *num.* 2. 5. *vol.* 1.
*ac plenius colluct.* 3. *per tot. vol.* 2. *ac me allegato,
D. meus Anton. Gabriel. Calderonus Faventinus do-
ctrina, ac nobilitate conſpicuus, nunc Almæ Rotæ
Ferrar. Auditor omni laude digniſſimus, poſt D.
meum Balduc. ad Ramom. dec.* 61. *numero* 6.
*lib.* 2.

Adſiſtit quoque eidem Edicto, quo ad Duca- 237
tum Ferrariæ, *Stat. Gabellæ Magnæ Ferrar. rubr.*
10. *§. Proviſiones, & Cridæ. numero* 3. *fol.* 31.
31.

Adſiſtit Breve Papæ Pauli V. de quo ſuprà *in* 238
*Fundam. tertio §. quo ad Gabellam Groſſam num.*
124. revocatorium Gratiæ XIX. conceſſæ *Com-
munitati Argentæ*, in qua continebatur, quod in
extractione Piſcium, *ſia in libertà tenere quella
ſtrada, e quel camino, che più piacerà, ne li Ga-
bellieri, Datieri, ò altri delli Territorii, per i
quali non paſſaranno, ne li toccaranno, poſſino pre-
tendere, ne farſi pagare coſa alcuna*: ex revoca-
tione enim hujus Gratiæ, in qua permittebantur
itinera devia, & inſueta, benè firmari juſtitiam,
ac ſubſiſtentiam iſtius Edicti, *palam omnibus red-
ditur.*

Adſiſtit rurſus proviſio ab *Eminentiſſ. Legatis* 239
*Ferrariæ* ſæpiſſimè facta, ut in variis *Edictis* enun-
ciatis in eodemmet noſtro *Edicto*, in quo ſpecia-
liter allegatur *Illud* emanatum *ſub die* 15. *No-
vembr.* 1673.

Et adſiſtit denique (generaliter loquendo) uni- 240
verſalis praxis, & uſus totius Italiæ, cum ubi-
que ſint interdicta Mercatoribus, ac Vectoribus
mercium itinera ſolita, ac inſueta, ne aliàs ape-
riatur locus fraudandi gabellas, & Datia, ut fa-
cillimè eveniret, ob ipſorum Mercatorum ver-
ſutiam, & nimiam calliditatem; ſicuti teſtantur,
ac præſupponunt *Omnes Doctores ſuperiùs conge-
ſti, & alii, ſi opus foret, congerendi.*

Idcircò, ſi tàm evidenti, ac ſolido juſtitiæ mu- 241
nimine ſemper collaudato, & univerſaliter admiſ-
ſo, ut finis exactionum vectigalium, ſemotis pro
poſſibili fraudibus, obtineatur, validiſſimè fulci-
tur hoc ipſum *Edictum*; tantum abeſt, ut de il-
lo non ſervando, ac revocando ſit agendum, quod
imò pro ejus inviolabili obſervantia, & (ſi ne-
ceſſe eſſet) confirmatione, ac reiteratione veniat 242
cenſendum; ex *DD. in l. cunctos populos C. de
legib. Alfonſ. de Caſtro de poteſt. legis pœn. lib.* 1.
*cap.* 5. *Caſtro Pal. eod. tract. diſp.* 1. *punct.* 14.
*tom.* 1. *Borrel. de Magiſtrat. Edict. lib.* 2. *cap.* 2.
*num.* 101. *Ramirez, de lege Regia, ſeu de poteſt.
Princip. §.* 21. *Vaſq. de ſucceſſ. creat. in præfat.
lib.* 1. *n.* 78 *& à n.* 90. *tom.* 2. *& paſſim junctis aliis
de materia tractantibus jàm ſuprà conglomeratis.*

In



In nihilo attentis, nec attendendis ponderatis
in adverſum in *Voto D. Auditoris.*

243 Præſupponitur enim ex præmiſſis antecedenter
in eo, conſtare de injuſtitia ejuſdem *Edicti*, &
ſic *in §. conſequitur ex præmiſſis*, & apertè dicitur
illud extortum in damnum Cameræ per importu-
nas preces contra mentem *Emin. Veſtræ Principis
Sapientiſſimi, ac Juſtiſſimi*, ſervandum minimè
eſſe, imò & tanquam damnoſum utilitati priva-
tæ, cum ſi Mercatores deferentes Piſces *Ferra-
riam, Bononiam, Mutinam &c.* iter facere tene-
rentur, relicta via *Travæ, & Maronis*, per *Ter-
ritorium Argentæ*, ultrà duplicem Gabellam, fa-
cerent jacturam Piſcium, qui ob longitudinem
itineris marceſcerent.

244 Verùm, cum *latiſſimè in ſuperioribus* fuerit
oſtenſum, contenta antecedenter in *Voto* non eſſe
vera, nec in facto, nec in jure, ac prætenſum
damnum Cameræ non eſſe in re iſta deducibile,
nec applicabile, & proinde ipſa antecedentia *Voti*
quicquam non ſtringere, nec concludere, ut in
*Fundam.* 2. 3. 4.

245 Aſſequimur ſucceſſivè, nec fore ſuſtentabile
id, quod modò in ipſo *Voto* dicitur conſecuti-
vè, præfatum *Edictum* extortum in damnum Ca-
meræ per importunas preces, non eſſe ſervan-
dum, juxtà *vulg. theſim* de non dando conſe-
quenti, ſublato antecedenti, *de qua pluries ſu-
prà.*

246 Et verè nimis apertum videtur verbum illud,
quod hoc *Edictum* fuerit *extortum per importunas
preces*: quaſi hinc per *Emin. Veſtram* fuerit con-
ceſſum, & ſi concedi prohibitum, & non conce-
dendum, inconſultò, injuſtè, cum mero damno,
& præjudicio alterius, ſed minus veris precibus
ſolis inhiationibus *Communitatis* ſupplicantis con-
ſtricta, invita, & ſine voluntate, uti educitur à
*text. in l.* 1. *ubi Plat. n.* 7. *Valenzuel. n.* 40. *ff. de
pet. bonor. l.* 1. 2. *C. ſi nupt. ex reſcript. l.* 2. *C. de
Summ. Trin. cap. cum juventute de purg. canon. cap.
fin. ubi gloſ. verb. importunitatem de reſcript. in* 6.
*Amaya in l.* 2. *ſub n.* 15. 16. *C. de bon. vacantib. &
in l. unic. n.* 56. *cum ſeqq. ubi latè C. de collat. do-
nat. utrobique lib.* 10. *Cravet. conſ.* 10. *n.* 13. 17. *lib.*
1. *de Philippo diſſert.* 19. *n.* 31. *Sanchez de matrim.
lib.* 4. *diſp.* 7. *Ponc. eod. tract. lib.* 4. *cap.* 5. *Petra
de poteſt. Princip. cap.* 32. *n.* 273. *Cabrer. de metu.
lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 34. 35. *Navarret. diſcurſ. politic.*
24. *ad fin. Card. de Luca, ſe referens ad tit. de re-
galib. diſc.* 148. *lib.* 2. *in tit. de judic. diſc.* 20. *n.*
12. *lib.* 15.

247 Dum tamen idem *Edictum* convincitur unde-
quaque emanatum ſuper materia, ne dum non pro-
hibita, ſed prorſus permiſſa, ac univerſaliter ap-
probata, ſumma prudentia refertum, juſtitia evi-
dentiſſima redolens, abſque alicujus damno, &
præjudicio, ad preces veriſſimas, & ſubindè con-
248 ceſſum ab *E. V.* ſub plena deliberatione directa
à diſpoſitionibus *juris*, traditionibus *Doctorum*,
praxi indubitata *totius Italiæ*, uſu certiſſimo *Lega-
tionis Ferrarienſis*, & exemplis *Principum, ac Le-
gatorum à Latere* antecedentium, *ut ſuperiùs eſt
demonſtratum.*

249 Ita ut nequeat ullo modo dici *extortum per im-
portunas preces*, ſed benè conceſſum comitante
juſtitia, & æquitate, jam quod ſi conſimilibus *Edi-
ctis* non repararentur fraudes Gabellarum, & Ve-
ctigalium, & Mercatoribus, ac aliis merces, & res
gabellabiles vehentibus liceret iter agere per vias
ipſis benè viſas, de iiſdem Gabellis, & Vectigali-
bus pluſquam actum eſſet, *ut ſenſus patet.*

250 Et hodiè hoc ipſum verificaretur, quoad Da-
tium Piſcium de juribus *Communitatis Argentæ*,
de quo agitur: nam ſi deberet attendi *Sententia
D. Auditoris* permittens Mercatoribus Piſcium
vias quaſcunque ad eorum libitum; ac ſubindè,
ſi ceſſare deberet providentiſſimum iſtud *Edictum*,
jam Datium ipſum redditum eſſet aereum, nec
ab eo proventus aliqui pro ſublevamine *Commu-
nitatis, & Populi*, ac ſatisfactione impenſarum in
dicto *Cap. IX.* expreſſarum, ad quem effectum
fuit impoſitum, & deſtinatum, amplius retrahe-
rentur, ut *nimium edocet ſenſus.*

Pro qua re evitanda, quemadmodum idem *Edi-* 251
*ctum* fuit conceſſum, & promulgatum, ita omni-
nò ſuſtineri debet, ſicuti ſuſtinentur alia conſimi-
lia Edicta emanata ad evitandas fraudes *Gabellæ
Groſſæ*, non ſolùm in aliis locis Ducatus Ferra-
riæ, ſed in ipſamet *Terra Argentæ*, dum eadem 252
omninò ratio prohibitionis fraudum, qua illa ema-
narunt, ſuſtinentur, ac vigent, concurrit ad
hoc, ut iſtud (& ſi conceſſum, ac emanatum
pro Datio particulari longiſſimè minori, quo ad
ambitum, non quo ad ſubſtantiam, reſpectu rei
particularis, nunc Piſce, pro quo debetur, quàm
ſit immenſa vorago *Gabellæ Groſſæ*) pariter ſuſti-
neri, & vigere debeat, intrante propterea eadem 253
diſpoſitione juris ad *vulg. l. illud ff. ad l. Aquil. de
qua, & concordantibus per Barboſ. axiom.* 197. *n.* 3.
4. *ubi Tabor. penès Bechtold. in theſaur. juriſpr.
lib.* 16. *cap.* 5. *axiom.* 13. *tom.* 1.

Uſque adeo, ut ſi etiam non adeſſent præfata 254
*Edicta*, quo ad *Gabellam Groſſam* in Ducatu Fer-
rariæ, ſed adeſſent, ac practicarentur in aliis Lo-
cis, Civitatibus, & Provinciis, præſertim adia-
centibus, prout verè adſunt, & practicantur, ad- 255
huc idem *Edictum*, quo ad Datium Piſcis pro *Com-
munitate Argentæ*, ſatis, ſuperque juſtificaretur,
& ut juſtum, ac æquum (ſi non fuiſſet conceſſum)
poſſet, & deberet concedi; nuncque, ut jam
conceſſum, venit ſuſtinendum, ac inviolabiliter
ſervandum, ex traditis *à Jaſ. in l. de quibus n.* 6. *ff.
de ll. Coſtant. in l. n.* 36. *C. de fid. offic. lib.* 12. *Prat.
reſponſ. crim.* 46. *n.* 56. 57. *& ſeqq. Menoch. conſ.*
228. *n.* 55. 56. *lib.* 3. *Bechtold. theſ. juriſpr. lib.* 17.
*cap.* 49. *axiom.* 13. *in fine. Cardin. de Luca tit. de
ſervit. diſc.* 2. *n.* 19. *lib.* 4. *Boer. deciſ.* 263. *n.* 9. *Ro-
ta in recent. deciſ.* 357. *n.* 49. *& ſeqq. p.* 11. *eadem
ac cor. Coccin. deciſ.* 2194. *à n.* 36. 38. *to.* 5.

Neque reſpectus utilitatis privatæ Mercatorum, 256
ob Piſcium putrefactionem ex cauſa longitudinis
itineris conſideratus à *D. Auditore in Voto*, eſt
ullo modo attendendus.

Quia nec eſt verus in *Facto*, nec ſubſiſtens in
*Jure.*

Non in *Facto*, cum (loquendo de Mercatori- 257
bus Piſcium Vallium Comacli) à menſuratione iti-
nerum à Civitate Comacli ad *Paſſus Travæ, &
Maronis*, qui ſunt ex deviis, ac indirectis; & ab
ipſa Civitate ad Paſſum *Longaſtrini*, portenden-
do *Argentam* versùs, qui eſt inter vias directas,
ac conſuetas; nulla prorsùs, vel modica inter ma-
jorem, vel minorem longitudinem differentia di-
gnoſcatur; ita ut (ſtante hac probatione, quæ 258
dicitur per ocularem inſpectionem, ſive viſionem
locorum, omnes alias exuperans, *l. penult. ubi
D. D. ff. fin. regund. Mazzol. conſ.* 91. *num.* 10.
*Gravat. ad Veſtr. in prax. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 26.
*Coſta de remed. ſubſid. remed.* 101. *num.* 6. *Poſt.
de manut. obſ.* 101. *numero* 5. *Leoncil. deciſ.* 77.
*numero* 2. *Rota cor. Gregor. deciſ.* 575. *num.* 6.
*cor. Alex. VIII. Otthobon. deciſ.* 62. *num.* 4. *&
cor. Cardin. Cerro deciſ.* 410. *num.* 14. *tom.* 2.)
nequeat pro veritate dici, quòd ex cauſa

majoris longitudinis itineris per Paſſum *Longaſtrini* permiſſum, Piſcium putrefactio ſuccedat.

259 Quod etiam ſatis deprehenditur, dum ſæculis
ante actis, & poſt devolutionem Status Ferrariæ
ad S. Sedem Apoſtolicam, hujuſmodi cauſa, non
niſi præſentaneis temporibus, apparet deducta,
ſed nec etiam in actis probata, cum verè, &
260 contra diſtinctè ad alios Paſſus prohibitos probari
non poſſit; taliter ut de ea, veluti inſubſiſtenti, ac
vana, nullatenùs ſit curandum, *arg. l. qui accuſare. C. de eden. l. actor. C. de probat. l. 1. C. de alien. judic. mut. l. ult. C. de rei vendic. cap. inter dilectos de fid. inſtr. & c. ult. de jure jur. cum ſuis concordan. paſſim habendis.*

261 Rurſus non eſt verus idem reſpectus in *Facto*;
cum, quo ad Piſces coctos, ſale conditos, fumo lentè torrefactos, & aliis modis confectos,
non ſit verificabilis elevata putrefactio in itinere
juſtiſſimè ſervando, ut ſpectato brevi tempore, quo abſolvitur, ac attenta qualitate horum
Piſcium valdè longiori tempore perdurantium,
262 eſt nimis ex ſe indubitatum, ac ſuggerit ratio
naturalis ſemper in materia probationum potentiſſima, ſeu omnia inſinuans, ſemper loquens,
cuncta rectè diſponens, & regina juris nuncupata, *Zaſ. in l. 84. numer. 11. ff. de verb. oblig. & conſ. 4. numer. 34. 84. lib. 1. Bald. conſ. 38. in fin. & conſ. 343. in princ. lib. 1. Cravet. conſ. 31. num. 5. vol. 1. Natta conſ. 532. n. 33. Hering. de fidejuſſ. cap. 7. a. 523. Coler. de proceſ. execut. p. 1. cap. 9. n. 31. cum aliis apud Bechtold. in theſaur. juriſprud. l. 16. cap. 5. axiom. 2. & 20. tom. 2.*

Non etiam in *Jure* dictus reſpectus eſt ſubſiſtens.

263 Vel, quia rectus à ratione, ſive cauſa putrefactionis Piſcium, quæ, cùm non ſit univerſalis, quo ad Piſces cujuſvis generis, ſed ad ſummum duntaxat particularis, quo ad aliquos Piſces
recentes in calidioribus anni temporibus, utiquè
264 non concludit, ob interdictam argumentationem
à particulari ad univerſale, *ex Curt. jun. conſ. 117. col. 1. Altograd. ſen. conſ. 62. ante n. 20. & conſ. 68. n. 101. lib. 2. in Mea colluct. legal. 34. n. 130. vol. 1. & colluct. 20. n. 11. verſ. tùm, quia arguit. vol. 2.*

265 Vel, quia fundatus in utilitate privata aliquorum Mercatorum, ſemper poſtponenda utilitati publicæ, ob quam tùm Datium Piſcium legitimè ab immemorabili debitum *Communitati Argentæ* fuit eidem confirmatum, tum *Edictum*, de quo nunc tractatur, fuit ab *Emin. Veſtra*, ne idem Datium defraudetur, juſtiſſimè conceſſum.

266 Et ob id, ut utrumque vigeat, ac adimpleatur, reſpectus dictæ utilitatis eſt abjiciendus, *l. ſi quis in gravi, §. utrum. ff. ad S. C. Syllan. l. utilitas. C. de primipil. l. unica. §. hinc autem. C. de caduc. tollen. l. jubemus. C. de Sacroſ. Eccl. c. bona. de poſtul. Prælat. cap. niſi. de renunc. & cap. licet. de Regular. Bechtold. in theſaur. juriſpr. lib. 19. cap. 48. axiom. prim. ubi pleniſſimè. tom. 2. Carpzov. juriſpr. forenſ. p. 1. conſt. 32. defin. 41. n. 5. Rota in recent. deciſ. 265. n. 39. p. 5. deciſ. 312. n. 4. p. 6. deciſ. 313. n. 28. p. 12. cor. Merlin. deciſ. 657. ſub n. 1. tom. 2.*

267 Minùs etiam relevat, quod *in Voto §. præterea, cum de jure*; dicitur, quòd ſi Mercatores tranſire modò cogerentur per *Territorium Argentæ*, juxtà tenorem *præfati Edicti*, læderetur per illud

Diſpoſitio juris jubentis, quòd nemo poſſit exi- 268
gere pedagium extrà ſuum Territorium, quod
non cuſtodit, nec reficit, imò nec cuſtodire,
nec reficere poteſt; *ad Bertazzol.* in terminis Gabellæ prætenſæ à Camerario *Argentæ, conſ. 207. num. 2. & per tot. lib. 1. Eugen. conſ. 72. à num. 3. 15. lib. 2. Peregrin. de jur. Fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 22.*

Reſcriptum Ducale de anno 1494. productum 269
ex parte *Communitatis Argentæ* in proceſſu, ſe habens *Che ogni quantità di Peſce ſalato, ò freſco, che paſſa per detta voſtra Terra d'Argenta, debba pagare &c.*

Et inutiles, ac ventoſæ redderentur binæ Sen- 270
tentiæ conformes, quibus, ad favorem Mercatorum, & Aliorum in lite Conſortum, fuit dictum *de anno 1672. non licere Communitati Argentæ exigere Gabellam pro tranſitu Piſcium, qui realiter, & cum effectu non tranſeant, ac tranſportentur per Territorium ipſius Communitatis*, cum ſubſequuta re judicata, ut advertitur *in Voto. §. ſed interpoſita.*

Quoniam ſatis ſit dicere, *Animadverſiones* iſtas omnimodæ pugnare veritati: cum

Quo ad *Primam* (ultrà vulnerationem Senten- 271
tiæ *D. Auditoris* ab hac ipſa Animadverſione taliter importatam, ut certè corruere deberet, dum
duriſſimè mandat, nec etiam ſolvendum eſſe
Datium *Communitati Argentæ* pro tranſitu Piſcium
per Ejus Territorium, quod verè cuſtodit, reficit, & conſervat) admittatur *communiter à DD.*
diſtinctio, quòd aut Mercatores, Aliique deferen- 272
tes merces, & res gabellabiles, illas deferunt per
vias ſolitas, directas, & uſitatas; & tunc ab illis nemo, per cujus Territorium non tranſeunt,
poteſt exigere gabellam, ſive pedagium; & in hoc
caſu ipſa *Animadverſio* cum *DD.* pro ea *allatis*
bene procedit.

Aut Mercatores, aliique deferentes merces, & 273
res gabellabiles, illas deferunt per vias inſuetas, indirectas, & inuſitatas; & tunc, ſi eundo per vias ſolitas, directas, & uſitatas, debuiſſent aliquam gabellam, ſive pedagium perſolvere; utique ad illam, ſeù illud tenentur, etiam ſi non tranſiverint per territorium, ubi gabella ſive pedagium ſolvi debebat, cum itinerando per dictas vias inſuetas, indirectas, ac inuſitatas, perindè ſit, ac ſi per tale Territorium tranſiiſſent; ut volunt *DD. Omnes adducti ſuprà in §. Item eidem Edicto n. 236.*

Ac individualiter fuit judicatum in caſu, in 274
quo conſuluit *Bertazzol. d. conſ. 207.* pro *Animadverſione contraria* adductus; dum Cliens, pro
quo ſcripſit, & qui non ſolverat Gabellam in
*Terra Argentæ* ſolvendam, ex quo per ejus
*Territorium* non tranſierat, ſed, omiſſis viis directis, ac uſitatis, ſe contulerat ad *Locum Faſſinatæ*, extrà *idem Territorium*, exiſtimans ſic ſe
non ſubjectum ſolutioni dictæ Gabellæ, fuit quidem abſolutus à contrabanno, ex cauſis, & circumſtantiis excuſantibus ab incurſione illius per
*Conſulentem* plenè *recenſitis, & doctè comprobatis*: aſt fuit condemnatus ad *ſolvendam gabellam duplicatam* (cùm vere ea, juxtà hanc diſtin- 275
ctionem debuiſſet ſolvi;) ut teſtatur, ac obſervat
*Claud. Bertazzol. Filius Conſulentis in fine ejuſd. conſ. 207.*

Quæ reſolutio tàm præciſa, & in terminis 276
propriis, reſpectu *Gabellæ Argentæ*, omnem
amputat prorsùs difficultatem, *ſecundùm tradita à Fuſar. conſ. 24. numer. 61. Garen. reſol. 2. numer. 140. Cyriac. contr. 248. numer. 22. tom.*



*tom. 2. Grammat. vot. 198. num. 4. Surd. conſ. 533. ſub num. 18. 19. lib. 4. Urceol. conſult. forenſ. cap. 94. num. 34. vol. 2. Me ipſo colluct. legal. 4. num. 80. 81. colluct. 8. num. 210. & colluct. 31. num. 96. vol. 2. Card. de Luca Theatr. verit. tit. de feud. diſc. 7. num. 8. lib. 1. & tit. de emphyt. diſc. 3. num. 7. 8. ac diſc. 28. num. 4. lib. 4. tit. de fideic. diſc. 74. ſub numer. 6. lib. 10. Sperel. deciſ. 85. num. 25. tom. 1. Medic. deciſ. Senen. 80. numer. 18. & deciſ. 99. num. 35. 36. Rot. in recent. deciſ. 214. num. 7. 8. p. 4. tom. 2. & deciſ. 66. num. 4. p. 15.*

Quo ad *Secundam*; Reſcriptum Ducale allatum,

277 Vel recipit interpretationem à diſtinctione proximè adducta, & juxtà illam eſt intelligendum, ac
aſſumendum, cùm ita ſe habeat juris diſpoſitio,
ſecundùm quam reſcriptum quodlibet debet in-
278 telligi, *l. reſcripta C. de precib. Imper. offer. cap. 2. & cap. cauſam ubi DD. de reſcriptis, Corn. conſ. 17. num. 28. lib. 2. Dec. conſ. 436. ſub num. 6. Ferret. conſ. 19. nu. 17. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœmial. nu. 111. & ſeqq. Rot. cor. Mantic. deciſ. 218. num. 3. cor. Seraphin. deciſ. 896. num. 4. tom. 1. cor. Coccin. deciſ. 361. ſub num. 1. 2. tom. 1. cor. Priolo deciſ. 349. num. 6. cor. Roxas deciſ. 132. nu. 16. cor. Card. Cerro deciſ. 146. n. 11. tom. 1. cor. Card. Celſo deciſ. 43. n. 4. & in recent. deciſ. 483. n. 24. p. 9. tom. 2. deciſ. 191. num. 6. p. 17. deciſ. 199. n. 16. deciſ. 254. num. 10. & deciſ. 282. n. 15. p. 18. tom. 1. ac deciſ. 682. n. 5. ead. p. 18. tom. 2.*

279 Vel eſt declarandum, ac interpretandum eo
modo, quo utebantur *Principes Atteſtini in Dominatu Ferrariæ*, & ſic ſanè ad normam ipſiuſmet
diſtinctionis, ut generaliter in loco adducto ſuprà
*in §. Adſiſtit quoque num. 237.* & ſpecialiter reſpectu *Gabellæ Argentæ* ex tenore Capitulorum, ac
proviſionum ſuper Fovea Conſandoli, ultrà Pa-
280 dum tranſmiſſ. *per Nicolaum March. Eſtenſem Regimini Argentæ* de *anno* 1424. 26. *Januar.* exemplat. *de anno* 1472. *die* 11. *Septembr.* & regiſtrat. *inter Stat. Gabell. Magn. Ferrar. fol.* 101. 102. ubi
poſt erectum Paſſum ſuper eadem Fovea, ſancitur
281 per hæc verba *Item, che ogni mercantie, & ſiano di che conditione ſi voglia, le quali per alcun caſo, ò tempo ſaranno condotte per la detta foſſa in futuro del terreno di Medeſina, e delle altre terre del terreno di Bologna, ò veramente da Imola, e dell' altre terre, e lochi di Romagna, e foſſero uſuade eſſer condotte per li paſſi di Conſeleſe, e d'Argenta, ſiano tenute pagare tutti li Datii, e fondi di Nave, li quali ſolevano pagare nel terreno d'Argenta, e de Conſeleſe, accioche il Signor predetto, e le dette terre d'Argenta, e di Conſeleſe non ricevano danno alcuno in le loro intrade &c.*

282 A quibus verbis quemadmodum deprehenditur
religioſiſſima mens, ac intentio hujus Principis,
nolentis unquam inferre præjudicium *Gabellæ Terræ Argentæ*, ſed quòd ſolveretur eidem *per ogni mercantie, ſiano di che conditione ſi voglia*, directus, ratione ipſius Gabellæ, debiti, etiam ſi Mercatores, & mercium Vectores non tranſiiſſent per
*Territorium Argentæ*, ſi tamen eædem merces eſſent ſolitæ deferri per illud, ut *contextus eorun-*
283 *dem verborum nimis clarus patefacit*, abſque eo,
quod opus ſit argumentis ulterioribus ſubtilius inquirere: ex *vulg. l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. Rota in recent. deciſ. 361. ſub num. 6. 7. p. 4. deciſ. 44. numer. 14. p. 11. deciſion. 318. à numer. 14. cum ſeqq. p. 16. deciſ. 185. num. 10. p. 19. cum aliis in mea colluct. legal. 1. n. 34. 53. vol. 1.*

Ita in materia præſentanea omnis debet ceſſa- 284
re ſcrupulus, prout removetur, cum extet ſuper
ea *præfata Sanctio municipalis* (utique confirmata à Sede Apoſtolica, ex obſervatis à *Rota cor. Merlin. deciſ. 687. num. 18. tom. 2.*) per quam,
ad inſtar legis, ſemper ſervandæ *ad cap. cum
veniſſent de eo, qui mitt. in poſſeſ. l. omnes Populi* 285
*ff. de juſt. & jur. Alex. conſ. in l. 1. num. 2. C. ut quæ deſ. Advoc. Gratian. diſcept. 9. nu. 28. & diſcep. 572. nu. 10. Carpan. ad Stat. Mediol. in prælud. n. 5. 6. 14. Conciol. ad Stat. Eugub. in prælud. à num. 1. & ſeqq. cum multis in mea colluct. legal. 2. nu. 49. 50. 51. vol. 1. ac me ibi allegato, Mazzon. apud Balduc. ad conſ. Ramon. deciſ. 65. num. 2. lib. 2. Rota in recent. deciſ. 250. num. 21. p. 6. deciſ. 102. num. 2. 3. p. 10. deciſ. 311. num. 13. 22. p. 11. deciſ. 503. num. 4. p. 14. deciſ. 76. num. 4. & deciſ. 471. num. 2. p. 15. d. deciſ. 318. à num. 15. p. 16. ac deciſ. 774. num. 5. p. 18. tom. 2.* omnis umbra dubietatis excutitur, *Rota in recent. deciſ. 7. num. 14. p. 17. in Melevit. Commendæ 12. Januar. 1671. §. accedit aliud Statutum verſ. etenim caſus cor. Albergato*, & ea ſtan- 286
te omnis contentio, omniſque diſputatio redditur inanis. *Altograd. ſen. conſ. 9. ſub num. 41. lib. 1. Aldovin. conſ. 1. num. 27. Cyriac. contr. 702. num. 2. tom. 4. Sabel. reſol. 44. num. 6. & reſol. 45. num. 8. Ego ipſe colluct. legal. 2. num. 57. vol. 1. Conciol. ad d. prælud. Stat. Eugub. num. 9. Barz. deciſ. 32. num. 18. & deciſ. 57. num. 5.*

Quo ad *Tertiam*; dixiſſem, quod ſi ex moti- 287
vo, quo vigente hoc *Edicto* redderentur inutiles, ac ventoſæ *Sententiæ* prolatæ de *anno* 1672.
intenditur redargui idem *Edictum* de injuſtitia, &
inſubſiſtentia: ex eodemmet motivo deberet etiam
dignoſci injuſtitia, ac inſubſiſtentia ſententiæ
*de hoc anno 1683.* latæ à *D. Auditore*, & de qua
nunc agitur, dum per eam redditur inutile, ac
ventoſum Datium Piſcium ergà *Communitatem Argentæ*, ut *latè fuit demonſtratum ſuprà in Fundament. 4.*

Verùm, cum ipſæ *Sententiæ* ad hoc, ut juſtæ 288
dicantur, & tanquam tales conſiderentur, debeant
declarari, & interpretationem recipere à diſpoſitione juris, ſive municipalis. *l. Herennius ff. de evict. l. miles §. decem ff. de re judic. Bart. in l. ſi fundus §. in venditione ff. de vendit. Cravet. conſ. 45. n. 5. lib. 1. Pappon. conſ. 75. n. 23. Laderch. conſ. 99. n. 8. Giovagnon. conſ. 46. n. 18. l. 1. Cardin. de Luca tit. de præemin. diſc. 20. n. 18. lib. 3. & tit. de dote diſc. 29. ſub n. 13. lib. 6. Rota in diverſ. deciſ. 550. n. 5. p. 1. deciſ. 40. n. 10. & deciſ. 112. n. 2. p. 2. ac in recent. deciſ. 365. n. 18. p. 11. cor. Gregor. deciſ. 74. n. 7. & deciſ. 176. n. 3. cor. Alex. VIII. Otthobon. deciſ. 215. num. 18. cor. Bichio deciſ. 511. n. 22. deciſ. 574. num. 21. tom. 2. cor. Peutinger. deciſ. 84. n. 6. & deciſ. 466. n. 10. cor. Cerro deciſ. 291. n. 12. tom. 1.*

Liceat aptius dicere, quod ideo eædem Sen- 289
tentiæ, mandantes, non licere *Communitati Argentæ* exigere Gabellam pro tranſitu Piſcium,
qui non tranſportentur per illius Territorium, veniunt declarandæ, ac intelligendæ, ſecundùm
diſtinctionem *ſuperiùs* allatam, nempe, quando Piſces ſic non tranſportantur, eundo per vias
directas, ſolitas, & uſitatas, non autem, quando
ſic non tranſportantur, eundo per vias indirectas, inſolitas, & non uſitatas; cum viſum fuerit, juxtà

hanc diſtinctionem, ſe habere diſpoſitionem utriuſque juris communis, & municipalis; ita ut ſi aliter, diſcedendo ab ipſa diſtinctione (ut innuitur in *Voto*) vellent ipſæ *Sententiæ* intelligi, & declarari, nequirent amplius eſſe, ac dici juſ-
290 tæ, veluti juri non innixæ; imò contrà jus tàm commune, quàm municipale, & adverſus caſum ab utroque ſatis deciſum, apertè ſtantes; juxtà *tex. in l. 1. 2. ff. quando provoc. non eſt neceſ. cap. 1. 2. ff. quando provoc. non eſt neceſ. cap. 1. de re judic. memini in Mea colluct. legal. 6. num. 69. 70. vol. 1. cum Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. rubr. 66. ſub n. 62. tom. 1. Magon. deciſ. Lucenſ. 62. n. 16. Amat. deciſ. March. 15. num. 43. Barz. deciſ. 117. num. 5. Chartar. deciſ. 132. num. 25. Manent. deciſ. 21. Rota cor. Pegna deciſ. 123. nu. 16. tom. 1.*

291 Per conſequens, cum pariter viſum fuerit, *Edictum*, de quo agitur, fore juſtiſſimum, ac prorſus conforme præfatæ diſtinctioni, uſque ad-
292 eò, ut non ſit incongruum cenſere, per illud remanſiſſe itidem declaratas ſufficienter eaſdem Sententias, jam quod in *Eminentia Veſtra Principe Summo in Legatione*, per quam poſterior ex illis, confirmans priorem, fuit prolata, non defuit in hoc voluntas, seù ſemper in quocunque actu ad juris ac juſtitiæ cenſuram directa, & maximè tempore conceſſionis talis *Edicti*, nempè in *Viſitatione Status*, in qua cum maxima providentia ad ſublevamen Populorum, ac in tollendis Subditorum præjudiciis proceditur, & in qua rectè verificatur, quod de Principe cecinit *Jo. Lauterbach. in Carmin.*

*Avertit prompto nocitura pericula vultu;*
*Quæ vitioſa novat, lapſaque reſtituit.*

293 Iunctimque adfuit poteſtas, quæ ſimul cum voluntate actum hunc, ſicuti & quemlibet alium, explere, ac abſolvere indubitanter valuit, *cap. cum Super de off. deleg. l. cum te. C. de donat. ante nupt. Redenaſc. conſ. 50. n. 31. & conſ. 67. n. 6. lib. 1. Cyriac. contr. 438. n. 79. tom. 3. Giovagnon. conſ. 30. n. 1. conſ. 31. n. 2. & conſ. 42. num. 26. lib. 1. Manſ. conſult. 49. num. 3. lib. 1. Surd. conſ. 270. n. 5. lib. 2. & deciſ. 62. num. 19. Caſtil. contr. tom. 4. cap. 5. à n. 1. Caren. reſol. 33. n. 22. reſol. 158. n. 3. & reſol. 205. n. 1. Actolin. reſol. 7. n. 62. Barboſ. axiom. 12. n. 28. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 5. n. 46. Roxas de incompatibil. p. 5. cap. 3. nu. 28. Ego ipſe colluct. legal. 29. n. 17. 18. vol. 1. colluct. 8. n. 22. colluct. 40. n. 63. & colluct. 43. numer. 26. vol. 2. D. meus Palma Nepos, Me relato alleg. 321. nu. 11. & alleg. 397. n. 1. lib. 4. Rota cor. Ubald. dec. 311. n. 4. tom. 1. cor. Merlin. deciſ. 814. nu. 1. tom. 2. cor. Dunoz. jun. deciſ. 32. n. 8. & deciſ. 678. n. 21. & in recent. deciſ. 208. n. 2. in fin. p. 4. ac deciſ. 297. n. 11. p. 15. deciſ. 337. n. 11. p. 16. & deciſ. 351. n. 20. p. 19.*

Dicendum & neceſſariò eſt, quòd ipſæ *Sententiæ* debent ſe uniformes reddere hujuſmodi *Edicto*, ut ita ex præmiſſis, juſtæ, ac juſtitia dictante latæ dignoſcantur.

294 Nec curandum eſt, quòd aliàs evadant inutiles, & ſuperfluæ, cum ſic intendendo, ut in *Voto*, ne ſe reddere habeant uniformes eidem *Edicto*,
295 ſtatim injuſtæ dignoſcantur; ac in jure ſit potiùs, magiſque toleranda ſuperfluitas, quàm injuſtitia, & pro ea evitanda non ſit de ſuperfluitate habenda ratio, *Cravet. conſ. 70. ſub num. 29. Cephal. conſ. 104. numer. 22. lib. 1. Tuſch. litt. S. concl. 894. num. 59. Barboſ. axiom. 216. num. 7. 10. Bechtold. in theſaur. juriſprud. lib. 17. cap. 71. axiom. 7. limit. 2. 5. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 12. num. 32. tom. 1. Conciol. ad Stat. Eugub. in prælud. num. 195. Maſcard. de Stat. interp. concl. 12. in fine. Rota in rec. deciſ. 203. num. 8. p. 4. cor. Burratt. deciſ. 206. n. 15. tom. 1. & confert. cor. Gregor. deciſ. 85. num. 22. 23.*

Ultrà quam quod, cum *ex hactenus traditis* 296
ſubjecta materia expoſcat, pro complemento juſtitiæ, & ad dictamen juris, tàm communis, quàm municipalis, quòd retineantur termini diſtinctionis prædictæ, ſucceſſivæque, quod vigeat, ac ſervetur præfatum *Edictum* ad normam illius expeditum, nihil facienda eſt objectio facta ſuper inutilitate, & ſuperfluitate dictarum *Sententia-* 297
*rum*, veluti deſpicienda potiùs, quàm ut natura actus alteretur, & quàm ut omittatur interpretatio adaptata ſubjectæ materiei *l. ſi uno ff. locati DD. in l. ſi familiæ C. famil. erciſc. Bald. in l. 1. ſub num. 4. C. commod. Dec. in l. quotiens col. 1. ff. de reg. jur. Ruin. conſ. 109. num. 4. lib. 1. Cravet. conſ. 923. num. 11. lib. 5. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 12. num. 25. in fin. tom. 1. Rota cor. Gregor. d. deciſ. 85. n. 21. & cor. Burat. d. deciſ. 206. ſup. n. 15. Annot. ad deciſ. 262. n. 125. p. 8. recent.*

Et rurſus eſt certiſſimum idem *Edictum* fore, 298
& eſſe neceſſarium pro aſſequendo effectu, ad quem Datium, de quo agitur, fuit inſtitutum, in avertendis, nempe fraudibus, quæ illi continuatim fierent, & committerentur; nec non pro obtinendo complemento juſtitiæ, tàm latiùs *ſuprà* in hac reductæ, ac firmatæ, & tandem pro ſervanda publica utilitate in *Terra, populoque Argentæ*, medio conſimilium *Edictorum*, ultrà utriuſque juris diſpoſitionem, in præſentanea Gabellarum, & Datiorum materia in praxi, uſuque univerſali ſolidiſſimè tutata, *ut de ſe, & ex præmiſſis innoteſcit.*

Undè inutilitas, ac ventoſitas dictarum Senten- 299
tiarum in *Voto* elevata in nihilo poteſt efficere, quin ipſum *Edictum* poſterius ſic neceſſarium vigere, & inviolabiliter ſervari debeat; cum meliùs 300
ſit aliqua, ut ſuperflua, ac inania concedere, quàm alia neceſſaria negligere, & omittere, *ad l. 56. ff. mand. l. 32. §. 6. ff. de aur. leg. 65. ff. de verb. oblig. l. 7. C. de donat. l. teſtamentum. 17. C. de teſtam. cap. non æſtimemus. 13. quæſt. 2. cum concord. apud Vult. conſil. Marpurg. 24. num. 79. lib. 3.*

Propterea, cùm nil afferatur, per quod juſti- 301
tia præfati Edicti obfuſcari, non quod (ut *in Voto D. Auditoris* nimis præſupponitur) aliquo modo, ſeu prætextu aboleri poſſit, de ſubſiſtentia ejuſdem *Edicti* ambigi nequit.

Et, cum undequaque, ut juſtiſſimum ſit *ſuperiùs* 302
comprobatum, ad quod fuiſſet ſatis advertere, illud conceſſum, & emanatum fuiſſe *ab Emin. Veſtra, in qua certatim juſtitia ſumma, æquitas maxima, & prudentia ſingularis adeò emicant, & effulgent, ut cum Claud.* in carmin.

*Et quæ ſparguntur in Omnes,*
*In TE mixta fluunt, & quæ diverſa beatos*
*Efficiunt, collecta tenes.*

Fit conſequens, quòd ideò ipſummet *Edictum* 303
veniat omninò ſervandum, ac ſi ſit opus, ampliſſimè confirmandum; ad ea, quæ traduntur ſpecialiter à *Cravet. conſ. 908. n. 1. Bec. conſ. 129. num. 108.*



„ *108. lib. 2. Glorit. reſponſ. 1. p. 1. numer. 154.*
„ *verſ.* cujus proprium eſt jura, ac privilegia
„ conceſſa confirmare, *& p. 2. ſub num. 8. & ge-*
„ *neraliter, paſſimque à Rota, ut cor. Cavaler. deciſ. 98. num. 1. cor. Coccin. deciſ. 1260. numer. 1. cor. Otthobon. deciſ. 11. num. 1. cor. Pamphil. deciſ. 194. num. 1. & in recent. deciſ. 352. num. 1. p. 14. deciſ. 23. n. 1. p. 16. & deciſ. 162. nu. 1. p. 19.*

304 Magis; quia eodem *Edicto* vigente, & obſervato, reparatur Camera Apoſtolica, ſeu *Gabella Groſſa* ab ingenti præjudicio, quod ipſo non vigente, nec obſervato, patitur, ac vehementer paſſura eſſet.

Quod quidem per evidentiam demonſtratur; nam

305 In poſteriori caſu, quod *Edictum* non obſervetur, Mercatores, & Vectores Piſcium ad *Civitates Ferrariæ, Bononiæ, Mutinæ, ac Loca ſimilia*, qui indubitanter *ſolvere debent Gabellam Groſſam Traghetti*, poſſunt ad libitum peragrare vias ſibi benè viſas, & ſic non tenentur tranſire per *Paſſum Longaſtrini*; quo tranſitu ceſſante, ceſſat & ſolutio Datii, quæ ibi qualiſcunque ſit ad commodum Cameræ, & *Gabellæ Groſſæ*, fieri, & ſubſequi debet, ac proindè ipſa Camera, ſeu *Gabella* remanet in hoc palpabili damno, & præjudicio, uſque adeò gravi, ut tale Datium fermè amiſſum, & quo ad effectum extinctum brevi tempore conſpiceretur; ex ipſamet
306 experientia rerum omnium magiſtra, *cap. quam ſit. de elect. in 6. §. quæ omnia. Inſt. de fidejuſſ. Barboſ. axiom. 88. & ibi Tabor. in addit. Cancer. var. reſol. p. 2. c. 1. n. 74. Robleſ. de repræſent. l. 13. c. 17. n. 19. Rot. cor. Burat. deciſ. 631. n. 9. tom. 2. & in recent. deciſ. 151. n. 1. p. 4. tom. 2. ac deciſ. 612. n. 10. p. 18. tom. 2.*

307 In priori autem caſu, quo Edictum obſervetur, ſicuti Mercatores, & Vectores Piſcium ut ſuprà, & qui debent etiam ſolvere dictam *Gabellam Traghetti*, tenentur ire per vias directas, ſolitas, ac uſitatas, & ſic tranſire per dictum *Paſſum Longaſtrini*, ità dum ibi neceſſariò debent, tali attento tranſitu, ſolvere Datium præ-
308 fatum vigore Statutorum, & Ordinum de materia loquentium, in eaque primitùs reſpiciendorum; ad *Vermiglod. conſ. 279. n. 6. Bertachin. de gabell. p. 9. ſub n. 13. Ferret. eod. tract. ſub n. 182. de quibus in Mea colluct. legal. 33. n. 6. vol. 1.* ac de ſe notiſſimum eſt.

Meritò ex obſervantia *ejuſdem Edicti*, eoque vigente, reparatur Camera, & *Gabella Groſſa* à damno, & præjudicio præfato.

309 Unde, ſi jura Cameræ ejuſque *Gabellæ Groſſæ* ſunt reſpicienda, ac illæſa ſervanda; utiquè in hoc inſiſtendum venit; ac quidem, ut abſque ulla difficultate, obſervantia inviolabilis hujuſmodi juſtiſſimi *Edicti* demandetur, ac vigeat; dùm, ea mediante, tractatur de tàm gravi negotio, in quo ad reparationem ingentis præjudicii, ac damni ipſius Cameræ, *ut ſuprà* ad oculum oſtendi, ac conſiſtentis in amiſſione unius Datii, manifeſtò proceditur.

310 Et ſi, ob motivum conſimile, licèt nec in *Facto*, nec in *Jure* verum, fuit viſum *Votum D. mei Fatinelli de Fatinellis Auditoris Eminentiæ Veſtræ, ejuſque Locumtenentis Civilis, & Judicis Gabellarum, viri non minùs doctrina conſpicui, quàm veneratione digni* pro juſtificatione *Sententiæ ab Eo latæ* contra *Communitatem Argentæ*, tàm latè, ac inculcatè ſuper eo jactum.

Non erit vetandum, ob idem prorsùs Motivum 311
nunc omninò verum, quando aliqua ex præmiſſis ceſſarent, quod non creditur, quin (circumſcripta tali *Sententia*, uti nullo Juſtitiæ fundamento ſuf- 312
fulta; ad *Surd. conſ. 99. numer. 19 conſ. 360. num. 41. & conſ. 379. numer. 27. Gratian. diſcept. 103. in fin. Poſt. reſol. 149. num. 10. 14. Me ipſum in colluct. legal. 6. num. 71. 72. 73. vol. 1. Rot. cor. Duran. deciſ. 374. num. 2. tom. 2. cor. Cavaler. deciſ. 203. num. 5. cor. Pigna. deciſ. 406. tom. 1. cor. Card. Otthobon. deciſ. 63. num. 13. & deciſ. 162. numer. 1. & in recent. deciſ. 267. num. 13. p. 6. deciſ. 38. num. 2. p. 7. deciſ. 67. num. 14. 20. p. 8. deciſ. 151. numer. 3. 4. p. 16. & deciſ. 293. num. 4. p. 19.* & rejecta interpreta- 313
tione in *Voto* contenta, tanquam contraria omni juris diſpoſitioni, *ex latè ſupra deductis*, & non conſervativa Gratiæ *Communitati* conceſſæ, ut eſſe deberet, ſed deſtructiva illius; adverſus *cap. in his ubi Abb. num. 2. de privil. Anton. de Butrio in cap. dilecti in 4. oppoſ. de foro compet. Rota cor. Pegna deciſ. 936. n. 3. tom. 2. ex Typo Lugdun.*)

Junctim ſit concedenda ſtrictiſſima hujuſce *Edi-* 314
*cti* obedientia, ac demandanda punctualis illius obſervantia ad effectum, ut ex eadem ratione idem Jus triumphare videatur, *arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. nautæ. §. fin. ff. de nauta. caup. l. à Titio.* 315
*ff. de furt. l. illud. C. de Sacroſ. Eccleſ. Kloc. de contribut. cap. 13. ſect. 2. à n. 64. de Philippo diſſert. 8. à n. 29. & diſſert. 13. n. 34. Cardin. de Luca tit. de feud. diſc. 105. n. 5. lib. 1. Rot. cor. Priolo deciſ. 229. n. 28. & cor. Cardin. Cerro, deciſ. 26. n. 68. tom. 1. ac alibi pluries.*

Ita ſanè ex parte *Communitatis, Populi & Ho-* 316
*minum Argentæ* obſequentiſſimè inſtatur.

Ac pro eorum exauditione humillimè ſupplican- 317
do *Emin. Veſtram*, ad hoc, ut ſi iis providentiſſimè adſiſtere, jam ex benignitate arriſit; nunc magis, ingruente majori periculo, *Eos* proſpi- 318
cere ex clementia non dedignetur: & ſi *ex Senec.* placito.

*Regitur Fatis mortale Genus:*

Saltem ex juſtitia, ac æquitate pientiſſimè in 319
*Hoc caſu* adminiſtranda,

Ipſi & *Aerumnis Fati nè ligentur acerbi.* Ut *ſu-* 320
*prà* Concluditur, &c. *ſub cenſura, &c.*

*Comes Vincentius Bondenus*
*Eques Chriſti, Senator Mantuæ,*
*J. C. Argentanus.*

Sententiam latam, juxtà firmata, & concluſa 321
*in hoc Reſponſo Juris*, cujus meminit & *D. meus ſemper laudabiliter concelebrandus Jacobus Balducius (jure merito, ob ejus eximiam virtutem, & integritatem, pro Auditore Inclytæ Rotæ Januenſ. nuperrimè* aſſumptus nedum pro reſiduali tempore triennii currentis in Alterius locum ſuffectus, ſed prævia ſpeciali derogatione pro ſubſequenti triennio omnium ferè DD. de Collegio Januenſi ſuffragiis favorabiliter electus, & confirmatus) *in ſuis doctiſſimis Obſervationibus ad Ramon. conſ. 78. numero 5. tom. 2.*) ſubjicere hìc opus fuit, ut detegatur revocatio *Sententiæ contrariæ* per *Collectorem Votorum, poſt Pigant. ad Stat. Ferrar. in 2. edit.* nimis appoſitæ, omiſſa valdè nimis mentione iſtius Sententiæ revocatoriæ prolatæ *à Juſ-* 322
*tiſſimo, & Sapientiſſimo Principe Card. Acciaiolo*



*Eminen-*

*Eminentiſſ.* *Legato à Latere Ferrariæ:* ſic ſe haben.

## CHRISTI NOMINE INVOCATO

## MDCLXXXIV.

*Ind. VII. Die XXI. Auguſti.*

Pro

## COMMUNITATE ARGENTÆ

Cum

## FLORINIS &c.

323 *PRo Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc Noſtram definitivam Sententiam in Cauſa, & Cauſis coram Nobis in ſecunda, ſeù alia veriori Inſtantia vertente inter Conſules Communitatis, ipſamque Communitatem Terræ Argentæ, ac Gabellarios dictæ Communitatis appellantes ex una, & D. D. Gabellarios Civitatis, & Ducatus Ferrariæ, & Joannem Mariam Lucianum, ac alios Mercatores piſcium appellatos ex altera, de, & ſuper prætenſa ab iſtis libertate non ſolvendi Gabellario dictæ Communitatis Argentæ Datium pro tranſitu piſcis, pro quo ſolvatur Gabella Groſſa Gabellariis Ferrariæ, extrà Territorium Argentæ; nec non ſuper prætenſa ab iiſdem libertate tranſeundi per paſſum Maronis, & Travæ, aliaſque Vias prohibitas tamquàm indirectas, tùm in Noſtris ad favorem Communitatis, tùm in Noſtrorum Anteceſſorum Edictis emanatis ad inſtantiam, & favorem Cameræ.*

*Viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, Dicimus, pronunciamus, & ſententiamus*, malè fuiſſe, & eſſe judicatum per Judicem à quo, & benè appellatum pro parte Conſulum, & Conductorum etiam Communitatis Argentæ, & proptereà illius ſententiam infirmandam, & revocandam fore, ac eſſe, proùt *Nos per præſentem Noſtram* infirmamus, & revocamus, & pro infirmata, ac revocata haberi volumus, & mandamus, *& ſucceſſivè dicimus, & pronunciamus, non licuiſſe, nequè licere mercatoribus, ac Vectoribus piſcis cum illo pertranſire per paſſum Maronis, & Travæ, aliaſque Vias in Edictis, tùm Anteceſſorum Noſtrorum, tùm Noſtris prohibitas, quas proptereà omnes, & ſingulas indirectas eſſe dicimus, & ſententiamus ad tenorem Edicti Noſtri dati ſub die* 15. *Julii* 1682. *quod in omnibus, & per omnia confirmamus, & approbamus, & in omnibus, & ſingulis ejus partibus obſervari mandamus. Declarantes perindè, Mercatores, & Vectores piſcium tranſeuntes per Territorium Communitatis Argentæ teneri ſolvere Gabellam ejuſdem Gabellario, ſive* ipſi Communitati; cui proptereà dicimus licuiſſe, & *licere pro dicto Tranſitu Datium exigere.*

*Reſervantes Jura eidem Communitati, ſeù ejus Gabellariis pro exactione Datii eiſdem debitis à Mercatoribus, & Vectoribus piſcium per paſſum Travæ, & Maronis, aliarumque viarum prohibitarum, à die publicationis prædicti Noſtri Edicti juxtà liquidationem faciendam, & ità dicimus, & pronunciamus, partemque victam Victrici in expenſis condemnamus omni &c.*

*Ità pronunciavimus* NOS NICOLAUS CARDINALIS ACCIAIOLUS LEGATUS.

*Philippus Hieronymus Bartolus, Notarius &c.*

Edicti autem enuntiati *in præfata Sententia*, de quo & pluriès actum fuit in *Reſponſo prædicto*, tenor eſt.

## EDITTO

*Per il Datio del Peſce della Communità d'Argenta.*

## NICOLO' CARD. ACCIAIOLI

Nella Città, e Ducato di Ferrara Legato à Latere &c.

HAvendo à Noi fatto ricorſo la Communità d'Argenta, perche venghi rimediato alle continue fraudi, che ſi commettono in pregiudicio di eſſa Communità ſopra il Dazio del Peſce conceſſole dalla S. Mem. di Clemente VIII. nella devoluzione dello Stato di Ferrara alla S. Sede, facendoſi molti lecito di deviare dalle Strade ſolite, & uſate per non ſoggiacere à detto Dazio; e volendo Noi provedere alla di lei indennità nel miglior modo poſſibile, inherendo all'Editto di noſtro ordine fatto publicare dal Governatore d'Argenta il di 25. Maggio 1672. 324

Perciò col preſente publico Editto ordiniamo, & eſpreſſamente comandiamo, che ciaſcheduna Perſona di che ſtato, grado, e condizione eſſer ſi voglia, che conduca, ò facci condurre qualſivoglia mercanzia di Peſce, debba farla condurre, e portare per le Strade, ſolite dirette, & uſate per ſoggettarſi à detto Dazio, ſotto pena della perdita della robba, cavalli, carri, barche, & altri arneſi, ſopra che foſſe caricata, e di ſcudi cinquanta d'applicarſi per un terzo alla R. C. un terzo ad eſſa Communità, e l'altro terzo all'Inventore, ò Accuſatore, &c.

Et à tal effetto ordiniamo, che tutti quelli, che per vie indirette andaſſero con tal mercanzia di peſce, e che da gl'Eſecutori, o altri Inventori di Contrabandi foſſero trovati, ò ſi ſapeſſero che foſſero paſſati, s'intendano eſſer incorſi nella ſudetta pena. Intendendoſi, e dichiarandoſi che le vie indirette s'intendano eſſere le ſtrade non uſate, come à paſſare dalla Trava, Marone, & altre dichiarate indirette con più Editti, & in particolare ſotto li 15. Novembre 1673. riſpetto alle altre merci, delle quali la R. C. eſigge la Gabella nella Terra d'Argenta.

Nella qual pena vogliamo che cada ancora ciaſcheduna Perſona, che paſſando per le ſolite ſtrade non pagarà il ſolito Dazio del Peſce ſpettante alla Communità, ò ſuoi Conduttori.

Avertendo ogn'uno à non contravenire, perche contro gli Traſgreſſori ſi procederà non ſolo à querela, ò denuncia, mà anco ex Officio, e per Inquiſizione, & in ogn'altro miglior modò; Volendo che il preſente Editto publicato, & affiſſo che ſarà ne luoghi ſoliti di eſſa Terra d'Argenta aſtringhi ciaſcheduno, come ſe gli foſſe perſonalmente intimato, &c.

Del Caſtello di Ferrara queſto dì 15. Luglio 1682.

NICOLO' CARD. ACCIAIOLI LEG. &c.





325 Idem *Edictum* fuit etiam confirmatum *ab Eodem Eminentiſſ. Card. Acciaiolo Legato Ferrariæ, ſub die* 8. *Auguſti* 1686. Et rursùs, additis quoquè aliis Declarationibus favorabilibus Commu-
326 nitati Argentæ *ab Eminentiſſ. Succeſſore D. Card. Joſepho Renato Imperiali Legato à Latere Ferrariæ, ſub die* 1. *Aprilis* 1691. ita ut circà rem iſtam nulla ampliùs promoveri, & excitari valeat prætenſio in contrarium.

---

## CAPUT XLVII.

## ARGUMENTUM.

Fundi dotalis conſtitutio, etiam ſi fuerit dictum, bona tradi pro fundo dotali inæſtimata, ex quibus, hiſque multis clauſulis, & circumſtantiis diſcuſſis, ac ponderata qualitate ipſius fundi dotalis uti proprii, & improprii excludatur: Et quando nam idem fundus dotalis poſſit validè alienari, licèt conſtitutus in bonis feudalibus: ad huncque effectum cenſeatur data facultas marito ad illum alienandum: expenſa quoque, & examinata *Conſuetudine Mantuana*. Commutatio bonorum in dotem datorum an, & quando fieri poſſit in fundum dotalem. Lucrum dotale delatum *ex Statut. Mant.* quibus in caſibus poſſit haberi in bonis feudalibus datis in dotem, ſeu pro fundo dotali. Nonnulla de donatione inter virum, & uxorem tàm tacita, quàm expreſſa non ſuſtinenda afferuntur, etiam in terminis *Statut. Mant.* ac per viam ſimulationis. Hæredem teneri de evictione, ad quam tenebatur Defunctus, ad favorem Emptoris, quem & poſſe uti juribus venditoris, pro tuitione bonorum emptorum, concluditur.

## *SUMMARIUM.*

1 *Remedium redintegrandæ non competit illi, qui non ſine conſenſu, licèt ſine ſolemnitatibus ad alienationem devenit.*

2 *Fundus dotalis in hac facti ſpecie excluditur, & num.* 3. 6. 7. *& ſi dictum ſit* per dote, & in conto di dote *num.* 4. & per ſicurezza in caſo di reſtitutione *num.* 5. *& per verba* dedit, tradidit, & in dotem aſſignavit *num.* 10. *& per clauſulam* præſenti, & acceptanti pro ſe, & hæredibus ſuis *num.* 11. ex clauſula ad haben. tenendum &c. *num.* 12. *ex clauſula* Jurium ceſſionis *num.* 16. *&* conſtitutionis Procuratoris *num.* 17. *& ſequen. ac* promiſſione evictionis *num.* 19. *nec non confeſſione receptionis ſtabilium unà cum pecuniis pro parte dotis. num.* 20. *& ut num.* 27. 34. 35. 36. 39.

8 *Actum exequens cenſetur ipſum cum omnibus ſuis qualitatibus explere.*

9 *Actus ſubſequens cenſetur factus, ſecundùm naturam præcedentis.*

21 *Sicut pecuniæ dici nequeunt in fundum dotalem ſolutæ, ità ex æquiparatione, nec ſtabilia.*

22 *Dos eadem diverſo jure cenſeri non debet.*

23 *Fundus dotalis excluditur* per promiſſionem generalem reſtituendi dotem habitam.

24 *Fundus dotalis in caſum reſtitutionis retrò accipitur, ſublata uxori quacumque actione contra bona Viri.*

25 *Actus declaratur ex mente agentis è verbis Inſtrumenti reſultante.*

26 *Proœmium declarat mentem, & intentionem agentis: reſtringit, & regit totam diſpoſitionem. num.* 28.

29 *Diſpoſitio ceſſat, ceſſante mente diſponentis.*

30 *Non eſt veriſimile, virum velle à ſe dominium bonorum pr priorum abdicare.*

31 *Veriſimile quod non eſt, non eſt credendum, nec attendendum ibidem, nec conſiderabile. n.* 32. *nec creditur verum ibidem.*

33 *Confitens, rem ſuam eſſe rem alterius, ſibi non præjudicat.*

37 *Error dignoſcitur, quando rem aliter ſe habere conſtat.*

38 *Ex errore apparet deficientia conſenſus, & actus inſubſiſtentia.*

40 *Pro Nobilibus ſemper eſt bene præſumendum.*

41 *Obſervantia alienandi bona arguit, ea non fuiſſe fundum dotalem.*

42 *Ad inducendam, & probandam qualitatem dotis excluſo fundo dotali, etiam leviores probationes ſufficiunt.*

43 *Fundus dotalis præſumitur, cum nulla promiſſio quantitativa, vel æſtimatio illius præceſſit: ſive facta, ſive conventa, ut facienda. n.* 44. *declara n.* 46. *& ſeqq.*

46 *Æſtimatio bonorum in terminis dotis, quandonam miniſterio legis, vel Officio Judicis habeatur pro facta, & nu. ſeqq. ubi etiam de æquitate, & de actionibus ad id competentibus. nu.* 48. *& nu.* 50. *& nu.* 51. *ubi in terminis dotis conſiſtentis in mobilibus, & num.* 52. 53. *& ſeqq.*

49 *Pretium nullum, nullamve æſtimationem interveniſſe in contractu venditionis, & emptionis idem eſt, ac pretium, eamque æſtimationem fuiſſe remiſſam alicujus perſonæ arbitrio, ſi nulla æſtimatio ſequatur. Declara. num.* 56. *&* 57.

52 Statut. Mant. in rubr. de Dot. & Dot. reſtitut. & earum gabel. *affertur, & n.* 55.

54 *Contrahentes præſumitur ſe conformare diſpoſitioni Statuti.*

59 *Proviſio contrahentium facit ceſſare legis proviſionem. Declara n.* 60. *& ſeqq. ac n.* 65.

62 Franc. ab Eccleſ. conſ. 30. n. 2. inter conſil. feudal. diverſ. *affertur, & declaratur.*

66 *Fundus dotalis manifeſtatur à traditione bonorum inæſtimatorum cum verbis:* ita ut ſit fundus dotalis. *Declara circa fundum dotalem proprium, & improprium numeris ſeqq. & n.* 74. *Fundus dotalis quandonam cenſeatur traditus cum facultate conceſſa viro illum alienandi, & quandonam per uxorem poſſit alienari. n.* 77. *& ſeqq. ac n.* 82.

72 *Clauſula* Ad haben. &c. & quidquid &c. *importat facultatem alienandi.*

73 *Clauſula* fecitque, & conſtituit Procuratorem &c. *importat facultatem alienandi, & transfert dominium.*

76 Senat. Mant. deciſio in cauſa Agnella, & Gonzaga la ſeconda *declaratur, & num.* 116. *& ſeqq.*

79 *Obſervantia ſubſecuta mentem contrahentium declarat, & numeris ſeqq.*

81 *Et manifeſtat, qualis fuerit forma, & natura contractus; etiam in terminis fundi dotalis. num.* 82.

85 *Voluntas, & mens contrahentium attenditur potius, quàm ipſa veritas.*

87 *Dotis mutatio, & novatio de quantitate in ſpeciem non expedit uxori, & num.* 88. *& ſeqq.*

*Nullum habet privilegium reſpectu bonorum feudalium, & num. 165.*

92 *Uxor nullam habet actionem pro reintegratione fundi dotalis ad bona viri.*

93 *Abſurdum ſemper eſt vetitum, & prohibitum.*

94 *Viri utilitas quando reſultet à commutatione dotis.*

95 Statut. Mant. rubr. in quibus caſib. & qualiter uxores *affertur, & n. 97. & 98.*

96 *Negativa interventu ſolemnitatum probatur à lectura Inſtrumenti.*

98 *Uxoris obligatio pro viro eſt nulla, non ſervatis ſolemnitatibus* Statuti.

101 *Domini duo ejuſdem rei non poſſunt eſſe eodem tempore.*

102 *Bona viri quomodo transferantur in dotem Uxoris, & numeris ſeqq.*

104 *Conducens ab aliquo ſcienter rem propriam, tamquam alienam, quid agat.*

105 *Inveſtituram rei propriæ ſuſcipiens, quid agat.*

106 *Donatio inter virum, & uxorem eſt prohibita, ſive expreſſa, ſive tacita n. 107. etiam* ex Statut. Mant. n. 108. 109. *per eam non tranſfertur dominium in conjugem n.* 100. *poteſt revocari per donantem n.* 111. *eſt de natura ultimæ voluntatis n.* 112.

108 Statut. Mant. in rubr. de donat. inter vir. & uxor. *affertur. Et procedit etiam in donatione præſumpta. n.* 109.

112 *Voluntas hominis eſt ambulatoria uſque ad mortem.*

113 *Bona ut poſſint per mulierem tradi in fundum dotalem proprium, debent eſſe in illius dominio.*

114 Statut. Mant. in rubr. de Dote per marit. lucran. *affertur, & n.* 117.

115 *Bona feudalia quandonam non poſſint tradi in fundum dotalem.*

118 *Deciſum non dicitur, quod non fuit diſcuſſum.*

119 *Nemo velle præſumitur, quod facere non poteſt.*

120 *Voluntas eſt metienda à poteſtate.*

121 *Inveſtitura ex gratia ſpeciali, quando non ſit concedenda, & nu. ſeq. Declara nu.* 138. *& ſeqq.*

123 *Pater non poteſt minuere dotem filiæ promiſſam, etiam ea conſentiente. & num.* 142. *Limita, quando mulier eſt hæres patris. num.* 144.

124 *Inveſtitura bonorum conceſſa viro, & uxori in ſolidum ſuſtinetur tantum, quo ad commoditatem fundi dotalis.*

125 *Aut in caſu prædeceſſus uxoris abſque filiis.*

126 *Clauſula* in ſolidum *operatur, ut quis ſit Dominus in totum, & n.* 127.

128 *Refutatio feudi poteſt fieri, etiam ſine aſſenſu Domini in coinveſtitum, & n.* 130.

129 *Feudi, & emphyteuſis ceſſio, ac alienatio poteſt fieri in coinveſtitum* in ſolidum, *abſque conſenſu Domini: de ratione. n.* 130.

133 *Qualitas non expreſſa, cenſetur conſultò omiſſa.*

134 *In promiſſionibus, & contractibus omiſſum, reſpectu rei, loci, temporis, & perſonarum, pro omiſſo habetur.*

135 *Volitum id tantùm dicitur, quantum expreſſum.*

136 *Enunciativa facta in Inſtrumento, qualitatem non continens, uti erronea non obſtat.*

137 *Error referentis non attenditur, ſed quid ſit in relato ſpectatur.*

138 *Clauſula* ex gratia ſpeciali *in Inveſtitura indicat, præcedentem promiſſionem non adfuiſſe de inveſtiendo. Et juſtè ponitur, cum inveſtiuntur extranei, n.* 139. *& ſeqq.*

141 *Clauſula* in ſolidum *in Inveſtitura utriuſque conjugis demonſtrat, bona non fuiſſe in dotem conſtituta.*

143 *Suppoſito ceſſante, ceſſat diſpoſitio.*

145 *Contractus non recipit interpretationem ampliativam, ſed arctativam.*

146 Mel. allegar. 78. nu. 17. lib. 2. & Gob. conſult. 131. ſub n. 38. 39. *declarantur.*

147 *Conceſſum tantum dicitur, quantum expreſſum.*

149 *Geminationis vis qualis, & quanta ſit.*

150 Auctoritates *non applicabiles, ex defectu circumſtantiarum non attenduntur.*

151 *Fundi dotalis ad conſtitutionem requiritur in conſtituente dominium actuale, non habituale, & nu.* 152.

153 *Clauſula* in ſolidum *operatur, ut quis habeat dominium dumtaxat habituale.*

154 *Refutatio, aut ſpecies renuntiationis, aut ceſſio dicitur, quarum utraque donationem importat n.* 155. *quæ inter virum, & uxorem non valet, n.* 156.

156 *Uxoris permiſſio, ut conſtante matrimonio vir coinveſtiatur de ſuis bonis, importat donationem prohibitam.*

157 *Refutatio retinet qualitates ultimæ voluntatis particularis, revocabilis uſque ad ultimum, nu.* 159.

159 *Diſpoſita per ultimam voluntatem de re particulari, cenſentur revocata per alienationem illius, amplia, etiam ſi donatio eſſet nulla, ut n.* 160.

163 *Dominus directi poteſt ad preces Vaſſalli feudi naturam mutare, & de maſculino in fœmininum convertere.*

164 *Fœmina eſt incapax feudi maſculini.*

167 *Hæres, & hæres hæredis non poteſt impugnare confeſſionem defuncti.*

168 *Dominium bonorum acquiritur per Emptorem; etiam non ſoluto pretio, ſi fuerit habita fides de pretio.*

169 *Emptor non poteſt impugnare factum Venditoris ſui auctoris. Amplia n.* 170. *&* 171. *Declara n.* 172. *& ſeqq.*

170 *Acquirens non poteſt impugnare factum proprium.*

175 *Donatio inter virum, & uxorem facta, conſtante matrimonio, præſumitur ſimulata.*

176 *Et impugnari poteſt, quando conſtet de ſimulatione, defectum conceſſus præ ſe ferente.*

179 *Simulatio poteſt allegari à ſucceſſore particulari, & univerſali, quando deducitur nullitas ex defectu conſenſus.*

181 *Inveſtitura erroneè ſumpta de propriis bonis, poteſt revocari.*

183 *Emptor poteſt uti juribus Venditoris, & num.* 240.

185 *Factum proprium nullum, & inefficax poteſt impugnari.*

186 *Aſſertio erronea in nulla eſt habenda conſideratione.*

188 *Clauſula* rebus ſic ſtantibus, *cujus ſit efficaciæ.*

189 *Bona feudalia non ſimpliciter hæreditaria, cum ſolo aſſenſu Domini directi, poſſunt alienari, ſtante* Conſuetudine Mantuæ; *notæ etiam fœminis nu.* 190. *lippiſque, & tonſoribus num.* 191.

192 *Inveſtituræ rem notoriam, & manifeſtam faciunt.*

193 *Bona feudalia in fundum dotalem conſtituta, eatenus talia durant, quatenus cum conſenſu Domini directi non alienentur, ſtante* Conſuetudine Mant. *de ratione nu. ſeq.*

194 *Conſuetudini cenſentur contrahentes inniti.*

195 *Ab aſſenſu Domini directi provenit omnis ſecuritas impetrantis.*

196 *Aſſenſus Domini directi animat, & ejus tempus attenditur; nec admittit retrotractionem, n.* 199. *præſtituſque validat actum, non præſtitus infirmat, n.* 197. *& ſeq.*

200 *Fundi dotalis alienatio pro ære alieno uxoris, aut alterius, cujus ipſa ſit hæres, ſolvendo ſuſtinetur, & ſeqq.*

202 *Clauſula* ſincerè, & fideliter, *ſive* pro jurato *ex ſpeciali* Ordine Mantuæ *validat contractus, & venditiones, tollitque objectionem fundi dotalis, & ſeqq. Fundi dotalis alienatio facta cum juramento ſuſtinetur: Dic idem, ſi cum clauſula* pro jurato *n.* 202. 203. *&* 205. *& cum diſpenſatione Principis n.* 206. *& ſeqq. & n.* 210. 211. 213.

206 *Clauſula,* aliquo non obſtante, *in Principis conceſſione derogat omnibus, quæ obſtare poſſent; etiam in alienatione fundi dotalis, numer.* 207.

208 *Minoris bona abſque ſolemnitatibus validè alienantur, cum diſpenſatione Principis, &* 209.

211 *Alienatio bonorum minoris, & bonorum dotalium parificatur.*

212 *Æquiparatorum eadem eſt natura, & determinatio.*

215 *In fœmina Nobili ſexus fragilitas non conſideratur; Et contrahens cum ea, ejuſque fidem ſequens, non debet remanere deceptus; ibid. & n.* 216.

217 *Dos poteſt alienari validè, uſque ad medietatem.*

219 *Mors juramenti vim habet.*

220 *Alienatio fundi dotalis quando convalidetur per mortem viri, & n.* 221. *Suſtinetur, quando mulier pervenit ad ſenilem ætatem num.* 222. *non poteſt impugnari per mulieris alienantis hæredem n.* 223.

224 *Filius dicitur adire hæreditatem patris ex immixtione.*

225 *Quem de evictione tenet actio, eundem repellit exceptio. Amplia, etiam ſi eſſet hæres beneficiatus.*

226 *Alienatio fundi dotalis proprii ſuſtinetur, dum facta ſit in anſam neceſſariam, & pro ſe liberando ab uſuris.*

227 *Alienatio in dubio præſumitur facta ex cauſa neceſſaria.*

228 *Hæres non poteſt redarguere teſtatorem de mendacio; & ſeq.*

230 *Teſtator poteſt validè de bonis hæredis diſponere, & alienationes factas hæres non poteſt impugnare, n.* 232.

233 *Heres tenetur factum defuncti ſervare: de ratione n.* 234.

234 *Actio, & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubjecto.*

235 *Sub evictione ad favorem Emptoris cadunt bona alienantis, & ab illis hæres repellitur.*

237 *Heredis aditio firmat alienationes factas à defuncto.*

238 *Retentio faciliùs datur, quàm actio.*



240 *Emptor juribus Venditoris utitur ad ſe tuendum contrà poſteriores.*

Cùm plerumque dentur in dotem, & pro dote bona ſtabilia, etiam prativa, & paſcuiva; & ſæpè ſæpiùs eveniat, quod prætendatur, eadem bona fuiſſe data in fundum dotalem, & pro fundo dotali, ad effectum fruendi beneficiis & privilegiis eidem ex diſpoſitione juris attributis. Hæcque materia fuerit per Me plenè, lateque examinata in ſequenti RESPONSO, Illud, ad uberiorem doctrinam aſſequendam, libenti animo ſubnectitur.

## RESPONSUM JURIS

In Mantuan. prætenſi fundi dotalis.

Pro

*D. Marchione Galla Strozzio.*

Cum

*DD. Giberto Ab Auſtria.*

### ARTICULUS PRIMUS.

*Bona pulſata non fuerunt conſtituta, & data; ſecundùm voluntatem Contrahentium in proprium, ac verum fundum dotalem.*

Non igitur ex Capite prætenſæ nullitatis alienationis bonorum pulſatorum, uti de aſſerto fundo dotali D. Donnæ Eleonoræ Matris ejuſdem D. Don Giberti, factæ abſque ullis ſolemnitatibus.

Quoniam, nedùm verſamur in terminis alienationis, non ex defectu conſenſus, ſed ad ſummum ex ſuppoſito defectu ſolemnitatum (ut dicitur) nullæ, & ſic nequit eſſe locus petitæ redintegrationi, ſeu avocationi ex intentato *remedio redintegrandæ*, cum, non obſtante hujuſmodi nullitate, fuerit, mediante traditione, tranſlata poſſeſſio in D. Marchionem Emptorem, à qua dum D. Donna Eleonora cecidit facto proprio, ad eam non poteſt competere redintegratio D. Don Giberto hæredi, jam quod nec competeret ejus Matri, & Auctrici defunctæ; *Ex Scribentibus l.* 1. *§. ſi vir uxori, ff. de acq. poſſeſſ.* cum quibus (ſecluſis *Nonnullis*, quorum veluti minùs rectè, & contrà veritatem loquentium, nulla eſt habenda ratio) generaliter ſtant *Cæteri DD. & Reſolutiones Supremorum Tribunalium*, ut videre eſt penès *Gabr. conſ.* 44. *num.* 12. *& conſ.* 51. *nu.* 13. *lib.* 1. *Palmaſen. conſ.* 79. *ſub num.* 24. 25. *Marta conſ.* 169. *num.* 5. 6. *Giovagnon. conſ.* 9. *nu.* 3. *& conſ.* 14. *num.* 16. 17. *lib.* 1. *Honded. conſ.* 20. *nu.* 39. 40. *lib.* 1. *Gratian. diſc.* 317. *à num.* 5. *lib.* 2. *diſc.* 483. *num.* 2. *& ſeqq. ac diſc.* 581. *ſub nu.* 19. *lib.* 3. *Pignatel. contr.* 27. *nu.* 41. *cent.* 2. *Anna alleg.* 131. *num.* 7. *q.* 2. *Manſ. d. conſult.* 588. *nu.* 6. 7. *Pontan. de ſpol. lib.* 3. *num* 20. *circà fin. Seſſe dec.* 29. *num.* 21. 22. *tom.* 1. *Giurba dec.* 24. *ſub numer.* 31. *ubi concord. Rota penès Achil. de Graſſ. tit. de reſt. ſpoliat. dec.* 15. *cor Seraphin. dec.* 1200. *numer.* 3. 4. *tom.* 2. *cor. Gregor. dec.* 194. *num.* 23. *ubi Beltramin. nu.* 27. 28. *cor. Buratt. dec.* 136. *num.* 21. 22. 23. *dec.* 301. *num.* 10. *tom.* 1. *& dec.* 574. *numer.* 6. *tom.* 2. *cor. Coccin. dec.* 66. *num.* 4. *cor. Pamphil. dec.* 3. *num.* 7. *ubi annot. num.* 9. 10. *cor. Cavaler. dec.* 473. *ſub num.* 4. 5. *& dec.* 503. *num.* 2. *cor. Peutinger. dec.* 332. 1

num.

*num.* 2. *cum multis ſeqq.* ubi removet *Deciſiones*,
quæ videntur adverſari, repetita poſt *Contr. diſ-*
*cept. dec.* 65. *num.* 2. *tom.* 1. *cor. Cerro dec.* 279.
*num.* 6. 7. *tom.* 1. *& dec.* 393. *ſub num.* 2. 3. *tom.*
2. *cor. Priolo dec.* 12. *num.* 7. 8. *ubi concord. &*
*in recent. dec.* 483. *numero* 9. *p.* 13. *alibi ſæpiſ-*
*ſimè.*

Cæterùm, nec etiam eſt verum ſimpliciter, di-
cta bona debuiſſe unquam haberi, & conſiderari,
tanquàm proprium, verumque fundum dotalem
D. Donnæ Eleonoræ: etenim

Primò:

2 Spectatis Capitulis matrimonialibus ſequutis *ſub*
*die* 29. *Junii* 1648. cum D. Principe Mauritio ab
Auſtria, tunc Sponſo D. Donnæ Eleonoræ, fuit
in illis conventum, & firmatum, quòd, remanen-
te (proùt remanſit) hæreditate univerſali, tàm
paterna, quàm materna ad favorem ipſius D. Don-
næ Eleonoræ, obligatus ſit D. Princeps, præ-
vio inventario, *aſſicurar tutto per dote, & in con-*
*to di dote della ſudetta Signora Donna Eleonora,*
*con quelle dichiarationi, che ſaranno ſtimate neceſ-*
*ſarie per ſicurezza in ogni caſo, che Dio non voglia,*
*di reſtituzione.*

3 Ex quibus verbis fit certa excluſio fundi do-
talis, quoad bona hæreditaria perventura ad D.
Donnam Eleonoram.

4 Ut de illis verbis *per dote, & in conto di do-*
*te*, & ita non in fundum dotalem, uti è dote
contradiſtinctum, dum ab iſta transfertur domi-
nium in virum, ab illo autem nequaquam deſu-
mitur, *tex. in l. ſicut* §. 7. *ff. quibus mod. pign.*
ac apertè traditur *à DD. cumulatis, & ſequutis*
*à Conciol. alleg.* 24. *num.* 13. *lib.* 1. cujus me-
mini *Ego ipſe in colluct. leg.* 20. *nu.* 251. 256. *&*
309. *vol.* 2. *ac à Rota poſt Merlin. de legit. dec.*
184. *num.* 4. *eadem ac cor. Roxas dec.* 153. *num.*
3. *cor. Dunozet. jun. dec.* 421. *num.* 5. *tom.* 1. *&*
*in rec. dec.* 55. *num.* 4. *p. p. ad dec.* 241. *num.*
6. *p.* 17.

5 Et de illis verbis *per ſicurezza in caſo di re-*
*ſtituzione*, quæ omninò naturæ, & qualitati fun-
di dotalis, ſtantis periculo uxoris, omni ſemota
illius ſecuritate in onus viri, repugnant, & jun-
ctim dicta bona debuiſſe pro dote aſſumi, tan-
quam ſub periculo, & damno viri cadente, ſa-
tis habetur per *Cephal. conſ.* 351. *ſub num.* 28. *de*
*quo in d. mea colluct.* 20. *num.* 257. *& per Ro-*
*tam cor. Seraphin. deciſ.* 1332. *ſub nu.* 22. 23. *p.*
15. *ac dec.* 15. *nu.* 3. *verſ.* idemque demonſtrat,
tùm aſſecuratio dotis ſtipulata in eodem inſtru-
mento ſuper omnibus bonis viri, qua opus non
fuiſſet, ſi dominium non tranſiviſſet in virum,
ſed domus tradita fuiſſet pro fundo dotali, qui
eveniente caſu reſtitutionis retro accipiendus erat,
ſublata uxori quacunque actione contrà bona ma-
riti. *Et num.* 4. confirmata *in dec.* 187. *p.* 17. *ac*
*dec.* 280. *nu.* 2. *in fin.* ibi, & aſſecuravit dotem
ſuper omnibus ejus bonis, quod neceſſe non fuiſ-
ſet, ſi verè domus tradita fuiſſet pro fundo do-
tali. *p.* 18.

6 Spectato autem, & benè ponderato inſtrumen-
to dotali celebrato *ſub die* 24. *Martii* 1667. *ex*
*rogitu Notar. Jacobi Maphæi*, tot, tantæque cir-
cumſtantiæ in eo continentur pro dicta excluſio-
ne fundi dotalis, ut nonniſi cum aperta verita-
tis impugnatione, aliter dici poſſit.

Secundò,

7 Namque ſuggerit eam motiva cauſa deveniendi
ad idem inſtrumentum, ſcilicet, quia D. Donna
Eleonora conſcia, & bene informata de conten-
tis *in præfatis capitulis*, voluit *promiſſionem per*
*D. Marchionem ejus Genitorem factam exequutio-*
*ni demandare*; atque ita bona, de quibus ſuprà,
tradere, *per dote, & in conto di dote*, prout di-
cebatur in ipſa promiſſione, non verò in fundum
dotalem; per ea, quæ *proximè dicebantur*: nam
qualitates promiſſionis inſunt exequutioni illius,
dum exequens actum, cenſetur ipſum cum om- 8
nibus ſuis qualitatibus explere, *arg. à traditis per*
*Bald. in l. ſi duo ff. de acq. hæred. Becc. conſ.*
35. *num.* 11. *Surd. conſ.* 347. *numer.* 24. *lib.* 3. 9
*Barboſ. axiom.* 12. *num.* 3. Et actus ſubſequens
cenſetur factus, ſecundùm naturam præcedentis,
à quo regitur, & qualis fuit præcedens exequen-
dus, talis dicitur, & eſt ſubſequens, qui eum
exequitur, *Cravet. conſ.* 135. *ſub num.* 13. *lib.* 1.
*Alex. conſ.* 156. *lib.* 6. *Tuſch. litt. A. ſing.* 25. *in*
*fin. Tuſch. ead. litt. A. concl.* 130. *numer.* 1. 2.
*Barboſ. d. axiom.* 12. *num.* 1. *in fin. & num.* 2.
*Gambſ. in Theſaur. juriſpr. lib.* 1. *c.* 26. *axiom.*
32. *tom.* 1. *Rota in rec. dec.* 365. *num.* 1. *in fin.*
*part.* 2.

Tertiò,

Eandem excluſionem fundi dotalis important 10
illa verba *Dedit, tradidit, & in dotem aſſignavit*
*Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. D. Mauritio &c.* ve-
luti tranſlativa dominii in virum, & ſic repugnan-
tia fundo dotali, cujus dominium remanet penès
uxorem, ut *ſuperiùs fuit tactum*, ac peculiarius
traditur *à Conciol. d. alleg.* 5. *num.* 16. 17. *alleg.*
6. *num.* 29. *alleg.* 7. *n.* 15. *& alleg.* 24. *ſub n.* 12.
*lib. primo, de quo in d. mea colluct. leg.* 20. *n.* 240.
241. *& à n.* 243. *vol.* 2. *Rota cor. Roxas dec.* 153.
*n.* 2. *& in recent. dec.* 241. *n.* 4. *ac dec.* 349. *ſub*
*n.* 2. *p.* 17.

Quartò,

Sic clauſula ſubſequens *præſenti, ac acceptanti* 11
*pro ſe, & ejus hæredibus*, excludit fundum dota-
lem tanquam præciſè uxori reſtituendum, non
tranſitorium ad hæredes Mariti, *Honded. conſ.*
41. *n.* 7. *lib.* 1. *Ciroch. diſcept.* 66. *n.* 8. *& ſub*
*n.* 46. *ac diſcept.* 80. *num.* 22. *Tondut. reſol. civil.*
52. *ſub nu.* 11. *tom.* 1. *cum aliis per me adductis*
*in d. colluct.* 20. *numer.* 242. 248. 249. *Rota cor.*
*Merlin. dec.* 517. *num.* 12. *tom.* 1. *in recent. dec.*
52. *n.* 12. *p.* 6. *d. dec.* 241. *n.* 7. *ac dec.* 349. *ſub*
*n.* 2. *p.* 17.

Quintò,

Fortiùs accedente alia clauſula (poſita in par- 12
te diſpoſitiva) *ad habendum, tenendum, & poſſi-*
*dendum, & quidquid dicto D. Don Mauritio,*
*ejuſque hæredibus, deinceps perpetuò placuerit fa-*
*ciendum*; per quam ſimiliter excludi apertiùs qua-
litatem fundi dotalis, dixerunt *Andreol. contr.* 130.
*num.* 8. *Conciol. ex Cirocch. in locis jam indicatis.*
*Et cæteri per me adducti ubi ſuprà num.* 273. *&*
*ſeqq. Card. de Luca tit. de dote diſc.* 158. *num.* 13.
*lib.* 6. *Annot. ad Rotam cor. Pamphil. dec.* 2. *ſub*
*nu.* 21. *cor. Rembold. dec.* 3. *num.* 8. *cor. Duno-*
*zet. jun. dec.* 421. *nu.* 4. *tom.* 1. *& in recent. dec.*
436. *nu.* 2. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 376. *num.* 26. *p.* 14.
*& d. dec.* 241. *num.* 8. *ac dec.* 349. *ſub numero* 2.
*p.* 17.

Ponderata etiam præſervativa ibidem appoſita 13
cum illis verbis *Juris debito ſemper ſalvo*; cujus
verus fuit, & eſt ſenſus (omiſſis uti inter ſe re-
pugnantibus traditis, circà illam *à D. Gobio con-*
*ſult.* 131. *n.* 31. *verſ. Eoque minùs, & Me ipſo d.*
*colluct. leg.* 20. *num.* 270. 271. *vol.* 2.) quòd, ſe-
quuta alienatione dictorum bonorum in vim fa-
cultatis competentis ex *hac clauſula* eſſet, ſitque
ſalvum debitum alienantis, prout juris eſt, erga
D. Donnam Eleonoram, eandem facultatem alie- 14
nandi



nandi tribuentem; dum ſic verificantur, & adim-
plentur qualitates debiti in alienante, & crediti
in concedente facultatem alienandi; de quibus
promiſcuè *D. D. in l.* 1. *ff. ſi cert. pet. & in l. ſi*
*cui. ff. de verb. ſignific. Staniſl. in deffinition. uni-*
*verſ. verb. debitum. Gait. de credit. c.* 1. *num.* 13.

15 Reſultante hinc fortiùs excluſione fundi dotalis,
dum taliter reducitur ad quantitatem, nec cura-
tur ſpecies, in qua verè, & ſubſtantialiter ille
conſiſtit, ut *& dicitur infrà à n.* 71. ad 83.

Sextò,

16 Proùt, & concurrente *ceſſione, ac renunciatio-*
*ne jurium omnium, & quorumcumque facta marito,*
rurſùs *ſtipulanti, & acceptanti pro ſe, & ejus hæ-*
*redibus, quot dicta D. Donna Eleonora habebat,*
*tenebat, & poſſidebat; ſuique juris erant, & eſſe*
*poterant, & potuiſſent, ante præſentem jurium ceſ-*
*ſionem*, cum Clauſula, qua *ipſa fecit, & conſti-*
17 *tuit maritum procuratorem irrevocabilem, potuitque*
*ipſum in ejus locum, ſtatum, privilegium*, ut in
rem propriam &c. cum facultate, ut *poſſit, &*
*valeat, & omnia ſingula dicere, facere, & exer-*
*cere in judicio, & extrà, proùt, & quemadmo-*
*dum dicta D. Donna Eleonora facere poterat, &*
*potuiſſet, ante præſentem procuratoris conſtitutio-*
*nem*; quæ omnia evidenter reſiſtunt fundo dota-
18 li, *Roland. conſ.* 64. *à num.* 10. *& conſ.* 86. *num.*
13. *verſ. quarto accedit lib.* 4. *Giurb. ad Conſuet.*
*Meſſan. clauſ.* 15. *gloſ.* 1. *p.* 1. *n.* 17. *verſ. & clau-*
*ſula ponentes. Card. de Luca d. diſc.* 158. *num.* 11.
*quorum cum Aliis memini Ego ipſe d. colluct.* 20. *à*
*numer.* 252. *ubi & allegatur Rota poſt Merlin. de*
*pignor. dec.* 114. *n.* 2. *& cor. Dunozet. jun. d. dec.*
421. *n.* 4.

Septimò,

19 Hoc idem præ ſe fert *promiſſio evictionis, & ma-*
*nutentionis bonorum, & cujuſvis eorum partis, ut-*
*cunque ſequatur &c.* arguendo à notatis per *Guz-*
*man. de evict. q.* 26. *ſub nu.* 10. *& à num.* 47. *de*
*quo in d. Mea colluct.* 20. *n.* 255. ubi etiam alle-
gavi *Rotam in dictis deciſ.* 15. *&* 17. *utrobique*
*n.* 2. *p.* 17.

Octavò,

20 Deprehenditur à conſideratione, quod in di-
cto inſtrumento, poſt tradita præfata bona, ut ſu-
prà, D. Don Mauritius faſſus fuit, ſe habuiſſe
tempore nuptiarum ſcut. ſex mille; ac deindè ſub-
ditur *Et hæc omnia, ſcilicèt, bona ſtabilia infra*
*ſcripta, & pecunias in dotem, pro dote, ac nomi-*
*ne, & ex cauſa dotis dictæ D. Donnæ Eleonoræ*
*Uxoris &c.*

21 Ex hac enim æquiparatione bonorum cum pe-
cuniis oritur, quòd iſtæ ſicuti non fuerunt ſolu-
tæ in fundum dotalem, ita & illa dici debent
non fuiſſe tradita in talem fundum, ſed benè in
dotem, & pro dote, ut ibi apertis litteris dicitur;
22 ac ne eadem dos diverſo jure cenſeatur, *Con-*
*ciol. d. alleg.* 7. *n.* 24. *Cirocch. diſcept.* 66. *n.* 15.
*Card. de Luca d. diſc.* 158. *n.* 16. *cum Aliis per*
*Me ubi ſuprà ex n.* 315. *Rota in rec. dec.* 69. *nu.*
12. *p.* 15. *cor. Bich. dec.* 151. *n.* 16. *& dec.* 350.
*n.* 25. *tom.* 1.

Nonò,

23 Convincitur à promiſſione facta ſub illis verbis,
*Quam quidem dotem, ſic, ut ſuprà habitam ipſe*
*D. Don Mauritius promiſit, & promittit &c. con-*
*ſervare, dareque reddere, & reſtituere eidem D.*
*ejus Uxori &c. ſub obligatione bonorum omnium ſuo-*
*rum &c.* hac namque obligatione opus non fuiſ-
ſet, ſi bonorum dominium non tranſiviſſet in vi-
rum, ſed ea tradita fuiſſent pro fundo dotali pro-
prio, qui eveniente caſu reſtitutionis retrò acci-
piendus erat, ſublata uxori quacunque actione con-
trà bona mariti; ut *poſt multos hoc ipſum firman-*
*tes*, reſpectu quoque præcedentium verborum
*Quam quidem dotem &c. à Conciol. alleg.* 5. *nu.* 24
14. *alleg.* 7. *num.* 20. 21. *& alleg.* 24. *nu.* 15. *Ma-*
*rin. ad Reverter. dec.* 43. *num.* 5. 6. *tom.* 1. *Card.*
*de Luca tit. de dote d. diſc.* 158. *nu.* 14. 17. *& in*
*d. Mea colluct.* 20. *num.* 256. 281. firmatur præ-
ciſè ibidem *nu.* 257. *& à Rota cor. Dunozet. jun.*
*dec.* 700. *num.* 13. *tom.* 2. *cor. Arguel. dec.* 90. *à*
*n.* 17. *cor. Cerro dec.* 874. *à n.* 4. *tom.* 2. *& à nu.*
10. *tom.* 3. *& in rec. dec.* 277. *ſub n.* 22. 23. *p.* 15.
*ac dec.* 15. *n.* 4. *p.* 17.

Hæc omnia jacta ſuper tàm ſolidis juris fun-
damentis, & concluſionibus incontrovertibilibus,
veritatem in re iſta ſufficienter demonſtrantibus in-
crementum maximum recipiunt, & ſummopere
confirmantur.

Tùm ſpecialiter ex parte D. Donnæ Eleono- 25
ræ, quæ profeſſa fuit *in præcitato inſtrumento*,
velle demandare exequutioni promiſſionem factam
à D. Marchione ejus Genitore de Conſtituendo
(nomine dotis) bona omnia *ipſius hæreditatis* er-
gà D. Principem Virum; ita ut *totus contextus*
*ejuſdem inſtrumenti* ſe habuerit ad hujuſmodi bo-
na cum hac qualitate hæreditatis paternæ, dum
ſic clarè legitur in procemio, à quo mens, & in-
tentio agentis peculiariter deprehenditur, & de-
claratur. *Bart. in l. cum hic in princ. ff. de tran-* 26
*ſact. & in l. fin. num.* 3. *ff. de hæred. inſt. Torre de*
*ſucceſſ. in primogen. p.* 2. *q.* 54. *num.* 1. *& ibi in*
*calce Oper. Boſcol. reſponſ.* 2. *nu.* 337. *Rota cor.*
*Buratt. dec.* 543. *num.* 11. *tom.* 2. *cor. Celſo dec.*
260. *n.* 9. 10. *& in recent. dec.* 205. *n.* 4. *p.* 16. *ac*
*dec.* 213.

Subindè fateri oportet, ipſam noluiſſe tradere 27
Viro, neque ſibi conſtituere bona controverſa in
fundum dotalem, cùm illa non fuerint de juri-
bus dictæ hæreditatis paternæ, ex quo per an-
tecedentem eorum diſpoſitionem factam in per-
ſonas ejuſdem D. Donnæ Eleonoræ, & D. Don
Mauritio Jugalium in ſolidum, & in feudum de-
cimale, *ex inſtrumento diei* 7. *Octobris* 1649. *ex*
*rog. Notarii Ricciardi*; nec non reſpectivè aliena-
tionem illorum factam ipſimet D. Don Mauritio
*de anno* 1656. *ſub die* 10. *Novembr. ex rogitu*
*Notar. Monterotæ; & de anno* 1664. *die* 9. *Decem-*
*bris rogat. Notar. Siſſa* per Patrem ab ea exierunt,
nec in ea tempore mortis Patris reperiebantur, 28
ut *de ſe patet*: etenim, ceſſante iſta qualitate
horum bonorum, ad quam vigore dicti procemii
ſe reſtrinxit eadem D. Donna Eleonora, *Marta*
*conſ.* 22. *num.* 17. *Cenſal. conſ.* 5. *nu.* 8. *Buccafer.*
*reſp.* 57. *nu.* 44. *Ego ipſe colluct. legal.* 10. *num.* 38.
*vol.* 1. *& colluct.* 2. *nu.* 79. *vol.* 2. *Rota poſt idem*
*vol.* 1. *dec.* 58. *num.* 7. *poſt Salgad. Labyrint. cre-* 29
*ditor. dec.* 3. *num.* 19. ceſſare debuit, & ceſſavit
mens, ac intentio illius, ſicque diſpoſitio, ut ſu-
prà præordinata, *Cephal. conſ.* 548. *n.* 2. *& ſeq. lib.*
4. *Gratian. diſcept.* 558. *ſub n.* 24. 25. *tom.* 3. *cum*
*cæteris proximè relatis.*

Tùm etiam ex parte D. Don Mauritii, qui, 30
dum erat dominus iſtorum bonorum, non eſt ve-
riſimile, quod voluerit abdicare à ſe dominium eo-
rum, illud Uxori dimittendo, jam quod animad-
vertimus *ſuprà*, dominium bonorum in fundum
dotalem conſtitutorum, penès Uxorem reſidere;
& id, quod non eſt veriſimile, non eſt creden-
dum, *Rimin. jun. conſ.* 362. *num.* 15. *Aldovin.* 31
*conſ.* 74. *nu.* 7. *Catan. conſ.* 18. *n.* 16. *lib.* 1. *Con-*
*ciol. alleg.* 12. *nu.* 12. *lib.* 1. *Ego ipſe colluct. leg.*
44. *num.* 148. *vol.* 2. *Barboſ. axiom.* 223. *num.* 7.
*Bechtold*,

*Bechtold. in theſaur. juriſpr. lib.* 19. *c.* 10. *axiom.*
1. *& ſub axiom.* 3 *verſ. & ideò*; ubi quod nec quo-
que eſt attendendum *ad l.* 1. *in princ. ff. quod*
*met. cauſ. l. Titia cum §. qui in vita ff. de leg.* 2.
*c. quia veriſimile de præſumpt. Dec. in c. propoſuiſti*
32 *ſub nu.* 14. *de probat. Pariſ. conſ.* 13. *nu.* 9. *lib.* 3.
*& conſ.* 8. *nu.* 3. *lib.* 4. *Cephal. conſ.* 721. *num.* 48.
*lib.* 5. quia nullatenùs conſiderabile, *Ruin. conſ.*
1. *nu.* 2. *in fin. lib.* 2. *Vult. conſ.* 21. *num.* 230.
*tom.* 8. *Bechtold. ubi proximè verſ. nequè etiam*
*Barboſ. d. axiom.* 223. *ſup. numero* 7. dum non
creditur verum, *Rota in recent. dec.* 13. *num.* 12.
*p.* 19.

33 Cùm & ſit certum, neminem cenſeri ſibi vel-
le præjudicare, proùt de confitente rem ſuam,
eſſe rem alterius, ut ſibi non præjudicet, edu-
citur *ex leg. cum falſa C. de fact. & jur. ignor.*
*ubi DD. omnes & l.* 3. *§. ſubtiliùs ff. de condit.*
*cauſ. dat. leg. aliquam rem ff. de acq. poſſeſſ. Ruin.*
*conſ.* 40. *nu.* 12 *lib.* 1. *Curt. jun. conſ.* 17. *num.* 8.
*Aretin. conſ.* 14. *nu.* 8. *Socin. jun. conſ.* 113. *num.*
3. *lib.* 1. *cum Aliis apud Andreol. contr.* 56. *num.*
19. *& nu.* 20. *ubi de ratione p.* 1. *Manſ. conſult.*
380. *ſub nu.* 26. *lib.* 6. *Alciat. de præſumpt. reg.* 3.
*præſ.* 21.

34 Tùm ex parte Utriuſque quia certum eſt, in
hoc utrumque ſaltem erraſſe: Uxorem ſanè, dùm
exiſtimavit, bona præfata remanſiſſe in hæredi-
tate paterna, ob idque cecidiſſe ſub promiſſione
conſtituendi illa in dotem, ſeù ut prætenditur in
35 fundum dotalem: Virum autem, dum fortè pu-
tavit, quòd, cum eadem bona, uti feudalia Cu-
riæ Podii, & ſic ſubjecta caducitatibus, eſſent
de juribus D. Marchionis Soceri, ac domini di-
recti, qui promiſſionem inveſtiendi filiam (ac re-
ſpectivè Sponſam, & Uxorem) de omnibus ca-
ducitatibus ſuccedendis in eadem Curia, *in ri-*
*guardo alla perſona di S. E. Spoſo*, emiſerat in
Capitulis matrimonialibus §. *in oltre per moſtra-*
*re*; adhuc, poſt obitum illius, non obſtantibus
acquiſitionibus de ipſis, ut ſuprà factis, deberent
comprehendi in dicta promiſſione conſtituendi ea
36 in dotem: Quæ utique exiſtimationes fuerunt er-
roneæ; nàm hujuſmodi promiſſio non extende-
37 batur ad talia bona jam poſita extrà hæreditatem
paternam, ut *ſuperiùs tangebatur*: quo fit, ut ſi-
cuti hinc conſtat de errore utriuſque detecto ſta-
tim ac res aliter, ut modo ſe habet, *l. ſi poſt di-*
*viſionem. C. de jur. & fact. ignor. Valenzuel. conſ.*
129. *nu.* 21. *lib.* 2. *Cyriac. contr.* 35. *nu.* 19. *tom.*
1. *cum aliis in mea colluct. leg.* 27. *num.* 75. *vol.* 1.
*& colluct.* 27. *num.* 98. *ac colluct* 28. *nu.* 39. *vol.*
2. additur *Rota in recent. deciſ.* 60. *nu.* 20 *& dec.*
38 227. *num.* 17. *p.* 19. ita ſequitur, apparere defi-
cientiam conſenſus eorundem, junctimque inſubſi-
ſtentiam aſſertæ conſtitutionis horum bonorum in
fundum dotalem, *l. ſi per errorem ff. de juriſd.*
*omn. judic. unita cum l. non fatetur ff. de confeſſ.*
*Cyriac. d. contr.* 35. *num.* 16. *& ſeqq. Rota in rec.*
*dec.* 169. *num.* 11. 12. *& dec.* 346. *à numer.* 15.
*p.* 19.

39 Tùm denique, quia Jugales ipſi, tàm in ſup-
plicando pro habilitatione vendendi hæc bona,
quàm in illorum alienatione, non uſi fuerunt ter-
mino, quòd eſſent fundus dotalis, ſed quòd
eſſent ſubjecta doti, aut eſſent de dote D. Don-
næ Eleonoræ, nec eſt præſumendum, ſi in præ-
citato antecedenti inſtrumento, habuiſſent men-
tem, ac intentionem conſtituendi ea in fundum
dotalem, quinimo ſi ipſa ſic verè conſtituiſſent,
quod qualitatem hanc tacuiſſent Sereniſſimo Do-
mino, nec propalaſſent Emptori, cum aliter Celſ.
Suam potuiſſent circumvenire, ac Emptorem de-
cipere, quæ omnia repugnare ſublimioribus eo-
rum Natalibus, & eximiæ ipſorum nobilitati, cla-
rè depromitur à qualitate Nobilium, pro quibus 40
ſemper benè eſt præſumendum, & in quibus vi-
get præſumptio ſummæ integritatis, ac ceſſat om-
nis ſiniſtra ſuſpicio fraudandi; *ex Felin. in c. ſu-*
*per his de accuſ. Luc. de Penna in l.* 3. *verſ.*
109. *C. de apoch. publ. lib.* 10. *Gratian. diſcept.*
625. *nu.* 27. *lib.* 4. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5.
*præſ.* 4. *nu.* 6. *vol.* 2. *de quibus in mea colluct. leg.*
17. *num.* 32. 37. *vol.* 1. In tantum, ut cum dein- 41
de, abſque alia ulteriori expreſſione devenerit ad
alienationem, utique demonſtrarunt mentem, &
intentionem eorum fuiſſe, ut ipſa bona fuerint
conſtituta ſimpliciter in dotem, non autem in
fundum dotalem, ut in iſtis terminis, & ab hac
obſervantia ſic arguebat *Rota in rec. deciſ.* 113.
*nu.* 4. *p.* 3. *& dec.* 436. *ſub nu.* 4. *p.* 4. *tom.* 2. *re-*
*latis in dec.* 15. *nu.* 4. *verſ. tùm & clarius, ac num.*
5. *p.* 17.

Et per hæc inſimul unita (& cæteris quoque 42
*inferiùs tradendis* firmiter jungenda) conſtare de
qualitate dotis, non autem de fundo dotali, cum
ad ipſam qualitatem inducendam, ac probandam
ſufficiant etiam leviores probationes, nullatenus
eſt ambigendum, prout allegatis *Surd. conſ.* 94.
*nu.* 26. *Menoch. conſ.* 98. *n.* 15. *& Gratian. diſcept.*
306. *n.* 34. *firmavit Rota in rec. dec.* 10. *ſub n.* 10.
11. *p.* 16.

## ARTICULUS SECUNDUS.

### *Reſolvuntur objectiones nonnullæ in contrarium factæ.*

NEque obſtant ea, quæ adverſus educta ſu- 43
periùs ab inſtrumento dotali in medium affe-
runtur, & potiſſimum

Quòd, cum nulla præceſſerit promiſſio quan-
titativa, minuſque æſtimatio bonorum prædicto-
rum, vel conventa, vel facta, nequeant motiva
illa attendi, & operari, ex quo *Doctores, ac De-*
*ciſiones*, maximè *Rotæ Romanæ* ea firmantes pe-
culiariter inniti videantur hujuſmodi promiſſioni,
aut æſtimationi; contrarium, ea ceſſante dictu-
ri, ut *lectura oſtendit*, & pro conſequenti ſunt
*jura undique vulg.*

Quoniam, licèt *in Doctrinis, & Auctoritatibus* 44
*allegatis*, fiat mentio, ut plurimum de dicta pro-
miſſione, ſeu de æſtimatione, aut conventa, ut
facienda, aut præcedenter facta; non eſt tamen,
quod quando ſatis conſtat, ut nunc partes voluiſ-
ſe tradere, ac reſpectivè recipere bona in dotem,
& pro dote cum obligatione recipientis de reſti-
tuendo eum, *additis clauſulis translativis domi-* 45
*nii bonorum*, quæ dantur pro illa, quæ nihil aliud
eſt in propoſito, quàm pretium, quo ipſa bona
æſtimari debent, & æſtimantur, ut cum *Bald.*
*in l. quoties nu.* 9. *in fin. C. de jur. dot.* notatur
*ab omnibus hactenus adductis, & inferiùs addu-*
*cendis*, poſſit dici deficere æſtimationem, utpo- 46
tè ea, quæ miniſterio legis, vel officio Judicis
debet haberi pro facta, juxta valorem ipſorum bo-
norum de tempore traditionis, & reſpectivè re-
ceptionis currentem.

In hac enim materia ad diſcernendum, nùm 47
bona tradita, & recepta, ſint in dotem, atque
ideo translata, quoad eorum dominium in virum,
& deinde ſubjecta reſtitutioni (eveniente caſu)
quoad æſtimationem, non quoad corpora, vis non
conſiſtit in conventa, vel facta eadem æſtimatione;
ſed



ſed conſiſtit in mente, & voluntate contrahen-
tium, ſcilicet tradentis, & recipientis talia bo-
na; dum enim ea, ut tradita, & recepta fuerint
in dotem, cum *tot, tantiſque clauſulis*, quibus
dominium in recipientem repetitis vicibus transfer-
tur, neceſſariò vigore illius, debent conſiderari,
ut æſtimata, adeo ut ſaltem de æquitate (omiſſo
rigore juris ſtrictiſſimi) in nihilo obſtet, vel omiſſio,
vel incertitudo æſtimationis, veluti declarandæ à
natura actus, à ſolito, ab arbitrio boni viri, ſeu
officio Judicis, juncto ſemper miniſterio legis, *ut,*
*ſuprà*, quemadmodum (prætermiſſis *Scribentibus*
*generaliter*) in ſubjecta materia, totum hoc mo-
tivum deſumitur, & fundatur in traditis cum *tex.*
*in l. cum poſt §. gener. ff. de jur. dot. & in l.* 3. *C. de dot.*
*promiſſ. à DD. in l.* 1. *ff. ſolut. matrim. Crot. in l. ſi quis*
*pro emptore n.* 65. *ff. de verb. ſignific. Caroc. de locat.*
*rubr. de merced. omiſſ. q.* 2. *à n.* 6. *ubi multos cumulat. ac*
*de merced. incert. q.* 4. *à n.* 1. ubi pariter *ſub n.* 3. plu-
rimos alios adnectit. *Pacion. eod. tract. c.* 17. *n.* 34.
*Aſin. de execut. §.* 7. *c.* 270. *n.* 8. *verſ. ſecundo lo-*
*co, & n. n. ſeqq. Spino de teſtam. gloſ.* 10. *princ. ex*
*n.* 15. *Bald. Novel. de Dote p.* 6. *princ. privil.* 9.
11. *Boſſ. eod. tract. c.* 8. *n.* 115. *& ſeqq.* ubi rejicit
contrarium tenentes. *Card. de Luca eod. tit. diſc.* 69.
48 *ex n.* 4. 6. *&* 7. *utrobique in fin.* ubi de danda actio-
ne præſcriptis verbis, vel concedenda æquitate, *ac*
*num.* 8. *& diſc.* 151. *num.* 11. *&c.* 158. *n.* 20. *verſ.*
*præterea, ac infra lib.* 6. *Card. Mantic. de tacit. &*
*ambig. convent. lib.* 12. *tit.* 12. *to.* 1. *Calvin. de æquit.*
*c.* 138. *num.* 7. *cum ſeqq. & per tot. lib.* 2. *Afflict.*
*dec.* 337. *num.* 9. 10. *& ibi Urſil. in addit. num.* 1.
*accedit Rota cor. Card. Seraphin. deciſ.* 1207. *num.*
1. *in fin. verſ.* non obſtat, quòd in caſu propoſito
non conſtet de æſtimatione, quia ea cenſetur
à lege facta pro pretio, quo tunc valebant. *tom.*
2. *& in recent. dec.* 69. *nu.* 15. *p.* 15. *& dec.* 10. *n.*
3. *verſ.* & quamvis in conſignatione ſtabilium non
præceſſerit æſtimatio, per quam facta ſit emp-
tio, & venditio, ea tamen cenſetur facta à lege
pro pretio, quo tempore aſſignationis bona valebant.
*p.* 16. Quod & convincitur; dum certum eſt in
jure, & apud *DD. omnes inhærentes textui aper-*
49 *to in l. fin. C. de contrah. vendit.* quod idem eſt,
nullum pretium, nullamve æſtimationem inter-
veniſſe in contractu venditionis, & emptionis;
ac idem pretium, eamque æſtimationem fuiſſe
remiſſam, & collatam in aliquam certam perſo-
nam, & ejus arbitrium, nullo deinde per eam pretio
arbitrato, nec æſtimatione facta, quia, vel non
potuit, vel noluit ſuper uno, & altera arbitrari;
adeo ut exinde ipſe contractus ſit omninò irritus,
ac habeatur pro non facto, ut præter *d. l. fin. cum*
*aliis juribus, rationibus, ac auctoritatibus permultis*,
plenè diſcuſſa materia, demonſtratur, & conclu-
ditur *à DD. congeſtis in mea colluct. leg.* 49. *num.*
18. *verſ. ita ut, ſi idem pretium vol.* 1. *inter quos*
*ſignanter Gratian. diſcept.* 254. *ubi de Luca num.*
16. *& diſcept.* 318. *lib.* 2. *Cyriac. contr.* 255. *num.*
20. *lib.* 2. *contr. diſcept. forenſ. cauſ.* 6. *tom.* 1.
*Laurent. dec.* 28. *Surd. dec.* 64. *num.* 13. *& dec.* 82.
*num.* 114. *Card. de Luca d. diſc.* 158. *n.* 20. *lib* 6.
*& tit. de empt. diſc.* 4. *à n.* 8. *lib.* 7. *Rota in recent.*
*deciſ.* 172. *&* 248. *p.* 6. *cor. Merlin. dec.* 567. *con-*
*firmata dec.* 605. *tom.* 2.

50 Non ſic tamen eſt in contractu dotis, ſeu in
terminis dotalibus, in quo etiam non facta ali-
qua declaratione pretii, ſeu æſtimationis bono-
rum viro traditorum per perſonam, cui, & in cujus
arbitrium eadem declaratio fuerat remiſſa, & ita
non obſtante, quod inde debuerit haberi ipſe
contractus, ac ſi circà dicta bona nullum adfuerit
pretium, nullave æſtimatio interceſſerit; Supple-
tur miniſterio legis (ubicunque, ut nunc, fuerit
celebratus ipſe contractus dotis inter virum,
& uxorem, *cum clauſulis* translativis, ut ſupra
dominii bonorum in dotem conſtitutorum, & tra-
ditorum, in ipſum virum) pretium, & æſtimatio
eorundem, juxtà valorem de tempore conſtitu-
tionis, & traditionis ad arbitrium boni viri,
ut colligi, & videri poteſt apud *Socin. ſen. conſ.*
47. *ſub num.* 8. *lib.* 1. *& conſ.* 60. *lib.* 3. *Gratian.*
*d. diſcept.* 254. *ſub num.* 52. *& ſeqq. Conciol. al-*
*leg.* 6. *num.* 62. ubi *in fin.* quod verè eſt commu-
nis opinio *DD.* in judicio ſequenda. *Et multos*
*dat concordantes Giurb. ad conſuet. Meſſan. c.* 15.
*gloſ.* 1. *num.* 8. 9. 10. *Rubeus in ſingular. p.* 1. *fol.*
*mihi* 527. *num.* 46. *tom.* 1. *Cardin. de Luca tit.*
*de dote d. diſc.* 158. *n.* 20. *verſ. ſecundo caſu*, ubi 51
benè conſiderat, quòd ſi fortè tota dos conſiſteret
in mobilibus, ſi æſtimatio eorum miniſterio legis
non haberetur pro facta, poſt aliquod longum tem-
poris ſpatium, ob illorum deteriorationem, &
forſan conſumptionem, mulier remaneret in-
dotata; *& in verſ. ac tandem*; ſubdit *in fine*;
quod infiniti, per viros verſutos parari poſſent
laquei ſimplicibus mulieribus, earumque bona
per uſum ita conſumi, abſque reſtitutionis incom-
modo, & periculo, *ac in verſ. ſeque neque rele-*
*vat*; hanc eandem ponderationem adaptari doti
conſiſtenti in ſtabilibus, inquit, quia frequentior
quoque ſolet eſſe deterioratio, quàm melioratio
rei per alienas manus gubernatæ, & idcircò aptanda
eſt lex ad ea, quæ frequentiùs accidunt, plenè
*Boſſ. eod. tract. de dote c.* 8. *n.* 152. 153. ubi hinc in-
dè rationes, & *Doctores adducit*; & tandem *n.* 154.
concludit, ſibi videri, nullo modo, ſaltem in praxi
eſſe recedendum ab hac ſententia, utpotè commu-
ni, doti, & matrimonio favorabili, & ſolidioribus
fundamentis fulcita. *Rota cor. Summo Pontifice Pam-*
*phil. dec.* 2. *nu.* 4. *ac dec.* 397. *n.* 3. *extenſa in rec.*
*dec.* 623. *ſub n.* 3. *p.* 1. *ac alibi in locis ſuperiùs in-*
*dicatis.*

Maximè, cum *in hac Patria Mant.* adſit *Stat. in* 52
*rubr. de Dotib. & Dotium reſtitution. & ear. Gabell.*
quo cavetur, quod, *ſi res traditæ etiam inæſtima-*
*tæ datæ fuerint, res ipſæ per judicem, ſeù per æſti-*
*matorem per ipſum aſſumptum æſtimentur, & æſti-*
*mari debeant, ſecundùm quam æſtimationem gabel-*
*la ſolvi debeat.*

Et ſubindè fateri oporteat, quòd partes præ- 53
dictæ, quæ *tot reiteratis clauſulis* voluerunt, do-
minium dictorum bonorum fuiſſe translatum in vi-
rum ea recipientem, cogitaverint etiam de illorum
æſtimatione, jam quod ſcientes, eam vigore
*Stat.* fore faciendam, cum eo ſe conformare vo- 54
luiſſe, eſt cenſendum *l. ſi duo ff de acq. hæred.*
*Decian. conſ.* 30. *n.* 43. *lib.* 2. *Scaccia conſ* 73. *n.* 73.
*Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 43. *lib.* 2. *Ego ipſe*
*colluct.* 48. *n.* 51. *vol.* 2. *Ferentil. ad Buratt. dec.* 838.
*n.* 13. *t.* 3. *Rota cor. Cavaler. dec.* 583. *n.* 5. 9. *& in*
*recent. dec.* 107. *n.* 5. *p.* 17. *& dec.* 392. *n.* 24. *p.* 18.

Et ſucceſſivè, quòd omiſſio quoque æſtimatio-
nis talium bonorum in illorum conſtitutione, &
traditione, nequeat eſſe in objecto.

Etiam ſi ea debuerit fieri ad alium effectum, 55
nempè pro ſcienda quantitate gabellæ perſolven-
dæ, quàm ad effectum venditionis, & emptio-
nis: cum nunc *Statutum ipſum* non inducatur, ad
hoc, ut ex eo comprobetur præcisè effectus iſte
poſtremus, ſed ad hoc, ut, ſtante mente, & vo-
luntate partium, transferendi dominium dictorum
bonorum, ut verè mediantibus *reiteratis clauſu-*
*lis præmiſſis* cum ſubſequenti traditione, fuit



transla-

translatum, non poteſt dici defeciſſe illorum æſ-
56 timationem, nedum mandatam *à Statuto*, verùm
& vigore, ac miniſterio legis volitam ab illis,
perfectionem deindè totalem translationis ipſius
dominii, & venditionis, ac emptionis præbenti-
bus, mediante actuali traditione eorundem bo-
norum Viro facta ex traditis *à Rota cor. Summo
Pontific. X. Pamphil. d. dec. 2. n. 6. ubi concord.*
maximè *cor. Seraphin. dec.* 1480. *ſub n. 9. 10. tom. 2.*
57 Juncta etiam *in hac Patria* exiſtentia publico-
rum æſtimatorum, qui, ubi deficiat *lex*, conſtitu-
unt pretium, ut indè venditio, & emptio valeat.
*Poſſidon. de empt. & locat. lib. 2. dub. 3. n. 15.*
58 In nihilo refragante, quòd tàm D. Donna E-
leonora dederit dicta bona, quàm D. Princeps
Vir ea receperit expreſsè *inæſtimata*; quo caſu,
cum pateat illorum mens, & intentio, inania,
tacita argumenta ad eliciendum contrarium non
ſunt adhibenda; & illa æſtimatio derivans à mi-
niſterio, ſeù proviſione legis non eſt attendenda,
59 ſtante hac Conjugum ſive Contrahentium pro-
viſione *l. cum ex filio ff. de vulg. & l. ult. C. de pact.
Convent. Barboſ. axiom. 195. ex num. 1. ubi
plenè Otton. Tabor. in Addit. reportat. per Bech-
told. in theſaur. juriſpr. lib. 14. cap. 104.
axiom. 5. tom. 2. Rota cor. Bichio dec. 650. nu. 15.
tom. 2.*
60 Siquidem (ultrà reſponſionem *mox proximè
dandam*, per quam obex iſte penitùs removebi-
tur) cùm proviſio derivans à miniſterio legis in hac
materia ſit ordinaria, & jure communi nitatur,
non fuit ſublata per dationem, & receptionem
dictorum bonorum inæſtimatorum, licèt præ ſe
ferat proviſionem contrahentium; ex notatis per
*Cyn. Bart. & Bald. in l. emphyteuticariis C. de jur.
emphyt. Jaſ. in l. item, quia ſub numer. 4. ff. de
pact. Alex. in l. ſi cum dotem ſub num. 4. ff. ſolut.
matrim. cum aliis allegatis per Modeſtin. Piſtor. q.*
48. *n.* 60. ubi etiam de communi *p. 1. Novel. de
dote p. 6. priv. 68. n. 1.*
61 Et eatenùs poſſet ſolùm attentari, non debe-
re attendi æſtimationem inductam miniſterio legis,
quatenus, Vel proviſio contrahentium fuiſſet con-
cepta cum generali excluſione cujuſvis æſtimatio-
nis, tàm habitæ pro facta tempore dationis, &
receptionis bonorum, quàm in futurum faciendæ,
ſeu itidem habendæ quomodocunque pro facta;
62 quod brevius dicitur, bona ipſa ſemper debe-
re eſſe inæſtimata, non obſtante quacunque eo-
rum appretiatione, ſeu æſtimatione; ut in caſu
Franciſci ab *Eccleſ. conſ. 30. n. 2. inter conſ. feudal.
diverſ.* ubi conventum fuit, bona tradita ſemper
obtinere debere idem jus in quocunque contractu,
ſicuti ſi eſſent inæſtimata, cujus meminere *Me-
noch. conſ. 1209. num. 7. lib. 13. D. Gobius conſult.
131. n. 25. ac in eadem Cauſa Ego ipſe collucт. leg.*
63 20. *n.* 230. 231. *vol. 2.* Vel eadem proviſio contra-
hentium fuiſſet prorsùs ſimplex, abſque adjec-
tione ulla, cujus vigore non potuiſſet deveniri per
virum recipientem ad diſtractionem talium bono-
rum, & devento ad illam, non ceſſaſſent ipſa bo-
na eſſe ſub dominio uxoris ea tradentis; ſecùs
è contra, ut in hoc caſu, dum propter concurſum
circumſtantiarum *ſuperiùs* allatarum, nedum fuit
diſceſſum à ſimplici proviſione, ſed fuit tàm ultra
proceſſum, ut neceſſariò (adhibita per D. Prin-
64 cipem Virum facultate ſibi tradita circà talia bona,
ut vere deindè adhibuit, ſicuti *latiùs mox dicetur*)
fuerit opus miniſterio, ac proviſione legis, pro
inducenda illorum æſtimatione; cui proviſioni
cum non extiterit contraria proviſio contrahentium,
quin imò cum illa convenerit, objectum proce-
dens duntaxat, ubi dicta facultas non fuiſſet adhi-
bita, nec in eſſe deducta, adeo ut bona tradita
reperirentur penès D. Principem, ſeù ejus Hære-
des, nullatenus locum habere poteſt, ubi eadem
bona, vigore ipſius facultatis exierunt à D. Prin-
cipe, & fuerunt in alium, nunc D. Marchionem
Stozzium, translata, apud quem modò reperiun-
tur; quemadmodum, juncta declaratione *paulò
infrà tradenda*, ſatis deſumitur *à Surd. conſ. 34. n.
34. verſ. ſecundo, quia lib. p. de quo Barboſ. d. axi-
„ om. 195. verſ.* quando hominis proviſio cum le- 65
„ gis proviſione poteſt concurrere, nec illi con-
trariatur, & tunc legis proviſionem non facit de-
ficere, *repetit per Bechtold. in theſaur. l. 14. d. c.*
604. *ſub axiom. 5.*
Minùs officit, quòd nedùm fuerit dictum, dicta 66
bona dari, & tradi *inæſtimata*, verùm, & addi-
tum fuerit, *ita ut ſit fundus dotalis*; quæ verba,
tanquam clariſſima debent removere in hoc, &
removent omnem dubitationem, ac omnem dubi-
tandi ſcrupulum, operando, ac manifeſtando hæc
bona *inæſtimata* fuiſſe fundum dotalem; ut in ter-
minis inquiunt *DD. & Deciſion. S. Rotæ Roman.* cu-
mulatæ *per Me extenſorem Deciſionis Senatus Man-
tuæ in Cauſa Agnella, & Gonzaga, regiſtrata in d. Mea
collucт. leg. 20. n. 229. vol. 2.* addo *D. Gobium, &
alios per eum congeſtos d. conſult. 131. n. 18. verſ. è
converſo autem, & n. 19.*
Reſpondetur namque, non ſolùm ex concurſu 67
recenſitarum qualitatum & circumſtantiarum ſua-
dentium multas, eaſque inſigniores in jure repug-
nantias, jam adductas, cum fundo dotali proprio,
ac vero, non poſſe dicta bona, etiam data, & tra-
dita *pro fundo dotali* ſeù *ita ut ſint fundus dotalis*,
accipi, & aſſumi, ut fundus dotalis proprius, &
verus, ſed ut improprius, & non verus, importans
tantummodò ſpecialem hypothecam, & majorem
cautionem pro uxore, adeò ut ſola nominatione, 68
& verbis, non autem effectu, & natura (ſemper
præferenda) ſit talis, ut in conſimilibus termi-
nis, & ad evitandum fundamentum jactum ſuper
talibus verbis *pro fundo dotali*; ſeù, *ita ut ſint
fundus dotalis*, ubicunque non fuit conventum (ut
modò) quòd bona ſint fundus dotalis, ac taliter
permaneant, ut in caſu reſtitutionis, illa ſola re-
ſtitui debeant, & reſtituantur, latiſſimè compro-
barunt *Menoch. d. conſ. 1209. num. 14. verſ. primo
adſertur cum n. n. ſeqq. Conciol. alleg. 6. n. 37. 48.
lib. 1. Aliique plures, quos Ego ipſe adduxi in d.
mea collucт. leg. 20. nu. 258. ubi etiam multas dedi
Deciſiones Rotæ Romanæ, inter quas in recent. dec.
277. n. 18. 19. p. 15. dec. 77. p. 16. dec. 34. n. 25. p.
17. dec. 280. & dec. 379. n. 15. part. 18. addo, &
dec. 392. ſub num. 1. 2. 3. 4. p. 19. ac Annotation.* 69
*ad Pamphil. dec. 2. n. 14. verſ.* Verba *pro fundo*
„ *dotali* non alterant contractum, nec tollunt
„ difficultatem, ubi diſputare contingat, an dos
„ conſiſtat in quantitate, vel potius in fundo,
„ cum valeant importare ſpecialem hypothecam,
„ quando aliundè colligitur, dotem in quanti-
„ tate fuiſſe conſtitutam, & non ſtrictè acci-
„ pienda, prout propriè intelligitur fundus dotalis,
„ ſed ita interpretantur, quòd res data ſit in ſolu-
„ tum, & in fundum dotalem, ſcilicet in cauſam
„ contractus dotalis, *cor. Card. Cerro deciſ. 874.* 70
„ *ſub num. 2. verſ. Domini ponderarunt*, quòd
„ verba *pro fundo dotali*, tunc tantummodò intel-
„ liguntur ſtrictè de proprio, & vero fundo dota-
„ li, quando nulla prorsùs contrarietas, vel repu-
„ gnantia concurrit, in quibus terminis loquun-
„ tur, & intelligi debent *Doctores, & deci-
„ ſiones allegatæ in præcedenti deciſione* (nempè
790. à



„ 790. à qua tunc receſſum fuit) aliàs autem con-
„ currente contrarietate, & repugnantia, proùt
„ hìc, præfata verba capiuntur pro fundo dota-
„ li largè, & impropriè, *tom. 3. & dantur con-
„ cordan.*
71 Verùm, & de adjecta illa qualitate, *ita ut
ſint fundus dotalis*, non eſſe in præſenti curandum:
quia, etiamſi dicta bona tradita, ut ſuprà inæſtima-
ta fuiſſent fundus dotalis, ſeu debuiſſent conſide-
rari, ut fundus dotalis; dum tamen fuerunt data
D. Principi Viro cum facultate alienandi, & ven-
dendi importata, ſine ullo dubio, tùm à clauſula
72 *Ad habendum &c. & quidquid deinceps perpetuò
placuerit faciendum*, ex multis allatis *in Mea col-
lucт. leg. 17. num. 94. 95. vol. 2. junctis Me-
noch. conſ. 1. num. 128. conſ. 87. à num. 15. ad
19. & conſ. 88. num. 1. lib. 7. ac conſ. 361. num.
39. lib. 4. Barboſ. clauſ. 4. à num. 7. Cæteriſque
hìc allegatis ſuprà in §. quartò fortiùs, ac addun-
tur Rubeus in ſingul. p. 4. clauſ. 4. §. 4. &
clauſ. 140. numer. 1. 7. 21. & clauſ. 310. tom. 2.
Conciol. alleg. 7. num. 12. & alleg. 24. numer. 10.
11. lib. 1. Gratian. diſc. 588. num. 5. lib. 3. D.
Gobius conſult. 141. ſub numer. 20. 21. Rota
poſt Pacific. de ſalv. interd. dec. 172. num. 2. &
in recent. dec. 74. num. 15. p. 6. dec. 305. num. 5.
& dec. 312. num. 2. 3. p. 19.* tùm, & à clauſula
73 *Fecitque & conſtituit eundem procuratorem ſuum
irrevocabilem, poſuitque ipſum in ejus locum, ut in
rem propriam*, per quam, unà cum translatione
dominii, fuiſſe etiam datam facultatem alienan-
di, & pretium in propriam utilitatem converten-
di, ajunt *Alex. in l. in provinciali. §. ſi ego. nu-
mer. 9. ff. de verb. oblig. Fulgoſ. conſ. 202. num.
1. verſ. ſed & dato, Menoch. conſ. dict. 361. ante
num. 39. lib. 4. & d. conſ. 1219. num. 10. lib. 13.
Rubeus in ſingul. p. 4. clauſ. 536. num. 6. tom. 2.
Melius obſ. forenſ. 107. num. 5. Capyc. Galeot.
contr. 31. numer. 49. lib. 1. Monach. de feud. c. 38.
num. 30. latè Bertazzol. de clauſ. inſtr. clauſ. 28. &
clauſ. 24. cum ſuis gloſ. Barboſ. clauſ. 71. Dexart.
dec. 28. n. 3. Rota cor. Dunozet. jun. dec. 421. n. 4.
tom. 1.*
74 Neceſſe eſt fateri, quòd iſtiuſmodi bona po-
tuerunt tantùm conſiderari, aſſumi, & eſſe fun-
dum dotalem, quouſque non fuerunt per D.
Principem alienata, & quouſque ipſe uſus non
fuit facultate ſibi data, & tributa illa alienandi; ſecùs
autem poſt factam eorum alienationem, & poſtquam
D. Princeps uſus fuit eadem facultate, ut in præ-
ſenti, nam hoc caſu nequeunt ampliùs talia bona
conſiderari, & aſſumi, uti fundus dotalis, cum per
ſubſequutam alienationem deſierint eſſe, nec ſint
amplius talia; neque ulteriùs ſit tractandum de
fundo dotali, utpotè, ex vi alienationis, non exi-
ſtente ampliùs in rerum natura, cum ſucceſſiva
ceſſatione omnium qualitatum, quæ de fundo
dotali, & circà fundum dotalem habentur per
*Jura & Doctores*, de eo loquentes; veluti, ſine
ſubjecto non ſtantium; & ſublato ſubjecto corru-
entium; quemadmodum, ultra *Alios* firmat bene
*Nonius conſ. 52. n. 8. & conſ. 106. ſub n. 10. 11. 12.
verſ.* tunc ex clauſula *ad habendum &c.* cenſeri
renunciatum juri fundi dotalis; cum alienatio eſt
„ ſubſequuta, non autem ante, *& n. 13. Ludo-
„ vic. comm. concl. 10. limit. 12. verſ.* fundus do-
„ talis inæſtimatus non deſinit eſſe dotalis, licèt
„ fuerit conceſſa licentia alienandi viro ejus ar-
„ bitrio, nam non dicitur ſemper eſſe in ejus arbi-
„ trio, ſed alienatione ſecuta, *Giurb. ad Conſuet.
„ Meſſanen. c. 15. gloſ. 1. n. 16. verſ.* ſi inæſtimatus
„ viro datus ſit fundus, cum alienandi licentia,
„ tunc fundi pretium reſtituendum eſt, ſi alienet,
„ aliàs dotalis ſemper res erit, *& dat concordantes.*
Ob quam ſanè Concluſionem (multis etiam 75
comprobatam *conſimilibus doctrinis*, per *eoſdem
D. D.*) ſicuti ceſſant *Omnes Auctoritates, & Deci-
ſiones Rotæ* remiſſivè *in contrarium adductæ*, in di-
verſis caſibus loquentes, & ſignanter cum eis red-
ditur inadaptabilis *Deciſio hujus Senatus in Cauſa
Agnella, & Gonzaga*, in cujus caſu D. Marchio 76
Vir non alienaverat bona ſibi tradita, nec uſus fu-
erat facultate alienandi ſibi tributa, ſed illa reperie-
bantur penès ejus Hæredes obligatos ad reſtitutio-
nem: Ita ſequitur, cumulatis omnibus hactenùs
allatis; Nunquam bona, de quibus tractatur, fuiſ-
ſe conſtituta, & data in fundum dotalem, ſaltem
verum, & proprium, ex voluntate Contrahenti-
um, nempè, Uxoris conſtituentis, & dantis, ac
D. Principis Viri recipientis.
Et quatenus aliter poſſet dici, eadem bona ceſ- 77
ſaſſe, ac deſiiſſe eſſe fundum dotalem, ob aliena-
tionem ipſorum deinde ſequutam, & factam, jux-
ta facultatem in illorum conſtitutione, & datio-
ne attributam, non tantùm per D. Principem
Virum (ad hoc pluſquam ſatis, ſecundùm præ-
dicta) ſed junctim à D. Donna Eleonora Uxore; 78
quæ huic alienationi accedendo (& quidem etiam
interveniente diſpenſatione *Suæ Celſ. ut inferiùs
reaſſumentur*) illud ſummè animadvertendum oſ-
tendit, voluntatem, & mentem ſuam fuiſſe,
dicta bona per eam conſtituta, & data D. Prin-
cipi licèt inæſtimata, & cum expreſſione, *ita ut
eſſent fundus dotalis*, non fuiſſe nihilominùs ſub-
jectata, & ſuppoſita regulis, ac legibus diſpo-
nentibus de vero, & proprio fundo dotali, cum
aliàs fuiſſent inalienabilia, & tamen, uti aliena-
bilia ex qualitatibus, *ut ſuprà* adjectis, ea cum Viro
alienavit; ſuccedente indè obſervantia tali, ut benè
firmatio Concluſionis ſuperiùs poſitæ dignoſca- 79
tur, dum apud *Omnes* in comperto eſt quòd
qualis fuerit mens, voluntas, & intentio con-
trahentium, deprehenditur ab obſervantia poſt-
modum ſubſequuta, ac per eos ſervata, *Spada
conſ. 262. num. 4. & conſ. 263. num. 6. lib. 2.
Rota in rec. deciſ. 164. num. 11. p. 15. dec. 307.
num. 12. 42. p. 18. cor. Pegna deciſ. 592. num. 7.
tom. 1. cor. Manzaned. dec. 94. n. 21. cor. Gregor.
dec. 511. n. 8. cor. Buratt. dec. 85. n. 4. cor. Dunozet.
„ jun. dec. 836. n. 23.* ubi, quod ab obſervantia om- 80
„ nis removetur ambiguitas, & certa reſultat con-
„ ventionum, & voluntatis partium declaratio;
quod dictum fuit *per me reaſſumptum in collucт. leg.
19. n. 54. & collucт. 20. n. 115. 116. vol. 1. ac col-
lucт. 20. n. 208. & collucт. 50. 123. vol. 2.* quibus 81
etiam in locis ſubdidi, quòd obſervantia manifeſtat,
qualis fuerit forma, & natura contractus *D. Go-
bius de monet. q. 6. ante n. 38. Mantic. de tacit.
& ambig. convent. lib. 2. tit. 1. ſub n. 5. tom. 1. Rota
cor. Pegna dec. 105. n. 7. tom. 1. & in recent. dec.
456. n. 8. ad fin. p. 4.* & in propriis terminis præ- 82
ſentis materiei, quòd bona non cenſeantur fuiſſe
data, & conſtituta in proprium, verumque fun-
dum dotalem (licèt non deeſſent motiva contrarium
ſuadentia) ex vi obſervantiæ ſubſequutæ, nempè
quando uxor, vel aſſenſit, vel non contradixit
diſpoſitioni de illis factæ per maritum, tanquam
de bonis in ſe ipſum ratione dominii, ac liberæ
diſpoſitionis translatis, reſolvit *Rota in recent.*
(adductis prius *dec. 113. num. 4. p. 3. & dec. 436.
ſub num. 4. p. 4. tom. 2.* loquentibus in terminis
quoquè fortioribus) *dec. 15. numer. 4. verſ.
tùm, & clariùs obſervantia ſubſequuta, ac nu-
mer. 9. & dec. 187. nu. 2. verſ. quod benè agnovit,*

*cum n. ſeqq. p. 17. ac dec. 280. n. 2. verſ. quæ, & confirmantur ex eo p. 18.*

83 Si igitur ex hactenus latiſſimè traditis, & firmatis liquidò patet, bona nunc pulſata non fuiſſe ex mente, & voluntate contrahentium conſtituta, & tradita in proprium, verumque fundum dotalem D. Donnæ Eleonoræ, ſit conſequens certiſſimum, Caput deductum ex adverſo ab hac qualitate, nec ſubſiſtere, nec attendi debere, quod & *in ſequenti Articulo confirmabitur.*

## ARTICULUS TERTIUS.

*Bona, de quibus agitur ex defectu poteſtatis non fuerunt conſtituta, ac data, ſive non potuerunt conſtitui, nec dari in proprium, verumque fundum dotalem.*

84 LIcèt ſecundùm præcedenter allata ſatis innoteſcat, mentem, intentionem, ac voluntatem tàm Uxoris conſtituentis, & dantis, quàm Viri recipientis bona nunc controverſa fuiſſe, ne hujuſmodi bona eſſent proprius, & verus fundus dotalis, adeo ut ulteriori diſpoſitione non eſſet opus, quamvis etiam ſub motivo veritatis adverſantis aliquid deduceretur, cum adhuc magis mens, intentio, & voluntas prædicta, quàm ipſa veritas
85 attendi deberet, ut dicebat *Surd. conſ. 315. num. 66. lib. 3.* & adnotabam *Ego ipſe colluct. leg. 8. n. 53. verſ. quod eſt adeò vol. 1. ac colluct. 45. n. 37. vol. 2. cum Rota cor. Gregor. dec. 265. n. 5. cor. Celſo dec. 86. n. 7.*

Nihilo minùs, quatenùs etiam partes voluiſſent aliter contrahere, & ſic conſtituere, ac reſpectivè recipere ipſa bona, ut fundum dotalem proprium, & verum: Hoc utique facere non potuiſſent.

86 Vel, quia cùm vigore Capitulorum deberent eadem bona conſtitui, & dari in dotem D. Donnæ Eleonoræ, & aſſecurari per D. Principem *per dote, & in conto di dote*; ut *dictum fuit in anteced. art. §. ſpectatis capitulis:* Non potuerunt deindè talia bona etiam de conſenſu, & voluntate Uxoris, imò per ipſammet, abſque concurſu ejus utilitatis, mutari in fundum dotalem proprium, & verum, valdè diſconvenientem à dote, & nomine dotis, ut *ibid. fuit dictum*, maximè conſtante jam matrimo-
87 nio, cum eſſet novatio, quæ Uxori dotis non expediebat, dum magis intererat, ac utilius reſultabat illi habere dotem in æſtimatione, & pecunia, ſemper aſſecuratam, ſemperque cautam, & tutam, quàm in ſpecie, & bonis ſtabilibus ob innumera pericula, & damna contingentia, nunquam regulariter ſecuram, & tutam, quemadmodum, inter *Multos per Me cumulatos in colluct. leg. 6. n. 50. vol. 1. & colluct. 20. n. 377.* ubi quod hoc *Omnes* regulariter agnoſcunt *vol. 2.* quibus additur *D. Gobius, alios adducens in conſult. 131. num. 46. & ſub num. 54. 55. Card. Cerro dec.*
88 *874. nu. 8. 9. tom. 3.* in propriis terminis, removendo fundamentum elicitum à voluntate partium, ſtante defectu earum poteſtatis in hoc propoſito, traditur *à Rota in rec. dec. 241. n. 18. 19. 20. &*
» *dec. 349. n. 3. verſ.* & denique, quia immoran-
» dum non eſt in voluntate ſcrutanda, quando ma-
» nifeſtè deficit poteſtas commutandi dotem de pe-
» cunia, in verum fundum dotalem *& n. n. ſeq.* ubi
» *n. 8.* quod ceſſat utilitas, cum mulieri utilius
» longè ſit dotem habere in pecunia, quàm in fundo dotali *p. 17.*

89 Vel, quia, cùm tractaretur de bonis feudalibus, quæ, ultrà multas ærumnas, quibus ſubjacent cætera bona allodialia ſtabilia, illam maximam patiebantur, conſiſtentem in caducitatibus, & devolutionibus, per multa capita plerunque inſurgentibus, ut *eſt notiſſimum*: pluſquam evidens eſſe debet, quod fieri nequivit dicta commutatio, vigore cujus, ſicuti ad ſolam Uxorem 90
ſpectare debebant eadem bona redacta in fundum dotalem, ut *ſuperiùs animadvertimus*; ita ſuccedente aliquo ex ipſis capitibus caducitatum, ſeù devolutionum, remanſiſſet utique reſpectu talium bonorum penitùs damnificata, & indota- 91
ta, nullo privilegio dotis conſiderato; *ad Lanar. conſ. 18. n. 5. Roſenthal. de feud. c. 9. membr. 1. concl. 18. ac alios de quibus in d. Mea colluct. leg.* 92
*20. num. 299.* cum & ipſi ceſſiſſet omnis actio, & ſpes progreſſus pro reintegratione ad bona Viri ſtante dicta qualitate fundi dotalis. *Gratian. diſcept. 489. n. 7. D. Gobius conſult. 131. n. 44. Rota in recent. dec. 367. n. 11. p. 12. dec. 349. n. 8. p. 13. dec. 277. n. 23. p. 15. dec. 15. n. 4. p. 17. & dec. 352. n. 10. p. 19.* Quod pro abſurdo ſanè ingenti, omni- 93
bus legibus exoſo, per eaſque vetito, ac prohibito fuit ponderatum poſt *l. 1. ff. de jur. dot. & l. unic. §. & cum Lex Julia C. de rei uxor. act. à Giurb. ad Conſuet. Meſſan. c. 14. gloſ. 3. ex n. 1. Aliiſque allatis per Me in colluct. leg. 6. n. 18. vol. 1. & d. colluct. 20. n. 300. vol. 2. Rota cor. Bichio dec. 394. n. 8. 9. tom. 1.*

Tùm, ac quoniam hac commutatione, & no- 94
vatione, ob quam ceſſavit utilitas Uxoris, ſupervenit, ac reſultavit utilitas Viro, qui, ea mediante remanſit unà cum ſuis facultatibus liber, & exemptus ab omnibus damnis, & periculis, quibus dicta bona erant ſuppoſita, & propter quæ, non intereſſe Uxori, habere dotem in ſtabilibus, conſiderant *DD. & Deciſiones proximè adductæ, & de ſe patet:* Cum autem extet *in hac Patria* 95
*Mant. Stat. ſub Rubr. in quib. caſib. & qualiter Uxor extenſ. penès Manſ. ſub init. conſult. 480. §. & quia lib. 5.* quo inhabilitatur Uxor quemcunque contractum, & actum, in quo cadat utilitas, ſeù intereſſe ejus Viri, facere, & inire, niſi ſervatis ſolemnitatibus ibi præſcriptis: Et ſolemnitates iſtæ nec per umbram fuerint ſervatæ in dicta commutatione, & novatione, ut demonſtrat lectura in- 96
ſtrumenti deſuper celebrati, à quo indubitanter probatur hæc negativa. *Abb. conſ. 61. lib. 1. Giovagnon. conſ. 27. n. 14. lib. 2. D. Saminiat. contr. 1. n. 3. lib. 1. D. Palma Nepos alleg. 268. num. 31.* ubi allegat *Me in pluribus locis quibus additur, & in colluct. leg. 26. num. 142. ac colluct. 49. nu. 292. ubi concord. vol. 2. Rota cor. Tribus Summis Pontificib. Gregor. XV. dec. 416. num. 5. Innocent. X. dec. 586. n. 2. & Alex. VIII. dec. 114. n. 4. ac paſſim.*

Sequitur, eandem commutationem, & novatio- 97
nem, per quam fuerit inducta, & importata conſtitutio fundi dotalis proprii, & veri, non potuiſſe per D. Donnam Eleonoram Uxorem fieri; & factam nullius eſſe momenti, & roboris; ut proſequitur ſanciendo *Stat. in d. rubr. §.* 98
*diſponimus, quòd extrà dictas cauſas, verſic. & ſi contrà fiat, non valeat contractus ipſo jure;* ac peculiariter adnotarunt *Cyriac. contr. 41. à num. 6. lib. 1. contr. 216. numer. 1. & contr. 295. num. 36. lib. 2. ac contr. 495. num. 31. libr. 3. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 5. n. 16. Surd. dec. 164.*

Tùm rurſus, quoniam bona nunc pulſata erant 99
in, & de dominio D. Principis Viri ex titulis enunciatis in *præced. artic. primo, verſ. ex quo per antecedentem n. 27.*

Unde, nullibi docto de ſubſequuta valida tranſ-

latione



100 latione eorundem in D. Donnam Eleonoram Uxorem, impoſſibile fuit, quòd illamet potuerint conſtitui, & dari in fundum dotalem, qui præſupponit dominium penès Uxorem, ne dum tunc præexiſtens, ſed etiam deindè continuans, ut *fuit ſæ-*
101 *pius animadverſum:* reſiſtente certiſſima concluſione, quòd uno, & eodem tempore nequeunt eſſe duo domini ejuſdem rei, nec dominium illius apud duos reperiri, & adeſſe poteſt, *l. ſicut certo §. ſi duobus, ff. commod. Gratian. diſcept. 900. n. 18. l. 5. Sabel. reſol. 13. n. 8. Ego ipſe colluct. leg. 7. n. 65. vol. 1. & colluct. 42. n. 106. vol. 2. Rota cor. Cavaler. dec. 147. n. 4. & in recent. dec. 127. nu. 46. p. 12.*

102 Tùm ſucceſſivè, quoniam, *ex nunc tactis*, debet præſupponi, ſeù fingi aliquis titulus, quo mediante ſequuta fuerit translatio dictorum bonorum, ejuſque effectuatio per traditionem, ad favorem D. Donnæ Eleonoræ Uxoris, ad hoc, ut de illis diſponere potuerit per modum conſtitutionis fundi dotalis, ejuſque ſubſequentis dationis factæ
103 D. Principi Viro: Qui titulus cum non ab alio, quàm ab eodem D. Principe, tunc domino ipſorum bonorum provenire valuerit; eo ipſo, quod de illo non docetur, ut adhùc doctum non fuit, cenſendus eſt, quòd fuerit titulus cujuſdam donationis; ut in conſimilibus terminis de condu-
104 cente ab aliquo ſcienter rem propriam, tanquam alienam, ut conductio intret, ac conſideretur titulus in locatore, neceſſe ſit, quod ad favorem iſtius præceſſerit quædam donatio, *poſt aliquos allatòs textus*, notatur ab *Alex. in l. ſi aliquam rem n. 10. verſ. quæ concluſio ff. de acq. poſſeſſ. de quo Thoming. conſ. 40. n. 41. verſ. ut non immerito, & n. 53. Poſſidon. de*
105 *empt. & locat. lib. 2. dub. 13. n. 30. 31.* & in aliis itidem partibus terminis de ſuſcipiente ſcienter inveſtituram rei propriæ per modum feudi, ſeù emphyteuſis, ut ad conſiderandum titulum in inveſtiente, oporteat, quòd ad ejus favorem fuerit occultata quædam donatio, deſumitur *à Burſat. conſ. 46. & nu. 17. lib. 1. Card. de Luca in ſuppl. tit. de feud. diſc. 123. nu. 2. verſ. atque pro ſpeciali p. 1. ac confert cum Aliis Poſſidon. d. dub. 13. n. 34. 35.*

Si ſic eſt (ut aliter eſſe non poteſt) dum ad dictam conſtitutionem, & dationem aſſerti dotalis, fuit deventum, conſtante jam per plures annos
106 matrimonio, obſtitit titulo, ut ſupra præſuppoſito, clara diſpoſitio juris *in l. hæc ratio §. 10.*
» ibi, Sciendum autem eſt ita interdictam inter
» virum, & uxorem donationem, ut ipſo jure
» nihil valeat, quod actum eſt, proindè, ſi cor-
» pus ſit, quod donatur; nec traditio quicquam
» valet, etſi ſtipulanti promiſſum ſit, vel accepto
» latum, nihil valet. Ipſo enim jure, quæ inter
» virum, & uxorem donationis cauſa geruntur,
» nullius momenti ſunt, *ff. de donat. inter vir. & uxor. cum multis concord. adductis per Paſſarel. de donat. lib. 1. q. 7. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. c. 13. ubi concord. Rot. ibi in calce Oper. dec. 148. n. 4. 5. & dec. 182. n. 2. ac in rec. dec. 37. n. 4. & dec.*
107 *352. n. 2. part. 14. dec. 306. n. 4. p. 15. & cor. Priol. dec. 249. ac paſſim alibi*, & quidem, ſivè dicatur, donationem fuiſſe expreſſam, ſivè tacitam, ut poſt *Socin. ſen. conſ. 66. ſub num. 2. lib. 1. & alios, benè Card. Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 1.*
» *12. 18.* ubi ait, quòd abſurdum eſſet, ut
» quis tacitè efficere valeret, quod ei expreſsè
108 » licitum non foret, *tom. 1.* Obſiſtit, & ſtrictiùs diſpoſitio *Juris Municipal. Mant. in rubr. de donat. inter vir. & uxor.* ubi procedendo ad ampliationem juris communis, nec vult, hujuſmodi donationem confirmari morte donantis præmorientis, niſi ipſe *quandocunque, vel quomodocunque expreſsè duxerit confirmand.* & eſt *per extenſum impreſs. apud Manſ. ſub init. conſult. 480. §. Quoniam de facili lib. 5.*, cujus & meminere *Cyriac.*
» *contr. 377. nu. 15. lib. 2. D. Gobius conſult. 17.* 109
» *num. 9.* ubi *num. 10.* ait, ex veriori, & ma-
» gis recepta ſententia, Statutum iſtud proce-
» dere etiam in donatione præſumpta ex *Corn.*
» *conſ. 185. ſub num. 5. lib. 2. Menoch. conſ. 5. num. 35. Tiraq. de retract donat. verb. donatione largitus n. 75. Rota apud Puteum dec. 7. n. 2. lib. 3.*

Quo ſit, (nulla extante confirmatione) ſicuti 110
indubitatum eſt, ex hujumodi donationis titulo, non fuiſſe D. Donnam Eleonoram nactam iſtorum bonorum dominium ullum, ut omiſſis generalibus, adſtruitur *in l. ſed interim, ibi dominium remanet apud eum, qui donavit,* & *l. ſi extraneus*, ibi, *propriùs eſt, ut nullum adquiſitionis dominii ejus adferat impedimentum, ff. de donat. inter vir. & uxor.* ac notat *Mantic. tit. 1. num. 13. verſ. ſed licèt.*

Ità pariter indubitatum eſſe debet, per eam non potuiſſe eadem bona conſtitui, & dari in fundum dotalem proprium, & verum, ut potè neceſſariò requirentem dominium, non tantùm præſentaneum, ſed & ſucceſſivum in uxore, *ut diximus.*

Additur, quòd erat in poteſtate D. Principis 111
viri revocare donationem, ut ſuprà præſuppoſitam; *ex vulg. jur. in tit. ff. & C. de donat. inter vir. & uxor.* ac ex eo patenti motivo, quòd hujuſmodi dona- 112
tio nullam nanciſcitur aliam naturam, niſi donationis cauſa mortis, in qua libera, ac ambulatoria eſt voluntas donantis, uſque ad mortem; conceſſa ſic ipſi facultate pœnitendi *l. 33. ff. de donat. inter vir. & uxor. & l. 1. C. eod. Barboſ. in collect. c. fin. n. 21. eod. tit. Altograd. conſ. 30. n. 31. lib. 2. Amaya obſ. jur. 10 n. 11. lib. 3. Carpzov. in juriſpr. p. 2. conſt. 13. def. 15. n. 2. Mantic. d. lib. 21. tit. 9. n. 1. 4. ac tit. 10. Paſſarel. de donat. lib. 1. q. 8. n. 2. 88. 92. Torre de pact. futur. ſucceſſ. l. 3. d. c. 13. à n. 56. Rota ibi in fin. Oper. d. dec. 148. n. 7. cor. Priol. d. dec. 249. nu. 8. & cor. Pegna dec. 1100. tom. 2. ac Aliis ubique.*

Proinde bona præfata, quatenus comprehenſa 113
ſub tali donatione, non potuerunt conſtitui, & tradi in fundum dotalem verum & proprium, utpotè repugnantem revocationi, maximè ab alieno arbitrio, ut nunc viri, ſanè dependenti; ob quam nullum dominium conſiderabile (prærequiſitum tamen in conſtitutione hujuſmodi fundi dotalis) unquam fuit penès D. Donnam Eleonoram conſtituentem, *ad l. non quodcunque §. 1. ff. de leg. 1. Decian. conſ. 48. num. 14. vol. 1. Schrader. conſ. 38. num. 10. lib. 2. Cyriac. contr. 245. n. 74. lib. 3.*

Accedit demum natura, & qualitas eorundem 114
bonorum, utique feudalium non hæreditariorum: Qua ſtante, junctimque concurrente diſpoſitione *Stat. Mant. in rubr. de dote per marit. lucrand.* ubi ſancitur, quòd non extantibus liberis Uxoris, vir *lucretur, & lucrari debeat totam dotem ſibi ab uxore conſtitutam, ſeu quovis alio modo per eam, vel ejus nomine conſtitutam, datam, ſeu etiam promiſſam.*

Non potuerunt eadem bona per D. Donnam Ele-
onoram, ſine domini directi aſſenſu, quem in facto 115
non interveniſſe ultrò admittitur, conſtitui, & dari, licet inæſtimata in fundum dotalem, cum attento *dicto Statuto*, inducta fuiſſet alienatio



tio

tio, ac eveniente caſu, fundus ceſſiſſet lucro ma-
riti, prorſus extranei, neque modo aliquo in in-
veſtituris comprehenſo, *ex relatis Scribentib. in
c. 1. §. donare tit. qualiter olim feud. poter. alien.
ac Bald. & Jaſ. in Auct. res, quo C. comm. de
leg. Barboſ. in l. uſufructu num. 24. ff. ſolut. ma-
trim. Burſatt. conſ.* 132. *nu.* 21. *lib.* 2. *Clar. §. feu-
dum q.* 36. *ubi Narpreſt. in Addit. Roland. de lu-
cr. dot. q.* 54. *Amad. de Laudem. q.* 29. *in princ.
& cum aliis Cyriac. contr.* 377. *nu.* 28. *lib.* 2. *Curt.
jun. de feud. p.* 4 *princ. reg.* 1. *q.* 4. *Card. de Lu-
ca tit. de dote diſc.* 146. *nu.* 43. *ubi concord. lib.* 6.
*Boſſ. de dote c.* 15. *ſub n.* 66. 89. *Borrel. in ſumma
dec. tom.* 3. *tit.* 4. *n.* 268. *Odd. de fideic. q.* 42. *art.*
3. *à n.* 32. *& concordant cæteri communiter, cum
quibus ſtetit Senatus Mant. apud Surd. dec.* 278.
*maximè n.* 3.

116 Nullatenus curato, quod idem *Senatus in cau-
ſa Aguella, & Gonzaga* cenſuerit, bona tunc con-
troverſa, etſi feudalia hujuſce naturæ, fuiſſe per
Patrem Uxoris conſtituta in fundum dotalem il-
lius, ut videri poſſet *apud D. Gobium conſult.* 131.
ubi indicatur *Sententia Senatoria*, cujus & me-
mini *Ego ipſe in obſ.* 2. *impreſſ. poſt colluct.* 20. ubi
*à n.* 228. *uſque ad* 377. habetur *Deciſio Senatus
ſuper alia Sententia primitus lata vol.* 2.

117 Quoniam *in eadem cauſa* non fuit elevatus,
nec diſcuſſus *Articulus*, nunc deſumptus à diſ-
poſitione *Stat. Patr. in d. rubr. de dote per marit.
lucrand.* vigore cujus impeditur facultas conſti-
tuendi, & dandi bona feudalia in fundum dota-
118 lem, *ut diximus:* Unde fit, quòd, ſi talis *Articu-
lus* non fuit diſcuſſus, nec etiam fuit deciſus, ut
obſervabam *in mea colluct. leg.* 49. *n.* 446. *vol.* 2.
*cum Bertazzol. conſ. civil.* 31. *n.* 17. 18. *Manent.
dec.* 27. *n.* 8. *& aliis.*

119 Et ex iſtis, cum apertè liqueat, non potuiſſe
D. Donnam Eleonoram Uxorem conſtituere, ac
dare bona iſta in fundum dotalem verum, & pro-
prium, minuſque potuiſſe D. Principem Virum il-
la, uti talia recipere, ſuccedit Vel ſolidum argu-
mentum, eoſdem, nec voluiſſe ipſa bona ſic con-
ſtituere, & reſpectivè recipere, dum nemo præ-
ſumitur velle, quod facere non poteſt. *l. ſi tibi ff.
de opt. legat Menoch. præſ.* 142. *nu.* 7. *lib.* 4. *Ego
ipſe colluct. leg.* 35. *nu.* 3. *vol.* 2. *Rota cor. Bichio
dec.* 256. *ante num.* 1. *tom.* 1. *cor. Dunozet. jun.
dec.* 507. *nu.* 8. *in recent. dec.* 229. *nu.* 14. *p.* 15.
120 *& dec.* 90. *nu.* 15. *p.* 16. Vel in nihilo officere
poteſt, etiamſi ipſimet aliter voluiſſent, dum ex
defectu poteſtatis, eſt inanis concurſus voluntatis,
utpotè ab illa metiendæ *c. à nobis de ſent. excom.
l. Lucius §. Imperatores ff. ad municip. Cyriac.
contr.* 222. *nu.* 38. *lib.* 2. *Ego ipſe colluct. leg.* 26.
*nu.* 33. *vol.* 1. *colluct.* 10. *num.* 39. *& colluct.* 37.
*nu.* 28. *vol.* 2. *Rota cor. Celſo dec.* 116. *num.* 12.
*& in rec. dec.* 291. *nu.* 17. *p.* 16. *dec.* 144. *num.*
15. *p.* 11.

## ARTICULUS QUARTUS.

*Iterum objectiones aliæ in adverſum elevatæ
reſolvuntur.*

Quæ verò ad evitanda aliqua *ex hactenus
firmatis* in contrarium conſiderantur, ſunt
nullius momenti.

Talia primitus ſunt, quòd tituli, quibus bona
iſta ante dictam conſtitutionem aſſerti fundi do-
talis, fuerunt translata reſpectu quoque dominii
in D. Principem Virum, pertracti enuntiativè
ſuperius *in art.* 1. *ſub numero* 27. *& in proximo
art.* 3. *numer.* 99. non ſint attendendi: ex eo,
quòd

Reſpectu inveſtituræ conceſſæ eidem in ſoli- 121
dum cum D. Donna Eleonora Uxore *ex gratia
ſpeciali, tanquam de re legitimè devoluta ad Cu-
riam*, ſive ad Dominum directum, tunc D. Mar-
chionem Joannem Sigiſmundum Gonzagam So-
cerum, & Patrem reſpectivè, cum clauſula *ita
quod uno eorum decedente, alter ſuperſtes ſucce-
dat, & è contrà &c. ex rog. Notar. Ricciardi
die* 7. *Octobr.* 1649. qualitates iſtæ debent habe-
ri pro non appoſitis, ſtante præcedenti promiſſio-
ne facta per ipſummet D. Marchionem dominum
directum in *Capitulis matrimonialibus ſequutis ſub
die* 29. *Junii* 1648. de inveſtiendo D. Donnam
Eleonoram filiam de omnibus caducitatibus quin-
imò etiam (ſecundùm enunciativam factam ab
eo *de anno* 1651. 19. *Junii ex rog. Not. Albe-
ræ*) de devolutionibus bonorum ad Curiam Po-
dii: Vigore cujus antecedentis promiſſionis, non
eſſe curandum

De clauſula prædicta *ex gratia ſpeciali*, elici 122
prætenditur ab obſervatis per *Melium alleg.* 69.
*à n.* 5. *lib.* 2.

De clauſula *in ſolidum*, unà cum comprehen- 123
ſione D. Principis Viri in inveſtitura prædicta,
erui dicitur à Concluſione, quòd Pater non po-
teſt minuere dotem ſemel filiæ promiſſam, etiam
ea conſentiente, ob idque talis comprehenſio de-
bet haberi pro non facta, allegando *Staiban. jun.
reſol.* 3. *num.* 20. *& reſol.* 73. *n.* 32. *Card. de Luca
tit. de dote diſc.* 24. *ex n.* 20. *lib.* 6. *Rotam in rec.
dec.* 250. *n.* 26. *p.* 6.

Et quatenus hujuſmodi comprehenſio ſuſtine- 124
ri deberet, ſubditur, hoc tantum procedere poſ-
ſe; Aut, quoad commoditatem fundi dotalis, cu-
jus vera, & propria domina erat Uxor, ut ex
*Melio alleg.* 78 (non autem 85.) *nu.* 17. *lib.* 2.
traditur in materia iſta feudali (poſt recenſitos
*DD.* generaliter loquentes) *à D. Gobio conſult.*
131. *ſub nu.* 38. 39. ac innuere videtur *Roſenthal.
de feud.* non quidem *in loco in adverſum allega-
to*, ubi prorſus nihil dicit, *ſed in c.* 9. *membr.* 1.
*concl.* 9. *n.* 7. *cum ſeqq. tom.* 1.

Aut in caſu prædeceſſus Uxoris, ſine filiis ad 125
hoc, ut exinde Vir obtinere poſſet abſolutè feu-
dum, quemadmodum tangitur (non à *Roland.
adducto*, qui nec verbum de hac re facit) *à
Mel. & à D. Gobio dictis n. n.* 38. 39. ubi, quod
inveſtitura de bonis feudalibus inæſtimatis traditis
viro, contingere potuit ratione utilis dominii,
quod durante matrimonio cum omni commodita-
te, reſideret penès virum ſub ſpe conſolidationis,
etiam cum directo in caſum lucri dotalis, *ſecun-
dum edocta ubique per DD.*

Ac denique dicitur, quod ſubſiſtente etiam in- 126
veſtitura cum valida comprehenſione D. Princi-
pis Viri, non inde tamen implicat, quin per D.
Donnam Eleonoram Uxorem coinveſtitam in ſoli-
dum, potuerint bona contenta in eadem inveſti- 127
tura conſtitui, ac dari in fundum dotalem, cum
& ipſa, attenta ſolidali coinveſtitione, eſſet do-
mina illorum in totum, per notata cum *Jaſon. in
l. fin. n.* 36. *C. de jur. emphyt. Surd. conſ.* 548. *à n.*
5. *lib.* 4. *à Cyriac. contr.* 324. *n.* 31. *lib.* 2. *Card.
de Luca tit. de regalib. diſc.* 23. *n.* 4. *lib.* 2. *Bar-
boſ. de clauſ. uſufreq. clauſ.* 72. *n.* 9. 14. *Mart. eod.
tract. part.* 1. *clauſ.* 288. & confert *Rota poſt Zac-
ch. de oblig. camer. dec.* 23.

Quin & etiam potuerint ſic conſtituta recipi 128
per D. Principem Virum, dum mediante tali re-
ceptione, devenit ad quandam dictorum bonorum
refuta-



refutationem, quæ ſine aſſenſu quoque domini
directi validè potuit ad favorem ejuſdem D.
Donnæ Eleonoræ Uxoris coinveſtitæ, quæ po-
terat comprobari cum *Capyc. Latr. conſult.* 140.
*num.* 39. *lib.* 2. *& Card. de Luca tit. de regalib.
diſc.* 23. *n.* 4.

129 Eliciente hoc idem *ab his Omnibus*, qui dixe-
runt, ceſſionem, & alienationem feudi, & em-
phyteuſis poſſe fieri, ſine Domini conſenſu in coin-
veſtitos, ſeù conſortes in eadem inveſtitura vo-
catos, quoties pluribus conceſſio facta fuit, in ſo-
lidum, cum jure accreſcendi, ſeù non decreſ-
cendi inter eos, cùm non dicatur fieri ad nolitos,
& ignotos, ſed ad perſonas ſemel per Dominum
approbatas; *de quibus plenè Honded. conſ.* 36. *n.* 2.
*lib.* 1. *Rimin. jun. conſ.* 1. *nu.* 55. *Cirocch. diſcept.*
60. *numero* 57. *Clar. §. emphyteuſis q.* 14. *Viv.
opin.* 241. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 28. *numer.*
45. 46. *tom.* 2. *Corbul. de cauſ. privat. ob alien.*
130 *limit.* 6. *Caroc. de locat. emphyt. q.* 6. *Fulgin. de
jur. emphyt. tit. de alien. q.* 1. *num.* 193. *ſub nu.*
196. ubi quòd hæc alienatio potiùs dicenda eſt
refutatio, ſeu renunciatio, *& tit. de var. caducit.
q.* 1. *ſub num.* 7. *ubi idem repetit. Donad. de re-
nunc. lib.* 1. *c.* 13. *à numero* 100. *Surd. dec.* 343.
*à numero* 11. *Ferentil. ad Buratt. dec.* 50. *ſub
numero* 9. *tom. p. Rota in diverſ. dec.* 284. *num.*
2. *p.* 1.

131 Reſpondetur etenim, Promiſſionem anteceden-
tem factam in *Capitulis matrimonialibus* de inve-
ſtienda D. Donna Eleonora, non fuiſſe factam,
ut indè bona, quæ concederentur, cedere debe-
rent in cauſam dotis, ſeù fundi dotalis; nec mi-
nùs fuiſſe factam de bonis ex capite devolutio-
num, ſed ex capite caducitatum perveniendi ad
Curiam: ibi, *In oltre per moſtrare il Sig. Mar-
cheſe quanto ſia l'affetto verſo la ſudetta Signora
ſua Figliuola in riguardo alla perſona di S. E. Spo-
ſo, promette d'inveſtire la ſopra detta Signora ſua
Figliuola di tutte le caducità, che accaderanno*
132 *nella Corte del Poggio &c.* Quæ verba utramque
partem hujuſce reſponſionis, etſi comprobent;
redditur tamen prior evidens à contextu
tàm antecedentis, quam ultimi *ex iiſdem Capitu-
lis*, ubi verè agitur de dote D. Donnæ Eleono-
ræ; in illo, eveniente caſu nativitatis aliorum fi-
liorum D. Marchionis Patris; & in iſto, eve-
niente caſu, quo hæreditas univerſalis Patris, &
Matris remaneret eidem D. Donnæ Eleonoræ:
133 Dum in neutro eorum fit ulla mentio, quòd di-
cta bona concedenda ei per inveſtituram debeant
comprehendi ſub ejus dote, ſive eſſe dotalia;
qua mentione, ſeù expreſſione ceſſante, certum
eſt, qualitatem illam fuiſſe conſultò omiſſam; nam
ſi Pater eam voluiſſet adeſſe, ſicque quod talia
bona comprehenſa fuiſſent ſub dote, utique expreſ-
ſiſſet, quo non facto, eam noluiſſe adeſſe, nec
bona hujuſmodi comprehenſa fuiſſe ſub dote, in-
dubitanter eſt fatendum; cum in promiſſionibus,
& contractibus omiſſum reſpectu rei, loci, tem-
poris, & perſonarum habeatur pro omiſſo, *Socin.
jun. conſ.* 142. *numero* 30. *vol.* 3. *Natta conſ.* 404.
134 *num.* 7. *Rimin. jun. conſ.* 492. *num.* 15. *de quibus
Cyriac. contr.* 378. *num.* 17. *&* 18. *ubi de ratione
tom.* 2.

135 Et ſicuti fuit conventum, quòd dicta univerſa-
lis hæreditas caderet ſub dote, ità de dictis bo-
nis fuiſſet dictum, ſi volitum fuiſſet; unde ſucce-
dit, quod tantum volitum, quantum expreſſum,
*l. unic. §. ſi autem C. de caduc. tollen. Alex. conſ.*
170. *n.* 5. *lib.* 5. *Rota cor. Sanct. Mem. Innocent. X.
Pamphil. dec.* 480. *ſub n.* 4. 5.

Non adverſante enunciativa facta per D. Mar- 136
chionem Patrem *in d. inſtrumento* 1651. 19. *Jun.*
veluti nihilum de iſta qualitate dotalia continen-
te, & tàm in hac, quam in reliquis, uti erronea,
ob relationem habitam *ad præfata Capitula matri-
monialia*, in quibus nihilum itidem habetur, 137
circà eandem qualitatem, & minùs circà de-
volutionem dictorum bonorum venit negligenda,
adeò ut intret concluſio, quòd error referentis non
attenditur, ſed ſolùm quid ſit in relato ſpectatur,
*Auth. ſi quis in aliquo C. de eden. Giovagnon. conſ.*
27. *num.* 68. *lib.* 2. *Gratian. diſcept.* 289. *num.* 1.
*lib.* 2. *Glorit. reſp.* 12. *nu.* 24. *Bordon. de legat. c.*
1. *q.* 49. *num.* 184. *ubi etiam de ratione. Ego ipſe
colluct. leg.* 20. *num.* 265. *vol.* 2. *Rota cor. Coccin.
dec.* 1067. *nu.* 8. *cor. Merlin. dec.* 543. *nu.* 12. *&
in recent. dec.* 67. *n.* 13. *p.* 15.

Hoc præcognito, dicitur;

Clauſulam *ex gratia ſpeciali* prudenter, ac ju- 138
ſtè fuiſſe in dicta inveſtitura appoſitam; Tùm ex
ceſſante ſuppoſito præcedentis promiſſionis de in-
veſtiendo pro bonis devolutis, in quorum termi-
nis res verſabatur; Tùm ex qualitate D. D. in- 139
veſtitorum, qui reſpectu talium bonorum erant
prorsùs extranei, & ad hoc, ut poſſent ad illa
admitti, indigebant gratia ſpeciali, dum tracta-
batur de bonis feudi omninò novi (ſtante jam
eorum devolutione; & ſtante totali extraneitate
ipſorum Dominorum Conjugum inveſtitorum) 140
ad quod ſine gratia ſpeciali admitti non poterant,
& quod abſque ea obtinere non valebant, ut latè
per *Melium ex adverſo allegatum*, reſpondendo
objecto ſibi facto *in loco indicato, d. alleg.* 69.
*numero* 7. *verſ. quia autem objectum, & n. n.* 8. 9.
10. *lib.* 2.

Clauſulam *in ſolidum* cum explicita comprehen- 141
ſione D. Principis Viri in inveſtitura ſuos debe-
re operari effectus, cùm non ſit verum in facto,
*ut vidimus*, præſata bona fuiſſe contenta in con-
ſtitutione dotis D. Donnæ Eleonoræ; quæ non
potuerit diminui, *ex authoritatibus adductis*, cum 142
quibus, etiam in terminis dotis ſolummodò pro-
miſſæ, conveniunt *Dec. conſ.* 35. quod magiſtra-
le nuncupatur *à Card. de Luca tit. de dote d.
diſc.* 20. *numero* 21. 24. *Bart. de non melior. c.*
16. *numero* 12. *Paſchal. de patr. poteſt p.* 1. *c.*
4. *à numero* 69. *Molfeſ. ad conſuet. p.* 6. *q.* 2. *n.*
19. *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *p.* 1.
*à numero* 41. *tom.* 2. *Boſſ. de dote c.* 2. *num.* 106. 143
*Marin. reſol. quotid.* 92. *ubi Bedoer. lib.* 1. adeò ut,
ceſſante veritate allatæ ſuppoſitionis, ſtatim in-
ſurgat inſubſiſtentia concluſionis, cum ad iſtius
eſſentiam requiratur priùs verificatio illius, *DD.
in l. mancipia, C. de ſervit. fugit. Curt. jun. conſ.*
165. *numero* 12. *Alt grad. conſ.* 36. *numero* 16.
*Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 1. *c.* 28. *numer.*
3. *Rota cor. Burrat. dec.* 52. *numero* 4. *tom. p. &
in rec. dec.* 654. *numero* 51. *p.* 4. *tom* 3. Ultrà 144
quam quod, cùm D. Donna Eleonora fuerit de-
indè hæres Patris ſui, ſilet motivum de non per-
miſſa patri dotanti diminutione dotis ſemel filiæ
conſtitutæ, ſeù promiſſæ, proùt ſileret, ſi tracta-
retur de quacunque alia deteriori conditione ip-
ſius dotis pariter patri interdicta; *ex l. aliud ff.
de pact. dotal. Menoch. conſ.* 1285. *à num.* 7. 10.
*lib.* 3. *Novel. de privil. dot. p.* 7. *priv.* 11. *n.* 15.
*Magil. de evict. q.* 72. *n.* 19. 20.

Nec eſſe curanda ea, quæ ſubduntur, nem- 145
pè dictam comprehenſionem D. Principis Viri
poſſe ſuſtineri ſolummodò, Aut, quoad com-
moditatem, Aut in caſu prædeceſſus Uxoris, ſi-
ne filiis: Quoniam, cùm eadem comprehenſio

non contineat aliquam ex hiſce reſtrictionibus,
inaniter non debent confingi, nec ſubaudiri, cum
contractus non recipiat interpretationem amplia-
tivam, ſed arctativam, quia ſtrictè ad terminos
expreſſionis in illis factæ ſunt intelligendi *l. quid-
quid adſtringendæ, ff. de verb. oblig. Roland. conſ.*
58. *num.* 64. *& conſ.* 59. *nu.* 32. *lib.* 3. *Natta conſ.*
676. *ſub num.* 32. *& conſ.* 678. *num.* 22. *Rimin.
jun. conſ.* 492. *n.* 13. *Menoch. conſ.* 32. *n.* 51. *Cy-
riac. d. contr.* 378. *n.* 16. 19. 21. *& ut paulo ſuprà
dicebatur.*

146 Neque applicantur Domini *Melius*, *& Gobius
in locis adductis*, veluti loquentes in caſibus, in
quibus verè bona feudalia inæſtimata fuerunt da-
ta in dotem, ac in fundum proprium dotalem:
quæ qualitas, ut ſæpè ſæpiùs *dictum fuit*, non
congruit huic noſtro caſui; in quo tantùm abeſt,
bona, de quibus agitur, fuiſſe data in dotem,
& fundum dotalem, ut imò explicitè dicatur in
inveſtitura, & comprehenſione D. Principis, illa
fuiſſe data, & conceſſa *ex gratia ſpeciali*, ſanè
neceſſaria, *ut vidimus*, per quam excluditur qui-
cumque alius titulus, ſub quo dari potuiſſent, cum
ſemper tantùm dicatur conceſſum, quantùm ex-
147 preſſum, excluſa omni extenſione, *c.* 1. §. *ille
verò de fil. Presbyt. Ciarlin. contr.* 24. *num.* 28.
*Rota cor. Bichio dec.* 558. *num.* 32. *cor. Celſo dec.*
216. *numero* 9. *de quibus in recent. dec.* 18. *n.* 16.
*p.* 19.

148 Concurrentibus etiam renovationibus hujuſce
inveſtituræ, ac comprehenſionis *in annis* 1652.
*&* 1666. de quibus in actis, per quas, uti factas
149 ad formam præcedentis, & cum relatione præ-
ciſa ad illam, bene demonſtratur enixa mens Do-
mini directi volentis, ut non ex alia qualitate,
quàm ab ea, quæ ab initio dedit cauſam ipſi in-
veſtituræ, ac comprehenſioni, bona iſta diceren-
tur conceſſa, ſpectata vi geminationis actuum;
*ad l. Baliſta ff. ad S. C. Trebell. Amat. conſ.* 74.
*numero* 24. *Valenzuel. conſ.* 102. *num.* 102. *Gra-
tian. diſcept.* 651. *numero* 6. *& diſc.* 967. *numer.*
27. *Barboſ. axiom.* 105. *à numero* 1. *repetit. à
Gambſ. in Theſaur. axiom. lib.* 7. *c.* 1. *tom.* 1. *ple-
nè Gallerat. de renunc. lib.* 5. *c.* 5. *num.* 1. 2. *tom.
p. Donad. eod. tract. c.* 9. *num.* 32. *tom.* 1. *cum
Cæteris in Mea colluct. leg.* 50. *num.* 112. *vol.* 2.
*Rota in rec. dec.* 524. *n.* 7. *part.* 12. *& dec.* 226. *n.*
6. 7. *p.* 19.

150 Ac ideò, *Auctoritates prædictas* non applica-
ri ex defectu ſaltem circumſtantiarum hinc inde
cadentium, eſt pluſquam certum; ex firmatis *à
Rota cor. Priolo dec.* 17. *n.* 17. *& in rec. dec.* 306.
*n.* 56. *p.* 7. *dec.* 84. *ſub n.* 10. *& dec.* 337. *n.* 12.
13. *p.* 19.

Ac demum parvi facienda fore conſiderata, &
educta; Tam ab inveſtitura *in ſolidum* de iſtis
bonis conceſſis etiam D. Donnæ Eleonoræ Uxo-
ris; Quàm à prætenſa refutatione ad illius favo-
rem facta per D. Principem: Nam

151 Ceſſat Primum; dùm ad conſtituendum fundum
dotalem verum, & proprium neceſſariò requiri-
tur, quòd dominium ipſius fundi fuerit tempore
conſtitutionis, & poſt eam, deindè permanſerit
actuale penès conſtituentem, *ut pluries fuit ſupe-
riùs dictum*; quod ſanè dominium horum bono-
152 rum penès D. Donnam Eleonoram totaliter non
aderat, cum vigore inveſtituræ, & conceſſionis
*in ſolidum*, illud haberet duntaxat habituale, ut
præſupponunt *Omnes in adverſum adducti*, &
» ſignanter *Card. de Luca tit. de regalib. d. diſc.*
» 23. *nu.* 4 *verſ.* ac etiam quia data conceſſione
» *in ſolidum*, totum jus habitualiter eſſe dicitur
» penès ſingulos, *lib.* 2.

Ceſſat etiam Secundum, quoniam ſi præſumi 153
potuiſſet refutatio D. Principis Viri ad favorem
D. Donnæ Eleonoræ Uxoris, utique durante ma-
trimonio, eam præſumi factam, debuiſſet & ſic,
dum ipſa fuiſſet, aut ſpecies renunciationis, aut
particularis ceſſio, qua Vir perſonam ſuam de 154
medio ſuſtuliſſet, ut opinantur *Aliqui Feudiſtæ*,
*& Cæteri de materia tractantes*; *ad Gallerat. de
renunc. lib.* 1. *c.* 8. *numero* 2. *Donad. eod. trac.
c.* 13. *numero* 105. *& ſeqq. lib.* 1. dubio procul
ad inſtar donationis importatæ, ſive per renun-
ciationem, ſive per ceſſionem, ſine aliqua cauſa 155
factam, ut omiſſis generalibus, deſumitur in ter-
minis refutationis *à Bald. in c.* 1. *tit. de alien.
feud. Andr. in c.* 1. §. *ſed & res. tit. per quos fiat
inveſtit. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum ad fin. verſ.* 156
*Septima declaratio de conſtit. Marcel. Maur. alleg.*
35. *numero* 10. nec valuiſſet, uti ex prohibitis
inter Virum, & Uxorem, ut in iſtis propriis ter-
minis concludit *Cyriac. contr.* 377. *à numero* 12.
*ad* 18. ubi de permiſſione uxoris, quòd vir, con-
ſtante matrimonio coinveſtiretur, ut ſcilicèt ea,
tanquam quædam donatio, inter virum, & uxo-
rem, viribus non ſubſiſtat *tom.* 2. & allegat in
ſpecie *Lupum de donat. inter vir. & uxor. fol.* 25.
*col.* 3. *ſub num.* 6. *verſ. ex quo Ego dixi in im-
preſſ. antiq. & fol.* 47. *col.* 2. *in nov. impreſſ. Lug-
dun.* Seu per ſubſequentem alienationem ipſo-
rum bonorum factam D. Marchioni Strozzio per
virum, aſſentiente Uxore, imò & ipſa alienante,
revocata prorsùs fuiſſet; quemadmodum demon-
ſtrabatur *in Anteced. Artic.*

Et quatenus refutatio *in ſententia aliorum* re- 157
tineat omnes qualitates ultimæ voluntatis, ſanè
particularis, *ex Jo. Vincent. de Anna in repetit.
c.* 1. *à n.* 229. *in rubr. tit. de vaſſal. decrep. ætat.
Jo. Hieron. Maur. in Addit. ad d. alleg.* 35. *num.*
10. 11. *Larath. in Theatr. feud. p.* 12. *dilucid.* 68.
*n.* 68. *tom.* 2.

Magis dici videtur, per dictam ſubſequentem 158
alienationem horum bonorum in ipſa refutatione
contentorum eam fuiſſe ademptam, & revoca-
tam, juxtà qualitatem ultimæ voluntatis ſemper 159
adimibilis, & revocabilis, uſque ad ultimum
vitæ ſpiritum, ac pro adempta, & revocata ha-
benda per voluntariam alienationem rei ſub ea
particulariter facta comprehenſæ, *ad l. rem lega-
tam l. cum ſervus. Et l. legatum §. pater ff. de
adim. leg. l. ſcribit §. item ſcribit ff. de aur. &
arg. leg. l. fideicommiſſa §. ſi rem ff. de leg.* 3.
*Gabr. conſ.* 102. *num.* 5. *lib.* 1. *Mantic. de con-
ject. lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 2. 3. *Menoch. præſ.* 167.
*ex num.* 6. *lib.* 4 *Card. de Luca eod. tit. diſc.* 48.
*nu.* 3. *& diſc.* 55. *num* 6. *lib.* 11. *Camarel. in tract.
de legat. lib.* 5. *à num.* 259. *& lib.* 4. *rubr. de* 5.
*cauſ. adim. legata num.* 1. 2. *& ibi in c.* 2. *ubi la-* 160
*tè, ac num.* 10. extendit, etiamſi alienatio eſſet
nulla, ſeu invalida, nam adhuc voluntas mutata
præſumeretur, & diſpoſitio particularis, ut lega-
tum, diceretur revocata, & adempta, *l. & ſi tranſ-
feram ff. de adim. leg. Aretin. & Alex. in l. ſer-
vum filii §. ſi idem ſervus ff. de leg.* 1. *Socin. conſ.*
104. *num.* 11. *lib.* 3. *Mantic. d. tit.* 6. *nu.* 2. *ubi
de communi Menoch. d. præſ.* 167. *nu.* 11. 12. 13.
*ubi concord.*

Si iſta, ut ſuperiùs oppoſita contrà inveſtituram
conceſſam D. Principi Viro, ac illius compre-
henſionem ſolidalem in ea, ſunt prorſùs nullius
momenti.

Talia etiam eſſent, ſi quæ objicerentur con- 161
trà alios titulos acquiſitionum factarum *de Terris
Boccazolæ*



*Boccazolæ* medio venditionis, & emptionis, per
eundem D. Principem Virum *de anno* 1656. 10.
*Novemb. ex rogitu Monterot.* (cum ſucceſſiva in-
veſtitura *pro ſe*, *& ejus deſcendentibus*, ſequuta
*ſub die* 21. *ejuſdem menſ. & ann. ex rog. Caroli de
Salvatorib.*) *& de anno* 1664. *die* 9. *Decembr. ex
rogitu dicti Siſſæ*; (cum pariter ſucceſſiva inve-
ſtitura *pro ſe*, *& ejus deſcendentibus*, facta ipſi-
met D. Principi à Domino Commiſſario Curiæ
Podii, *die* 30. *Decembr.* 1665. *ex rogitu dicti de
Salvatoribus.*)

162 Potiſſimùm, cum hujuſmodi bona eſſent, ac
ſint feudalia *pro maſculis tantùm*; qua concur-
rente qualitate ceſſarint fortiùs ex objectis ea om-
nia, quæ tradebantur pro dimiſſione, refutatio-
ne, donatione, translatione, & quavis admiſſio-
ne, ſemper tacita, nunquam expreſſa, de D.
Donna Eleonora per D. Principem Virum, ſi-
163 ne ullo aſſenſu Domini directi, qui licèt ad pre-
ces Vaſſalli potuiſſet feudi naturam immutare, il-
ludque de maſculino in fœmininum transfunde-
re, *D. Gob. conſult.* 131. *nu.* 37. ubi allegat *Ro-
ſenthal. de feud. c.* 6. *concl.* 69. *num.* 21. *Georg.
eod. tract. p.* 4. *q.* 5. *numero* 11. *Mart. de ſucceſſ.
leg. p.* 4. *q.* 21. *art.* 19. *numero* 54. 55. *tom.* 2.
hoc tamen non peracto, eadem D. Donna Eleo-
164 nora, uti fœmina erat horum bonorum, tanquam
de feudo maſculino, incapax, & ad illa inad-
miſſibilis, ab eis perpetuo excluſa; ad *Becc. conſ.*
101. *Bellon. conſ.* 44. *numero* 48. *Burſat. conſ.*
132. *numero* 44. *Cyriac. contr.* 671. *numero* 12.
*Hartman. p.* 2. *q.* 38. *numero* 3. *Mel. alleg.* 63.
*numero* 10. *lib.* 2. *de Luca tit. de feud. diſc.* 53.
*numero* 2. *lib.* 1. *D. Gobius conſult.* 131. *numero*
12. *& conſult.* 149. *numero* 57. *Rota cor. Buratt.
dec.* 206. *à numero* 2. *& in recent. dec.* 78. *p.*
14.

165 Non attento etiam titulo dotis, quæ nullum
habet privilegium, ut feuda præſertim maſculi-
na migrare poſſint in fœminam pro illius dote,
*Bardellon. conſ.* 14. *numero* 32. *& conſ.* 173. *n.*
3. 4. *Pignatel. contr.* 59. *à numero* 18. *lib.* 2. *D.
Gob. d. conſult.* 131. *numero* 13. *Card. de Luca
d. tit. de feud. diſc.* 20. *numero* 2. *lib.* 1. *& tit.
de dote diſc.* 146. *numero* 22. 23. *lib.* 6. *Borrel.
in Summ. deciſ. p.* 3. *tit.* 4. *numero* 245. *Boſſ. de
dote c.* 15. *à numero* 85. *Rota in recent. dec.* 260.
*num.* 4. *p.* 4. *& ſuperiùs, ac alibi per Me tactum
fuit ſufficienter.*

166 Non curato, quod dicitur ex adverſo, D. Prin-
cipem non ſolviſſe pretium dictorum bonorum:
Cùm ex lectura *dictorum inſtrumentorum* clarè pa-
teat, D. Marchionem venditorem faſſum fuiſſe,
hujuſmodi pretium habuiſſe, & recepiſſe; cui
confeſſioni ſtandum eſt omninò per D. Don Gi-
167 bertum, uti hæredem hæredis ipſius D. Marchio-
nis, ſeù non valentem illam impugnare, & re-
darguere, aut contrà eam quoquo modo venire,
*l. ſi ſuperatus ff. de pignor. De Angel. de confeſſ.
lib.* 1. *q.* 7. *eff.* 20. *numero* 6. *& lib.* 2. *q.* 7. *num.*
9. 13. *ac q.* 77. *numero* 2. *Rota in rec. dec.* 434.
*numero* 1. *p.* 9. *& dec.* 185. *numero* 16. *p.* 10. *cor.
Buratt. dec.* 275. *numero* 9. *dec.* 799. *numero* 3.
*& dec.* 926. *numero* 4. *cor. Card. Celſo dec.* 220.
*numero* 4. *ac dec.* 289. *numero* 11. *& cor. Sanctiſſ.
Regnante Alexandro VIII. Otthobon. dec.* 64. *nu-
mero* 5. 6.

168 Ultra quàm, quòd non ceſſaret ex hoc, D.
Principem non fuiſſe dominum eorundem bono-
rum, ac dominium illorum non fuiſſe translatum
in ipſum, cujus fides in hoc per D. Venditorem
fuit ſequuta, *Valenzuel. conſ.* 56. *numer.* 32. 33.
*Altograd. conſ.* 9. *ſub numero* 4. 5. *lib.* 1. *Cyriac.
contr.* 55. *numero* 1. *tom.* 1. *Amat. reſol.* 3. *num.*
43. *lib.* 1. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *p.* 47. *num.*
1. 5. *Angel. ad Gizzarel. deciſ.* 39. *ſub numero*
1. *Chartar. dec.* 96. *numero* 8. *Rota in recent. dec.*
107. *ſub num.* 5. *p.* 3. *& Annot. ad dec.* 16. *num.*
94. 95. *p.* 18.

Aſt, cùm nihil aliud elevetur ex adverſo, quod
relevet: Eoſdem titulos, ac eaſdem acquiſitiones
in ſuis viribus, cum omnibus operandi effectibus
traditis ſuperiùs *in Articul.* 1. *num.* 27. *& ſeqq.
ac in Articul.* 3. *à num.* 99. *& infrà*, non eſt am-
bigendum.

Nequè refragari valet, D. Marchionem Stroz- 169
zium emptorem impugnare non poſſe confeſſio-
nem, & factum D. Principis Viri, qui dicta bo-
na in dotem acceptavit à præfata D. Donna Eleo-
nora, & tanquam fundum dotalem promiſit ea-
dem reſtituere in inſtrumento dotali *die* 28. *Mar-* 170
*tii* 1667. addito etiam, quòd ipſemet D. Mar-
chio illa acquiſivit, uti dotalia ejuſdem D. Don-
næ Eleonoræ, ex traditis per *Rotam in recent.* 171
*dec.* 463. *à numero* 10. *p.* 9. *dec.* 112. *numer.* 10.
11. *p.* 11. *& dec.* 231. *num.* 10. 11. *p.* 19. Eoque
minus, quia D. Marchio prædictus in hoc judi-
cio utitur juribus ipſius D. Principis, quibus uti
non poteſt, niſi cum eorum vitiis, *Gratian. diſc.*
967. *n.* 17. 18. *tom.* 5. *Cyriac. contr.* 531. *nu.* 65.
*tom.* 3. *Rota cor. Gregor. dec.* 13. *n.* 2. Uti ſic præ-
ciſim elevatur *pro Dubio per Senatum in præſenti
Cauſa.*

Etenim, dum *ſuprà ſæpè ſæpiùs dictum fuit*, 172
hæc bona non niſi ad ſummum media quadam
ſubintellecta, ſeù præſumpta, ac tacita donatio-
ne facta D. Donnæ Eleonoræ conjugi per Dñm
Principem Virum, durante matrimonio, fuiſſe in
fundum dotalem conſtituta, junctimque accepta:
inſimul etiam fuit comprobatum, & demonſtra- 173
tum, D. Principem tali donatione nullatenùs fuiſſe
alligatum, quin, ob illius inſubſiſtentiam, ac in-
validitatem, utroque jure inſpecto, ab ea rece-
dere, ut receſſiſſe, ipſamque revocaſſe per mo-
dum pluriès ſuperiùs deductum, indubitanter po-
tuerit.

Propterea, retorquendo motivum, ut ſuprà 174
*ſub Dubio à Senatu* elevatum: Si D. Marchio
utitur, ac uti debet juribus D. Principis; uti-
que juvatur, & juvari debet præfata revocatio-
ne, & ſucceſſiva ceſſatione prætenſi fundi do-
talis.

Eo addito, quòd quem ad modum dicta dona- 175
tio inter Virum, & Uxorem præſumi debuit
etiam ſimulata, ac vitio ſimulationis laborare; *ad
l. lata, C. de donat. Menoch. conſ.* 430. *num.* 11.
*& ſeqq. ac de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 124. *num.* 25.
*tom.* 1. *Rota poſt Torre de pact. futur. ſucceſſ. dec.*
115. *n.* 6. *& in recent. dec.* 179. *n.* 6. *ubi concord.
p.* 4. *tom.* 2.

Ità, cùm fuerit donatio imaginaria, bene po- 176
tuit, ac poteſt contrà eam per D. Marchionem
dari de tali ſimulatione, præ ſe ferente defectum
conſenſus, ac illam reddente ipſo jure nullam, ac
invalidam, *Bart. in l. poſt contractum, ff. de do-
nat. Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 37. *à numer.* 2.
*ad* 7. *tom.* 2. *Farinac. de falſ. q.* 162. *num.* 3. 10.
*& q.* 164. *numer.* 69. *Noguerol. allegat.* 10. *n.* 71.
*Rota cor. Pegna dec.* 1290. *n.* 10. *tom.* 2. *& in re-
cent. dec.* 658. *à n.* 8. 12. *p.* 18. *ac dec.* 13. *n.* 29.
30. *p.* 19.

Dumque hæc eadem ſimulatio potuiſſet allegari 177
per ipſummet D. Principem, ut firmatur *à Rota
in d. dec.* 13. *numer.* 30. debet, & poſſet allegari 178
à D.

à D. Marchione, jam quod, *ut in dubio*, utitur,
179 ac uti poteſt juribus ejuſdem D. Principis, ac
agitur de ejus intereſſe, vigore cujus, quando
ſimulatio deducitur, ut nunc ſolùm ad effectum
nullitatis ex defectu conſenſus, non autem ad ar-
guendam alicujus fraudem, poteſt de ea dari à
quocunque idem intereſſe habente, etiamſi ſit,
nedum ſucceſſor ſingularis (ut eſt D. Marchio)
ſed etiam ſucceſſor, & hæres univerſalis ſimulan-
tis, *Rota poſt lib. 2. conſ. Farinac. dec. 237. ſub
nu. 9. eadem ac cor. Pegna d. dec. 1290. n. 10. ac
alibi in proximè allegatis.*
180 Nec eſt omittendum, quod etiam fuit *ſupe-
riùs tactum*, acceptationem horum bonorum in
fundum dotalem Uxoris factam per D. Principem
Virum tempore, quo ipſe erat illorum dominus,
ac eorum dominium habebat, fuiſſe ſequutam
per errorem, ſeu impreſſionem, dum non appa-
ret, quòd ſcienter, & conſultò eam facere vo-
luerit, ſe privando propriis bonis, ea fundo do-
tali ad commodum Uxoris, ſubjiciendo, quo fit,
ut ſic docto de tali errore, potuiſſet ipſemet D.
Princeps Vir revocare eandem acceptationem tan-
quam nullam, & invalidam, ut in conſimilibus
181 terminis (ultrà *jam tradita*) ſi quis recognoſcat
ab aliquo, uti domino directo rem propriam al-
lodialem, tanquam feudalem, niſi appareat, quod
ſcienter, & conſultò id fecerit volens eam dicto
oneri ſubjicere, præſumitur id per errorem, vel
impreſſionem feciſſe, & docto de ipſo errore, po-
teſt revocari, & irritatur inveſtitura, *Bart. in l.
ſi aliquem ſub numero 9. ff. de acq. poſſeſſ. Alex.
con. 55. ſub numero 17. lib. 4. & conſ. 29. ſub
numero 25. ac conſ. 69. numero 17. lib. 5. Ro-
land. conſ. 32. numero 50. lib. 4. Surd. conſ. 135.
numero* 106. 107. 120. *lib. 1. Peregr. conſ. 78.
numero 9. lib. 4.* quos relatos ſequitur *Cyriac.
contr.* 111. *numero 1. lib. 1.* addens *Jacobin. in in-
veſt. feud. verb. dictique vaſſalli promiſerunt re-
cognoſcere numero 21. 27. Schrader. de feud. p.
5. c. 5. ex numero 10. Roſenthal. de feud. c. 6.
concl. 68. à numero 6. 12. 19. & concl. 69. nu.
17. tom. 1.*
182 Unde & D. Marchionem cauſam habentem à
D. Principe, ejuſque juribus utentem, poſſe ju-
vari hac eadem exceptione, ita evidenti, & ma-
nifeſta, non eſt verendum.
183 Hinc nihil eſt, quod *in dubio* dicebatur, ip-
ſum D. Marchionem uti non poſſe juribus D. Prin-
cipis, niſi cum eorum vitiis: Cum & è contra
illis poſſe uti, prout modò utitur, cum eorum
utilitatibus, virtutibus, & effectibus favorabili-
ter operandi, ſit indubitatum apud *Omnes, & ut
infrà à n. 240.*
Sicuti nihilum etiam eſt, quod *ibidem* pariter
dicebatur, D. Marchionem acquiſiviſſe hæc bo-
na, uti dotalia D. Donnæ Eleonoræ: Quia, ul-
tra quod iſtud abſolutè, & ſimpliciter ſumptum
non eſt verum, conſideratis omnibus circumſtan-
tiis in facto cadentibus, & adhuc *in præſenti, ac*
184 *præcedentibus Artic.* deductis, & examinatis:
Statim ac, vel conſtat, ut modò, de inefficaci
conſtitutione prætenſi fundi dotalis, vel de er-
roneitate aſſertionis emiſſæ, de ea non eſt ulla
habenda conſideratio, cum primam non obſtare,
185 quin impugnari poſſit, educatur *à l. 4. §. condem-
natum ff. de re judic. c. conſideravimus de ele-
ctione c. non præſtat de reg. jur. in 6. juncto c.
magnæ 22. q. 4. cum traditis à Surd. conſ. 183.
numero 43. & conſ. 284. numero 1. 14. lib. 2. Ma-
ceraten. reſol. 5. numero 23. lib. 1. Gambſ. in theſ.
axiom. lib. 6. c. 3. axiom. 24. verſ. limita, quando
Ego ipſe colluct. leg. 2. numero 30. vol. 1. Gram-
matic. dec. 12. numero 14. & dec. 79. numer. 3.
Magon. dec. Florent. dec. 65. numero 6. Afflict.
dec. 335. ſub num. 11.* Et ſecundum itidem im- 186
pugnari poſſe, ſuadeant *l. 1. §. ſi quis ultro ff. de
q. q. & l. illicitus §. veritas ff. de off. Præſid. Cy-
riac. contr. 35. n. 16. cum multis penes de Angel.
de confeſſ lib. 3. q. 20. n. 14. 45. Rota cor. Roxas
dec. 169. num. 11. 12. cor. Celſo dec. 193. nu. 11.
& dec. 391. num. 10. cor. Buratt. dec. 912. n. 10.
tom. 3. ac ut ſæpiſſimè de utraque fuit in ſuperiori-
bus dictum.*
Certum quippè eſt inſuper, ex iſtis ſaltem vir- 187
tualiter dignoſci, res non ſe habere, prout præ-
ſupponebantur in actibus, & aſſertionibus, tàm D.
Principis, quàm D. Marchionis; ideoque *Du-
bium* ſuper illis fundatum, nec applicari, nec
actus eoſdem, ſeu aſſertiones in aliquo officere,
dum ſemper erant, & ſunt intelligendæ *rebus* 188
*ſic ſtantibus*, aut *ſic ſe habentibus*; juxtà edocta
circà vires *hujuſce clauſulæ à DD. congeſtis per
Barboſ. clauſ. 130. numero 2. D. Gobium de mo-
net. q. 6. numero 42. Modern. Anſald. de com-
merc. & mercatur. diſcurſ. 20. numero. 5. 33. 34.
& in Mea colluct. 50. numero 200. vol. 1. Rotæ
ibid. dec. 77. nu. 15. cor. Duran. dec. 322. nu. 4.
tom. 2. & in rec. dec. 189. nu. 24. p. 13. ac paſſim
alibi.*

## ARTICULUS QUINTUS.

*Bona, de quibus tractatur, etiam data, & con-
ſtituta validè in proprium, & verum fun-
dum dotalem, nequeunt tamen legitimè
pulſari, & avocari.*

ESto per poſſibile (citrà veritatis offenſam)
quòd bona iſta deberent conſiderari, & ac-
cipi, uti validè conſtituta, & data in proprium,
verumque fundum dotalem. Ne tamen poſſint pul-
ſari, nec aliquo modo juridicè avocari, *ex ſequen-
tibus motivis* ſit palam.
Primò:
Nam, cùm tractaretur de bonis feudalibus, 189
ea utique tanquam non ſimpliciter, ac merè hæ-
reditaria cadebant, ac comprehendebantur ſub
notoria conſuetudine *hujus Patriæ, & Status*,
vigore cujus, ſolo interveniente aſſenſu, & licen-
tia Domini directi, eadem bona veniunt in quod-
cunque publicum, & privatum commercium (re-
dolens quoque intereſſe Supremi Principis, ob ſo-
lutionem datiorum, pro contractibus, ac ipſius
Domini directi, ob debita laudemia) non atten-
tis quibuſcunque vinculis, quibus ſint affecta, ut-
potè ſolum durantibus, ſeu duraturis, donec de
eis fuerit, cum tali aſſenſu, & licentia diſpoſi-
tum per Dominos utiles; quemadmodum, tùm
antiqui, tùm moderni *Doctores* de hujuſmodi con-
ſuetudine teſtantur; eamque omnia Tribunalia *Pa-
triæ, ac Status* inviolabiliter admittunt, & pra-
xis univerſalis obſervat, ita ut, in hac re, abſque
ulla difficultate, quiſque illa paſſim utatur, ut eſt
pluſquam certum, & manifeſtum, ipſis etiam fœ-
minis, ut inquiunt *Cyriac. contr. 113. ſub numer.* 190
*20. lib. 1. & contr. 324. numero 2. lib. 2. Mel.
alleg. 1. numero 64. lib. 2. & obſ. forenſ. 4. num.* 191
2. ubi quod eſt quoque nota lippis, & tonſori-
bus, *ac obſ. 146. numero 12. tom. 1.* ac pleniſſi-
mè cum innumeris concordantibus *D. Gobius con-
ſult. 10. numero 1. & per tot. Acin. tract. de per-
miſ. feud. alien. in prælud. numer. 35. atque alibi
paſſim.*

Proindè,



192 Proinde, dum ipſamet bona fuerunt alienata,
& nunc in dominio D. Marchionis Strozzi re-
periantur cum aſſenſu, & licentia Domini dire-
cti, ut demonſtrant inſtrumenta publica, junctis
etiam ſucceſſivis inveſtituris, rem notoriam, & in-
dubitatam facientibus *c. 1. tit. de inveſt. de re
alien. fac. Pacian. conſ. 20. numero 1. Capyc. Ga-
leot. contr. 31. numero 18. ubi latè lib. 1. Kni-
cher. de interd. quor. bonor. c. 6. numero 276.*
281.
193 Aptiſſimè ſequitur, non eſſe curandum, quòd
talia bona fuerint etiam conſtituta, data, & ſuc-
ceſſivè recepta in fundum dotalem verum, &
proprium, cum hujuſmodi vinculum eatenus du-
raverit, quatenus bona non fuiſſent cum aſſenſu,
& licentia Domini directi alienata, ſecus poſt-
quam alienata fuerunt; ſpectata dicta conſuetu-
194 dine, juxtà quam contractus quicunque ſuper hiſ-
ce bonis feudalibus (non ſimpliciter, & merè
hæreditariis) cenſentur per partes, illi ſe confor-
mantes omninò inniti, *arg. l. certi condictio §. ſi
nummo ff. de reb. credit. Barboſ. in l. 2. num. 353.
C. de præſcr. 30. vel 40. ann. Anſald. conſ. 26. nu.
69. Gayl. obſ. 8. num. 6. lib. 2. Gambſ. in theſaur.
axiom. lib. 3. c. 62. axiom. 2. tom. 1. Boſſ. de dote c.
8. ſub n. 80.*
Secundò:
195 Nam ſucceſſivè intrat, quod, ſicuti ab aſſen-
ſu præſtito per Dominum directi provenit omnis
ſecuritas impetrantis, adeo ut ſi impetratione il-
lius fuerit prior (licèt quoad jura acquiſita po-
ſterior) ſemper prælationem nanciſcatur in ſuis
juribus ſuper bonis feudalibus, ut eſt concluſio
hodie potius ſupponenda, quàm comprobanda,
cum non admittat controverſiam, ex dictis *à
Cyriac. contr. 119. numero 10. tom. 1. & Card. de
Luca tit. de feud. diſc. 78. numer. 12.* ſitque re-
196 ceptiſſima, ac in foro indubitata *diſc. 98. ante
numero 4. lib. 1.* nec non irrefragabilis *tit. de em-
phyt. diſc. 58. numero 8. & ante numero 9.* dum
talis aſſenſus eſt ille, qui animat, & informat,
ejuſque proinde tempus ſemper venit attenden-
dum, *ut ibid. ac tit. de jure patr. diſc. 68. n. 13.
lib. 13. cum cæteris per Theodor. alleg. 83. Georg.
alleg. 18. Gait. de credit. c. 4. q. 11. à num. 1852.
Salgad. Labyr. creditor. p. 2. c. 4. à n. 40. &c. 21.
ex n. 55. Franch. dec. 75. ubi Add. & maximè de
Luca Melphicten. tom. 1.*
197 Ità, cum D. Marchio Strozzius obtinuerit aſ-
ſenſum pro hypotheca ſuper hiſce bonis ex cau-
ſa crediti reſultantis *ab inſtrumento diei 29. Octo-
br. 1665. ex rog. Cancellar. Mazzii*, vigore pro-
miſſionis, & obligationis Eidem ibi factæ per D.
Principem Virum:
198 In nihilo officere poteſt, quòd poſteà *de anno*
1667. fuerint ipſa bona conſtituta, & reſpectivè
acceptata in fundum dotalem D. Donnæ Eleono-
ræ Conjugis: Dum, eſto etiam, quòd ſic conſti-
tuta, & acceptata in ſenſu DD. Conjugum va-
lidè fuiſſent, nihilo minùs in concurſu D. Mar-
chionis, cui & jus acquiſitionis eorundem bono-
rum ſupervenit, mediante venditione ei facta per
ambos DD. Conjuges, & quidem cum repetito
aſſenſu Domini directi, talis conſtitutio, & ac-
ceptatio in fundum dotalem, uti poſterior, nul-
latenùs eſt conſiderabilis; *juxtà nunc præmiſſam*
199 *Concluſionem* in fortioribus terminis militantem;
cum ipſa conſtitutio, & acceptatio fuerit, ſitque
deſtituta omni aſſenſu, quo ceſſante, perinde eſt
ac (ſaltem in præjudicium D. Marchionis) ſi
non fuiſſet facta; ob quoque vetitam in hac ma-
teria retrotractionem. *Galeot. contr. 63. ſub num.
14. lib. 2. Pariſ. de reintegr. feud. c. 270. num.
4. 5. Amic. de feud. §. 18. numero 1. 5. Frecc.
de ſubfeud. lib. 2. tit. de aſſenſu, q. 30. Ponte de
poteſt. Proreg. tit. 6. §. 1. numero 23. ubi Thoro
in Addit. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. diſp.
12. num. 18. ubi concord. adducit tom. 2. Salgad.
d. c. 21. num. 56. Afflict. dec. 286. & dec. 335. à
num. 11.*
Tertiò:
Nam fuit deventum ad alienationem iſtorum 200
bonorum, in majori parte, pro ſolvendis deci-
mis ſuper illis debitis Sereniſſ. D. N. ac ſanè de-
curſis, vel adhùc vivente D. Marchione Gonza-
ga Patre D. Donnæ Eleonoræ, vel antequam ea-
dem bona per illam (utique ejus hæredem uni-
verſalem) conſtituerentur in fundum dotalem; ut
*in Facto* non poteſt controverti, ſpectatis tempo-
ribus, attenta ingenti quantitate ipſarum decima-
rum, & ſubſequuta earum ſolutione in Camera
Ducali.
Propterea ceſſare quamcumque conſideratio- 201
nem factam ſuper qualitate fundi dotalis, & ſi
quoque fuiſſet validè inſita bonis præfatis, *arg. l.
quamvis, ff. ſolut. matrim. & l. fin. ff. de jur. dot.
Sola ad Decr. Sabaud. d. rubr. de alien. bonor. mi-
nor. mulier. gloſ. 4. numero 6. in fin. verſ. unde-
cimò*, ut æs alienum ſolvat, id eſt ſuum proprium,
vel patris, aut alterius, cujus ipſa fuit hæres. *Do-
ring. d. verb. alienatio nu. 440. limit. 6. Fontanel.
de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. p. 13. n. 39. tom. 2.
ac in terminis Heeſer. de diviſ. bonor. p. 1. loc. 8.
num. 34.*
Quartò:
Nam venditiones dictorum bonorum, unà cum 202
tranſlatione dominii in D. Marchionem Strozzam
fuerunt factæ per Ambos Conjuges clauſula *pro
jurato*, ſeu *ſincerè, & fideliter &c.* quæ ex diſ-
poſitione ſpecialis Ordinis hujus Patriæ, cujus te-
nor habetur in *Mea colluct. leg. 20. numero* 111.
*vol. 2.* eaſdem vires, ac utilitates habet, & effe-
ctus ſortitur, etiam in contractibus mulierum,
quas, & quos haberet, ac ſortiretur juramen-
tum, ſi interpoſitum fuiſſet (excepto perjurio,
ac fori privilegio) ut cum verbis ipſiuſmet Or-
dinis, ac *auctoritatib. DD.* dicebam *Ego ipſe ubi
proximè, & in colluct. 26. numero 35. ubi alios
adduxi eod. vol. 2.* addo *D. Gobium conſult. 83.
numero 13. & rurſus Cyriac. contr. 662. numero
30. lib. 4. ac Melium obſ. forenſ. 150. numero 11.
lib. 1. Surd. de alim. tit. 9. q. 24. à numero 1. &
ſeqq.* cujus, dicentis etiam, nedùm *hanc clauſu-* 203
*lam*, excepto perjurio, habere omnes alios effe-
ctus juramenti, ſed quod ex eo, quod ceſſet ti-
mor perjurii, non ceſſet vis juramenti, per quam
actus confirmatur, peculiariter meminit *Rota poſt
Torre de pact. futur. ſucceſſ. dec. 73. ſub numero
17. 18.*
Undè adverſus dictas venditiones non poteſt 204
objici de qualitate fundi dotalis in bonis vendi-
tis, ex ſuppoſito, conſiſtentis, dum adhuc, ea
admiſſa, hujuſmodi venditiones ſuſtineri debent,
ut validæ, & prorſus firmæ, prout eas tales red-
didiſſet juramentum, ſi actuale fuiſſet ſuper eis
interpoſitum, ſecundùm ferè *Omnium DD. Sen-
tentiam*, tùm veriorem, tùm in conſulendo, &
judicando ſemper ſequendam. *Covar. in c. quam-
vis pactum, p. 2. §. 1. ſub numero 5. de pact. inb.
Plot. in l. ſi quando numero 446. C. unde vi. Ten-
nin. caut. 95. numero 5. Doring. in Biblioth. verb.
alienatio numero 436. declar. & numero 440. am-
pl. 3. tom. 1. Seraphin. de juram. privil. 76. Man-
cin. eod. tract. p. 4. eff. 28. Sola ad Conſt. Sabaud.
tit.*

*tit. de alien. bonor. min. & mulier. gloſ. 4. numer. 7. Gallerat. de renunc. cent. 1. renunc. 65. num. 6. tom. 2. Novel. de dote p. 7. priv. 1. numer. 23. Capon. eod. tract. c. 5. numero 13. & ſeqq. Boſſ. eod. tract. c. 9. ſub num. 113. Card. de Luca eod. tit. diſc. 20. numero 2. lib. 6. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. c. 21. à numero 9. Merlin. de pignor. lib. 2. q. 18. à numero 64. Aufrer. ad Capel. Tholoſ. dec. 382. Rota in rec. dec. 269. à numero 12.*
205 *ad 18. ubi, quod ita tenent Omnes, p. 9. dec. 239. numero 4. p. 10. & cor. Card. Cavaler. dec. 482. n. 1.* Dùm ex præmiſſis firmas, & validas reddidit quoquè dicta clauſula *ſincerè, & fideliter &c.* per tradita individualiter *à Surd. de alim. tit. 9. d. q. 24. ſub numero 6.* quod *& Cæteri allegati, aliique de eadem clauſula* agentes indubitanter ſupponunt.

Quintò:

206 Nam alienationes iſtorum bonorum ſequutæ, & factæ fuerunt, prævia diſpenſatione conceſſa *à S. Celſ.* ob quam, attenta maximè clauſula *aliquo non obſtante* in ea appoſita præferente derogationem omnibus, quæ obſtare poterant præfatis alienationibus, tàm de jure communi, quàm de jure municipali. *Jaſon. conſ. 227. ſub numero 49. 50. 51. lib. 2. & conſ. 110. in fin. lib. 4. Socin. jun. conſ. 69. numero 64. lib. 1. Bero. conſ. 147. ſub numero 28. lib. 3. Roland. conſ. 67. num. 62. lib. 3. Gratian. diſcept. 295. à numero 62. lib. 2. Marta de clauſ. part. 1. clauſ. 79. Rubeus in ſing. p. 4. clauſ. 496. numero 2. tom. 2. Barboſ. clauſ. 82. numero 4. Anſald. de commerc. & mercat. diſcurſ. 40. numero 20. ubi concord. Rota in rec. dec. 506. numero 5. p. 1. dec. 4. numero 9. p. 6. cor. Coccin. dec. 1680. num. 91. 106. tom. 3. cor. Dunozet. jun. dec. 190. numero 9. tom. 1. cor. Papa Innocent. X. dec. 332. numero 5. ubi Annot. numero 9. & cor. Sanctiſſ. Alex. VIII. dec.*
207 *46. numero 4.* ipſas alienationes fuiſſe redditas validas, firmas, & incontrovertibiles, etiamſi factas de bonis dotalibus, ſeù in fundum dotalem verum, ac proprium conſtitutis, nullus eſt, qui audeat negare, præcognita poteſtate Principis Supremi in tollendis quibuſcunque diſpoſitionibus juris poſitivi, jam quòd per eas duntaxat hujuſmodi alienationes poterant dici interdictæ, ac
208 prohibitæ; ut *Omnibus eſt notum*: Ac convincitur ex eo, quod, Principis diſpenſatione interveniente, res, ac bona minoris, neglectis quibuſcunque diſpoſitionibus, ac ſolemnitatibus juris communis, & municipalis, validè alienantur, adeo ut earundem rerum, ac bonorum minoris alienationes reddantur prorſus firmæ, & inconcuſ-
209 ſæ, cùm auctoritas Principis ſuppleat quidquid poſſet deſiderari, ac removeat quidquid obſtare valeret; & ſufficiat ad perpetuam ipſarum firmitatem, ac validitatem, reſcripti verba fuiſſe obſervata. *Abb. conſ. 41. numero 3. lib. 1. Beret. conſ. 43. ſub numero 3. Cravet. conſ. 626. numer. 1. 2. Raudenſ. conſ. 8. numero 13. lib. 1. Decian. conſ. 20. numero 52. 54. lib. 5. Menoch. conſ. 478. numero 48. 49. Cyriac. contr. 182. numero 20. 21. lib. 1. contr. 200. numero 26. lib. 2. contr. 690. ex numero 1. & contr. 692. à numero lib. 4. D. Gobius conſult. 93. numero 1. 2. 3. Virgil. de legit. perſon. c. 1. numero 49. Baron. de effect. minor. ætat. circa contract. eff. 3. numero 178. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 3. c. 4. à numero 33. 38. Lara in compend. vit. c. 20. numero 89. Urceol. de tranſact. q. 22. numero 25. 26. 27. Groſſ. de contr. minor. inſp. 1. q. 18. Poſſidon. de empt. lib. 1. dub. 12. numero 72. Capic. dec. 16. ſub numero 4. Manent. dec. 63. num. 23. 24. ac dec. 65. num. 7. Rota in rec. dec. 175. num. 9. p. 8. dec. 465. num. 17. p. 9. dec. 253. num. 10. p. 13. cor. Dunozet. jun. dec. 608. num. 2. tom. 1. cor. Carril. dec. 141. numer. 8. cum Aliis in Deciſ. Senat. Noſtri Mant. in Cauſa de S. Marco, & Magnaguta §. quia obſervata 15. Decembr. 1679. Me Bondino tunc referente in actis Cancellar. Mazzii.*

Igitur & pari modo interveniente diſpenſatio- 210
ne Principis, ut nunc, bona dotalia, ac fundi dotalis validè alienantur, non curatis diſpoſitionibus juris poſitivi contrarium ſancientis, in tantum, ut alienationes indè ſequutæ debeant eſſe omninò validæ & firmæ, jam quod contenta in reſcriptis diſpenſationum fuerunt prorſus ſervata;
dum inter ſe æquiparantur, & parificantur alie- 211
nationes rerum minorum, ac alienationes rerum dotalium; *ex gloſ. in l. cum res ff. de fidejuſſor. Cyn. in l. 1. C. de fidejuſſ. min.* quos refert, & ſequitur *Campeg. de dote p. 4 q. 18. ac Doring. in Biblioth. verb. Alienatio n. 434. tom. 1.*

Et nihil ſit certius in jure, quod æquipara- 212
torum eadem eſt natura, diſpoſitio, determinatio, ac idem judicium, *l. 1. ff. de leg. 1. l. ſi quis ſervo. C. de furt. c. ſi poſtquam §. fin. de elect. Glorit. reſp. 5. num. 58. Maceraten. reſol. 25. n. 10. lib. 3. Barboſ. axiom. 14. num. 1. repetit. per Gambſ. in theſaur. lib. 1. c. 37. axiom. 1. ubi concord. cum Aliis in Mea collect. leg. 31. num. 195. vol. 2. Rota in rec. dec. 98. num. 20.* ubi, quòd æquiparatio operatur æqualem determinationem in utroque *p. 19.*

Ac prout in iſtis, imò fortioribus terminis, etiam bona dotalia alienandi, traditur *à Cyriac. contr. 216. à n. 22. tom. 2.*

Sextò.

Nam, Ultrà circumſtantias hactenùs allatas, 213
alia quoque concurrant in Facto motiva, ob quæ debent omninò ſubſiſtere hujuſmodi alienationes, ex *collectis ſatis latè, & doctè per Alios DD. Scribentes pro D. Marchione*; Cui favet ſummoperè

Quod, ne dum contraxit ſub clypeo tutiſſi- 214
mo Reſcripti Supremi Principis, adimplendo prævia actuali ſolutione, omnia contenta in illo, ſed
cum Heroina ſummis dotibus, quamcunque ſexus 215
fragilitatem, ac conſilii imbecillitatem fugantibus exornata, cujus fidem, & ſinceritatem ſequutus, non minùs ſtatum muliebrem, quàm ſublimem illius nobilitatem reſpexit, adeo ut nulli unquam jacturæ ſubjici debeat; per notata in conſimilibus ab *Henrig. de fidejuſſor. c. 7. numero 520.*
*& cum eo Carpzov. Juriſpr. forenſ. p. 2. contr.* 216
*15. defin. 9. numero 4. 5. verſ.* maximè, cum in haſce fœminas Illuſtres non facile aliqua imprudentia, aut imbecillitas conſilii cadat; quin & is, qui illarum fidem in contrahendo ſequitur, non tàm ſtatum muliebrem, quàm illuſtrem dignitatem, adminiſtrationemque per omnia virili adminiſtrationi ſimilem reſpexiſſe cenſetur, *tom. 1.*

Quod, ne dum remanſit, ob tales alienatio- 217
nes, indotata, nec in toto, nec in majori parte, ſeù in dimidia, quo caſu concors eſt *D. D. ac Tribunalium Sententia*, validitatem earundem alienationum non poſſe controverti, ex *Salgad. Labyr. creditor. p. 2. c. 4. à numero 68. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 23. numero 21. tom. 1. & clauſ. 7. gloſ. 2. p. 6. numero 7. 36. tom. 2. Merlin. de pignor. lib. 2. d. q. 18. numer. 70. 71. 73.* ubi, quod ſic ſervatur in praxi, *Surd. dec. 86. Amat. dec. March. 62. numero 14. 18. Theſaur. Filius lib. 2. q. forenſ. 65. numero 4. & in Addit.*



*Addit. ad Patriſ. deciſionem 223. litt. C.* tangitur *in Mea collect. leg. 6. num. 9. juncta reſolutione Cauſæ ſub nu. 90. vol. 1. Giurb. obſ. 80. nu. 11. Andreol. contr. 376. nu. 3. ubi plurimos numericè adducit, & nu. 4. p. 5. Cyriac. contr. 216. num. 29. Card. de Luca tit. de dote diſc. 20. ſub num. 3. & diſc. 95. numer. 3.* ubi, quòd hodiè eſt propoſitio præſupponenda, & tanquam abſoluta, volitans per ora omnium forenſium, etiam infimæ conditionis, *lib. 6. Rota poſt Pic. ad Stat. Urb. dec. 17. poſt. Cenc. de cenſib. dec. 33. & cor. Andrea dec. 79.*

218 Quòd ob id ipſa vivens, agnoſcens bonam fidem, veritatem, ac ſinceritatem, qua validè proceſſum fuit in iiſdem alienationibus, contrà illas nunquam reclamavit; ac ſub acquieſcentia earum obiit, ſuccedente ſic ipſarum approbatione, etiam jurata, jam quod mortem alicujus habere vim ju-
219 ramenti, eſt Concluſio notiſſima; *Gait. de credit. c. 2. tit. 4. n. 830. Munnoz. de ratiocin. c. 10. ſub nu. 61. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. rubr. 37. n. 35. tom. 1. cum Cæteris plenè cumulatis per Me in collect. legal. 19. num. 104. & collect. 44. num. 150. vol. 2. Gratian. dec. 94. nu. 11. Leoncil. dec. 41. ſub num. 11. Surd. dec. 103. nu. 6. 7. & dec. 199. ſub nu. 2. Rota cor. Buratt. dec. 530. ſub num. 3. tom. 2. cor. Coccin. dec. 1886. nu. 21. tom. 4. cor. Priolo dec. 68. nu. 19. & in recent. dec. 291. num. 20. p. 11.*

220 Quod denique multò minùs poteſt adversùs hujuſmodi alienationes veniri per D. Don Gibertum filium, & hæredem dictæ D. Donnæ Eleonoræ, non tantùm *ex Omnibus prædictis*; ſed ex eo quoquè, quòd tales alienationes, & ſi forſan nullæ, & irritæ, conſtante matrimonio, convalidentur, tamen eo ſoluto per mortem Viri, ſi, ut nunc, jus bonorum dotalium revertatur ad Uxorem, & hac defuncta, ad ejus hæredes, ut inducendo *tex. in l. conſtante juncta gloſ. C. de donat. Bald. conſ. 53. n. 3. 4. lib. 5. Altograd. conſ. 26. ſub num. 1. 2. lib. 2. Tuſch. litt. D. concl. 791. n. 20. tom. 2. & litt. I. concl. 631. nu. 8. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. c. 14. gloſ. 6. nu. 12. ubi etiam allegat Chaſſan. ad Conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 1. ad fin. Doring. in Biblioth. verb. Alienatio ante nu. 441. ubi pariter adducit Hillig. ad Donel. lib. 9. c. 10. litt. T. Baez. de non melior. filiab. c. 11. num. 73. Urſel. in examin. Apum verb. alienatio concl. 87. num. 16. tom. 2. Oſaſch. deciſ. 94. numer. 8.* Quæ ſanè ſententia videtur nunc reddi incontrovertibilis.

221 Vel, quia adfuit promiſſio D. Donnæ Eleonoræ unà cum D. Principe ejus Viro, *de iiſdem alienationibus attendendis perpetuò, & omni tempore, nec de in aliquo contraveniendo per ſe, & hæredes*, mediante juramento, ut ſuprà conſiderato, quemadmodum, declarando contrariam ſententiam, edocent *Barboſ. in l. 1. p. 5. numer. 30. verſ. poterit ſanè ff. ſolut. matrim. Suarez. tit. de Læſarras num. 54. Loffred. conſ. 33. num. 3. ubi plenè Guttier. de juram. confirm. p. 1. c. ſub num. 100. Giurb. d. gloſ. 6. ſub numero 12. Doring. eod. verb. Alienatio numero 440. ſub ampl. 4. cum Camban. de clauſ. c. ſed nunc reſtat. à numero 1. & infrà.*

222 Vel quia, ſi in ſenſu *D. D. & magis Sapientium* ſubſiſtit alienatio fundi dotalis, quando mulier pervenit ad ſenilem, ac talem ætatem, in qua veriſimiliter non ſit alia vota, aliaſque nuptias contractura, ob idque ceſſent rationes legum de materia loquentium, ut *paſſim apud præallegatos*:
223 Magis fatendum eſt, talem alienationem ſubſiſtere debere, poſt mortem ipſius mulieris, nec illius hæredi fore permittendam aliquam contraventionem eidem alienationi, proùt proſequitur *Coler. dec. 57. à n. 20. ad 23. tom. 1.*

Vel, quia, ſi D. Don Gibertus ſit quoquè hæ- 224
res D. Principis ejus Patris (ut reſultare ex immixtione in illius hæreditate, ſupponitur, ac deindè probatur *ab Imol. in l. ſi cum dotem §. ſi tranſgrediamur ſub nu. 26. ff. ſolut. matr. Mantic. de conject. lib. 12. tit. 10. num. 1. 3. Franc. de poteſt. conſider. 86. à n. 3. Rota cor. Bichio dec. 277. n. 27. 28. 29. tom. 1. & dec. 490. n. 11. 12. tom. 2.*) qui de evictione ad favorem D. Marchionis emptoris in forma promiſit; ſuccedit *vulgatum dictum*, quem de evictione tenet actio, eundem repellit ex-
ceptio, *l. vindicantem ff. de evict. cum ſuis con-* 225
*cordantib. Rota cor. Card. Cerro dec. 434. n. 19. 20.* ubi ampliat, etiam ſi fuiſſet hæres beneficiatus, quouſque ſuppetunt vires hæreditatibus, *tom. 2. & cor. Papa Gregor. XV. dec. 418. n. 6. 15. ac in recent. deciſ. 393. n. 8. p. 19.*

Sicuti autem *ſuperiùs fuit dictum*, ad horum 226
bonorum alienationes fuiſſe deventum, ob cauſam nimirùm neceſſariam ſatisfaciendi Ducali Cameræ pro decimis decurſis; nuncque additur, & ad effectum aſſequendæ liberationis ab uſuris hebraicis, quibus D. D. Conjuges premebantur, expreſſis quoquè in Precibus porrectis Suæ Celſ. ſicque ſemper validè, & ſubſiſtenter, licèt eadem bona fuiſſent conſtituta in verum, & proprium fundum dotalem, ut *Omnes per diſcurſum hactenùs adducti concedunt*, ac *Alii* haberi poſſunt penès *Barboſ. in collect. ad l. 1. & 2. C. de fund. dotal. Hermoſil. ad Hiſpan. l. 22. gloſ. 5. à n. 36. tom. 2. fol. 529. Altograd. d. conſ. 26. Giurb. d. gloſ. 6. Mangil. de evict. q. 72. Doring. pleniùs d. verb. Alienatio, Merlin. de pignor. lib. 2. q. 18. n. 78. cum ſeqq. latiùs Omnium Heeſer. de divis. bonor. p. 1. loc. 5. à numero 173. & d. loc. 8. numer. 18. cum multis ſeqq.*

Ità, ſi aliquod ſuperſit dubium (nullatenùs ta- 227
men admittendum) pro validitate ipſarum alienationum, eſt cenſendum, dùm & in dubio, ipſas fuiſſe factas ex cauſa neceſſaria, concluditur cum *l. fideicommiſſa §. ſi in rem ff. de leg. 1. Honded. conſ. 77. nu. 23. lib. 2. Gratian. diſcept. 316. num. 8. Petra de fideic. q. 8. nu. 312. & Aliis à Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 2. nu. 29. &c. 14. d. gloſ. 6. nu. 8. Sanz. de diviſ. bonor. lib. 2. c. 15. nu. 29. & lib. 3. c. 4. num. 23. Heeſer. eod. tract. p. 1. loc. 8. num. 20. verſ. dubitare hìc & num. 21. ac num. 23. ubi de veriori, & ſequenda, Moller. ſemeſtr. lib. 4. c. 30. n. 5.*

## ARTICULUS SEXTUS.

*Neque ex capite Primogenituræ: Neque ex cauſa dotium D. Donnæ Barbaræ Balneæ olim Uxoris D. Don Giberti ab Auſtria locus eſſe poteſt avocationi bonorum, de quibus agitur.*

DE *binis hiſce Capitibus* elevatis pro parte 228
D. Don Giberti, pro avocandis bonis controverſis, exuberanter ſcripſit *D. Meus Palma Nepos*: Ob id, eà hìc ſolùm tetigiſſe pro complemento reſponſi, ſufficere deberet: Niſi

Quo ad Caput Primogenituræ aliàs erectæ ſub *die 12. Junii 1668. ex rog. Notar. Siſſæ*; obſervetur ulterius D. Donnam Eleonoram, cujus eſt hæres D. Don Gibertus, diſpoſuiſſe de bonis ſubjectis eidem primogenituræ taliter, ut voluerit, quòd

eſſe deberent comprehenſa in illius hæreditate,
non obſtante ipſa primogenitura, rationibus, &
cauſis expreſſis in teſtamento per eam condito *die
19. Febr. 1676. ex rog. ejuſd. Notar. Siſſæ*; Nec
ulli dubium eſſe poteſt, hanc diſpoſitionem po-
tuiſſe fieri, & eſſe validam non minùs attentis iiſ-
dem rationibus, & cauſis per Teſtatricem allatis,
excludentibus ejus conſenſum in erectione ipſiuſ-
229 met Primogenituræ; contrà quas nihil objici po-
teſt, ſed illis omninò eſt ſtandum, ne argueretur
D. Teſtatrix de mendacio, quod omninò hæredi
denegatur, *Auth. de jurejur. Bal. in l. cum res ſub
n. 13. C. de probat. Brun. conſ. 142. n. 5. Cyriac.
contr. 160. n. 73. & contr. 181. n. 60. l. 1. Ego ip-
ſe colluct. leg. 9. n. 159. 161. vol. 1. Rota cor. San-
ctiſſ. Alex. VIII. deciſ. 167. n. 30.* ſed etiam ex quo
230 eſt certiſſima Concluſio, Teſtatorem poſſe validè
de bonis hæredis diſponere, ſicut de propriis, *l.
unum ex familia §. ſi rem, & l. cum filius, & do-
minus ff. de leg. 2. ac l. ult. §. fin. C. comm. de leg.
Cyriac. contr. 161. numer. 82. lib. 1. Rocca diſp.
50. num. 5. lib. 1. Giurb. obſ. 104. num. 22. Con-
ciol. de hæred. art. 3. num. 5. Card. de Luca tit.
de teſtam. diſc. 42. n. 9. lib. 9. Capyc. Latro dec.
24. n. 3. Rota in rec. dec. 19. n. 1. & dec. 89. n. 2.
part. 5.*
231 Si igitur ſublata fuit hujuſmodi Primogenitura,
& bona, quæ erant illi ſuppoſita, fuerunt in hæ-
reditate D. Donnæ Eleonoræ per eam repoſita,
quemadmodum D. Don Gibertus nequit ex perſona
propria amplius uti juribus ejuſdem Primogenitu-
ræ, veluti non extantis, & *ex mox allegandis Doc-
toribus*, ita eo minus, uti hæres D. Donnæ
232 Eleonoræ ſuæ Matris ad illam adſpirare valet; ſed
eo modo, quo defuncta tenebatur, nuncque ſi
viveret, teneretur ſervare alienationes, in qui-
bus continentur bona ejuſdem Primogenituræ, fa-
ctas D. Marchioni Strozzio, ut *in antecedentibus
233 Artic. viſum fuit*; tenetur, & hodie idem D. Don
Gibertus hæres ipſas alienationes punctualiter ſer-
vare, nec contrà illas ex capite iſto poteſt quoquo
modo venire, *vulg. l. cum à matre*, (ubi propriè
de bonis filii hæredis per matrem diſpoſitis agitur)
*C. de rei vendic. cum ſuis concordantib.* tàm *ibid.
per Barboſ. in collect. n. 6.* quàm *alibi paſſim per
Doctores cumulatis.*
234 Cùm enim defunctus, & hæres, una, & ea-
dem perſona ex miniſterio legis reputentur, ſi hæ-
redi permiſſum eſſet venire contrà factum defun-
cti, utique proprio facto adverſaretur, quod con-
tinet repugnantiam, dum actio, & paſſio in eo-
dem ſubjecto ſtare nequeunt, *l. ex qua perſona ff.
de reg. jur. Gratian. diſcept. 511. num. 16. & diſc.
544. n. 33. Rocca diſput. 51. n. 93. ubi concord. lib.
1. Barz. dec. 64. nu. 93. ubi concord. lib. 1. Barz.
dec. 64. n. 33. Rota cor. Buratt. dec. 817. n. 1. tom.
3. cor. Cavaler. dec. 536. n. 4. & cor. Sanctiſſ. Alex.
VIII. dec. 105. n. 14.*
235 Magis quia, cùm hujuſmodi bona Primoge-
nituræ fuerint, ut ſuprà effecta hæreditaria D.
Donnæ Eleonoræ, certiùs, ſi apud emptorem non
exiſterent, cadere deberent ſub obligatione evictio-
nis ad favorem illius emiſſæ, ob quam, & promp-
tiùs D. Don Gibertus hæres repelli deberet ab il-
lorum conſequutione *ex Scribentib. in d. leg. cum à
matre, cum Aliis apud Mangil. de evict. q. 54. à n. 4.
& per tot. Card. de Luca tit. de empt. diſc. 16. n. 3.
lib. 7. Rota cor. Summo Pontific. Innocent. X. dec. 170.*
236 Et *ex his Omnibus*, qui firmarunt, hæredem
nec etiam ex proprio jure poſſe vindicare bona ſua
diſtracta à defuncto, ſed teneri ratam habere talem
diſtractionem, nec contrà illam poſſe venire,
cum ſemper exceptio repellat eum obligatum de
evictione; & conſenſus hæredismet, qui adeundo 237
hæreditatem firmavit talem diſtractionem, ad ejus
plenariam obſervationem, & manutentionem, fa-
vore emptoris, omninò illum adſtringat, *l. ſi ab eo,
C. de libert. cauſ. l. filiusfam. §. cum pater. ff. de
leg. 2. leg. ſi fundum C. de reb. alien. non alie-
nand. Gabr. conſ. 125. num. 4. 5. lib. 1. Decian.
conſ. 55. n. 87. & ſeqq. lib. 3. Peregr. conſ. 51. n.
6. 7. lib. 2. Honded. conſ. 3. ex num. 47. lib. 1.
Bellon. jun. conſ. 55. n. 50. 51. Menoch. conſ. 89.
lib. 1. Altograd. ſen. conſ. 25. n. 24. lib. 1. Caſtald.
conſult. 23. à n. 12. ad 18. lib. 1. Poſt. reſol. 44.
Sabel. reſol. 3. à n. 6. Staiban. jun. reſol. 100. n.
11. Cyriac. contr. 160. n. 70. 71. 72. & à n. 78. ad
89. lib. 1. cum Cæteris penès Epiſc. Roccam diſp. 51.
n. 95. lib. 1. ac D. Palmam Nepotem alleg. 100.
n. 41. lib. 1. & alleg. 177. n. 4. ubi de veriori, ac
receptiori, lib. 2. Ferentil. ad Burat. dec. 154. à n.
7. tom. 1. Rota cor. Coccin. dec. 1507. & dec. 1623.
tom. 3. cor. Merlin. dec. 269. n. 6. tom. 1.*
Sed, cum talia bona reperiantur apud D. Mar- 238
chionem Strozzium emptorem, facilius eidem re-
manere debent, quàm ſi pro illis de evictione
agere neceſſe haberet, *ad l. Paulus ff. de doli ex-
cept. Poſt. reſol. 55. n. 4. reſol. 64. n. 18. Caſtill. contr.
15. à nu. 9. lib. 3. Cyriac. contr. 180. nu. 50. lib. 1.
Thomaſ. deciſ. 272. n. 7. tom. 2. Giurb. dec. 60. n.
5. ubi concord. cum aliis in mea colluct. leg. 9. n.
97. vol. 1. Rota cor. Gregor. dec. 425. n. 2. cor. Ca-
valer. dec. 646. n. 5. cor. Merlin. dec. 351. n. 2.
tom. 1. cor. Duran. dec. 241. n. 25. cor. Buratt. dec.
914. n. 5. tom. 3.*
Quò vero ad caput promotum ex cauſa dotis 239
D. Donnæ Barbaræ olim Uxoris D. Don. Giber-
ti, & pro intereſſe filiorum; Stat firma in facto
poſterioritas iſtius dotis, quoad dotem D. Donnæ 240
Eleonoræ, ex cujus juribus anterioribus aliis in
proceſſu, D. Marchio Strozzius legitimè tuetur
bona controverſa adverſus dictam prætenſionem
poſteriorem; quod ſibi licere, eſt *Omnibus* notiſſi-
mum; *ad l. ſi in ſolutum 6. C. de oblig. & act.* ibi,
„ quod, ſi ab his, quibus fuerunt obligata, cum
„ potiores erant diſtracta probentur emptoribus,
„ avocari non poſſe perſpicis, *l. emptor. 5. C. de hæ-
red. vel act. vendit. Bart. in l. Ariſto. n. 2. ff. quæ
res pig. Arias de Meſa var. lib. 1. cap. 14. n. 1. &
cap. 25. n. 19. Rota in rec. dec. 89. num. 21. p. 10.
dec. 329. n. 8.* ubi, quod de hoc non ambigitur
*p. 17. & cor. Arguel. dec. 45. n. 19. & alibi.*
Quare &c. ſalvo &c.

*Comes Vincentius Bondenus Eques
Chriſti J. C. Argentanus.*

---

## CAPUT XLVIII.

### ARGUMENTUM.

*Quòd creditor partem ſuam lucri recipiens ab uno ex correis, ſibi non præjudicet: & de beneficio fidejuſſorum.* Sunt verba *Rubr. 14. Stat. Ferrar. lib. 2.*

Agitur ampliſſimè de *Societate ad Caput ſalvum*, quam initam cum ſolitis *Tribus contractibus*, eſſe validam, & ſervandam, ſicque fructus conventos eſſe dandos Socio ponenti pecuniam in rationem quinque, ſex, ſeptem, & octo pro centenario, & anno, latè oſtenditur; Re-



probatis *Card. de Luca tit. de uſur. diſc. 1. lib. 5. & alibi ac Epiſc. Rocca diſp. jur. c. 99. lib. 2. & Aliis.* Quòdque ſocius, cui fuerunt ſolutæ pecuniæ, ſi eas non implicet juxtà conventa, teneatur ad damna, & intereſſe, ac eorum loco, ad fructus conventos ergà alium ſocium concluditur.

### SUMMARIUM.

1 Stat. Ferrar. lib. 2. rubr. 14. *in prima parte quid diſponat: loquens de mercantia, intelligitur de ea, quæ eſt ad partem lucri*, n. 2.

3 *Homines non ſunt tàm fatui, ut dent pecunias ad mercantiam, abſque ulla parte lucri.*

4 *Mercantia exercetur cum parte, ſeù ſpe lucri.*

5 *Inveriſimile non eſt dicendum, nec permittendum.*

7 *Societas poteſt iniri, ut unus ponat capitale, alius operam, & in fine extrahatur capitale, & reliquum dividatur: ſed quid, ſi ſocietas fuerit damnoſa*, n. 8.

9 *Societas ad caput ſalvum eſt improbata, & damnata, ex* Bulla Sixti V. *intellige, ut* n. 10. & *ut* num. 11. 66. 67. 74. *ubi de ſocietate facta cum trino contractu, ut omninò ſuſtineatur, ac* 12. 13. & ſeqq. *ubi plenè: ac* numer. 16. & plurib. ſeqq. *ubi latè rejiciuntur* Card. de Luca tit. de uſur. diſc. 1. lib. 5. Epiſc. Rocca diſp. 99. lib. 2. Gall. de fructib. diſp. 4. art. 1. q. 5. à n. 58. & Alii, *ac nu. 70. cum ſeq. ac* n. 26. ac ſeqq. *& quantum ſit remittendum ſocio aſſecuranti capitale, n. 31. & quantum poſſit percipere ſocius aſſecuratus, nu. 35. 36. 37. 38. 39.*

28 *Suppoſitum, de quo diſputatur, eſt abjiciendum.*

32 *Fidejuſſori, & aſſecuratori licet recipere certam mercedem.*

33 *Campſoribus pro cedulis bancariis in cauſam aſſecurationis factis, licet aliquid recipere.*

39 *Intereſſe mercantiæ eſt taxatum, juxtà* Ordin. Mantuæ *ad* ſeptem pro cent. & ann.

40 *Societatis capitale poteſt recuperari, etiam ante tempus præfinitum, ſi conventio fructuum ad favorem ſocii, qui illud poſuit, eſſet illicita, & uſuraria: ſimilitèr, ſi ſocius, cui fuit datum capitale, non utatur illo in negotiatione conventa, num. 42. 43. 44. ubi, quod & debetur intereſſe conſocio, & n. 118. & ſeq. declara & n. ſeq. 45.*

45 *Socius, qui poſuit capitale, quando nequeat conſequi intereſſe ſeù lucrum conventum, adhibitis quoque tribus contractibus.*

46 *Juramentum in litem datur ſocio contrà ſocium.*

47 *Socius poteſt diſcedere à ſocietate, ſi ipſe adimplevit, alter verò ſocius non adimplevit, & poteſt conſequi ſuum capitale cum intereſſe, num. 48. 101.*

48 *Intereſſe dicitur liquidatum ex inſtrumento ſocietatis, cum aſſecuratione certi lucri: prout & ex inſtrumento cenſus, ibid. ac n. 119. 120. ubi etiam*, ſine requiſitis Caſtr.

49 Card. de Luca tit. de uſur. diſc. 1. n. 10. *circà trinum contractum, quomodò loquatur, prout &* Epiſc. Rocca diſp. 99. n. 15. *ibid.*

51 *Societas cum tribus contractibus poteſt celebrari tacitè, & æquipollenter: etiam unico contextu in eodem inſtrumento, n. 54. 55. & n. 56. 57. ubi rejiciuntur de Luca, & Rocca, ac rursùs, n. 68. & vide n. 79.*

59 Stat. Ferrar. lib. 2. rubr. 14. *quid diſponat circà obligatos in ſolidum ex alia cauſa, quàm mercationis: ei non poteſt renunciari, n. 60. nec etiam cum juramento, n. 61.*

62 *Juramentum, quod præſumitur dolo præſtitum; & de fictione ſuper hoc, quando nihil operetur; remiſſivè.*

77 *Animalium capitale poſitum in ſocietate, quomodo differat à capitali pecuniario.*

78 *Correſpectivi dicuntur actus proximè facti.*

81 *Societatis capitale non præſumitur deperditum: ſed ſalvum, etiam cum lucro, n. 84.*

82 *Societatis contractus, & aſſecuratio certi lucri, ſuppoſita exiſtentia capitalis, benè conſiſtunt.*

85 *Socius, qui* per ſe ipſum *tenetur negotiari, non poteſt alteri negotiationem committere: intellige, ut n. 88. & ſeqq.*

86 *Induſtria perſonæ, quando dicatur electa, & num. 87.*

95 *Socius non poteſt implicare capitale ſibi ab alio ſocio datum in diverſa negotiatione conventa, amplia num. 96.*

97 *Inſtitor, quando non obliget ſocium illius, qui eum deputavit, & n. n. ſeq.*

102 *Teſtis unicus probat contra inducentem, & eo utentem.*

104 *Culpa præſumitur in eo, qui dat pecunias perſonæ ſuſpectæ, & de proximo decocturæ.*

106 *Librorum legalitas debet fieri per diſpunctionem peritorum à partibus electorum.*

109 *Oblivio intrà decennium in facto proprio non præſumitur.*

112 *Compenſatio non datur de ſolutionibus, niſi omnimodè liquidatis.*

113 *Intereſſe, ut debeatur, quando ſit neceſſaria interpellatio.*

114 *Repetitio non competit debitori, ſed benè compenſatio.*

119 *Inveſtire, ſeù implicare pecuniam obligatus; non facto inveſtimento, tenetur ad intereſſe.*

120 *Intereſſe, quando debeatur, etiam ſine* requiſitis Caſtrenſ.

121 *Pecunia inveſtienda in effectibus, habetur, tanquàm ſpecies.*

122 *Mandatum ſuſcipiens ad inveſtiendum, ad quid teneatur: & quando ſit tale, n. 125.*

123 *Solutiones factæ pro aliquo intereſſe non poſſunt reddere licitum, quod eſt illicitum: Declara, num. 124.*

124 *Creditor non præſumitur diu recipere, quod ſibi non debetur: Nec debitor ſolvere diu id, ad quod non tenetur.*

125 *Pecunia recepta* per metterla à frutto, *quomodo conſideretur.*

129 *Societas* ad caput ſalvum *cum tribus contractibus, etiam ſubintellectis, ſivè æquivalenter celebratis, ſuſtinetur.*

130 *Contractus tres ad ſuſtinendam ſocietatem* ad caput ſalvum, *quando celebrati dicantur.*

In meis Notis *ad Oter. de paſc. cap. 26.* tetigi opportunè materiam valdè practicabilem, & quotidianam de *Societate ad Caput Salvum* inita, mediantibus *Tribus Contractibus*: Cùmque in eodem loco dixerim *Me* de illa ſcripſiſſe etiam latè in Opere *De Jure municipali (ſivè ad Stat. Ferrar. lib. 2. rubr. 14.) Obſ. 14.* Ne deſint notatu digna circà eam ibidem congeſta, & examinata: Subditur hìc per extenſum ipſamet Obſervatio XIV. in fine illius apponuntur *Duæ Deciſiones*, Altera *Rotæ Bonon.* & Altera *Senatus Mantuani*; in quibus benè de hujuſmodi ſocietate diſſeritur: Sic igitur ſe habet eadem Obſervatio.

## OBSERVATIO

### *COMITIS VINCENTII BONDENI.*

1 PArum mihi ſuggeritur circà contenta *in hoc
Statuto*, cujus prior pars diſponit, quod *ſi duo,
vel plures ſint in eodem inſtrumento obligati in ſoli-
dum pro pecuniis datis ad mercationem, & ad
unum, vel aliquos tota quantitas pervenerit, vel
ab aliquo ex iis, inter quos diviſa fuerit, non in-
telligantur ex hoc liberati correi, licèt alter eorum,
vel aliqui ex eis inſtrumentum conſervationis indem-
nitatis habuerint, ſed liberum ſit creditori conveni-
re ad ſolutionem ſortis, & lucrorum, quem ex cor-
reis obligatis voluerit. Nec poſſit correus conventus
excipere, ut ille, vel illi, ad quem, vel quos quan-
titas pervenit, excutiatur, aut excutiantur per credi-*
2 *torem periculo, & expenſis illius ſic excipientis :* Et
quam priorem partem intelligi pro pecuniis datis,
non ad quamlibet mercationem, ſed ad eam, quæ
eſt ad partem lucri, notat, ac judicatum inquit
3 *Pigant. ibid. nu.* 10. quaſi, quòd adſint homines,
tàm ſtulti, & fatui, qui dent pecunias ad mercan-
tiam, abſque ulla parte lucri; quod eſt contrà no-
tata *in Mea colluct. legal.* 31. *n.* 13. *vol.* 1. *cum Tho-
mat. dec.* 132. *n.* 38. *to.* 2. *Rota in rec. dec.* 367. *n.* 4. *p.*
5. *dec.* 94. *num.* 54. *p.* 7. *cor. Duran. dec.* 250. *ſub
n.* 3. *& cor. Merlin. dec.* 702. *n.* 54. *tom.* 2. & contrà
4 naturam nationis *ad mercantiam*, cujus exerciti-
um præſupponit, vel partem, vel ſpem alicujus lu-
cri, cum non niſi, reſpectu illius, mercantia exer-
ceatur, ſeu exerceri fiat, ac in eam implicentur pe-
cuniæ; ut *Omnibus eſt notum :* nec aliud ſit dicen-
5 dum, aut permittendum; ex *Rota in recent. deciſ.*
273. *p.* 16. *& dec.* 71. *n.* 2. *p.* 17.

6 Ex eo, quòd prior pars *iſtius Statuti* ſe habet ad
favorem dantis pecunias, etiam, quoad *ſolutionem
ſortis*; videtur, quod *Statuentes* ſequuti fuerint ſen-
7 tentiam eorum, qui voluerunt, Societatem poſſe
iniri tali pacto, ut unus ponat ſortem, ſive capitale,
conſiſtens in pecuniis, & alius ponat operam;
otque in fine ſocietatis, extrahatur ſors, ſive capita-
le ad favorem ponentis, ſeu dantis, ac reliquum,
juxtà conventa partiatur. *Socin. ſen. conſ.* 24. *num.*
23. *lib.* 1. *Spada conſ.* 296. *n.* 14. *lib.* 2. *Rocc. reſp.*
35. *n.* 7. *lib.* 1. *Fachin. contr. jur. lib.* 2. *cap.* 94.
*Eſcobar. de ratiocin. c.* 21. *n.* 5. *Filiuc. tract.* 38. *c.*
3. *n.* 34. *Giballin. de uſur. lib.* 5. *c.* 2. *art.* 6. *Epiſc.
Rocca diſput. jur. c.* 99. *n.* 20. *& c.* 100. *n.* 25. *ubi
concordant. cum rejectione Adverſantium lib.* 2. *Ro-
ta Genuen. dec.* 159. *& Rota Romana in rec. deciſ.*
238. *n.* 3. *p.* 17.

8 Aſt difficultas in eo conſiſtit, quid ſit dicendum
quando in fine ſocietatis, ſeu mercantiæ non lucro-
ſæ, ſed damnoſæ, nec etiam ſupereſt ſors, ſeu capi-
tale; cum velle dicere, quòd adhuc ponens, ſeu
dans eandem ſortem, ſeu capitale, debeat in
hoc caſu illam conſequi, & obtinere, & poſſit
juxta demandata ab hoc Statuto *convenire ad
ſolutionem ſortis, quem ex correis obligarit*; aliud
9 non eſt, quàm dicere *ad caput ſalvum*, quod om-
ninò eſt improbatum, ac damnatum per *Bullam
Sixti V. inter ſuas* 45. *incip. deteſtabilis avaritiæ
ingluvies in Bullar. tom.* 2. *ac impreſſa penès Leo-
tard. de uſur q.* 31. *n.* 10. *& alios.*

10 Quæ ſanè *Bulla*, utpotè locum duntaxat habens,
quando pactum reſtituendi ſalvum, & integrum
capitale cohæret ſoli contractui ſocietatis, ex cujus
vi ad nil aliud ſocii tenentur ex juſtitia, quàm
ad juſtam diſtributionem damni, & lucri, peri-
culo ſortis uniuſcujuſque remanente apud unum-
quemque; *ex DD. mox allegandis.*

Non procedit, quando ſocietas habet admixtos 11
alios *duos contractus aſſecurationis, tàm reſpectu
ſortis, quàm certi lucri; remiſſo, & condonato omni,
& quocunque ulteriori lucro, & emolumento in
beneficium Socii, qui recipit pecunias, ſivè capitale*;
ſi remiſſio, & condonatio ſit proportionata, & non
incongrua oneri aſſumpto, pro aſſecuratione, tàm
capitalis, quàm lucri; prout, tùm ante actis, tum
præſentibus temporibus *utraque Schola Theologo-
rum, Moralium, Canoniſtarum, & Legiſtarum ma-
gis communiter* admiſit, ac admittit, quibus adhæ-
ſiſſe declarationem ipſius Pontificis *Sixti V.* orete-
nùs factam, ut ſcilicèt ejus *Bulla præfata* non ca-
piat caſus, in quibus ex magis communi, & recepto
*Canoniſtarum, & Theologorum* ſenſu actus, & con-
tractus reputetur licitus, ac permiſſus, tamquam
ab omni labe uſurariæ pravitatis liber, & immunis,
teſtantur in iſtis terminis, poſt alios, & cum aliis
*Scortia theor.* 367. *in fin. Juſt. de contin. camb. q.* 10.
*numero* 9. *Epiſc. Rocca diſp. jur. cap.* 99. *numer.*
13. *ubi concord. lib.* 2. *Comitol. reſp. moral. lib.*
3. *qu.* 12. *numero* 3. *Reginald. in prax. fori pœni-
ten. lib.* 25. *cap.* 29. *numero* 400. *ſub verſ. ſex-
tum eſt. tom.* 2. *Carleval. de judic. lib.* 1. *diſp.* 7.
*ſub numero* 22. *Leotard. de uſur. d. qu.* 31. *num.*
13. *Card. de Luca eod. tit. diſc.* 2. *numero* 10. *lib.*
5. *Pacian. de locat. c.* 12. *n.* 48. *Saminiat. contr.*
42. *num.* 13. *tom.* 1. *Rota cor. Millin. deciſ.* 212.
*num.* 2.

Et licèt ex hujuſmodi *Theologis, Moralibus,* 12
*Canoniſtis, & Legiſtis* pergrandem poſſem cumu-
lare numerum, & acervum; ſufficiat tamen pro
illis fermè innumeris habendis, videre *Notas per
Me factas ad Oter. de paſcuis c.* 26. *aſt latiùs Me-
am colluct. legal.* 31. *in qua tot. pleniſſimè ma-
teriam iſtam pertractavi vol. p. & cum qua omni-
nò ſtetit D. Saminiat. d. contr.* 42. *pariter per
tot. tom.* 1. *ac adduntur Beja in reſponſ. caſ. conſc.
p. caſ.* 28. *ubi benè. Actolin. reſol.* 11. *n.* 12. *l.* 1.
*Pacian. de locat. d. c.* 12. *n.* 51. *& ſeq. Sabel. in ſum-
ma verb. ſocietas in Addit. ſub nu.* 19. *tom.* 4. *D.
Præſes Gobius Me laudabiliter allegato. conſult.* 32.
*num.* 6. *ubi ſic judicatum cum editione Deciſionis
ſui Senatus Mantuæ Conciol. reſol. crimin. verb.
Bulla reſol.* 7. *nu.* 2. *& in Addit. ubi de veriori,
communi, & communiſſima opinione Jovius ( Me
itidem adducto) de ſolemn. in contract. minor. gloſ.*
16. §. 11. *ſub num.* 48. *ubi de veriori, receptiori,
& rationabiliori. Pilaja in ſuis deciſ. tom.* 1. *lib.*
2. *tit. de uſur. & camb. dec.* 9. *n* 19. *& tom.* 2. *lib.*
2. *tit. de cenſib. dec.* 10. *petit.* 10. *n.* 9. *ſeq. Epiſc.
Franciſc. de Araux. ſuis deciſionibus tom.* 2. *diſp.*
1. *q.* 5. *per tot. Chriſtin. deciſ. Belgic.* 207. *nu.* 5.
12. 13. *ubi ſic judicatum tom.* 1. *Armenzan. de-
ciſ.* 46. *Rota ipſa Romana, ultrà alias deciſiones
allatas poſt Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 168.
*n.* 16. ubi quòd iſta ſocietas trium contractuum 13
eſt approbata, abſque ulla difficultate, *& Romæ,
& paſſim per totam Italiam eſt in uſu repetita in re-
cent. deciſ.* 74. *ex num.* 18. *p.* 14. *ac deciſ.* 368.
*num.* 19. 20. ubi rurſus, quòd abſque difficultate
hæc ſocietas, quæ nuncupatur ibi celebris con-
tractus trium contractuum, eſt approbata *Romæ,
& paſſim Italico in uſu*, & quòd graves *Theologi,
& Omnes* ſtant pro ea *p.* 17.

Et ita ſæpè judicatum fuit *per Senatum Man-* 14
*tuæ*, ultrà *deciſ. ſuperiùs tactam*; ac ſignanter *in
cauſa Bell. & Pantia* 8. *Junii* 1682. *Me refe-
rente in actis Cancellar. Thomaſini in cauſa Zam-
pola,*



*pola, & Chizzola in proceſſ. Ben. Jeæ* 23. *Junii* 1682.
*Me pariter referente in iiſdem actis, & in aliis cau-
ſis poſtmodum diſcuſſis, & deciſis*; præſertim *in cau-
ſa Coccapana* 23. *Martii* 1689. *Refer. D. meo Se-
natore Riccio in act s Cancellar. Muti.*

15 Ac ita pariter retulit *Rota Bonon. in Reboretana
ſocietatis inter partes Tonellam, & Pizzinam, & in
Deciſione, quæ in fin. iſtius Obſerv. regiſtratur*; ſecun-
dùm quam præciſim *judicatum fuit ab Excellentiſſ.
D D. Comite Franciſco de Caſtrobarco, Barone Quat-
tuor Vicariatuum in Ditione Tridentina, uti Judice
compromiſſario à partibus electo, ſub die* 24. *Sep-
tembr.* 1686. *ex rog. Simonis Rigoti Notar. Bren-
tonici.*

16 Neque ſunt attendendæ conſiderationes, quas
in contrarium pro oſtendenda infectione, ac inſub-
ſiſtentia iſtius ſocietatis admixtæ cum dictis aliis
duobus contractibus, meditatus fuit *Cardin de
Luca tit. de uſur. diſc.* 1. *per tot. & ibi in Append.
ubi ſolus eſt, in obloquendo ( immeritò ) de D. Pilaja,
viro alioquin valde docto lib.* 5.

17 ( Et, *cum quo Card.* tranſit totaliter ſub iiſdem
verbis, conſiderationibus, ac auctoritatibus *Epiſc.
Rocca diſput. jur. d. c.* 99. *per tot. lib.* 2. *ac acceſſerat
priùs ſcribens, ſed poſteriùs editus Gall. de fructib.
diſp.* 4. *art.* 1. *q.* 5. *à n.* 58. *ad* 66. *qui tamen minus prac-
ticè loquitur, ut ſæpius aſſolet.* )

18 Tùm, quia nominatim *ipſe Card. de Luca* ( &
ſic etiam *Epiſc. Rocca* ejus aſſecla rejicitur, ac re-
probatur à *Rota Bonon. in d. cauſa Roboretana* §.
*& quamvis pro contraria :* Cui *Rotæ* deciſivè proce-
denti magis indubitanter eſt ſtandum, quàm *Card.
de Luca diſcurſivè loquenti*; contrà *quem* pariter
nominatim ſtat *Jovius de ſolemnit. in contract. mi-
nor. gloſ.* 16. *d.* §. 11. *ſub n.* 48. *ubi etiam Me allegat
cum multis aliis*, dicens inſuper adverſus *Card. de
Luca* adeſſe ſententiam *veriorem, receptiorem, &
rationabiliorem :* & adverſus *quem* ſimiliter ſtetit *Se-
natus Mantuæ in d. deciſ. in cauſa Coccapana, poſita
hìc in fine* §. *& talis conventio verſic. quidquid malè.*

19 Tùm, quia *idem Card. de Luca* profitetur, illas
reduxiſſe, ac ſtetiſſe in terminis ſimplicis diſcur-
ſus, neque ad aliquam determinationem fuiſſe de-
ventum, inquit *in fine ejuſd. diſc.* 1. *ac obſervat Sa-
miniat. d. contr.* 42. *n.* 2. *in fine.*

20 Tùm, quia ſi illæ conſiderentur, ut fulcitæ
*Auctoritatibus aliquorum DD.* quos *idem Card.
in diſc.* 1. *ſub num.* 5. *verſic.* ut in ſpecialibus, ad-
ducit : Stant in contrarium penè *innumeræ aliæ*
21 *Auctoritates DD. latiùs, ac profundiùs materiam
ex profeſſo tractantium, & examinantium*; adeò ut
hodiè illæ debeant accipi, & conſiderari, tanquam
inanes *formicæ* dimicantes contrà exercitum fortium
*Leonum.*

22 Tùm, quia, ſi intimiùs ponderentur ratioci-
nia, & fundamenta, quibus *ipſe Card. de Luca*
movebàtur ad contradicendum Coarbitro ſecum e-
lecto, hæc reducebantur ad exclamationem, quod
23 ſub iſtis contractibus celebratis, mediante pecu-
nia, concurrit mutuum expreſſum, & verum; ac
iiſdem contractibus concurrentibus inſimul uſu-
rarum prohibitio remaneret merè verbalis, at-
que diceretur lex impoſita verbis, & non rebus,
cum quodcunque ſimplex mutuum uſurarium ita
palliari poſſet; Quodque fatuæ eſſent tot quæ-
24 ſtiones de uſuris, de cambiis, de cenſibus, &
ſimilibus ſuper juſtificatione acceſſionum ratione
lucri ceſſantis, vel damni emergentis cum ſuis
requiſitis &c. ſi hac via mediante, mutuator ex
pecunia ita ſimpliciter data, ſine periculo ſortis, de
certo, & uniformi lucro ab initio taxato, certus
reddi poteſt; Et, quod demùm, cum *in ſenſu omnium*
ſuſtinentium validitatem horum trium contractu- 25
um requiratur congrua, & condigna merces u-
triuſque aſſecurationis ſortis, & lucri, videatur
impracticabile in lucro retrahendo ex pecunia
numerata; dum ad effectum, quod dans pecu-
nias aſſecuratas, tàm de ſorte, quàm de lucro,
obtinere poſſet *quinque pro centenario, & anno*,
oporteret dare lucrum *in pluſquam* 40. *pro cen-
tenario annuatim :* ex quo viginti deberentur reci-
pienti pecunias, tanquàm ſocio ponenti operas; ex
aliis viginti debitis danti pecuniam, *eſſet detrahen-
da magna, & notabilis quantitas*, quæ veriſimiliter
foret congrua merces dictæ duplicis aſſecuratio-
nis, etiam à tertio negotiatore faciendæ : ut iſtis, ac
plenioribus verbis, non majoribus motivis diſcur-
rebat *iſte Card. de Luca*, repetens hoc ultimum
*in diſc.* 15. *n.* 6. *in fin. eod. tit. de uſur.* ac poſt eum,
& cum eo *Epiſc. Rocca d. c.* 99.

Verumtamen *Primum*, & *Secundum* ex recen- 26
ſitis ſundamentis ſunt prorsùs parvi facienda; cum
utrumque præſupponat, contineri in hiſce con-
tractibus mutuum, quod repugnat menti, volun-
tati, ac verbis contrahentium, celebrantium ve-
ram ſocietatem in negotiatione, & mercantia, non
autem mutuum, quod cum illa nihil habet com-
mune, nec è contra, ut *de ſe patet*, & ſubindè
præſupponat tegi, ac palliari ſub hiſce contracti- 27
bus pravitatem uſurariam; quod eſt falſiſſimum,
& in omnem caſum, eſt ſuppoſitum, de quo diſ-
putatur, ſeù diſputari poſſet, non ideo admitten- 28
dum, ſed ſemper abjiciendum; ut præmonebam
cum *Rimin. jun. conſ.* 413. *num.* 54. *Altograd. ſen.
conſ.* 69. *nu.* 118. *lib.* 2. *& Actolin. reſol.* 17. *n.* 21.
*ac reſol.* 54. *n.* 39. *lib.* 1. *in Mea colluct. legal.* 41.
*n.* 115. *vol.* 1. *& colluct.* 50. *n.* 23. *vol.* 2. ac contrà
hujuſmodi exclamationes, ſeù ſuppoſitum factum 29
in illis, ſtant peculiares ponderationes, *Leotard. de
uſur. d. qu.* 31. *n.* 15. *reaſſumptæ à Saminiat. d. contr.*
42. *ſub n.* 8. *ac Aliis.*

Tertium verò ( ultrà quod in ſpecie impugna- 30
tur à *Rota Bonon. in d. Cauſa Roboretana.* §. *quia
hujuſmodi.* ) ut fundatum ſuper impracticabilita-
te, diſtat omninò ab edoctis in hac materia, in qua
paſſim admittitur, mercedem pro aſſecuratione
ſortis, & lucri certi eſſe proportionatam, & con- 31
gruam, ſi dimittantur ſocio recipienti pecunias,
ultrà ſuam dimidiam, *octo, aut quinque, aut qua-
tuor*, quin imò *tria aut duo, pro qualibet centena-
rio, & anno*, ut cum *claſſicis DD. plenè firmavi
in d. Mea colluct. legal.* 31. *à num.* 7. *ad* 19. *vol.*
1. *cum qua D. Saminiat. d. contr.* 42. *num.* 14. *verſ.
quod eo fortius, & n.* 15. 16. *lib.* 1. neque diſſentit
*ipſe Card. de Luca*; dum *in d. tit. de uſur. diſc.* 4.
poſt allatam *n.* 8. magis communem, & receptam 32
concluſionem, licere aſſecuratori, & fidejuſſori
tertio convenire, & recipere certam mercedem,
ſeù præmium; ( de qua etiam *in ead. Mea colluct.
legal.* 31. *num.* 16. *ubi plurimos adduxi* ) ſubdit *n.*
9. quod docet *quotidiana praxis* in campſoribus, 33
aliiſque idoneis negotiatoribus, facientibus cedu-
las bancarias *pro aſſecuratione* ementium Caſtra,
ſive Titularium, ac Penſionariorum, quod iſtis
cedulis, ſeù aſſecuratoribus dantur regulariter,
juxtà communem uſum, ad rationem *duorum pro
centenario*, ſive plus, & minus, juxtà majorem, vel
minorem probabilitatem periculi, cui ceduliſtæ
ipſi, ſeù aſſecuratores ſe exponunt; quod repetit
*in tit. de cambiis diſc.* 2. *n.* 15. 16. 17. *lib.* 5. *cum
Rota cor. Gregor. deciſ.* 161. *& in Roman. cambior.*
(in qua *ipſe ſcripſit*) 28. *Novembr.* 1659. *cor. Veroſp.
poſt Zacch. de ſalar. dec.* 19. *& in rec. deciſ.* 121. *p.* 13.
Undè evidenter patet, quàm inaniter requiſierit 34



*in*

*in locis præfatis*, in quibus attulit *hoc teſtium fundamentum*, ut ſocio aſſecuranti ſortem, & certum lucrum alteri ſocio ipſam ſortem in pecunia ponenti, oporteret dimittere *quindecim*, *& plus pro centenario*, *& anno*, ſi aſſecuratus vellet licitè percipere *quinque annuatim pro centenario*, ſicque ut lucrum fieret, ac daretur in pluſquam *quadraginta pro centenario*, *& anno*; quod *dicebat*, eſſe impracticabile.

35 Ac propterea in conſimilibus negotiationibus, & ſocietatibus *vidi pluriès*, *& ſæpè practicavi*, ut ſocius aſſecuratus pro ſorte, quam in pecunia dedit, & pro certo annuo lucro, licitè convenire, & percipere poſſit, ac valeat, ne dum *quinque*, *& ſex annuatim pro centum*, ſi totum lucrum ſocietatis, & negotiationis aſcendat veriſimiliter *ad quindecim pro centenario*, *& anno*, ſed etiam *ſeptem*, (ut in caſu ſuper ſocietate *aromatariæ medicinalium*, deciſio *à Senatu Mant. in Cauſa Coccapana* 23. *Martii* 1689. *Referente D. meo Senatore Octaviano Riccio doctrina*, *& integritate conſpicuo*, *in actis Cancellar. Muti. hìc in fin. regiſtrat.*) *& octo pro centenario*, *& anno*, ſi totum lucrum ſocietatis, & negotiationis reſultet veriſimiliter de *viginti quatuor*, *aut vigintiquinque annuatim pro ſingulo centenario*: dimiſſo in utroque caſu, omni ſupraplari ad favorem ſocii aſſecurantis; ac remiſſo ei onere reddendarum rationum ipſius ſocietatis, & negotiationis, ſeù (ut dicit *hoc Noſtrum Stat.*) mercantiæ, quam remiſſionem contineri quoque in dictis tribus contractibus, patet ex formula poſita *in d. Mea collect. legal. nu.* 2. & *per Saminiat. d. contr.* 42. *ac Armenzan. dec.* 46. *num.* 24. *Cæteroſque de re iſta tractantes.*

36 Adeo ut videatur poſſe aſſumi pro regula, quod licitè conveniri, & percipi poſſint in hoc contractu *duæ ex tribus partibus lucri veriſimiliter proventuri* à tota ſocietate ſeù contractu, *dimiſſa alia tertia parte ipſius lucri* ad favorem conſocii aſſecurantis, & ut exemplificat in terminis ſocidæ,
37 in qua ineunda ſint ſervati dicti tres contractus, *Solian. in Archetyp. inſtrum. verb. ſocido in notabilib. §. benè poteſt taxari*: ubi ſi negotium regulariter reddat 12. *pro ſingulo anno*, *& centena-*
38 *rio* poteſt paciſci *de octo*, *& alia quatuor* cenſentur remiſſa pro aſſecuratione: Et in terminis ſocietatis cum mercatore artis aromatariæ rerum non medicinalium, vulgò, *di droghe*, *e di drogheria*, quod poſſint percipi à dante pecuniam *octo pro ſingulo centenario*, *& anno*, paſſim admittitur *in hac Civitate Ferrar.* etiam cum approbatione Principis, de qua in pluribus inſtrumentis, & ſignanter in ſequuto (præciſa conceſſione, & diſpenſatione *V. Legati Sylvæ diei* 27. *Septembr.* 1674.) inter *Fratres de Cattis*, *& Joann. Martinum Donatum* ſub *die* 28. *ejuſd. menſ. & anni*; ex *rog. Notar. Philippi Albini Ferrar.* Ac in terminis ſocietatis cum mercatore artis aromatariæ rerum medicinalium, in rationem pariter *octo pro centenario*, *& anno*; ultrà innumera inſtrumenta, adeſt ſequutum inter *R. R. Fratres de Pirettis ex una*, *& Sanctum Taſſum ex alia partibus*, ſub *die* 24. *Novembr.* 1690. *rog. Notar. Franc. Maraldi Ferrar.* canonizatum in Sententia graduatoria *diei* 21. *Octobr.* 1692. *lata per D. Locumten. civil. Travaglinum in actis d. Notar. Maraldi.*

39 Niſi tamen eſſemus in loco, in quo fuiſſet taxatum intereſſe mercantiæ, nam tunc ſocius aſſecuratus, ponens capitale non poſſet excedere illud, & ſi exceſſiſſet tùm conveniendo, tùm percipiendo, pati deberet, tàm moderationem redigendam ad taxam, quàm imputationem in computum ſortis de ſupraplari percepto, ultrà eandem taxam: prout ità judicavit *Senatus Mantuæ* (ubi dictum intereſſe vigore *Ordinum* eſt taxatum *ad ſeptem pro centenario*, *& anno*) in *Cauſa Caſtillionea* commemorata ſuperiùs, ex *notatis à D. Præſide Gobio conſult.* 33. *ſub n.* 12. & hoc eſt illud, quod dicebam *Ego ipſe in d. Mea collect.* 31. *n.* 11. *ubi concord.*

In omnem caſum, ſi aliquo juridico, ac verè 40
legitimo, & ſubſiſtenti motivo, ac reſpectu fructuum conventio exiſtimaretur illicita, & uſuraria, tunc ſciat ſocius, qui dedit pecuniam, ſeù capitale, dilata illius repetitione ad aliquod tempus, quod non cogitur ſervare contractum circà dilationem, ſed, ea non obſtante, poteſt ſuas actiones exercere, pro conſequutione ſuæ pecuniæ, ob regulam, *cum ceſſante &c.* dum hujuſmodi di- 41
latio fuit correſpectiva ad commodum medio tempore ſperatum, undè, iſto ceſſante, tanquam à ceſſante cauſa finali, dilatio quoquè ceſſare debet. *Card. de Luca tit. de uſur. diſc.* 9. *num.* 9. *lib.* 5. Idemque dicas, ſi ſocius, cui fuit tradita 42
pecunia pro capitali, ea non utatur in negotiatione conventa, ac in emptione mercium præſcriptarum; nam tali caſu ille, qui dedit pecuniam, poteſt diſcedere à ſocietate, eamque repetere, *Beia in reſponſ. caſ. conſc. p.* 3. *caſ.* 28. *§. nec credendum eſt verſ. tùm*, *quia tradens* pe- » cunias mercatori in ſocietatem, tradit illas, non abſolutè, ſed cum onere, & modo, ut eis utatur in talem negotiationem, aut in emptionem talium mercium, & poteſt diſcedere à ſocietate, & ſuas pecunias repetere, ſi contrarium fiat; maximè quando id in pactum deduxit: imò poteſt addere pœnas, ſi aliter, quàm 43
» conventum eſt, negotietur, non obſtante aſſecuratione capitalis, & lucri certi: Hoc eſt, quod meliùs traditur *à Leotard. de uſur. q.* 31. 44
» *numero* 52. ibi, Quamobrem, ſi mercator, cui pecunia data eſt ad negotiandum, ob ſegnitiem, vel dolum, illam in emptionem mercium minimè convertit, ſed uſibus aliis retinuit, tenetur ſocio ad id, quod intereſt, *d. l. cum duobus §. idem reſpondit ff. pro ſoc.* quæ ait, ſocium poſſe agere ad id, quod ſua intereſt, & *l.* 60. *in princ. eod. tit.* & probat apertiſſimè, *l. ad comparandas*, *C. mandat.* & videtur ſentire *Bald. in rubr. C. pro ſoc. in fin.* & clarè *Joann. Bapt. Plot. de in lit. juran.* § 13. *nu.* 6. *Roderic. de ann. reddit. lib.* 3. *q.* 4. *num.* 39. *& Avendann. de exequen. mandat. p.* 2. *c.* 29. *nu.* 5. *verſ. item ſupra dictæ* ubi refert ita *jure regio* eſſe conſtitutum. Et hoc caſu ſatis eſt probare, quid in ea negotiatione, in quam pecunia converti debuit, probabiliter mercatores lucrari conſueverunt, ut is, qui pecuniam contulit, tantundem à ſocio conſequatur pro eo, quod intereſt.

» Eo præcipuè ſemper animadverſo, quòd *ip-* 45
» *ſe Leotard. ead. p.* 31. edocet *num.* 16. ibi, « Nam, ſi pecuniam cuipiam des, quem certò ſcias, nulli negotiationi operam dare, neque daturum eſſe, manifeſtè apparet, te non habere animum contrahendæ ſocietatis: neque enim ſocietas eſſe poteſt, niſi alicujus rei ſit ſocietas, *l.* 5. *& l.* 63. *in fin. ff. pro ſoc.* ſed potiùs colorem fænori quæſitum eſſe, & ſub figmento, & involucro ſocietatis mutuum contrahi, & ex eo lucrum capi, quod ab omnibus damnatum eſt, & ita in ſpecie monent *Clavaſ. p.* 1.



» *p.* 1. *invent.* 6. *fol.* 37. *Scacc.* §. 1. *p.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 9. *nu.* 9. *& ampliat.* 17. *nu.* 9. *Ugolin. d. c* 55. *in fin. Narbon. loc. citat. num.* 46. *&* 47. *Juſtinian. in d. q.* 10. *fin.* & ante illos *ipſe Navar. cap.* 17. *nu.* 58. qui iſtis contractibus maximè patrocinatur, & hoc etiam rectè *Felic. d. lib. de ſociet. cap.* 18. *num.* 66. ac rursùs *idemmet Leotard. numer.* 55. ibi, Et repetam etiam, quod memini, me dixiſſe, ſi is, qui pecuniam dedit ad negotiandum, certò ſciret, accipientem pecuniam non eſſe mercatorem, neque mercaturam incipere velle: vel mercatorem quidem eſſe, ſed aliis uſibus pecuniam quærere, color eſſet quæſitus fœnori: & nihil ultrà ſortem ſub prætextu amiſſionis lucri capere liceret, etiamſi contractus ex ſua forma licitus videretur. Nullus enim contractus eſt, quem fraus, & prava intentio labefactare non poſſit. Et ita rectè docent *Navarr. in man. c.* 17. *numero* 158. *Binsfeld. in cap. ult. de uſur. q.* 8. *concl.* 5. *Avendan. loc. citat. Ugolin. de uſur. c.* 55. *numero* 1. *in fin. Felic. d. libr. de ſociet. c.* 18. *numero* 66. & in re ferè ſimili *Sigiſmund. Scacc.* §. 1. *q.* 7. *ampl.* 8. *numero* 120. *&* 124. *& Alphonſ. Narb. d. tit. de camb. l.* 15. *gloſ.* 4. *num.* 46. Quamobrem fraus omnis ceſſare debet ex parte ejus, qui pecuniam dedit ad merces emendas, vel in aliam licitam ſocietatem, ut ultrà ſortem lucrum illud conſequi, & repetere valeat, quod veriſimiliter ſocius facere potuiſſet, ſi ut promiſerat, merces comparaſſet, & ut poſſit adverſus eum ju-
46 » rare in litem pro eo, quod ſua intereſt; ſociis enim datum eſt jurare in litem, non fæneratoribus: de quo juramento, reſpectu ſociorum, actum fuit priùs *ab eod. Leotard. d. q.* 31. *numero* 53. *cum Cravet. conſ.* 433. *num.* 17. 18. *Plot. de in lit. juran.* §. 13. *numero* 6. *Ludovic. tit. de ſociet. in ſuis concluſ. verſ. ſocius ſi adminiſtraverit*, *Felic. de ſociet. c.* 20. *numer.* 21. 22. *adde Borred. in ſumm. dec. tit.* 52. *num.* 28. 29. *tom.* 1.

47 Sicuti autem circà permiſſum ſocio diſceſſum à ſocietate, ſi ipſe adimplevit, alter verò non adimplevit ea, ad quæ ex conventione tenebatur, etiamſi nulla facta fuerit interpellatio, cum ex inadimplemento reſultet inſanabilis mora habetur *tex. in l. ſi convenerit ff. pro ſoc. & ab Ancharan. jun. q.* 54. *lib.* 1. *q.* 68. *lib.* 2. *& q.* 59. *lib.* 4. *Spada conſ.* 297. *numero* 4. *lib.* 2. *Duard. de ſociet. lib.* 1. *c.* 2. *q.* 2. *numer.* 7. 8. *Felic. eod. tract. c.* 35. *num.* 28. 29. *Roſignol. eod. tit. contr.* 7. *diſp.* 2. §. 21. *nu.* 9. *Michalor. de fratrib. p.* 2. *c.* 36. *nu.* 22. *D. Anſald. Auditor Sanctiſſ. Innoc. XII. de commerc. & mercat. diſc.* 53. *à num.* 19. *ad* 21. *ubi de rationibus*, *& diſc.* 98. *numer.* 29. *&* 32. *Coſt. de fact. ſcien. & ignoran. diſt.* 80. *numero* 7. *cent.* 1. *Caſſar. in ſpecul. q. q. peregr. q.* 37. *numero* 15. *& per tot. Capyc. dec.* 174. *num.* 16.

Ita in facti contingentia, ſuperiùs tradita applicabantur caſui, in quo D. Marchio Philippus Zavalea, ejuſque filii, tanquàm inveſtiti privativè de feudo Hoſpitii, ſeù Cauponæ Burgi S. Lucæ Ferrariæ, inierunt *de anno* 1693. *die* 27. *Jun. ex rog. Notar. Ignatii Tamagni Ferrar.* ſocietatem, adhibitis tribus contractibus jam recenſitis ſuper exercitio ejuſdem cauponæ ab hominibus eligendis, privativè faciendo; ac promiſerunt conſocio, qui eis exburſaverat *ſcut.* 200. *de paulis x.* correſpondere *annuatim ſcut. quindecim* durante tempore ipſius ſocietatis convento: ſed, poſt aliquod ſpatium temporis, in quo idem exercitium Cauponæ ſequutum fuit, deſierunt illud, concedentes imò, quòd alii in eodem Burgo exercerent Cauponas: Undè pro parte conſocii jure 48
merito dictum fuit; tàm eſſe locum reſtitutioni capitalis dictorum ſcut. 200. quàm intereſſe convento, decurrendo uſque ad reſtitutionem ipſius capitalis; ſecundùm ea, quæ à Leotard. cæteriſque ubi ſuprà firmantur; ac *à Rota Bononien. hìc infra num.* 18. quòd intereſſe dici ſatis liquidatum ex ipſiuſmet ſocietatis, ac aſſecurationis lucri certi, ſervatis tribus contractibus factæ, publico inſtrumento, ſufficienter deſumitur ab his, quæ paſſim traduntur, & ſervantur in terminis intereſſe debiti, quando detegitur defectus cenſus ex capite materiæ, & ſic ex non adimplemento venditoris cenſus, ut nempe dicatur liquidatum ex inſtrumento ejuſdem cenſus; per *Cenc. de cenſib. qu.* 19. *num.* 45. *& q.* 74. *nu.* 10. *Rota ibi in calce Oper. dec.* 58. *ſub nu.* 5. *dec.* 61. *nu.* 8. *dec.* 62. *num.* 4. *dec.* 63. *num.* 2. *& dec.* 554. *n.* 10. *cor. Seraphin. dec.* 372. *n.* 1. *& deciſ.* 387. *n.* 6. *tom.* 1.

Et in iſtis propriis terminis ſocietatis ad caput ſalvum, ob non implicatas pecunias datas ad effectum eas implicandi in effectibus Aromatariæ medicinalium, adeſt *Deciſio Senatus Mantuæ*, qua dicitur, tàm eſſe locum repetitioni pecuniarum, quàm ſolutioni damnorum, & intereſſe, ſicque *de ſeptem* pro centenario, & anno conventis ob non factam implicationem, *in cauſa Coccapana*, *ſuperiùs allata* 23. *Martii* 1689. *Refer. D. meo Senatore Riccio in actis Cancellar. Muti. inferiùs poſita.*

Interim ſcias, quòd, & ſi *Card. de Luca ubi* 49
*ſuprà*, tàm acriter, aſt infæliciter, impugnet iſtos tres contractus, eos tamen *d. diſc.* 1. *numero* 20. *de uſur.* admittit in hunc modum: Tunc autem » (ſunt ejus verba) iſtorum trium contractuum ſimultaneus concurſus admittendus videtur, quando ſecundus aſſecurationis ſortis non eſt ſimplex, & indefinitus, ita ut pecuniæ receptor quodcunque periculum, ſeù niſi cum in ſe ſuſcipiat, etiam caſus fortuiti, ſed ſolùm ubi ſuſcipit illud periculum, ſeù niſi cum, quod congruum, & connaturale videtur, ſuſcepto mandato, ſeù ſuſceptæ adminiſtrationi, quod, ſcilicet, pendeat à decoctione, vel inſufficientia eorum, quibus pecuniæ, vel merces traficandæ creduntur, ut ita ſit diligens ad inveſtigandam conditionem perſonarum, cum quibus contrahit, & ne aliàs daretur occaſio fraudibus, & colluſionibus, quibus mediantibus hujuſmodi ſocii, vel inſtitores colludendo cum decocturis, ac minus idoneis, ipſum dominum, ſeù ſocium ſupplantarent; cum tunc re vera ſolùm duo contractus ſocietatis, & diviſionis ſperati lucri concurrere dicantur. Hactenus *Card. de Luca eod. tit. de uſur. diſc.* 15. *ſub numero* 6. agens de *iſto trino contractu*, cum quo, » & ſi non citato, *Epiſc. Rocca diſp. jur. d. cap.* 99. *numero* 15. ibi vel, quando ſemota aſſecuratione certi lucri in quantitate pro periculo ſortis ſuſcepto ab altero ſocio, aliquid eidem ſocio remittitur, adeo ut major ſit portio lucri in quota favore conſocii recipientis periculum ſortis.

Rurſuſque *idem Card. de Luca eod. tit. de uſur.* 50
*diſc.* 15. *ſub numero* 6. agens de iſto *trino contractu*, inquit, quod non data explicata conventione ſub hac ſpecie contrahendi, ſatis difficile eſt in foro externo id ſubintelligere, cum



aliàs

„ aliàs nunquam daretur caſus uſuræ, atque om-
„ nes contractus uſurarii, cum hoc ſubterfugio
51 ſalvari poſſent; Sic *Ille :* contrà quem etiam in hoc Stat. *magis communis opinio DD.* concludentium ſufficere, quòd iſti tres contractus fiant, & celebrentur tacitè, ac æquipollenter, juxtà modum allatum per *Me in d. colluct. legal.* 31. *num.* 5. *ubi plures refero DD. quibus adde Saminiat. d. contr.* 42. *nu.* 10. *Pacion. de locat. c.* 12. *num.* 53. *Gibalin. de uſur. lib.* 6. *c.* 6. *conſect.* 2. *num.* 2. 3. *& conſect.* 3. *ſub num.* 3. ubi diverſimodè exemplificat *tom.* 2. *Rotam poſt Torre de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.* 168. *ſub num.* 16. *repetita in rec. dec.* 74. *n.* 19. *p.* 14. *quæ canonizata iterum fuit deciſ.* 368. *n.* 19. 20. *p.* 17.

52 Et quam non fuiſſe repropoſitam, ſubditur *ibid. nu.* 21. *in fine à Card. Taja Ponente*, cui indubitanter in hoc magis eſt deferendum, & credendum, quàm *Card. de Luca*, dicenti contrarium *in d. diſc.* 1. *num.* 8. *verſ. potiſſimè quia, & d. diſc.* 15. *ſub n.* 2.

53 Et fortè, quia ſic dicendo, intendit debilitare *Auctoritatem ipſius Deciſionis* adverſantem nimis illius fixo ſenſui; in quo parum commendabiliter perſeveravit, & quem non indifferenter ſequutus fuit *Epiſc. Rocca :* dum *Ambo Advocati in Romana Curia* ſciebant, cum diſſimulare non potuerint, notoriam approbationem iſtius ſocietatis, ſive contractus trium contractuum *paſſim admitti, & practicari in Urbe*, ipſa quoque *Sacra Rota ubi ſuprà*, ſemel, & bis ità apertiſſimè *atteſtante.*

54 Etiamſi in uno, eodemque inſtrumento, ac unico contextu hujuſmodi ſocietas fuerit contracta, & celebrata cum admiſſione dictorum duorum contractuum, firmato, & conſtituto ſic trino illo contractu, ſeu contractu trium contractuum, quem celebrem nuncupat *Rota deciſ.*
55 368. *ante num.* 19. *p.* 17. Non enim requiritur, nec eſt neceſſarium, quòd iidemmet contractus fiant ſeparatim, & ex intervallo; ſic edocente *communi praxi* ſatis juridicè fundata in traditis *à DD.* quos retuli, & ſequutus ſum *in d. Mea colluct. legal.* 31. *n.* 4. *vol.* 1. & poſtmodum à *D. Saminiat. d. contr.* 42. *n.* 9. *ubi addit. Pacion. de locat. c.* 12. *n.* 53. ac jungo *Armenzan. d. deciſ.* 46. *n.* 24.

56 Quidquid dicant in contrarium *Card. de Luca tit. de uſur. d. diſc.* 1. *ſub n.* 7. *& latius Epiſc. Rocca diſp. jur. d. c.* 99. *numer.* 16. 17. 18. 19. *lib.* 2.

57 Cùm non niſi inani quadam conſideratione, ſemper præſupponente id, quod non eſt verum, ſeu diſputatur, ſcilicet contineri mutuum in iſtis contractibus, nec diſtingui à mutuo ſocietatem celebratam cum pacto in continenti, & correſpectivè appoſito, ut ſalvum ſit capitale, & detur certum lucrum (quod eſt duntaxat admiſſibile, ſpectata ſola ipſa ſocietate, non intervenientibus cum ea aliis duobus contractibus ut dicebatur *ſuprà* §. *quæ ſanè Bulla n.* 10.) inutiliter hodie contrà *Omnes* moveantur, ac illis reſiſtant, ne dum *DD.* ſed *Suprema Tribunalia, & ipſa Sacra Rota Romana, ut diximus.*

58 Sicuti igitur, eveniente caſu, quo ille, qui dedit pecunias ad mercantiam, juxtà modum in hiſce tribus contractibus contentum, ſi receperit partem lucri ab uno ex correis ſibi vigore *iſtius Noſtri Stat.* non præjudicat, ſed *liberum eſt ea convenire ad ſolutionem ſortis, & lucrorum, quem ex correis obligatis voluerit*; non attenta ex-
59 ceptione excuſſionis objecta : Ita deſcendens *Statutum* ad plures obligatos in ſolidum ex alia cauſa, quàm mercationis, diſponit *fidejuſſores, aut inſtrumentum indemnitatis habentes conventos à creditore poſtulare poſſe, ut creditor excutiat prius, uſque ad nomina debitorum excluſivè, reum principalem, aut reos principales periculo, & expenſis ſic poſtulantis, reſervato tamen omni jure executivo, quo uti poſſit, ut prius poterat contrà ipſum reum principalem, ut in* §. *ſi verò ex alia cauſa.* Et ibi *Commentator Pigant. numero* 16. ac adnotavi *Ego ipſe in colluct. legal.* 49. *ex nu.* 90. *vol.* 1. *ſubdens numero* 91. 93. huic *Statutariæ*
diſpoſitioni non poſſe renunciari ullo pacto : & 60
idem eſſe locum, etiamſi fidejuſſores eſſent obligati in forma Cameræ; ac *attuli res judicatas :* & quæ renunciatio, nec etiam cum juramento
operari poteſt, cum *Stat. iſtud* illam dicat nullam. 61
*ipſo jure*, & velit, quod *juramentum fictione præſentis Statuti dolo videatur præſtitum*; de cujus
fictionis juribus, vide latè cumulata per *Me in* 62
*colluct. legal.* 38. *n.* 19. 20. 21. *& colluct.* 43. *num.* 84. 85. 86. *ubi concord. de materia vol.* 1. *junge D. meum Balduc. ad Ramon. conſ.* 96. *n.* 78. *& ſeqq. ubi etiam me commemorat lib.* 2. *Rotam in rec. deciſ.* 3. *ex n.* 8. *p.* 19.

Cætera ſunt plana, tàm quoad formam præ- 63
ſcriptam *à Statuto*, quàm in notabilibus congeſtis per *Commentatorem Pigant.* cui ſcribenti *nu.* 28. non procedere *hoc Stat.* ſi bona excutienda ſint extra Territorium, adde, & magis, ſi extrà *Statum*, cum *Rota cor. Card. Mantic. dec.* 152. *& cor. Papa Alex. VIII. Otthobon. dec.* 43. *ſub n.* 11. 12. *ac deciſ.* 78. *& in recent. deciſ.* 229. *n.* 5. *p.* 19.

## DECISIO
## ROTÆ BONONIENSIS.

*Roboretana Societatis.*

### ARGUMENTUM.

Validitas Societatis ad caput ſalvum, initæ medio trium contractuum, ſuſtinetur, & comprobatur: ac rejicitur *Card. de Luca tit. de uſur. diſc.* 1. *ac alibi lib.* 5. Capitale poſitum in ſocietate non cenſetur amiſſum; & quod ideò, non docto de amiſſione, veniat illud reſtituendum, unà cum lucris : Electio induſtriæ perſonæ quando dicatur facta, & quid operetur, maximè in ſocietate. Teſti unico quando ſit credendum. Solutio priùs in cauſam fructuum, deinde ſortis cedere debet. Tandem agitur de intereſſe ex capite damni emergentis, & lucri ceſſantis.

CEnſendum duximus, *Clariſſ. D. Doctorem* 64
*Julium Pizzinum* fore, ac eſſe condemnandum ad reſtituendos parti Tonellæ Ungaricos mille boni ponderis, & auri, juxtà conventa, in chirographo ſocietatis, de quo in actis, nec non ad perſolvendum alios ungaricos centum octuaginta ejuſdem qualitatis, vel eorum valorem pro Fivetibus annorum trium in ſocietate decurſis, juxtà pariter conventa, cum onere tamen eidem parti Tonellæ injuncto, bonificandi eidem D. Pizzino, quidquid legitimè apparebit, pro parte ejuſdem D. Pizzini perſolutum fuiſſe, ita tamen, ut prius cedat in cauſam fructuum, & ſucceſſivè capitalis prædicti pro rata : à reliquis verò fructibus, à dicta parte Tonella, poſt dictum triennium, uſque ad integralem, dictorum Ungaricorum mille reſtitutionem petitis fore, ac eſſe dictum D. Doctorem Pizzinum abſolvendum.



65 Quo verò ad caput reconventionis, per dictum D. Pizzinum propoſitæ *pro Ungaricis ſexcentum quatuor*, eorumque intereſſe, de quo in actis fol. 49. dicimus, ſententiamus, & pronunciamus, dictam partem Tonellam fore, ac eſſe abſolvendam.

66 Ad ita pronunciandum Nos impulit ponderatio, quòd contrahentes à principio inierunt quidem *ſocietatis contractum mutua lucri, & damni aſſumptione*; ſed, cum pars Tonella ſperaret in fine ſocietatis, *ſalvum fore ſuum capitale* Ungaricorum mille Pizzino traditorum, hujuſmodi ſpem reducendo ad actum, cum ipſo Pizzino, *alterum adiunxit in ipſa ſcriptura pactum, ſeu contractum aſſecurationis capitalis, reſtituendi poſt terminatam ſocietatem :* Et quia nimis grave reſultabat incommodum Pizzino quot annis conventam reddere rationem, ideo illicò poſt *per aliam ſcripturam* convenit cum Baliſta, repræſentante Tonellum, *de certo annuo moderato lucro ad rationem ſex pro centenario, remanente reſiduo ſperato ad ipſius commodum, & reportata abſolutione à dicta annua redditione rationis*, cum proteſtatione adjecta in dicta ſcriptura prima contrahendi ad formam Statutorum, & locorum juris communis; ex quibus evidenter apparet, contrahentes habuiſſe animum contrahendi *tres contractus* diſtinctos id eſt, *ſocietatis, aſſecurationis capitalis, & aſſecurationis certi lucri*; quos *tres contractus* licitè poſſe fieri, quando conventa ſperari poſſit
67 compenſatio promittentis, uno ore, & magis communiter firmarunt *Doctores*, ſequentes theoricam *Navarri cap.* 17. *n.* 253. *verſ. notandum tamen*, & de *uſur. n.* 32. Et *ex Theol.*

*Filliucius tract.* 38. *cap.* 5. *n.* 86. *& ſeq.*

*Leſſius de juſt. & jur. p.* 2. *c.* 35. *dub. num.* 22. *& ſeq.*

*Molin. de juſt. & jur. tract.* 2. *diſp.* 4. *n.* 10.

*Sayr. in deciſ. caſ. conſcient. lib.* 5. *tit.* 13. *deciſ.* 17.

*Salon. de contract. ſociet. artic.* 3. *controv.* 2. *num.* 10.

*Valent. diſput. moral. tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſt.* 24. *punct.* 2. *& quæſt.* 25. *punct.* 2.

*Bonacin. de contract. tom.* 2. *diſput.* 3. *quæſt.* 3. *punct.* 11. *num.* 1. *& quæſt.* 6. *punct.* 1. *numer.* 3. *&* 7.

*Layman. in theolog. moral. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 18. *n.* 11. *& cap.* 20. *n.* 2.

*Dian. reſolut. moral. p. p. tract.* 8. *reſol.* 30.

*Card. de Lugo de juſt. & jur. diſput.* 29. *ſect.* 5. *n.* 74. *& diſput.* 30. *ſect.* 4. *n.* 40. *& ſeq.*

*Gibalin. de uſuris latiſſimè lib.* 6. *c.* 3. *& ſeqq. qui integrum tractatum, ſuper validitate horum trium contractuum edidit.*

*Thom. Tamburin. in expoſit. moral. lib.* 9. *p.* 2. *tract. de ſociet. n.* 3. 10. *& ſeq. cum aliis apud prædictos relatis.*

Et ultrà *Theologos*, inter *Noſtrates* hanc opinionem amplexi fuerunt noviſſimè, & pleniſſimè

*Covarru. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 4. *ubi Add.*

*Mareſcot. variar. reſol. lib.* 2. *c.* 133. *n.* 21.

*Scaccia de commerc. latiſſimè* §. 3. *gloſ.* 3. *n.* 35. *& ſeqq.* qui ait, ita ſervari etiam *Romæ, Genuæ, & alibi* de conſilio *PP. Jeſuitarum.*

Et *Gait. de credito hoc latè comprobat tit.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 1935. *& ſeqq. ubi quam plures refert.*

*Carleval. de judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 7. *n.* 17. *& ſeqq. ubi alios congerit.*

*Conciol. ferè in noſtris terminis allegat.* 1. *n.* 60. *lib.* 1.

*Leotard. de uſur. quæſt.* 31. *n.* 13. 19.

*Roderic. de annuis reddit. lib.* 3. *q.* 5. *n.* 64.

*Pilaja in inſtitut. deciſ. Pontific. tom. p. deciſ.* 9. *n.* 19. *& tom.* 2. *deciſ.* 10. *de cenſib. tit.* 10. *n.* 9. *ac ſeq. cum pluribus aliis ab eo relatis.*

*Urſell. in examin. Apum* §. *aſſecurat. n.* 28. *cum aliis, ab eo pariter adductis tom.* 1.

*Recc. reſponſ. tom.* 2. *notabil.* 36.

*Pacian. de locat. optimè in c.* 12. *n.* 51. *& ſeq.* cum aliis, apud

*D. Comitem Senatorem Bondenum colluctat.* 31. *n.* 3. *& ſeq. vol.* 1.

Et hanc opinionem, abſque ulla difficultate, *Romæ, & per totam Italiam* practicari, advertit *Rota Romana deciſ.* 74. *n.* 18. *p.* 14. *recentiorum.*

Et hæc *communiſſima opinio*, non ſolùm proce- 68
dit, quando expreſsè conventum fuit de hujuſmodi tribus contractibus, diſtinctè ineundis, ſed etiam, ſi ea ſerie ſcripturarum, cum implicita intentione, tacitè eliciantur, ut advertunt

*Mareſcot. var. reſolut. cap.* 132. *ſub num.* 2. *lib.* 2.

*Diana reſolut. p.* 1. *tract.* 8. *reſolut.* 30.

*Cardin. de Lugo diſput.* 30. *n.* 47.

*Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 7. *n.* 21. ubi 69
præcipuè, quando contrahentes proteſtati fuerunt, ut in caſu noſtro, ſe velle eos contractus inire, eo modo, quo dicunt DD. juxtà Statuta, & Jura, ſeu leges communes.

*Pacian. dicto tract. c.* 13. *n.* 53.

*Idem D. Comes Senator Bondenus dicta colluct.* 31. *n.* 5. 6.

*Rot. Rom. dicta deciſ.* 74. *n.* 19. *part.* 14. *rec.*

Et quamvis pro contraria opinione non defue- 70
rint etiam *Aliqui DD.* & præcipuè *Card. de Luca tit. de uſur. diſc.* 1. *lib.* 5. qui aliquos refert, & ſequi videtur *Supplem. ad dictum diſcurſ.* 1. *& diſcurſ.* 40.

Attamen contra eos eſt verior opinio, tàm in 71
ſententia *Theologorum*, quàm *Juriſtarum*, ut *ex ſuprà deductis* videre eſt : non reſiſtente pondera-
tione *dicti Eminentiſſimi de Luca*, quod ſcilicet, 72
ad effectum ſuſtinendi hoc certum lucrum ad rationem quinque, vel ſex pro centenario, deberet conſiderari lucrum ſocietatis in plus quàm quadraginta pro centenario, dum ex lucro detrahenda eſt prius medietas ad inſtar portionis colonicæ pro ſocio negotiatore & reſiduum exinde dividendum inter eos jure ſocietatis, relinquendo eidem negotiatori congruam portionem, pro compenſatione periculi ſuſcepti, *ut tradit ibidem diſcurſ.* 1. *verſ. hoc autem. n.* 16.

Quia hujuſmodi ponderatio eſt parvi ponderis, 73
nec ſubſiſtit in facto, dum ſocius negotiator, qui ſolas operas ponit, nihil detrahit ad inſtar portionis colonicæ, ſed pars lucri, pro eo tantùm conſideratur correſpectiva operibus, & alia pars remanet pro alio ſocio, qui pecuniam poſuit; aliàs reſultaret, quòd ponens pecuniam, nec quartam lucri partem conſequeretur, contra regulas ſocietatis, in qua tàm ponens pecuniam, quàm ponens operas participare debet æqualiter de lucro.

*Socin. jun. conſ.* 74. *n.* 9. *lib.* 2.

*Joſeph. Ludovic. commun. concl.* 53. *verſic. quemadmodum, & alibi paſſim.*

Ita non reſiſtit *Bulla Sixti Quinti* incipiens *De-* 74
*teſtabilis*, in ordine *la* 45. in qua prohibentur ſocietates

cietates ad caput ſalvum : Quia *hujuſmodi Bulla*
ſolùm prohibet contractus, aliàs de jure prohi-
bitos, ibi novas addendo pœnas; non autem
comprehendit contractus de jure communi lici-
tos, uti ſunt tres contractus, ut in caſu noſtro : ſic
advertit

*Flamin. Cherubin. in compend. Bullar. ad dictam Bullam Sixti Quinti* 45. *Scholio* 1. & ita reſpondiſſe interrogatum *eundem Sixtum Quintum*, notat

*Card. de Lugo dicta quæſt.* 30. *lect.* 4. *n.* 37.

*Leotard. de uſur. quæſt.* 31. *n.* 12.

*Vermigl. conſ.* 414.

*Michalor. de fratr. p.* 3. *c.* 59. *n.* 27.

*Gait. n.* 1944. *d. tit.* 1. *de credito.*

*Scacc. Gloſſ.* 3. *verſic.* 2. *de commerc.*

*Conciol. alleg.* 1. *nu.* 61. *& reſolut. crim. verbo Bulla, reſolut.* 7. *n.* 1. *&* 2.

*Carleval. de judic. lib.* 3. *tit.* 3. *diſput.* 7. *num.* 22. *cum aliis ſuprà adductis*; quibus addi poſſunt *relati per Sabel. in ſumma tract. tom.* 4. *§. ſociet. num.* 19.

75 Nec triplicitati contractuum reſiſtere poteſt,
quod non conſtet de aſſecuratione capitalis, nec
appareat pro eo, aliquid datum : dum in prima
ſcriptura celebratur contractus ſimplicis ſocieta-
tis ad æquale lucrum, & damnum; & licèt in-
de ſubdatur pactum reſtitutionis capitalis, id ta-
men ſit intelligendum, quatenus extet, ut *poſt alios*
tradit

76 *Farinac. conſ.* 54. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 1. In ſecun-
da verò ſcriptura aſſecurationis nullum habetur
verbum de aſſecuratione capitalis.

Quia in ſecunda ſcriptura in continenti facta
dum conventum fuit de certo lucro pro quoli-
bet centenario, & anno, perneceſſe dicendum
eſt, ibi etiam conventum fuiſſe de aſſecuratione
capitalis; dum nequibat certum lucrum annuale
retrahi, niſi præſuppoſita totius capitalis exiſten-
tia, dum quævis minima ejuſdem capitalis dimi-
nutio impedit cujuſcunque lucri perceptionem,
ad differentiam capitalis pecudum, ſeù aliorum
77 animalium, pro quibus ſolvitur annua penſio pro
quolibet capite, quo caſu, etiamſi diminuatur ca-
pitale, ex quo aliquæ pereant, attamen ex re-
manentibus debetur lucrum, cum penſio diſtri-
buta ſit in capita beluarum; & in his terminis lo-
quitur *Farinac. & cæteri, qui ex adverſo allega-
ri poſſunt :* unde, ſive ſecunda ſcriptura, in con-
tinenti facta habeatur pro correſpectiva, ut ex
78 actuum proximitate haberi debet, *ex Bellon. de
iis, quæ in continenti fiunt, cap.* 183. *numero* 3.
ſivè conſideretur, uti ſeparata, quia ad perfectio-
nem *trium contractuum* non requiritur eorum in-
terventus in ipſo contractu, imò validè fiunt ex
intervallo, & ſeparatim.

79 *Rota deciſ.* 13. *n.* 6. *&* 8. *poſt Farinac. conſ. lib.* 1. *& optimè.*

*Bellon. de iis, quæ in continenti fiunt cap.* 31. *n.* 2. *& ſeqq. ubi, quod nihil refert, ſi in continenti, vel ex intervallo fiant.*

*Rocc. de aſſecurat. notab.* 35. *à* 36.

80 Sed quamvis, citrà veri præjudicium dubitari
poſſet de concurſu trium contractuum, & quòd
deficeret ſecundus aſſecurationis capitalis, ita ut
illud non eſſet reſtituendum, niſi quatenus exta-
ret; attamen dum non apparet in proceſſu juſti-
ficata amiſſio capitalis in ſocietate inita, inter par-
tem Tonellam, & ipſum Pizzinum (ut infrà pa-
tebit) conſequenter locus eſt reſtitutioni integri
81 capitalis, quod deperditum non præſumitur niſi
concludentiſſimè probetur.

*Felic. de ſociet. cap.* 20. *n.* 12. *cap.* 24. *nu.* 33. *cap.* 31. *n.* 66.

*Valenzuel. conſ.* 147. *n.* 32.

*Rocc. de ſociet. notab.* 44.

Et locus eſt ſolutioni omnium fructuum con- 82
ventorum : quia benè conſiſtunt duo ſimplices con-
tractus ſocietatis, & aſſecurationis certi lucri,
ſuppoſita capitalis exiſtentia.

*Calcan. conſ.* 84. *n.* 5.

*Rimin. Jun. conſ.* 177. *nu.* 26. *verſic. præterea lib.* 2. *& conſ.* 400. *ſub n.* 33. *lib.* 4.

*Felic. de ſociet. cap.* 17. *n.* 1. *& ſeq. & n.* 21.

Prædicta omnia multò fortiùs procedunt in the- 83
mate noſtro, cum non liqueat de amiſſione ca-
pitalis ungaricorum 1000. in ſocietate inter par-
tem Tonellam, & Pizzinam inita, quo caſu re-
tardari nequit reſtitutio capitalis, & fructuum pro-
miſſorum, quia de Jure, tàm capitale, quàm lu- 84
crum præſumuntur adeſſe ſalva in ipſa ſocietate.

*Felic. de ſociet. cap.* 20. *n.* 12. *cap.* 24. *n.* 33. *& cap.* 31. *n.* 66.

*Valenzuel. conſ.* 147. *n.* 32.

*Rota Januenſ. deciſ.* 173. *n.* 11.

Nec pro juſtificanda amiſſione capitalis prædi- 85
cti ſuffragari poteſt allegata jactura paſſa per Fa-
rinam, in cujus negotii augmento prætenduntur
à Pizzino erogati dicti mille aurei Ungarici, cui
dum dictus Baliſta, ex parte Comitis Tonelli
credidit pecuniam Pizzino, ut eam *per ſe ipſum*
erogaret in negotiatione ſerici, aliarumve mer-
cium utilium non poterat Pizzinus aliis dictam ne-
gotiationem committere, ut advertit

*Munoz. de ratiocin. cap.* 32. *n.* 4.

*Felic. de ſociet. cap.* 19. *n.* 24.

*Michalor. de fratrib. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 2.

*Zacch. de Salar. qu.* 31. *n.* 2.

Quia per partem Tonellam, dum tradita fuit 86
pecunia dicto Pizzino, ut ipſe negotiaretur, ele-
cta dicitur induſtria ejus perſonæ, ita ut per alium
expleri nequeat negociatio conventa.

*Clem.* 1. *de vit. & honeſt. Clericor.*

*Oſaſch. deciſ.* 113. *n.* 4.

*Felic. de ſociet. cap.* 32. *ſub n.* 3.

*Gratian. cap.* 547. *n.* 37.

*Cyriac. controverſ.* 290. *n.* 15.

Quòd autem in ſcriptura fuerit electa ejuſdem 87
perſonæ induſtria, ultrà legalem præſumptionem
in ſocietatibus.

*Gratian. cap.* 547. *n.* 37.

*Felic. de ſociet. cap.* 32. *nu.* 3. *cum aliis, apud eundem*, educitur ex verbis ipſius ſcripturæ perſonaliſſimis, ibi, *debba detto Clariſſ. Sig. Dottore negotiare tal danaro, con la più eſatta diligenza :* talis enim clauſula *debba detto Sig. Pizzini* importat præciſam perſonalitatem.

*Menoch. conſ.* 117. *n.* 50.

*Barboſ. dict.* 84. *n.* 5. *cum aliis, ab eo relatis.*

Ad effectum autem, ut per alium ipſe Pizzi- 88
nus potuiſſet nogotiari dictos ungaricos, require-
batur ſcientia, & conſenſus partis Tonellæ, prout
cognovit idem D. Pizzinus, dum hoc poſitiona-
vit, & articulavit, ſed probare non potuit, neque
per reſponſiones ad poſitiones, neque per teſtes
examinatos, ut *ex lectura proceſſus apparet.*

Et non conſtito de hujuſmodi conſenſu dan- 89
tis pecunias, non poterat eas recipiens in diver-
ſam negotiationem per alium exercitam implica-
re.

*Duard. de Societ. lib.* 2. *cap.* 4. *qu.* 6. *num.* 18. *&* 19.

*Roch. poſt reſponſ. tit. de aſſecurat. notab.* 37.

*Valenzuel. Valaſquez. conſ.* 147. *n.* 15. *&* 18.

Quia



90 Quia etſi præſumpta extitiſſet ſcientia, non
fuiſſet ſufficiens.

*Theſaur. quæſt. forenſ.* 28. *n.* 11. *lib.* 3.

91 Et profectò nequit aliquis conſenſus Tonelli
conſiderari, ut Pizzinus crederet pecuniam Fari-
næ, quia, aut Baliſta ex parte Tonella ſciebat,
vigere aliam ſocietatem, inter Pizzinum, & Fa-
rinam, aut ignorabat. Si ſciebat, & Ungaricos
mille tradidit Pizzino, ut ipſe eos negotiaretur,
nec eidem conceſſit facultatem, ut voluerit tra-
ditas pecunias negotiari per Farinam, & tunc di-
ctus conſenſus non adfuit.

92 Si verò pars Tonella ignoravit, tanto fortiùs
dicendum eſt, noluiſſe erogari pecunias in nego-
cio Farinæ, dum enim in ſocietate cenſetur ele-
cta induſtria perſonæ, *ut diximus*, conſequenter
perſona incognita (ſaltem) pro hac pecuniæ ne-
gociatione, non poterat cenſeri admiſſa, *ut per
adductos.*

*Oſaſch. deciſ.* 86. *n.* 8.

93 Nec reſiſtit, quòd Pizzinus prætendat, Fari-
nam extitiſſe ejuſdem adminiſtratorem, ſeu inſti-
torem proprii negocii; ideo negotiationem geſtam
per ipſum Farinam, adſcribi debere eidem Piz-
zino : Quia hoc objectum diluitur, in facto, &
in Jure.

94 In facto ſi quidem, dum in proceſſu liquet,
Farinam jam contraxiſſe diverſam ſocietatem cum
Pizzino, in qua ipſe Farina poſuit pro ſua parte
floren. capitalis 4500. *ut in proceſſu fol.* 124. un-
95 de, cum fuerit ſocius, non ſimplex adminiſtra-
tor, non potuit Pizzinus pecunias habitas à To-
nella implicare in diverſa ſocietate cum Farina
vigente, uti *dictum eſt, ex*

*Roch. d. notab.* 73. *de aſſecurat.*

96 *Marquard. de mercat. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 15.
16. ubi ait, jacturam paſſam per ſocium aſſump-
tum non præjudicare primo ſocio, qui aſſump-
tioni non conſenſit, latè,

*Manſ. conſult.* 439. *n.* 38.

97 In Jure verò, quia, etiamſi Farina fuiſſet In-
ſtitor negotii Pizzini, attamen, uti electus, &
aſſumptus ab ipſo Pizzino, abſque ſcientia, &
probato conſenſu Tonelli, ex negotiis geſtis per
ipſum Farinam non remanſiſſet obligatus ipſe To-
nellus, *ex*

*Text. in l. qui admittitur, cum trib. ll. ſeq. ff. pro ſocio.*

*Gratian. diſcept.* 547. *n.* 34. *& ſeq.*

*Theſaur. quæſt. Forenſ. lib.* 3. *q.* 28. *n.* 9.

*Felic. de ſociet. cap.* 30. *n.* 3. *cum aliis per Eminentiſſ. Ottobon. poſtea Alex. VIII. Pontif. Maxim. deciſ.* 40. *n.* 33. *&* 35.

98 Et in terminis inſtitoris ab uno ſocio electi,
quod ſocium non obliget.

*Alen. conſ.* 186. *n.* 6. 2. *&* 3. *lib.* 2.

*Munoz. de raciocin. cap.* 12. *n.* 5. *&* 6.

*Manſ. conſult.* 440. *n.* 11.

99 Ad omne pejus debuiſſet Farina contrahere no-
mine ſocietatis, Farinæ, & Tonelli, ſeu Bali-
ſtæ.

*Gratian. deciſ.* 178.

*Theſaur. deciſ.* 136.

*Milanenſ. deciſ.* 15.

*Rota Januenſ. deciſ.* 14.

*Mart. conſ.* 129. *n.* 17.

*Capyc. Latro deciſ.* 189. *n.* 30.

100 Sed, quod omnem tollit difficultatem, illud
eſt, quòd pars Tonella tradidit Ungaricos mille
Pizzino, ut eos implicaret in emptione ſerici, alia-
rumque mercium utilium, ut ex ſcriptura patet :
undè, cum ex depoſitione Antonii Jordani teſtis
inducti à Pizzino, appareat ipſos mille Ungari-
cos fuiſſe traditos Farinæ, & ab ipſo erogatos
in nundinis Bulzani pro diſſolvendo ære alieno
capſæ ipſius negociationis Farinæ, quæ tunc tem-
poris erat onuſta debitis florenorum 3006. & ul- 101
trà *in proceſſu fol.* 145. dum Pizzinus non im-
plicaverit pecuniam in cauſam expreſſam, & con-
ventam cum parte Tonella, non potuit excede-
re fines conventionis, & ipſam partem Tonellam
obligare, nec eidem præjudicare, imò ad intereſſe
tenetur eidem parti Tonellæ.

*Roch. d. notab.* 37. *n.* 117.

*Leſſ. de juſtit. c.* 25. *dubit.* 3. *n.* 29.

*Moz. de contract. tit. de ſociet. numero* 27. *&* 30.

*Rol. conſ.* 69. *n.* 25. *& ſeq. lib.* 3.

*Valenzuel. conſ.* 147. *n.* 18.

*Rota coram Bich. deciſ* 177. *n.* 3.

In nihilo reſiſtente, quòd hoc probetur ex uni- 102
co teſte tantùm, & de credulitate deponente,
quia dum hujuſmodi teſtis inductus, & reprodu-
ctus fuit ab ipſo Pizzino, & dum in proceſſu
ejus utitur diſpoſitione, utiquè contrà producen-
tem, etſi unicus, & de credulitate ſufficienter
probat.

*Marant. de ordin. Judic. tit. de repulſ. teſt. numer.* 12.

*Ludoviſ. deciſ.* 215. *n.* 6.

*Rota coram Bich. deciſ.* 214. *n.* 18.

*Burat. deciſ.* 367. *n.* 1. *ubi* ampliat, etſi deponat de credulitate :

*Leoncil. deciſ. Ferrar.* 77. *n.* 10.

*Ab Ecceleſ. obſervat.* 86. *cum aliis adductis per Sabel. ſumma tract. §. teſtes. num.* 28. *verſic. amplia tom.* 4. *& per D. Com. Bonden. colluct.* 44. *n.* 18. *vol.* 2.

Prædicta omnia fortiùs procedunt, quia *de ipſo* 103
*anno* 1669. quo facta fuit ſcriptura ſocietatis, in-
ter Baliſtam, & Pizzinum, jam negocium Pizzi-
num paſſum erat jacturas, Pizzinuſque ideo de ip-
ſo Farina valdè conquerebatur, ut *in proceſſu fol.*
164. undè tantò minùs debebat Pizzinus tradere
pecunias, à parte Tonella habitas (pro erogando 104
in ſericis, & aliis mercibus) ipſi Farinæ ſuſpecto,
& proximè decocturo; in jure enim certum eſt,
quòd in culpa dicitur, qui alienas pecunias credit
mercatori ſuſpecto, & decocturo de proximo;
*argumento*

*Text. in l.* 3. *& in l. cum mandato, ff. de minor.*

*Felic. de ſociet. cap.* 2. *n.* 88. *&* 90.

Sed, etiamſi per hypotheſim admitti poſſet;
quòd Pizzinus potuiſſet pecuniam habitam à Ba-
liſta implicare in negocio, quod habebat cum
Farina; attamen non poſſet hodiè impugnari re- 105
ſtitutio capitalis, & fructuum conventorum ſub
prætextu amiſſionis capitalis in dicto negocio
Farinæ, quia ex toto proceſſu, non juſtifica-
tur decantata amiſſio dicti capitalis, dum libri
negociationis Farinæ fuerunt duntaxat ad perlu-
ſtrandum exhibiti, non verò commoditas permiſſa
eos diligenter inſpiciendi, & examinandi cum
peritis, & cum copiis ſæpè ſæpiùs petitis, etiam
propriis ſumptibus partis Tonellæ; undè de ip-
ſorum legalitate ſufficienter conſtare non dicitur,
dum ipſa librorum legalitas, non per teſtium de- 106
poſitiones, ſed per inſpectionem, & peritorum,
à partibus electorum diſpunctionem, probari de-
bet.

*Roch. de ſociet. notab.* 15. *n.* 41.

*Gratian. diſcept.* 563. *n.* 30. *ſeq.*

*Cavaler. deciſ.* 225. *numero* 5. *& deciſ.* 228. *num.*

*numer. 6. p. 11. recent.*

107 Et hæc multò magis comprobantur; quia D. Pizzinus, cum variis litteris, nempè, ſcriptis *ſub annis* 1671. 72. 73. & 74. ſe obtulit promptum ſolvere parti Tonellæ, abſque ulla exceptione, ut
108 *in proceſſu fol.* 15. & 19. Ideò tantùm abeſt, quòd amiſſum fuerit capitale, ut, dum Pizzinus ſe promptum exhibuit, poſt exſpiratum triennium, ad ſolutionem ipſius capitalis, implicitè fatetur illius exiſtentiam penès ſe ipſum, non ob-
109 ſtante allegata oblivione conventorum, quia in facto proprio, & tanti momenti intrà decennium non attenditur.

*Honded. conſ.* 41. *n.* 16. *uſque ad* 19. *lib.* 2.
*Andreol. controv.* 57. *n.* 9. 10. & *ſeq.*
*Rota coram Bich. deciſ.* 40. *n.* 12.

110 Credidimus tamen, cum credito Tonelli capitalis, & fructuum prædictorum compenſandum eſſe quidquid apparebit ſolutum, & liquidatum ipſi Tonello pro parte dicti Pizzini; cum hoc tamen, quòd quæcunque ſolutio priùs in cauſam fructuum, deindè ſortis pro rata cedat; quoniam licèt *in proceſſu*, tàm pro parte Tonella, quàm pro parte Pizzina quædam ſolutiones ſupponantur in genere, liquidatæ tamen in ſpecie non apparent; quarè non poteſt aliqua admitti com-
111 penſatio, niſi Domino judicare debenti de omnimoda liquidatione conſtet; *ad vulg. text. in l. final. C. de compenſat.*

112 Et tali caſu ſolutiones cedere priùs debere in cauſam fructuum, cenſuimus, quia famigeratam Juris concluſionem habemus, ità mandantem; *ad text. in l. prima, & ibi gloſſ. & D. D. de ſolut.*

*Sanfelic. deciſ.* 123. *per tot. & Mucc. ad eundem.*
*Gratian. diſcept.* 224. *n.* 31.
*Sabel. in Summa verb. ſolut. numero* 57. *tom.* 4.

113 Aggrediendo verò caput intereſſe, per Tonellum prætenſi, poſt triennium ex lucro ceſſante, & damno emergente, abſolvendum fore putavimus D. Pizzinum, quia licèt pro parte Tonella poſſet dici juſtificata proxima occaſio inveſtiendi pecuniam ſibi à Pizzino debitam, in implicatione certorum cenſuum, de quibus *in proceſſu, & modulis*; attamen defuit principale requiſitum, pro conſequendo lucro ceſſante, interpellatio, ſcilicèt, debitori facienda per creditorem, cum diſtinctâ notificatione ſpecificæ occaſionis proximæ inveſtiendi in cenſibus, & quod creditor in ipſis abſolutè inveſtire determinat.

*Cyriac. controv.* 540. *numero* 30. 31. 32. & 36. ubi in emptione cenſuum notabile addit in puncto: aliàs, ſine tali ſpecifica interpellatione, licèt debitor per lapſum triennii ſciret, ſe eſſe obligatum ad reſtitutionem debiti, dum tamen opinari poterat, quòd creditor, vel ſibi moram indulgeret, vel poſſet forſan pecuniam apud ſe otioſam retinere, vel quod poterat debitor ita interpellatus deliberare, an vellet potiùs intimatis uſuris ſe ſubmittere, quàm reſtituendo debitum, ab iis ſe liberare, non tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis, ut ex

*Caſtrenſ. in l.* 3. §. *fin. ff. de eo quod certo loco.*
*Mohedan. deciſ.* 208. *in fine in fortioribus terminis advertit.*
*Rota deciſ.* 7. *n.* 8. & *per tot. poſt.*
*Zacch. de ſociet. repetit. apud*
*Pamphil. deciſ.* 420. *cum aliis, apud*
*Ridolphin. in praxi: p. p. cap.* 8. *nu.* 165. latiſſimè plures congerens.
*D. Comes Senator Bondenus colluct.* 14. *n.* 10. & *ſeq. vol.* 1. *fusè etiam Rota apud Bich. deciſ.* 139. *n.* 17. & 18. *ac deciſ.* 76. *n.* 6.

Quò tandem ad reconventionem per Pizzinum 114
intentatam pro ungaricis ſexcentum quatuor, unà cum fructibus, de qua *in proceſſu fol.* 49. abſolvendam cenſuimus partem Tonellam, non ſolùm, quia de repetitæ ſummæ ſolutione non conſtat *in proceſſu*: ſed multò fortiùs, quia, etſi conſtaret, eſſet quidem locus duntaxat compenſationi, *ut diximus*, non verò repetitioni; cum verè debitor extet Pizzinus Ungaricorum 1000. & fructuum, pro triennio conventorum: &c. & *ita &c.*

*Gaſpar Mazzonus Rot. Bon. Auditor & Rel.*
*Aeneas Caſtellutius Rotæ Bon. Auditor.*
*Auguſtinus Fontana Rotæ Bon. Auditor.*

Ut ſuprà *nu.* 15. *dicebatur*, fuit *ſic etiam præ-* 115
*ciſim judicatum die* 24. *Septembr.* 1686. ac juſtitia ſententiæ fuit indubitanter præſuppoſita in ulteriori proceſſu ſequuto *inter DD. Comites de Juſtis ex una, & D. Conſiliarium Cæſareum Pizzinum*, ac *in Voto per Me pro veritate reddito ſub die* 16. *Febr.* 1695. ſuper *eod. proceſſ.* approbato per ſententiam *Excellentiſſ. D. Comitis de Caſtro Barco in Actis Notar. Roboret.*

## DECISIO

## SENATUS MANTUÆ.

*In Cauſa Coccapana Societatis.*

## ARGUMENTUM.

Pro valida admittitur ſocietas ad *Caput ſalvum* etiam inita cum Tutrice pupillorum recipiente pecunias, & ſe obligante eas implicare in negocio Aromatariæ medicinalium: Ac, ob non factam implicationem, deciditur, Tutricem ipſam teneri ad damna, & intereſſe, & ſic ad fructus conventos *de ſeptem pro quolibet centenario, & anno*, & ad reſtitutionem capitalis, lapſo tempore, pro quo fuit inita ſocietas.

EXburſatis, & effectivè numeratis ſcutis 400. 116
per D. Franciſcum de Coccapanis in manibus D. Eliſabeth Amedeæ uti Matris, & Tutricis ejus filiorum ſuſceptorum cum dicto D. Carolo de Galvagnis ejus primo Viro ad effectum illos implicandi in Mercaturam, & negotium aromatariæ medicinalium de juribus hæreditatis dicti qu. D. Caroli, ad ſocietatem, unà cum ipſo de Coccapanis, duraturam per annos tres, & cum obligatione aſſumpta per D. Eliſabeth Tutorio nomine, ut ſuprà loco utilium ejuſdem negotii, proveniendorum ex dictis ſcutis 400. pro medietate dividendorum omni anno cum dicto D. de Coccapanis Conſocio, ſolvendi viginti octo ſcutos ſingulo Anno prædicto de Coccapanis, & ſucceſſivè reſtituendi capitale dictorum ſcutorum 400. lapſo termino dictorum annorum trium, præcedente tamen monitione trium menſium, ante ipſam reſtitutionem, ſicut ſuprà, faciendam ſub obligatione, & hypotheca bonorum dictæ hæreditatis, & prout *ex Scriptura* 28. *Maii* 1686. recognita, ſervatis ſervandis *coram Notario*, in actis præſentata.

Ipſe D. Franciſcus de Coccapanis pulſavit præ- 117
dictos filios de Galvagnis pupillos coram Senatu in perſonam D. Doctoris Berſelli eorum Curatoris decreti



decreti ad ſolvendos dictos fructus conventos decurſos, & decurrendos ſuper dicto Capitali Scutorum 400. juxtà dictam obligationem, & promiſſionem contentam in præcitata ſcriptura. Et data per dictum D. Berſellum Curatorio nomine dictorum Pupillorum exceptione apparere ex ipſa ſcriptura prædictum D. de Coccapanis præſentata, nullam competere actionem eidem adverſus ipſos Pupillos; Prædictus D. de Coccapanis præcavendo ejus indemnitati petiit eo in caſu condemnari dictam D. Eliſabeth, in cujus manibus fuerunt perſoluti dicti ſcuti 400. ut ſuprà ad ſolutionem dictorum fructuum, & ad effectualem reſtitutionem ipſiuſmet Capitalis, lapſo dicto termino convento.

118 Undè collata Cauſa, *Senatus declaravit, condemnandam eſſe, prout condemnavit ipſam D. Eliſabeth ad ſolvendos eidem de Coccapanis dictos fructus petitos decurſos, & decurrendos ſuper dicto Capitali ſcutor.* 400. *nec non ad reſtitutionem ipſiuſmet Capitalis unà cum expenſis liquidandis, ubi in termino dierum quindecim ipſa D. Eliſabeth non edocuerit de implicatione dictorum ſcutorum* 400. *in negotium Aromatariæ de juribus hæreditatis prædicti qu. D. Caroli Galvagni, juxtà promiſſionem, & obligationem aſſumptam in præcitata ſcriptura* 28. *Maii* 1686.

119 Motus ex eo, quòd cùm ipſa receperit ipſos ſcutos 400. ad effectum implicandi, ut ſuprà, congruum viſum fuit, non edocto de implicatione per ipſam promiſſa, teneri de proprio ad refectionem omnium damnorum, & intereſſe verſus d.D. Franciſcum de Coccapanis, & ſic ad dictos fructus conventos, unà cum D.Capitali in ejus manibus perſoluto, & expenſis, per *Tex. in l. ad comparandos C. mandati, & in l. cum duobus* §. *idem reſpondit ff. pro ſocio Gratian. diſcept. forenſ.* 240. *num.* 34. 35. *Rot. cor. Peutinger. dec.* 369. *n.* 3. *cor. Dunoz. jun. dec.* 326. *num.* 3. 4. *cor. Bichio dec.* 38. *num.* 2. *tom.* 1. & *in rec. dec.* 366. *n.*6. 7. *p.* 10. *dec.*168. *nu.* 1. 2. 3. *dec.* 337. *n.* 2. *p.* 18. *tom.*1. & *dec.* 207. *n.*1. 4. *p.* 19. *poſt Zacch. de oblig. cameral. dec.* 375. *num.* 4. *poſt Zuff. de legit. proceſſ. dec.* 4. *n.* 2. *cum aliis per Card. de Luca tit. de dote diſcurſ.* 161. *n.* 61. *lib.* 6.

120 ( Etiam non probatis requiſitis, *Caſtr. in l.* 3. *ff. de eo, quod cert. loco.* Veluti ſolum neceſſariis, quando intereſſe, ſive lucri ceſſantis, ſive damni emergentis, petitur contra eum, qui eſt obligatus ad dandum, ſecus quando petitur contrà eum, qui eſt obligatus ad dandum ſimpliciter, ſecus quando petitur contra eum, qui eſt obligatus ad faciendum, & ſuſcepit in ſe mandatum, ſeu onus inveſtiendi; in obligationibus enim facti ex natura rei ſequitur obligatio ad intereſſe; & pecunia in-
121 veſtienda in effectibus reputatur tanquam ſpecies, & qui ſuſcepit mandatum ad inveſtiendum, docere debet, ſe adempleviſſe mandatum, faciendo om-
122 nes neceſſarias diligentias illicò, ac cunctanter, ut hiſce omnibus comprobatis, docetur à *Gratian. d. diſcept.* 240. *n.* 6. 34. 35. *Rota poſt Pacific. de Salv. interd. dec.* 159. *ſive poſt Farinac. lib.* 1. *conſ. dec.* 85. *ac poſt Merlin. de legit. dec.* 29. & *penès Cenc. de cenſ. dec.* 479. *num.* 9. 10. *cor. Bich. dec.* 191. *num.* 10. 11. 12. & *d. dec.* 303. *à n.* 4. *ad* 9. *tom.* 1. )

123 ( Et, ſi eſſemus in caſu, quo factæ fuiſſent per aliquod temporis ſpatium continuatæ ſolutiones annuæ de fructibus conventis, utique contrà eas non poſſet opponi, quod forent illicitæ, & quod per eas non poſſunt partes reddere licitum id, quod de jure illicitum reputatur: Quia id ſolum procedit, quando agitur de convalidandis uſuris præ- 124
teritis, non autem, quando deducuntur ad effectum adminiculandi, & probandi onus inveſtiendi ſuſceptum à debitore, quo probato, oritur obligatio ad damna, & intereſſe; nam magnam præſumptionem, & argumentum contractæ obligationis præbet hæc diuturna fructuum ſolutio, & exactio reſpectivè, cum non præſumatur, quod creditor receperit, quod ſibi non debebatur, nec quòd debitor fuerit adeò ſupinus, ut diù præſtiterit, quod non tenebatur, ut poſt *Salic. in l. cum de in rem n.* 3. *ff. de uſur. & in Rota in rec. dec.* 153. *ex n.* 19. *p.* 4. *tom.* 2. propriis recenſitis verbis in caſu fortiori habitæ, ac receptæ quantitatis *per metta la à frutto* 125
*dec.* 168. *n.* 8. confirmata *dec.* 337. *p.* 18. *tom.* 1. )

Et talis conventio pecuniæ traditæ ad negotian- 126
dum cum onere ſolvendi certam quantitatem lucri loco utilium, ſalvo capitali, eſt licita, & paſſim Romæ, nec non alibi per totam Italiam practica-
ta, ut ( quidquid malè dixerint contrarium *Non-* 127
*nulli*, ac contrà magis receptam, ac in praxi admiſſam ſententiam ſcripſerint *Card de Luca in Theatr. verit. & juſt. tit. uſur. diſc.* 1. ubi nec etiam aliquid fundamentaliter præciſim concludit, ſed ſolùm per aliquas conſiderationes incedendo diſcurrit *lib.* 5. & *alibi: ac poſt eum Epiſc. Rocca diſput. jur. c.*99. *lib.*2. & ſi qui alii ) ſolidiſſimè firmant *Andreol. contr.*382. *n.*1. & *ſeqq. D. Comes Bonden. plurimos allegans colluct. legal.*31. *per totam vol.* 1. *Leotard. de uſur. quæſt.*31. *n.*13. 14. 15. *Mareſcot. var. reſolut. c.*132. *n.*21. *l.*2. *Rota dec.*168. *n.*16. *penès Torre de pact. futur. ſucceſſ.* ( dum in facto iſto, ut ſuprà 128
relato, adeſt concurſus illorum *trium contractuum*, de quibus agunt *DD. nunc allegati*, omnimodam validitatem conventionis, ſeu ſocietatis, modò examinatæ, ſecum afferentium, licèt etiam tacitè 129
ſubintellectorum, ſive æquivalenter celebratorum, ut in præſenti facti ſerie, dum cenſendum eſt, Coccapanum dediſſe pecunias, ut fructus conventos unà cum ſalvatione ſui capitalis, modò licito perciperet, *ex Diana p.*1. *tract.* 8. *reſol.* 30. *verſ. & hæc omnia. Sabel. var. reſol. c.* 17. *num.* 6. & *ſub num.* 7. *verſ. ſufficit enim, acc.* 51. *n.* 32. *verſ. nec obſtat.* 130
*Saminiat. contr.* 42. *num.* 10. ubi, quod ſufficit dixiſſe, *e per qualſivoglia altera più giuſta, lecita, & honeſta cauſa conceſſa dalle leggi civili, e canoniche, ſecondo le quali intendono di contrarre, e ſottoporre il preſente contratto. lib.* 1. *D. Comes Bonden. d. colluct.* 31. *num.* 5. *ubi concord. Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 7. *num.* 21. *Pacion. de locat. c.* 12. *num.* 53. *Rota in rec. dec.* 74. *num.* 19. *p.* 14. )

E ita &c.

*Octavianus Riccius Senator, & Relator*
1689. 23. *Martii. In actis Cancell. Muti.*

---

## CAPUT XLIX.

## ARGUMENTUM.

Ceſſionarius, ad hoc, ut poſſit habere regreſſum contrà cedentem, tenetur ( ſive ceſſio ſit pro ſoluto, ſive pro ſolvendo facta ) pleniſſimam, & omninò formalem facere excuſſionem, ac exactiſſimas adhibere diligentias contra nomen ceſſum, multoque magis in aliquibus caſibus recenſitis, pluribus tamen exceptis, qui latè exponuntur, & exornantur. Excuſſionis traditur forma, & quando excuſſio ſufficienter facta dicatur fusè, & magiſtraliter examinatur, ac multa ad excuſſionis materiam, ne dum reſpe-

reſpectu cedentis, ſed etiam fidejuſſoris, & tertii poſſeſſoris, ſpectantia, cum *nonnullis diſtinctionibus, limitationibus, & ampliationibus in praxim receptis*, & maximè utilibus, pertractantur.

*Auth. hoc niſi C. de ſolut.* beneficium ſuffragatur cedenti, ut adſtringere valeat ceſſionarium ad accipienda bona debitoris ceſſi in ſolutum, niſi *d. Auth.* ſit renunciatum, vel ſolutio in pecunia cum ſpeciali juramento promiſſa, quo caſu, niſi abſolutio à juramento petatur, *eadem Auth.* non intrat, ejuſque diſpoſitio in aliis caſibus conticeſcit.

Mulier agens hypothecaria pro ſui dote aſſecuratione, vel conſecutione adverſus tertium poſſeſſorem, tenetur prius præmittere excuſſionem bonorum Viri, ſecus ſi excipiendo compareat in judicio moto per creditores Viri, vel experiatur *rei vendicatione*, vel remedio *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.* cujus occaſione magiſtraliter tuetur *Statutum Ferr. l. 2. rubr.* 140. quo diſponitur, fæminis excluſis pro dote ſivè à patre conſtituta, ſivè à fratribus conſtituenda, dari hypothecam in bonis paternis à die mortis patris, etiam contrà tertium ſine beneficio excuſſionis; non habere locum, quando dos à fratre in quantitate fuit promiſſa, & in pecunia cæptum ſit ſolvi: minuſque obtinere adverſus Clericum tertium poſſeſſorem. Ceſſio nominis debitoris, quando vim venditionis, vel delegationis, vel delegationis, vel dationis in ſolutum habeat, ſeu quando dicatur facta pro ſoluto, ſeù loco ſolutionis, & quando pro ſolvendo, ſeu ſolutionis cauſa.

Inſtrumentum, & ſcripturas concernentes juſtificationem crediti ceſſi an, & quando ceſſionario tradere cedens teneatur.

In omnibus quibuſcumque caſibus, in quibus non requiritur excuſſio, adhuc eſt facienda, ubi propriis expenſis fieri petitur; etiamſi agatur de bono, & æquo, & ſola facti veritate inſpecta, Salviano interdicto, vigore inſtrumenti guarantigiati, vel in forma Cameræ, & in quocumque alio judicio ſummario, & executivo: præterquàm, ubi dicto expenſarum beneficio ſit ſpecificè renunciatum, vel excuſſio ſit inutilis, aut non profutura, vel malitiosè ad protrahendum judicium petatur, vel bona excutienda ſint in alieno territorio, & quid ſi in loco vicino, vel ſub eodem Principe, vel ubi contrà tertium ſit difficile experiri. Ad quod examinatur *Statutum Ferr. lib. 2. Rubr. 14.* & obſervatur præcipuè, quòd ejus beneficio tanquam privilegio Clericus uti poteſt, non obſtante altero *Statuto lib. 1. Rubr. 5.*

Creditor cenſus pro cenſus fructibus decurſis convenire poteſt nedùm poſſeſſorem fundi cenſiti, ſed etiam aliorum bonorum generaliter hypothecatorum, non officiente in hoc quoque diſpoſitione *l. 2. C. de pign.* quæ perpenditur, & exornatur, maximè ubi Salvianum interdictum fuerit intentatum. Ex quibus omnibus plura reſpectivè inferuntur, &, ut ſuprà, exornantur.

### *SUMMARIUM.*

1 *Ceſſionarius habere non poteſt regreſſum contrà cedentem, niſi doceat de excuſſione, & diligentiis factis contra debitorem ceſſum.*

2 *Excuſſio dicitur facta eo ipſo, quod relaxato mandato contrà debitorem non potuit fieri executio, vel quia nihil fuerit inventum num. 3. vel quia inhibitiones, & præcipuè dotales fuerint executoribus præſentatæ* n. 4. & 5. *in quibus executoris ſtatur relationi* n. 6.

7 *Diligentiæ per ceſſionarium factæ denunciandæ ſunt cedenti, limita* n. 13. & 14.

8 *Inhibitio dotalis præſentata executoribus, an & quando ſufficiat ut excuſſio legitimè facta dicatur, & n. 5. ac n. 10. & ſeqq.*

15 *Excuſſionis traditur definitio.*

16 *Bonorum ſtabilium debitoris ceſſi fieri debet excuſſio, maximè ſi cum ipſo lis ſit conteſtata n. 17. & 18.*

17 *Actiones directæ remanent inefficaces apud cedentem lite conteſtata per ceſſionarium contrà debitorem ceſſum.*

19 *Bona ſtabilia indicata omninò excuti debent, & num. 115. amplia n. 20. limita n. 33. & num. 356.*

21 *Inexigibilis debitor non dicitur, ex quo ejus bona non reperiunt emptorem, limita n. 32.*

*Emptore non reperto, de bonis debitoris ceſſi, debet ceſſionarius, cui etiam promiſſa ſit exigibilitas, illa pro credito ceſſo ſibi adjudicari facere, imò ad illa in ſolutum accipiendum cogi valet & num. 22. limita à num. 23. & à nu. 32.* & *ſeqq.*

23 Auth. hoc niſi C. de ſolut. *ut locum non habeat, non ſufficit, ut ſolutio in pecunia numerata ſit promiſſa, niſi etiam promiſſio facta ſit cum juramento, & n. 24. & juramentum ſpeciale requiritur in ipſa promiſſione de ſolvendo in pecunia, ut n. 25. cujus virtutem non operatur ſimplex juramenti clauſula, ut n. 26.*

27 *Abſolutione à juramento obtenta, beneficio* Auth. hoc niſi *debitor potitur, qui illi renunciavit, & in pecunia ſolvere promiſit, & n. 28. 29. ac num. 42.*

30 *Obligatio Cameralis impedit, quòd debitor, eoquè minùs cedens allegare poſſit* Auth. hoc niſi *beneficium.*

34 *Debitor, qui negavit, & negat debitum an beneficio* Auth. hoc niſi *ſit indignus & n. 35.*

36 *Creditor non tenetur accipere in ſolutum bona, quæ ſibi futura ſint maximæ incommoditatis, & moleſtiæ.*

37 *Ceſſionarius cogi non poteſt accipere in ſolutum bona ſtabilia debitoris ceſſi non ſufficientia pro integra ſui crediti ſatisfactione.*

*Ceſſio an reſolvatur in totum, ubi ceſſionarius integram ſatisfactionem conſequi non valet in bonis debitoris, & n. 38.*

39 Auth. hoc niſi *ſibi locum non vindicat, cum ejus beneficio juramento eſt renunciatum, limita n. 40. & 41.*

42 *Requiſita* Auth. hoc niſi *quænam ſint remiſſivè, pro quibus attenditur praxis, & ſtylus cujuſcumque fori, & Tribunalis, ac ea pendent ex arbitrio Judicis, n. 43.*

44 *Interlocutoria Judicis ſuper excuſſione eſt neceſſaria, & num. 114. etiamſi notorium ſit debitorem non eſſe ſolvendo n. 45. declara n. 46. 47. limita n. 48.*

49 *Notorium quid, & quotuplex ſit, & quomodo ad effectum excuſſionis probetur. n. 50. remiſſivè.*

51 *Forma ſervanda in interlocutoria Judicis pronunciantis excuſſionem eſſe legitimè factam, quænam ſit.*

52 *Excuſſionem fieri licet melius ſit per duos executores, ſufficit tamen ſi per unicum tantùm fiat, n. 53.*

54 *Relatione Nuncii, ſivè executoris an, & quando probetur excuſſio uſque ad num. 60. & num. 112.*



61 *Interlocutoria expreſſa Judicis ſuper excuſſionis validitate, quando requiratur, & quando tacita per proceſſum ad ulteriora ſufficiat uſque ad n. 64. ſivè tamen expreſſa ſit, ſivè tacita ſemper ab ea datur appellatio, n. 65. limita n. 122. 123. 124.*

66 Zaul. ad Stat. Favent. lib. 3. Rubr. 6. à n. 24. & ſeqq. *impugnatur, & n. 69. declaratur, n. 122. & ſeqq.*

67 *Appellatio conceditur à tacita rejectione legitimæ exceptionis.*

68 *Excuſſionis exceptio, reſpectu ſimplicis fidejuſſoris dicitur dilatoria, & antè litem conteſtatam eſt opponenda.*

70 *Interlocutoria ab expreſſa ubi appellari poteſt, à tacita etiam poteſt appellari.*

71 *Mulier agens hypothecaria contrà tertios pro aſſecuratione ſuæ dotis, excuſſionis exceptione repellitur, & n. 76. limita n. 72.*

73 *Soror, cui fuit à fratre promiſſa dos in quantitate, tenetur prius excutere bona ejuſdem fratris, antequàm deveniat contrà tertium poſſidentem bona paterna ipſi ſorori hypotheca-ta, & hoc non obſtante* Statut. Ferr. lib. 2. Rubr. 140. *& ità bis deciſum refertur, & comprobatur uſque ad n. 97.*

Magnoni J. C. Ferrar. *laudes afferuntur, ejuſque allegatio tranſcribitur uſque ad numer.* 115.

74 *Dotis cauſa ſemper, & ubique præcipua eſt; non eſt tamen privilegiata in omnibus, ſed ſolùm in caſibus à jure expreſſis, n. 75.*

77 *Exceptio excuſſionis oppoſita reſpectu ordinis judicii dicitur de apicibus juris, & requirere altiorem indaginem; ſecùs ſi opponatur reſpectu juris, & intereſſe partis, ex n. 251.*

78 Statutum Ferrar. lib. 2. Rubr. 140. *quo diſponitur, fœminis excluſis pro dote dari hypothecam in bonis paternis à die mortis patris etiam contrà tertium ſinè beneficio excuſſionis; non habere locum, quando dos in quantitate fuit promiſſa, & in pecunia cæptum ſit ſolvi, minuſque obtinere contrà Clericum, magiſtraliter, & ſingulariter defenditur, uſque ad numer. 108.*

79 *Tertio poſſeſſori indultum eſt excuſſionis beneficium à lege.*

80 *Statutum juris communis correctorium ſtrictè eſt intelligendum, & n. 107.*

81 *Rubrica Statuti nigrum ejus declarat.*

82 *Proœmium attenditur ad intelligentiam ſtatuti.*

83 *Statutum juris communis correctorium operatur præcisè in caſu, quo loquitur, & intelligendum, ut unicum tantùm effectum, & quid modicum operetur, ut quantum fieri poteſt deroget juri communi, 107. & 108.*

84 *Dotis conſtitutio, & collatio in matrimonium quomodo differant inter ſe.*

85 *Conditionem ſui debitoris creditor ſequi debet.*

86 *Verbum* ſit *eſt præciſivum.*

87 *Hypotheca cum dominio, ſecundùm diverſos reſpectus ſimul concurrere poteſt.*

89 *Legitimam filio vindicanti adversùs tertios poſſeſſores non obſtat non factæ excuſſionis exceptio; ſecùs ſi legitimæ petatur ſupplementum, vel in pecunia ſolvi cœptum ſit, vel hypothecaria exerceatur, 90.*

91 *Statutum, quantum fieri poteſt, conciliandum eſt cum jure communi.*

92 *Mulieri agenti rei vindicatione pro dote non objicitur excuſſionis exceptio.*

*Rei vindicatione agens præmittere non tenetur excuſſionem, & n. 89.*

93 L. fin. C. de acquir. poſſeſſ. *remedio intentato, ceſſat excuſſio.*

94 *Quando hypothecaria, & quando condictione* l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. *actum dicatur.*

95 *Dotem habere in pecunia, quàm in bonis magis intereſt mulieris.*

96 *Dos aſſignari debet non de melioribus, nequè de deterioribus bonis, ſed partim de utriſque arbitrio boni viri.*

97 *Tertius poteſt ſe tueri, nedum juribus ſibi ex ſui perſona competentibus, ſed & aliis Auctoris ſui.*

98 *Statutum dicitur contrà libertatem Eccleſiaſticam eo ipſo, quòd Clericis adimit, quod eis competit de jure communi.*

99 *Clericus hæres laici non ſubjicitur ſtatutis, quibus laicus ejus Author ſubjiciebatur.*

100 *Statutum denegans tertio poſſeſſori beneficium excuſſionis non ligat perſonas Eccleſiaſticas, amplia num. ſeq.*

101 *Clerici non afficiuntur Statutis laicorum confirmatis à Papa in forma communi.*

102 *Statutum loquens in rem, & reſpectu hypothecæ Clericum non afficit.*

103 Statutum Ferr. lib. 2. Rubr. 140. *quoad excuſſionem dicitur injeciſſe vinculum, & onus in perſonam tertii poſſeſſoris.*

104 *Excuſſionis beneficium competens tertio poſſeſſori videtur perſonaliſſimum, reputatur juris naturalis, & maximam ſapit æquitatem.*

*Donata Clerico confiſcari non poſſunt à fiſco, ex Statuto diſponente, bona donata confiſcari poſſe, donatione non obſtante.*

106 *Statutum prohibens bona alienari in forenſem, non comprehendit forenſem Clericum.*

109 *In omnibus caſibus, in quibus ceſſare ſolet excuſſio, adhuc admittenda, ſi fieri petatur ſumptibus opponentis, & n. 255. & ſeqq. limita à n. 295. & ſeqq.*

110 *Exceptio excuſſionis reſpectu fidejuſſoris dicitur de apicibus; reſpectu verò tertii, poſſeſſoris de æquitate & n. 111. 247. contrà n. 249. declara num. 248.*

112 *Citatio, ſeù monitio, & interpellatio cedentis, fidejuſſoris, & cujuslibet alterius intereſſe habentis requiritur in excuſſione, & prius n. 51. & infrà n. 126. 127. declara n. 128.*

116 *Tertius poſſeſſor opponere poteſt exceptionem excuſſionis in quacumque parte judicii in cauſa appellationis, in executione ſententiæ.*

117 *Fidejuſſor indemnitatis, vel is, qui promiſit quanto minus à principali conſequi poterit, neceſſe non habet opponere exceptionem excuſſionis, & ſi tenetur, eam quandocumque etiam in executione ſententiæ valet allegare, & n. 118. limita ſi principaliter, & in ſolidum ſit obligatus num. 119.*

120 *Excuſſio competens ex conventione quandocumque opponi valet.*

121 *Uxor comparens in judicio moto à creditoribus mariti per modum exceptionis, ad effectum aſſecurandi ſuas dotes, non tenetur probare vergentiam Viri ad inopiam, nec judicium excuſſionis præmittere.*

124 *A ſententia aſſecurationis dotis, circumſcripta excuſſionis neceſſitate, non datur appellatio, 125.*

129 *Ceſſio pro ſoluto, ſeu loco ſolutionis importat ex tunc pro ipſo jure liberationem cedentis, & omne periculum ſubindè poſt ceſſionem contingens ſpectat ad ceſſionarium. Ex ea inducitur novatio.* 130.

131 *Jura competentia ceſſionario adversùs cedentem, per ceſſionem pro ſoluto extincta manent.*

132 *Ceſſione pro ſoluto facta, tenetur ceſſionarius omnes diligentias, pleniſſimam, exactiſſimam, & formalem excuſſionem facere contrà nomen ceſſum & n.* 133. 134.

135 *Formalis ubi requiritur excuſſio, omnes diligentiæ fieri debent.*

136 *Ceſſio pro ſolvendo, ſeu ſolutionis cauſa reſolvitur in ſimplex mandatum ad exigendum nomen, cujus periculum remanet penès cedentem.*

137 *Formalis excuſſio, & diligentiæ exactiſſimæ non ſunt neceſſariæ in ceſſione pro ſolvendo, ſed morales, & tales quales diligentiæ ſufficiunt, contrarium à n.* 183. *& ſeqq.*

138 *Formalis excuſſio non requiritur, quando agitur vigore obligationis de manutenendo nomen ceſſum exigibile; imò nullæ diligentiæ ſunt faciendæ, n.* 139. *contrarium, num.* 140. *cum trib. ſeqq.*

144 *Ceſſio pro ſoluto intervenit, ubi creditor nominis ceſſione pro ſuo credito contentatur. Et regulariter dicitur facta per nominis venditionem, vel delegationem, vel in ſolutum dationem.* 145.

146 *Venditio nominis fit intervenientibus conſenſu communi, re, & pretio. Et ſatis eſt, quòd appareat de ſolutione certi pretii.* 147. *declara n.* 151. 152. *&* 154.

148 *Conſenſus, & res non ſunt requiſita propria emptionis, & venditionis, ſed communia ſunt cæteris conventionibus.* 149.

150 *Communia pluribus non minus uni, quàm alii adaptantur, & adaptari valent.*

151 *Emptio, & venditio tunc dicitur facta in ceſſione nominis, quando facta eſt pro pretio, ſivè è contrà pretium ſolutum pro ceſſione.*

152 *Pretii ſolutione facta per modum dandi ad finem accipiendi nomen pro eo exigendo, poteſt dici facta alia conventio, quàm ſola emptio, & venditio.*

153 D. Comitis Vincentii Bondeni Opera recenſentur, & ejus laudes *afferuntur.*

155 *Nomen debitoris ut venditum ſit, requiritur, quòd detur pecunia, vel creditum pecuniarium; aliàs ſi quid aliud fuerit traditum, dicitur potiùs permutatio, vel do ut des, quæ non liberat cedentem.* 156.

157 *Venditio nominis non dicitur interveniſſe, niſi fuerit expreſſa in inſtrumento, limita n.* 158.

159 *Ceſſio jurium in nomine debitoris idem omnino operatur, quod in rebus corporalibus traditio, declara n.* 160. 163.

164 *Delegationis requiſita quænam ſint, remiſſivè.*

165 *Delegatio facta dicitur, licèt nullum ex requiſitis* l. 3. C. de novat. *intervenerit, quando cedens ceſſit omnia jura nihil penitùs in ſe reſervando.*

166 *Datio in ſolutum non poteſt dici facta in ceſſione nominis, niſi expreſsè dictum ſit, quòd nomen datur in ſolutum, limita n.* 167. *cum* 2. *ſeqq.*

170 *Verbum* ad exigendum *in nominis ceſſione facit præſumere, ceſſionem eſſe pro ſolvendo.*

171 *Ceſſio nominis in dubio præſumitur pro ſolvendo, non pro ſoluto, amplia n.* 172.

173 *Ceſſio dicitur facta ad commodum cedentis, quando adversùs ipſum ceſſionarius habiturus eſt regreſſum.*

174 *Ceſſio non eſt loco ſolutionis, etiam cum datione in ſolutum, quando ceſſionarius, factis diligentiis, ſeù in caſu inexigibilitatis, habiturus eſt regreſſum contrà cedentem, amplia n.* 175. 176. *contrarium n.* 177.

178 *Dominii, vel ſpecialis hypothecæ reſervatio, vel priorum jurium præſervatio contrà cedentem excludit novationem, delegationem, vel in ſolutum dationem.*

179 *Declaratio, quòd nomen ceſſum aſſignatur in pignus, & ejus exactio currere debet* riſico, & periculo *cedentis, operatur, ceſſionem eſſe ſimplicem, & non pro ſoluto, contrarium n. ſeq.*

181 *Ex quo cedens, poſt ceſſionem pulſavit debitorem ceſſum, arguitur, factam non fuiſſe nominis dationem in ſolutum, vel delegationem.*

182 *Delegatio reddit immunem debitorem delegatum, ne à creditore delegante valeat impoſterùm conveniri.*

183 Card. de Luca, & Carol. Ant. de Luca ad Gratian. locis allatis *impugnantur.*

184 *Omnes omninò diligentiæ, ſeù exactiſſima, & pleniſſima, ac formalis excuſſio requiritur, etiam in ceſſione pro ſolvendo, amplia etiam data renunciatione beneficii excuſſionis.* 185. *& interveniente juramento.* 186. *& etiamſi debitor ceſſus ſit duræ, & omnino difficilis excuſſionis.* 187. *& multò magis in ſex caſibus enumeratis à n.* 188. *ad* 195.

190 *Inſtrumenti, ſeù ſcripturæ, vel cedulæ crediti ceſſi conſignatio, & traditio operatur tranſlationem, & ceſſionem actionis. Et ceſſionarius fit dominus nominis ceſſi. n.* 231.

196 *Quatuordecim caſus cum nonnullis declarationibus, & limitationibus reſpectivè, exponuntur, aliique dantur remiſſivè, in quibus ceſſionarius ad nullas diligentias, & excuſſionem aſtrictus eſt, ſed immediatè, & directo agere valet contrà cedentem, uſque ad n.* 246.

197 *Ceſſio ſimplex quando habeat naturam pignoris, ac ſpecialis hypothecæ & n.* 230.

198 *Quinam ſit actus ceſſionem inducens, quinam pignus ſolùm transferens, aut meram hypothecam conſtituens, remiſſivè.*

202 *Ceſſio, quando dicatur facta ad commodum ceſſionarii, vel cedentis, vel utriuſque gratia, remiſſivè.*

205 *Ceſſionarius an, & quando teneatur diligentiam adhibere ſuper revocatione impedimenti ſibi præſtiti in exactione nominis ceſſi, vel aliàs contra cedentem proteſtari pro illo removendo.* 206. *&* 207.

208 *Diligentiæ inutiles, & non profuturæ per ceſſionarium non ſunt adhibendæ. Amplia etiam, quando dubium eſt, an ſint profuturæ.* 209.

213 *Contra hæredes, vel hæreditatem jacentem defuncti principalis debitoris, fieri debet excuſſio* 215. *limita n.* 204. *declara n.* 216.

217 *Promittens ſolvere quantum minus creditor à debitore conſequi poterit, conveniri non poteſt, niſi facta excuſſione.*

218 *Debitum alterius in ſe ſucipiens, ſeu conſtituens ſe pro alio ſoluturum, beneficio gaudet excuſſionis. limita* 219.

222 Rota poſt Oleam de ceſſ. jur. deciſ. 15. nu. 10. alias in rec. deciſ. 44. n. 12. *p.* 11. *rejicitur* 223.

224 *In ceſſione cenſus, vel alterius annui redditus, vel ſolutionis in pluribus vicis, ſeu terminis diſtributivè, ſunt faciendæ deligentiæ continuatæ ſingulis advenientibus temporibus.*

*Fide-*



225 *Fidejuſſor liberatus remanet, quoties creditor diù neglexit agere contrà principalem debitorem idoneum, qui poſteà effectus ſit non ſolvendo, limita n.* 226. *remiſſivè.*

230 *Verba* in riguardo del ſuo credito *ſolam cautionem, ſecuritatem, & pignus important.*

233 *Pactum, quod onus pulſandi, & cogendi debitorem ceſſum ſpectet ad cedentem, non verò ad ceſſionarium, validum, & juſtum eſt.*

235 *Negligentia, & mora in exigendo nomine ceſſo imputari non poteſt ceſſionario, qui caret inſtrumento, & juſtificatione crediti ceſſi. declara n.* 240.

236 *Inſtrumentum ceſſionis exhibendum eſt per ceſſionarium agentem contrà debitorem ceſſum, & ante litis conteſtationem, ſi agit nomine, & tanquam procurator cedentis.* 237. *ſi verò agit nomine proprio tanquam ceſſionarius, ſufficit, quòd doceat de ceſſione poſt litis conteſtationem. n.* 238.

239 *Inſtrumentum crediti cedentis realiter produci debet à ceſſionario, & non ſufficit illud exhibere.*

241 *Cedens an teneatur tradere ceſſionario inſtrumenta, vel ſcripturas concernentes juſtificationem crediti ceſſi, diſtinguitur, & n.* 242.

243 *Expenſas factas in exactione nominis ceſſi, vel in lite, in qua ceſſionarius ſuccubuit, an repetere valeat à cedente, & n.* 244.

245 *Excuſſio non requiritur, ubi proceditur de bono, & æquo, & ſola facti veritate inſpecta, contrarium n.* 246. *diſtingue n.* 250. 252. *& ſeq. n.* 270. *amplia n.* 254.

255 *Regula, quòd in omnibus quibuſcumque caſibus, in quibus ceſſat exceptio excuſſionis, ſeu dubitari poteſt, an ſit admittenda nec necne, ſemper debet fieri excuſſio, ubi eam petens offert, ut ſuo ſumptu, & periculo fiat; ſibi locum vindicat etiam favore cedentis, & n.* 257.

256 *Petens excuſſionem fieri propriis expenſis, debet interim abſolvi ab obſervatione judicii.*

257 *Cedens, & fidejuſſor in materia excuſſionis æquiparantur.*

258 *Cedens reſpectu ceſſionarii dicitur fidejuſſor.*

259 *In Salviano interdicto nequaquam admittitur exceptio excuſſionis, amplia n.* 260. 261. *diſtingue n.* 270. *limita n.* 271.

262 *Cenſus emptor pro fructibus cenſus decurſis poteſt convenire nedum poſſeſſorem fundi cenſiti, ſed etiam poſſeſſorem aliorum bonorum ſibi generaliter hypothecatorum, maximè ſi Salviano experiatur interdicto. n.* 261.

263 *Hypothecam generalem, & ſpecialem habens ſuper bonis ſui debitoris, prius excutere tenetur ſpecialem, quàm generalem, diſtingue n.* 264. *limita n.* 269.

265 L. 2. C. de pign. *fundamentum in ſpeciali hypotheca conſiſtit.*

266 *Fundus cenſitus non poteſt dici propriè loquendo ſpecialiter hypothecatus; contrarium numer.* 268.

267 *Creditor ex multis bonis ſibi obligatis eligere poteſt, in quibus creditum ſuum conſequatur.*

272 *Si Salvianum interdictum fuerit cum hypothecaria cumulatum, eo certius intrat expenſarum excuſſio.*

273 *Correus, & in ſolidum obligatus, ac fidejuſſor, qui ſe principaliter, & in ſolidum obligavit, adſtrictus cum juramento, in forma Cameræ, & in ampliſſima forma non gaudet beneficio diviſionis, & excuſſionis reſpectivè declara numer.* 275. 277. 278. *limita numer.* 274. 276.

279 *Fidejuſſor quantumvis in ampliſſima forma, etiam cum juramento, & in forma Cameræ obligatus, vigore* Stat. Ferr. lib. 2. Rubr. 14. *gaudet beneficio excuſſionis, oblatis expenſis ad formam* ejuſdem Statuti, *& eodem beneficio potitur etiam de jure communi n.* 274. *& ſeqq.*

280 *Clerici uti poſſunt Statutis Laicorum, quibus non ligantur, tanquam privilegio.*

281 Stat. Ferr. lib. 2. Rubr. 14. *non afficit Clericos. Nec eo Clerici uti poſſunt tanquam privilegio. num.* 282. *contrarium num.* 280. *&* 283.

282 Stat. Ferr. lib. 1. Rubr. 5. *prohibens, ne Clerici uti valeant Statutis non acceptatis à Clero, eſt invalidum, nullum, & tanquam ſi conditum non fuiſſet, & n.* 283.

284 *Obligatus per publicum inſtrumentum guarantigiatum, vel in forma Cameræ gaudet etiam de jure communi beneficio excuſſionis, oblatis expenſis, & n.* 274. *amplia n.* 285. 292. 293. *contrà n.* 286. *verum n.* 291.

287 *Obligatio Cameralis facit omninò ceſſare excuſſionem, diſtingue n.* 290.

288 *Obligatio Cameralis tribuit electionem creditori agendi adverſus quoſcumque obligatos, rejecta excuſſionis neceſſitate, & variandi de re ad rem, de perſona ad perſonam. n.* 289.

294 *Mora principalis debitoris requiritur, in qua non poteſt dici conſtitutus, niſi interpellatus ſit ad ſolvendum, antequam agatur contrà tertium.*

295 *Excuſſionis expenſarum ſpecifica renunciatio an obſit renuncianti. n.* 296.

297 *Quando difficile eſt adverſus tertium experiri; ceſſat excuſſio, etiam oblatis expenſis, limita, ſi diſcutiendus ſit ipſe debitor principalis. n.* 299. *amplia* 300.

298 *Bona penès tertium exiſtentia non ſunt excutienda.*

301 *Expenſarum oblatio non prodeſt, ubi excuſſio eſt inanis, & non profutura, ubi ſuſpicari poteſt, quòd ea petatur ad protrahendum judicium* 302. *ubi bona ſunt extrà territorium.* 303. *etiam in terminis* Stat. Ferr. lib. 2. Rubr. 14. *n.* 304.

305 *Bona extra territorium jus dicentis exiſtentia non ſunt excutienda, amplia num.* 307. *limita num* 306.

308 *Salarium ſequeſtrari, & executari valet, quando bona debitoris extra territorium exiſtunt.*

309 *Bona extrà territorium in loco vicino, vel ſub eodem Principe, an ſint diſcutienda.*

310 *Judicis arbitrio remittitur conſiderare, an excuſſio bonorum exiſtentium extrà territorium, ſit facienda, & quomodo regulari debeat. n. n. ſeqq.*

313 *Vigore* Stat. Carp. lib. 2. Rubr. 12. & Stat. Ferr. lib. 2. Rubr. 14. *penitus ceſſat excuſſio bonorum extra territorium etiam in loco vicino, vel ſub eodem Principe.*

314 *Expenſæ actualiter ſunt deponendæ, vel aliquid ad computum ipſarum cum oblatione ſubminiſtrandi reſiduum in iis caſibus, in quibus expenſarum competit beneficium.*

315 *Excuſſio conventionalis eſt omnibus fortior, debet eſſe omninò formalis, & excludere poſſibilitatem exiſtentiæ aliorum bonorum. n.*316.

317 *Excuſſio rigoroſa ſemper requiritur, ubi quis non niſi in ſubſidium conveniri poteſt.*

318 *Excuſſio facienda in ſtabilibus longum tempus requi-*

*requirit, limita n. 319. 321.*

319 *Via executiva, quæ competebat cedenti, competit ceſſionario, diſtingue n. 320.*

321 *Obligationis Cameralis virtus prodeſt ceſſionario, ſicuti profuiſſet cedenti.*

322 *Tempus favore debitoris cenſetur appoſitum.*

323 *Tempus non incipit currere, niſi à die, quo implere obligatus, implevit ex parte ſua, declara n. 330.*

324 *Cedens non efficitur debitor purè, ſed ſub conditione oriente ex natura ceſſionis, ſi creditum ceſſum facta excuſſione à debitore ceſſo exigi non poſſit.*

325 *Ablativum abſolutam importat conditionem.*

326 *Conditione pendente impeditur actus fieri, & nihil in eſſe ponitur.*

327 *Conditionaliter obligatus ante purificationem conditionis conveniri non poteſt.*

328 *Tempus aſſignatum à lege, vel à partibus ad aliquid faciendum, non currit, niſi poſt actum, qui natura ſua debet præcedere, declara numero 330.*

329 *Tempus conceſſum reſpectu certæ cauſæ vel conditionis, non currit, niſi cauſa illa, & conditio prius exiſtat, declara num. 330.*

331 *Conditio, ſi debitor non ſolverit, reſpicit purum, & abſolutum actum ſolutionis non factæ, & adimpletur per ſolam moram debitoris in ſolvendo, & n. 210. 214. declara n. 211. 212. 215.*

*Stipulatio contra cedentem an, & quando commiſſa ſit per ſolam moram debitoris in ſolvendo, ac ſolum lapſum temporis diſtinguitur, & n. 332.*

332 *Obligatio ſolvendi factis diligentiis, vel excuſſione contrà debitorem, quid importet? Excuſſio quando facienda ſit poſt tempus conventum.*

333 *Quando non conſtat de clara mente contrahentium, recurrendum eſt ad naturam obligationis.*

334 *Ceſſionis de natura quid ſit, excuſſio realis importat, ut bona ſtabilia diſcutiantur, & ſuprà n. 16. & ſeqq.*

335 *Interpellatio, ſive citatio, & monitio debitoris ad indicanda bona, ultrà nuncii relationem, requiritur etiam, quando formalis non exigitur excuſſio.*

336 *Forma excuſſionis duplex traditur, & 338.*

337 *Ubi formalis excuſſio non deſideratur, ſufficit interpellatio ad indicanda bona debitoris.*

339 *Formalis excuſſio non dicitur facta per ſimplicem Nuncii relationem, & interpellationem ad indicanda bona 340. contrà 341.*

340 *Exigibilitas debitoris remanet ſufficienter probata, & excuſſio legitimè facta dicitur adverſus quoſcumque de jure, quando interpellatus eſt debitor ad indicanda bona, & bona non ſunt indicata, & ſuprà n. 59.*

342 *Excuſſio per unum ex creditoribus facta, aliis prodeſt, diſtingue nu. 343. limita nu. 345. ad 348. declara n. 352.*

345 *Captura annullata, quando corruant ſequeſtrationes.*

347 *In excuſſione conventionali neceſſariò inferri debet ad non exiſtentiam aliorum bonorum.*

349 *Stabilia poſſidens non dicitur decoctus, inops, & non ſolvendo, quamvis pecuniam non habeat in contanti paratam ſolutioni.*

350 *Idoneus, & ſolvendo, & imò dives dicitur, qui ſtabilia poſſidet.*

351 *Exigibilitate promiſſa dicitur ſatisfactum promiſſioni, ſi debitor ſtabilia poſſidet.*

353 *Ordo excuſſionis in eo conſiſtit, ut primo loco excutiantur mobilia, & ſe moventia; ſecundo loco immobilia, ſeu ſtabilia; tertio loco nomina debitorum; quarto loco bona fidejuſſorum, & quinto loco capiatur perſona principalis debitoris.*

*Ceſſionarius non tenetur ad aliquas diligentias contrà nomen ceſſum, quando ipſe cedens fecit omnem diligentiam; declara n. 355.*

356 *Bona intricata non ſunt per ceſſionarium excutienda, declara numer. 363. 364. contrà n. 367.*

357 *Concurſu creditorum efformato bona debitoris ſatis intricata dicuntur ad effectum, ut ceſſet excuſſio.*

358 *Bona excutienda debent eſſe ſufficientia, & expedita.*

359 *Quando debitor eſt inops, & notoriè non ſolvendo non intrat excuſſio, declara numero 365.*

360 *Bona omnia de jure præſumuntur libera ab anterioribus obligationibus, & hypothecis.*

361 *Obligatio, tanquam quid facti non præſumitur, ſed probari debet ab eam allegante.*

362 *Solvendo quilibet de jure præſumitur.*

366 *Inexigibilitas debitoris ceſſi, & ejus paupertas, ſeu quod non ſit ſolvendo, juſtificari debet plenè, & concludenter per ceſſionarium, ut habeat regreſſum contrà cedentem, & à n. 363. & ſeqq.*

368 *Ceſſionarius tenetur ad exactiſſimam excuſſionem, etiamſi cedens promiſerit facta excuſſione reali contra debitorem, ſolvere unica tantùm præcedente citatione; amplia numer. 369. 370.*

371 *Arbitrio Judicis conſiderare remittitur, an ceſſionarius uſus fuerit diligentiis ſufficientibus adverſus debitorem ceſſum.*

Cùm ceſſum fuiſſet pretium aliquorum bonorum paſculivorum, & ceſſionarius intendiſſet regreſſum habere contra cedentem: Multa occurrerunt diſcutienda, & examinanda pro Veritate in re iſta, jam ſub contentione poſita firmiter habenda: Quæ omnia fuerunt elicita in binis Reſpoſis Juris diligenti calamo per D. J. C. Pellegatti Ferrarienſem Advoc. efformatis.

## RESPONSUM JURIS

*D. Jacobi Pellegatti J. C. & Advoc. Ferrar. In Cauſa Ferrar. Ceſſion. & Excuſſ.*

Regreſſum adversùs Peſarum cedentem, nequaquàm competere poſſe D. Furlano ceſſionario, cùm non conſtet, ipſum Furlanum debitam excuſſionem feciſſe, & neceſſarias, contra D. Doctorem de Clericis debitorem ceſſum adhibuiſſe diligentias; firmiter eſt reſolvendum. 1

Etenim, licèt excuſſio facta, & diligentiæ à Ceſſionario adhibitæ, concludenter dicantur probatæ eo ipſo, quòd ceſſionarius egit, ex relaxato mandato contra debitorem ceſſum, nullatenùs potuit fieri executio; *Epiſc. Rocca diſput. jur. cap.* 129. *n.* 1. *tom.* 2. *Panimol. dec.* 18. *Adnot.* 1. *nu.* 21. *tom.* 1. *Rota cor. Bichio dec.* 518. *n.* 10. *tom.* 2. 2

Vel Quia per executores nihil fuerit inventum; *Caroc. de excuſſ. p.* 2. *q.* 32. *n.* 2. *Salgad. labyr. credit. p.* 1. *cap.* 23. *n.* 33. *Panimol. d. Adnot.* 1. *n.* 22. 3

Vel,



4 Vel, quia inhibitiones præſentatæ fuerint executoribus, propter quas ipſi, ſinè incurſu pœnarum, de quibus in inhibitionibus ſibi præſentatis, executionem conſumere non valuerint; *Eugon. conſ.* 73. *num.* 21. *lib.* 1. *Epiſc. Rocca d. cap.* 129. *n.* 2.

5 Et ſignanter, quia executoribus fuerit, ut in caſu noſtro, oſtenſa inhibitio dotalis, ſeu, ut apud Nos vulgò dicitur *Il non moleſtetur Dotale* Uxoris debitoris ceſſi, in puncto *Epiſc. Rocca d. cap.* 129. *eo nu.* 2. *Urceol. conſult.* 2. *nu.* 18. *Thomat. dec.* 29. *ante nu.* 31. *Rota cor. Bichio dec.* 518. *n.* 6. *tom.* 2.

6 Quibus caſibus relationi Executoris in actis exhibitæ plena fides eſt adhibenda, *l. ult. in princ. ff. ſi cert. pet. Epiſc. Rocca d. cap.* 129. *numero* 2. *tom.* 2. *Caroc. d. q.* 32. *numero* 2. *& per tot. Panimol. d. Adnot.* 1. *eo num.* 22. *Rota cor. Bichio dec.* 484. *nu.* 3. *tom.* 2. *& in rec. dec.* 25. *nu.* 10. *p.* 11.

7 Attamen, ad effectum, ut ratione excuſſionis legitimè factæ, ceſſionarius habeat regreſſum contra cedentem, requiritur, quòd hujuſmodi diligentias, & Executoris relationem omninò denunciet cedenti (quod omiſit Furlanus) ad effectum, ut videat, ipſum ceſſionarium ſatisfactionem conſequi non poſſe, eique cedenti ſucceſſivè ſtatuere faciat terminum à Judice, intra quem curare, & providere habeat, ut idem ceſſionarius a debitore ceſſo remaneat ſatisfactus; ex edoctis à *Cyriac. contr.* 374. *nu.* 28. *& ſeqq. contr.* 375. *nu.* 15. *lib.* 2. *& contr.* 456. *n.* 5. *lib.* 3. *Tondut. reſol.* 49. *n.* 47. *Epiſc. Rocca cap.* 151. *n.* 4. *tom.* 2. *D. Anſald. de commerc. & mercat. diſc.* 32. *n.* 14. *Rota cor. Bichio d. dec.* 518. *nu.* 3. *&* 4. *tom.* 2. *& Cæteris apud Ipſos.*

8 Quin imò, quòd ipſe ceſſionarius inſtare debeat pro revocatione, aut moderatione inhibitionum, & jus ſuum proſequi, aliàs non dari actionem adversùs cedentem, traditur *à Felin. in c. venerabilis nu.* 7. *verſ.* 3. *limit. de judic. Aym. conſ.* 270. *nu.* 3. *Eugen. d. conſ.* 73. *nu.* 22. *lib.* 1. *Hodiern. contr. for.* 27. *nu.* 25. *Caputaqu. dec.* 72. *n.* 4. *&* 6. *p.* 2.

9 Ac in individuo, quod non conſtet de inexigibilitate debitoris ceſſi, & illius ſufficienti excuſſione, ad hoc, ut ceſſionario dari poſſit regreſſus contra cedentem ex eo, quòd præſentata fuerit executoribus inhibitio dotalis mulieris Viri debitoris ceſſi, quando hæc ab ipſa muliere obtenta fuit, non per ſententiam vigore aſſecurationis ſuæ dotis, quia tunc, ſi inhibitio ſuper omnibus bonis Viri ſit obtenta, nec per cedentem alia bona, præter deſcripta in eadem inhibitione, adeſſe probetur, ſatis, ad hunc effectum, de inexigibilitate Viri debitoris, dicitur conſtare; per *Poſt. reſol.* 58. *num.* 26. *& reſol.* 75. *num.* 19. *& ſeqq. cum quo Urceol. d. conſult.* 2.
10 *nu.* 18. ſed ipſa inhibitio obtenta ſit propter hypothecam generalem dotium mulieris, cujuſmodi eſt apud Nos *Il non moleſtetur Dotale*, niſi à creditore ceſſionario factæ fuerint diligentiæ pro revocatione, vel moderatione dictæ inhibitionis, & eam obtinere non potuerit; docet *Urceol. in p. Append. ad d. conſult.* 2. *ab eod. num.* 18. *poſt ejus vol.* 2. *Sabel. ſumma diverſ. verbo ceſſio ſub nu.* 33. *verſ. non tamen dicitur tom.* 1. *Thomat. d. dec.* 29. *num.* 31. *Rota cor. Bichio d.*
11 *dec.* 518. *num.* 7. *tom.* 2. Vel, ſi diligentiæ factæ non fuerint, ſaltem inhibitio fuerit intimata cedenti, ut eam revocari curaret, quo caſu imputandum eſt ei, ſi ulteriores diligentias non fecit, per originalem doctrinam *Rotæ cor. Bichio d. dec.* 518. *num.* 8. *tom.* 2. *impreſſa poſt diſcept. contr. dec.* 146. *& repetita in rec. dec.* 287. *p.* 11. quam, ſic, ut ſuprà exornant *Urceol. & Sabel. ubi proximè relati.*

Ubi autem inhibitio dotalis omnia bona Viri contineret, nec illum alia poſſidere oſtenderetur, junctimque collationis, ſeù incontrii ſuſpicionem excluderet veritas crediti dotalis, & de hoc certò appareret; ſanè omiſſio hujuſmodi diligentiarum nullo modo relevans eſſet ad impediendum regreſſum contrà cedentem, quamvis inhibitio reportata fuerit ab Uxore, propter ſolam generalem hypothecam ſuarum dotium; *ex Rota cor.* 13 *Bichio d. dec.* 518. *ſub num.* 8. *tom.* 2. Ac idem eſſet, ubi diligentiæ fieri non poſſent, vel non eſſent profuturæ, licèt omnes poſſibiles diligentiæ adhiberentur, propter omnimodam deficientiam nominis ceſſi, factumque notorium inexigibilitatis, vel propter difficultatem, & impoſſibilitatem Juris, vel facti, revocationis, vel moderationis inhibitionis; per ea, quæ *infrà* traduntur *n.* 208. & tunc defectus intimationis, ſeù denunciationis minimè attenderetur, ut in ſpecie *Epiſc. Rocca* 14 *diſput. jur. d. cap.* 151. *n.* 14. *&* 15. ubi optimè *tom.* 2. *D. Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc.* 32. *n.* 15. *&* 16. *ubi concord. Rota dec.* 49. *n.* 17. *& duob. ſeqq. p.* 12. *rec.* 12

Ulteriùs, cum excuſſio ſit bonorum, & rerum principalis debitoris uſquè ad ſacculum, & peram diligens facta inquiſitio; juxtà definitionem poſitam *à Ciarlin. contr. for.* 95. *n.* 5. *lib.* 1. *Caroc. de excuſſ. p.* 1. *q.* 1. *num.* 1. *Maur. de fidejuſſ. p.* 2. *princ. ſect.* 6. *cap.* 3. *num.* 2. *fol. mihi* 335. *Hering. eod. tract. cap.* 27. *p.* 1. *n.* 7. *Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *Rubr.* 14. *ſub n.* 27. *verſ. Ita ut tom.* 1. *Donad. de renunc. cap.* 29. *n.* 6. *Magon. dec. Lucenſ.* 66. *n.* 8. 15

Nedùm propтereà bona mobilia, ſed inſuper ſtabilia debitoris, erant, in caſu noſtro, per ceſſionarium excutienda; *Ciarlin. d. contr.* 95. *ante nu.* 5. *Cephal. conſ.* 98. *ſub nu.* 10. *& ſeq. lib.* 1. *D. Palma Nepos alleg.* 44. *ſub n.* 27. *tom.* 1. *Mel. alleg.* 100. *nu.* 13. *vol.* 2. *Urceol. in* 2. *Append. ad d. conſult.* 2. *nu.* 12. *egregiè Caroc. de excuſſ. in explicatione dictæ definitionis ead. q.* 1. *num.* 2. *&* 6. *ac per tot. q.* 11. *numero* 2. *& q.* 13. *princ. fol. mihi* 117. *Rota apud Poſt. de ſubhaſt. dec.* 72. *numera* 11. *&* 12. *tom.* 1. & eſt indubitatum apud *Omnes.* 16

» Quod maximè procedit in caſu noſtro, ubi » Furlanus ceſſionarius fuit litem conteſtatus cum » D. Doctore de Clericis debitore ceſſo, & con» ſequenter res non eſt ampliùs integra, quo ca» ſu, licèt apud Peſarum remaneat actio dire» cta, tamen dicitur effecta inefficax, & ina» nis. 17

» Ac ideò defecit in ſalutari ſuo, dum ſuſ» cipiendo ceſſionem, & ſic mandatum, non » uſus fuit diligentiis neceſſariis; tenebatur enim » capere tenutam bonorum dicti D. Doctoris, & » bona ſubhaſtari facere, citato dicto debitore » ceſſo; ità in puncto, mutatis mutandis, ra» tiocinatur *Thomat. d. dec.* 29. *numero* 28. *&* » *ſeq.* 18

Et potiſſimùm, quia contendens Peſarus cum Furlano ſuper excuſſione facienda, aut minùs legitimè facta, indicavit, debitorem ceſſum poſſidere bona ſtabilia in Villis Vicinovi, & Trecentæ, ac in aliis locis, quo caſu ea omninò excutere ceſſionarius tenetur, per notabilem cautelam, de qua *Plurimi*, quos relatos ſequitur *Pigant.* 19

*ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rubr.* 29. *num.* 25. *Sal-*
*gad. labyr. credit. p.* 1. *d. cap.* 23. *ſub. num.* 88.
*D. Meus Magnonus, de quo infrà n.* 115. Quam
20 extendunt, ut etiam poſt declarationem Judicis
pronunciantis, excuſſionem fuiſſe legitimè factam,
& eſſe procedendum contrà fidejuſſores, vel ter-
tios poſſeſſores; adhùc poſſint fidejuſſores, vel
tertii poſſeſſores, vel alius per eam condemna-
tus, quandocumque ſuæ conſulere indomnitati,
indicando bona expedita principalis debitoris,
in termino ſibi aſſignando; *Ciarlin. d. contr.* 95.
*num.* 12. *lib.* 1. *Pigant. d. Rubr.* 29. *num.* 30. *Sal-*
*gad. labyr. credit. d. p.* 1. *eod. cap.* 23. *num.* 89.
*&* 92. *& cap.* 25. *numer.* 29. *& ſeqq. ubi Plures*
*Gob. de permiſſ. feud. & emphyt. alien. q.* 12. *nu-*
*mer.* 37.

21 Imò, quòd ceſſionarius, cui etiam promiſſa
fuit exigibilitas, debeat bona ſtabilia debitoris ſi-
bi adjudicari facere, quamvis illa non reperiant
emptorem, cum per hoc debitor non dicatur in-
exigibilis; conſuluit *Regens à Ponte conſ.* 26. *n.*
11. *lib.* 2. *& poſt eum plenè tuetur Hodiern. d.*
*contr.* 27. *n.* 38. *& ſeqq. Capon. diſcept. for.* 314. *n.*
14. *tom.* 4.

22 Et quòd illa ad in ſolutum accipiendum cogi
poſſit, dummodò in inſtrumento obligationis inter
cedentem, & debitorem ceſſum *Auth. hoc niſi*
*C. de ſolut.* non ſit renunciatum, nec ſolutio ſit
23 in pecunia cum juramento promiſſa, quæ duo
requiruntur ad hoc, ut creditor cogi non valeat
ad accipiendum bona debitoris in ſolutum, non
reperto de illis emptore, traditur in terminis *ab*
*Hodiern. d. contr.* 27. *n.* 42. *cum ſeq. & Capon. ubi*
*mox ſuprà.*

24 Et certè, ut *d. Auth.* locum non habeat, non
ſufficit, quòd promittatur ſolutio in pecunia nu-
merata, & non aliter, niſi promiſſio iſta fiat cum
juramento; *D. meus Comes Bonden. colluct. le-*
*gal.* 43. *num.* 67. *ubi plures DD. & Rotæ deciſ.*
*vol.* 1. *Urceol. conſult.* 29. *num.* 63. *&* 68. *Galle-*
*rat. de renunc. p.* 2. *cent.* 180. *numero* 7. *Berta-*
*zol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 41. *gloſ.* 5. *numer.* 4.
*Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *Rubr.* 109. *num.* 36.
*&* 37. *Franch. deciſ.* 81. *per tot. & ibi Addentes*
*lib.* 1. *Theſaur. deciſ.* 153. *numero* 3. 14. *& per*
*tot.*

25 Ita, quòd requiratur juramentum in ſpecie in
ipſa promiſſione de ſolvendo in pecunia nume-
rata, & non ſufficiat juramentum univerſale, ge-
neraliter præſtitum ſuper toto inſtrumento, & il-
lius obſervantia; ut latè oſtendit *Hodiern. ad*
*Surd. deciſ.* 30. & comprobat *ſe ipſo relato d.*
*contr.* 27. *num.* 44. *Pigant. d. rubr.* 109. *ſub num.*
26 37. *ubi dat alios*, & advertit ſolam juramenti clau-
ſulam, qua Nos utimur, prædictum effectum ju-
ramenti ſpecialis non operari. *Rota cor. Duran.*
*deciſ.* 1. *n.* 22. *&* 23. *tom.* 1.

27 Quòd autem oblatio bonorum ex beneficio *d.*
*Auth.* locum habeat, etiam quando juraſſet de-
bitor ſolvere in pecunia, ſi docuiſſet ſe eſſe pau-
perem, & non habere modum ſolvendi in pecu-
nia, dummodò obtenta priùs eſſet abſolutio à ju-
ramento; & maximè in Terris Eccleſiæ, in qui-
bus adeſt conſuetudo petendi abſolutionem à ju-
ramento; docet *Ludovic. deciſ. Peruſ.* 64. *num.*
13. *&* 14. 39. 22. *& ſeqq.* quem ſequuntur *The-*
*ſaur. d. deciſ.* 153. *num.* 14. *in fin.* ubi refert, *Se-*
*natum Pedemont.* hanc limitationem cum prædi-
cta intelligentia probaſſe. *& Carol. Ant. de Luca*
*ad Franc. d. deciſ.* 81. *num.* 3. ubi cum *Merlin.*
28 *cent.* 2. *contr.* ampliat, eandem cautelam abſolu-
tionis prodeſſe in caſu inopinato ſuperveniente
poſt juratam renunciationem beneficio præfatæ 29
*Auth.* de qua mox *infrà n.* 41. vel ſi fieret renun-
ciatio ſine certioratione dicti beneficii à Mulieri-
bus, Ruſticis, Minoribus. *lib.* 1.

Profectò in caſu noſtro, omnis removetur diffi- 30
cultas, quia debitum D. Doctoris de Clericis de-
bitoris ceſſi, eſt obligatione camerali velatum; ſi-
cuti enim idem debitor adſtrictus Peſaro non po-
tuiſſet allegare *Auth. hoc niſi* beneficium; *D. meus*
*Bonden. d. colluct.* 43. *num.* 69. *ubi plures. Zac-*
*ch. de oblig. camer. qu.* 17. *numer.* 57. Ita allega-
re eo minùs poteſt Peſarus Furlano obligatus; 31
ſic *Rota cor. Bichio d. deciſ.* 484. *numero* 11. 14.
*tom.* 2.

Prout dictum Beneficium indubitanter non ob- 32
tinet, ubi creditor exactiſſimam excuſſionem face-
re non tenetur, ſed ex quadam æquitate debet
tales quales facere diligentias, ſecundùm quali-
tatem, & naturam ipſius obligationis, quia tunc
eo ipſo, quòd debitor non habet pecunias, ejuſ-
que bona poſita ſub haſta non reperiunt empto-
rem, ſeù oblatorem, dicitur ſufficienter excuſſus,
& regreſſus, conceditur adverſus debitorem prin-
cipalem; juxtà terminos *d. dec.* 484. *n.* 7. 13. *&*
17. *cor. Bichio.*

Nec, ubi bona debitoris ceſſi, ſeù excutiendi 33
ſunt affecta multis creditoribus, & obnoxia hy-
pothecis anterioribus, ac valdè litigioſa, & intri-
cata, adeò, ut de facili excuti non poſſent, abſ-
que longa mora, & non levi impenſa, quia tunc
ſupervacaneum eſt ea ſubhaſtari, nec excuti de-
bent, nec creditor ad in ſolutum accipiendum
cogi valet, *Hodiern. d. contr.* 27. *ſub numer* 45.
*Mangil. de evict. qu.* 78. *num.* 16. *Rota Jan. de-*
*ciſ.* 156. *num.* 8. *&* 9. *& Rota Rom. cor. Bichio*
*d. deciſ.* 484. *num.* 25. *&* 27. ubi, quòd eò mi- 34
nùs ad id creditor tenetur, quando debitor, con-
tra quem prætenditur regreſſus, debitum impu-
gnavit, ac impugnat, *tom.* 2. licèt aliàs, ſaltem
de æquitate, debitor, qui negavit debitum, hu-
juſmodi beneficio indignus non ſit cenſendus; 35
*Calvin. de æquit. d. cap.* 44. *numero* 42. *& ſeq.*
*lib.* 1.

Nec, ubi futura ſit creditori maximæ incom- 36
moditatis, & moleſtiæ acceptatio in ſolutum bo-
norum debitoris; *l. planè ff. famil. erciſc. Cyriac.*
*contr.* 327. *n.* 41. *& ſeqq. lib.* 2.

Nec, ubi bona debitoris non ſunt ſufficientia 37
pro omnibus creditoribus, ita ut ceſſionarius non
poſſit conſequi integram ſui crediti ſatisfactionem,
ſed pro parte tantùm; quia tunc non debet co-
gi accipere partem ſolutionis ſuper bonis, & pro
reſiduo remanere creditor: ſecùs verò, ubi pro
omnibus creditoribus bona ſunt ſufficientia, &
ceſſionarius ſuper iis totum ſuum creditum con-
ſequi valet; *Staiban. jun. d. reſol.* 67. *n.* 23. *tom.* 1.
*Hodiern. d. contr.* 27. *ſub eod. n.* 45. *Panimol. d.*
*deciſ.* 18. *ead. Adnot.* 1. *n.* 29. *tom.* 1. *Rota Gen.*
*d. dec.* 156. *à n.* 10. *& ſeqq. & facit Sabel. d. verbo*
*excuſſio ſub n.* 6. *verſ. & idem eſt tom.* 1. *Rota deciſ.*
184. *p.* 13. *rec.*

Tametſi, ubi, quid in pecunia habeat, vel con- 38
ſequatur de bonis debitoris ceſſi, habeat ſolum re-
greſſum pro ea parte, quæ ſibi deeſt, & conſe-
qui non potuit; quia propterea ceſſio reſolvi non
debet in totum; juxtà *Rot. Gen. deciſ.* 156. *à nu.*
6. *& ſeq. quam relatam ſequuntur Scaccia de com-*
*merc. & camb. §.* 2. *gloſ.* 5. *num.* 262. *Mangil. de*
*evict. q.* 78. *ſub n.* 10. *Rota cor. Bichio d. dec.* 518.
*n.* 12. *tom.* 2.

Et demùm, aliis caſibus conſultò omiſſis, non 39
intrat *d. Auth.* ubi debitor renunciavit expreſsè,
& cum



& cum juramento illius beneficio, nec hujuſmo-
di opinio cenſeri debet contrà charitatem, & hu-
manitatem ex eo, quòd beneficium oblationis bo-
norum ſit inductum miſerationis cauſa, ne debi-
tor cogatur in carceribus marceſcere; dum ſuper-
ſunt beneficia moratoriæ ceſſionis bonorum, &
alia, ut tenent Innumeri, quos ſecutus eſt *D.*
*meus Bonden. d. colluct.* 43. *num.* 69. *vol.* 1. *Cal-*
*vin. de æquit. d. cap.* 44. *in fin. Hodiern. ad Surd.*
*d. dec.* 30. *Theſaur. d. dec.* 153. *num.* 13. *Rota*
*cor. Bichio d. dec.* 484. *num.* 11. *tom.* 2. *& noviſ-*
*ſimè Carol. Ant. de Luca ad Franc. d. dec.* 81. *n.*
40 1. *&* 2. ubi cum multis, quòd hujuſmodi tamen
jurata renunciatio neutiquam operatur in caſu val-
dè inopinato, & inſolito ſuperveniente poſt re-
nunciationem; quia ſi poſt renunciationem ſuper-
venit caſus inopinatus, auferens poteſtatem ſol-
vendi in pecunia, & vendendi bona, tunc jura-
mento non obſtante erit locus oblationi; cum
41 juramentum intelligatur rebus ſic ſtantibus *vol.* 1.
quod ſanè indubitanter obtinet, ſi abſolutionis à
juramento cautela adhibeatur, ut ſuprà *n.* 27. *&*
*n.* 28. fuit adductum.

42 Ac inſuper, ut *Auth. hoc niſi* ſibi locum vindi-
cet, multa deſiderantur requiſita edocta potiſſi-
mùm *à D. meo Bonden. d. colluct.* 43. *à num.* 62.
*& ſeqq. vol.* 1. *Bertazol. d. clauſ.* 41. *ead. gloſ.* 5.
*Coſta de remed. ſubſid. rem.* 3. *num.* 2. *& ſeqq. The-*
*ſaur. d. dec.* 153. *num.* 12. *& plurimis ab iſtis cu-*
*mulatis.* In hoc autem attendendam eſſe praxim,
& ſtylum cujuſcumque Fori, & Tribunalis, atque
43 id totum pendere ex prudenti, benèque regulato
Judicis arbitrio ex facti circumſtantiis metiendo,
dixit *Card. de Luca tit. de judic. diſc.* 40. *numer.*
54. *lib.* 15. & facit *Ludovic. d. dec. Peruſ.* 64.
*numero* 28.

44 Porrò, ubi ceſſionarius, exigere ac ſibi ſatis-
fieri nequiverit à debitore, ceſſio non ideo ex
abrupto, ſtatim, & ad libitum in cedentem ſe
convertere poteſt, etiamſi promiſſa ſit exigibili-
tas, ſed prius per ipſum obtinenda eſt Judicis de-
claratio, quòd debitor ceſſus fuit ſufficienter ex-
cuſſus, & non ſolvendo repertus; non enim ſuf-
ficiunt diligentiæ uſque ad ſententiam, imò ne-
que ad excuſſionem incluſivè, niſi ſuper eadem
excuſſione feratur interlocutoria, prout in termi-
nis edocent *Altograd. conſ.* 37. *nu.* 30. *lib.* 1. *Ho-*
*diern. d. contr.* 27. *n.* 22. *Staiban. jun. d. reſol.* 67.
*n.* 21. *Capon. d. diſcept.* 314. *n.* 14. *tom.* 4. *& cæ-*
*teri penès Epiſc. Roccam diſput. jur. d. cap.* 151.
*n.* 3. *tom.* 2. *Mel. obſerv.* 3. *n.* 11. *Jovium de ſo-*
*lemn. in contr. min. gloſ.* 16. *§.* 11. *ſub num.* 205.
*verſ. Et de iſtis diligentiis. Panimol. d. dec.* 18. *n.*
18. *tom.* 1.

45 Etiamſi notorium ſit, debitorem non eſſe ſol-
vendo, quia adhuc in actis proponi, & allegari
debet, quòd debitor notoriè non eſt ſolvendo, &
ſuper hoc ferri prædicta ſententia interlocutoria,
ut de communi teſtantur *Eugen. conſ.* 89. *numer.*
37. *lib.* 1. *Andreol. contr.* 275. *num.* 7. *Scaccia*
*de jud. lib.* 1. *cap.* 76. *ſub numero* 12. *& cum plu-*
*ribus Donad. de renunc. d. cap.* 29. *numero* 116.
46 Quamvis non ſit neceſſe, quòd Judex mittat ex-
ploratores, aut alio modo probare, quòd in ve-
ritate principalis debitor non ſit ſolvendo; cum
notorium relevet ab onere probandi; *Hodiern.*
*d. contr.* 27. *numero* 23. Sed tunc Judex ſuper
47 ejuſmodi notorio poteſt pro auxilio veritatis ex-
trajudicialem capere informationem, etiam ex of-
ficio. *Belmont. dec.* 140. *numero* 9. *& ſeqq. Marc.*
*Ant. Macerat. var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 50. *numer.*
9. *&* 30. ubi, quod, ſi omninò notorium ſit,
& omnibus adeo evidenter conſtet, ut nihil poſ-
ſit opponi, ſufficit, quòd ſimpliciter in actis al-
legetur, debitorem eſſe notoriè non ſolvendo, & 48
alia Judicis interlocutoria non requiritur, & facit
*Scaccia d. cap.* 76. *eo n.* 12.

Quid verò, & quotuplex ſit notorium, pul- 49
chrè docet *Covar. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 6. *ſub*
*num.* 8. *tom.* 2. *ad eundem de Faria ex num.* 58.
*& ſeqq. tom.* 1. *Donad. de renunc. d. cap.* 29. *à n.*
117. *& ſeqq. plenè Sccacia de jud. lib.* 1. *cap.* 76.
*per tot.*

Et quomodo notorium in hoc propoſito probe- 50
tur, tradit *Merlin. de pign. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 69. *à n.*
9. *& ſeqq.*

Forma verò in ſupra dicta interlocutoria ſer- 51
vanda, in eo conſiſtit, quòd Judex committat
duobus executoribus, ut perquirant in domo de-
bitoris, & proclament in vicinia, ac publicis lo-
cis, an ipſe debitor habeat bona aliqua mobilia,
aut immobilia, & relatione facta, & facta cita-
tione omnium intereſſe habentium, fit decretum,
excuſſionem eſſe legitimè factam; ſecundùm re-
ceptiorem ſententiam, & praxim, de qua *juribus,*
*& DD. cumulatis Palma Nepos d. alleg.* 44. *num.*
25. *tom.* 1. *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 14. *num.* 37.
*& ſeq. Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *d. Rubr.* 29. *n.*
34. *& ibi D. meus Bondenus §. Nota, illud adver-*
*bium*, ubi pulchrè *Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 3.
*Rubr.* 6. *num.* 18. *& Rubr.* 35. *num.* 32. *tom.* 1.
*Merlin. de pign. d. q.* 69. *nu.* 3. *Zacch. de ſalar.*
*q.* 108. *nu.* 15. *Rota poſt eund. Merlin. dec.* 66. *n.*
7. *impreſſa cor. Rexas dec.* 212. *num.* 8. *juncto nu.*
18. *& repetita in rec. dec.* 202. *p.* 9. *& dec.* 25.
*num.* 12. *p.* 11. quas ex gratia, rogatur ſemper
videri.

At licèt melius ſit, committere duobus exe- 52
cutoribus, quàm uni ſoli; nihilominus ſi uni tan-
tùm committatur, non ideò prævertitur excuſſio-
nis forma, & diligentiæ per unicum tantùm exe-
cutorem factæ ſufficiunt, *Caroc. de excuſſ. p.* 2.
*d. q.* 32. *n.* 2. *fol.* 281. *ubi plures. Pigant. ad Stat.* 53
*Ferr. d. Rubr.* 29. *ſub n.* 34. ubi teſtatur, ita ob-
ſervatum *apud Nos* in aliquibus cauſis vidiſſe,
*Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 3. *d. Rubr.* 6. *num.* 19.
*cum Rota penès Salgad. labyr. credit. dec.* 18. *n.* 16.
*& duob. ſeqq. repetita in rec. d. dec.* 25. *n.* 14. *&*
*ſeqq. ubi concord. p.* 11.

Hinc ſequitur, quòd ſimplex relatio Nuncii, 54
ſeu executoris non valet ſufficere, cum decre-
tum ad formam prænarratam ſit neceſſarium, *Pal-*
*ma Nepos d. alleg.* 44. *n.* 24. *tom.* 1. *Caroc. de ex-*
*cuſſ. p.* 2. *q.* 33. *n.* 8. *Merlin. de pign. d. q.* 69. *n.*
4. *& ibi Rota poſt tract. d. dec.* 66. *n.* 8. *ubi plures*
*congerit, alias d. dec.* 202. *n.* 10. *p.* 9. *rec.* & eis
citatis *D. meus Bonden. de jure municipali ad Stat.*
*Ferr. lib.* 2. *obſerv.* 29. *§. Nota illud adverbium*
*in fin.*

Unde, juxtà prædicta intelligi debet aſſumptum 55
illud Nuncii diligentiis, & relatione fieri, & pro-
bari excuſſionem, de quo *idem Caroc p.* 2. *d. q.*
32. *n.* 2. *Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *Rubr.* 14. *n.*
27. *ubi concord. Salgad. labyr. credit. p.* 1. *d. cap.*
23. *ſub nu.* 33. *& ſub n.* 87. *Belmont. d. dec.* 140.
*n.* 12. *& alii paſſim.*

Et in caſibus, in quibus forma, & decretum 56
ſupra dictum non interveniret, vel non exigere-
tur, ſola Nuncii relatione impleta diceretur bo-
norum diſcuſſio, & ſatis conſtaret de non exiſten-
tia aliorum bonorum debitoris; ſi Nuncius refer-
ret, ſe non inveniſſe ulla bona, nec mobilia,
ſeu ſtabilia debitoris, ut de ſe patet, & præter
mox ſuprà relatos, benè declarant *Capyc. Latr.*
*conſult.*

*conſult.* 148. *ſub numero* 10. *tom.* 2. *Caroc. de ex-*
57 *cuſſ. p.* 2. *d. q.* 33. *à num.* 30. *& ſeqq.* Et tunc,
eò magis dicta relatio attenderetur, ſi adminicu-
la etiam concurrerent, *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.*
18. *num.* 231. *&* 232. *De Angelis de confeſſ. lib.*
2 *q* 41. *num.* 5. *&* 6. *Rota penès eundem Poſt. de*
*ſubhaſt. dec.* 90. *n.* 4.

58 Quando enim Nuncius per creditorem miſſus
ad exequendum gravamen in domo debitoris,
ſimpliciter refert, ſe non inveniſſe bona, vel non
extare bona debitoris, vel propter inhibitiones
ſibi præſentatas non potuiſſe exequi; hujuſmodi
relatione dicitur ſolùm conſtare de non exiſten-
tia mobilium in illa domo debitoris, ad quam ip-
ſe Nuncius ſe contulit, nequaquam verò proba-
tur, aut inferri poteſt, quòd debitor alia bona
non poſſideat, & ſit penitùs non ſolvendo; po-
teſt enim alibi, quàm in illa domo habere ſup-
pellectilia, pecuniam, merces, & ſimilia, & poſ-
ſidere quoque bona ſtabilia, prorſus eidem Nun-
cio, qui nullatenus conditionem debitoris inqui-
ſivit, ignota, ut per ſe clarè liquet, & habetur
*à Mel. obſerv.* 86. *n.* 2. & ſentit *D. meus Magno-*
*nus, infrà n.* 112.

59 Quòd, ſi præter hujuſmodi ſimplicem Nun-
cii relationem, adeſſet quoque citatio debitoris
ad indicanda bona debitoris excutiendi, & in
termino per Judicem in eadem citatione aſſigna-
to, nulla bona eſſent indicata; certè aliæ dili-
gentiæ non requirerentur, nam utraque probari
non exiſtentiam bonorum adverſus quos de ju-
re, docet communis praxis de qua teſtatur *de*
*Angelis de confeſſ. d. q.* 41. *ſub num.* 6. *& optimè*
*Rota penès Poſt. de ſubhaſt. deciſ.* 117. *num.* 2. *&*
*poſt Merlin. de pign. dec.* 49. *nu.* 1. *& alii infrà*
*à n.* 335. *ad n.* 341. ubi declaratur, & diſtingui-
tur, *ſubjiciend.*

60 Et in omnem caſum, ſola Nuncii relatio non
ita probat, quin poſſit in termino aſſignando pro-
bari, alia bona debitoris extare, & peti, ut ſu-
per iis iterum fiat excuſſio, *Caroc. de excuſſ. p.*
2. *d. q.* 33. *n.* 34. *& ſeqq. Magon. dec. Lucenſ.* 66.
*num.* 7.

61 Expreſſa tamen Judicis declaratio ſuper excuſ-
ſionis validitate non eſt neceſſaria, quando non
agitur contrà principalem debitorem ad ipſum ex-
cutiendum citato cedente, vel fidejuſſore, vel
tertio poſſeſſore; quia tunc requiritur pronuncia
62 in ſcriptis expreſſa: ſed immediatè, & directè
convenitur ipſe cedens, fidejuſſor, vel tertius
poſſeſſor; nam hoc caſu ſufficit etiam tacita pro-
nuncia, mandando procedi ad ulteriora in cau-
ſa, vel relaxando mandatum contrà debitorem,
& reum conventum, *Caroc. de excuſſ. p.* 2. *d. q.*
33. *num* 12. *& ſeqq. Calvin. de æquit. cap.* 185.
*nu.* 71. *&* 2. *ſeqq. lib.* 2. *Merlin. de pign. d. q.* 69.
*nu.* 5. *Sabel. ſumma diverſ. d. verbo excuſſio nu.* 3.
*tom.* 2. *Zaul. ad Stat. Favent. d. lib.* 3. *ead. Rubr.*
6. *n.* 20. *& d. Rubr.* 35. *n.* 40. *Rota d. dec.* 25. *n.*
16. *p.* 11. *rec.*

63 Et hanc opinionem eò faciliùs eſſe admitten-
dam, quando agitur de canonizanda, ſeu appro-
banda excuſſione bonorum mariti ad effectum agen-
di contra tertium pro aſſecuratione dotis, & ita
in praxi ſervari, cum *Saluſt. Tiber. prax. vid.*
*lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 14. *dixit Zaul. ad Stat. Favent. d.*
*Rubr.* 6. *n.* 22.

64 Sed, ſi per Statutum mandaretur, Judicem de-
bere pronunciare, non fuiſſe inventa bona debi-
toris, quæ ſine controverſia capi poſſint, & ex-
cuſſionem legitimè factam fuiſſe; eo ſanè caſu re-
quireretur expreſſa ſententia interlocutoria; ita
poſt *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 83. *nu.* 171. *&*
*alios, obſervat Zaul. ad Stat. Favent. d. Rubr.* 35.
*nu.* 39. *tom.* 1.

Cæterùm, ſive hujuſmodi ſententia ſuper ex- 65
cuſſione ſit tacita per proceſſum ad ulteriora, ſi-
ve ſit expreſſa in ſcriptis redacta, certum eſt,
quòd ab utraque licet appellare, ut indiſtinctè
tenent *Bald. in l.* 1. *col. fin. verſ. modo ego quæro*
*C. de appellat. Neguſant. de pign. p.* 8. *membr.* 1.
*nu.* 39. *Caroc. de excuſſ. p.* 3. *q.* 14. *quæ eſt penult.*
*ejus tract. pulchrè per tot. Merlin. de pign. lib.* 5.
*tit.* 2. *q.* 75. *per tot. Sabel. d. verbo excuſſio ſub n.* 3.
*verſ. Et quod tom.* 2.

Non attento *Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 3. *d.* 66
*Rubr.* 6. *n.* 24. *& ſeqq. tom.* 1. ubi contrarium de
tacita interlocutoria ſentire videtur; Nam præter
*DD. allegat.* facit, quòd à non admiſſa legitima 67
exceptione impediente litis ingreſſum, & proceſ-
ſum, datur appellatio, ut quia Judex procedat
ad ulteriora, ſicque tacitè illam exceptionem reji-
ciat, ſeu tacitè ſuper illa interloquatur; ex no-
tatis per *Franch. in c.* 68. *intimaſti ſub nu.* 8. *verſ.*
*tu adverte de appellat. Lancellot. de attentat. p.* 2.
*cap.* 12. *limit.* 50. *nu.* 65. *Scaccia de appel. q.* 12.
*à nu.* 85. *& q.* 17. *limit.* 47. *membr.* 1. *nu.* 95. *&*
*ſeq. Merlin. de pign. lib.* 5. *d. q.* 75. *nu.* 3. Excep- 68
tionem autem excuſſionis opponi ad proceſſum,
unde dilatoriam dici, & in principio ante litis
conteſtationem per fidejuſſorem eſſe opponen-
dam, habetur *à Capyc. Latr. conſult.* 142. *num.*
7. *lib.* 2. *Arias de Meſa lib.* 3. *var. reſol. cap.* 45.
*ſub nu.* 14. *Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *d. Rubr.*
14. *ſub num.* 19. *Calvin. de æquit. d. cap.* 185. *n.*
49. *&* 68. ubi de veriori *lib.* 2. *Salgad. labyr. cre-*
*dit. p.* 1. *d. cap.* 23. *nu.* 75. *& ſeqq. Ludovic. dec.*
*Peruſ.* 45. *ſub nu.* 17. *verſ. non tamen conticendo.*
*Gratian. dec. March.* 25. *in Addit. nu.* 1. *Thomat.*
*dec.* 113. *nu.* 12. *Rota cor. Seraph. dec.* 227. *num.*
1. *& dec.* 383. *nu.* 7. *tom.* 1. *ac alib.*, ergo licitum
erit appellare; ſic ratiocinando infert *Merlin. de*
*pign. d. q.* 75. *n.* 3.

Nec minùs opinio *Zaul. loco cit.* obtinere po-
teſt favore dotis, quando ſcilicèt mulier pro aſ-
ſecuratione ſuæ dotis contrà tertium experitur; 69
tùm, quia ſi eo caſu appellationem dari ab ex-
preſſa interlocutoria, *Idem Zaul. ibid. num.* 25.
non inficiatur; dubio procul fateri etiam opor-
tet, appellationem à tacita Judicis interlocutoria
eſſe concedendam, per regulam, quod, ubi ap- 70
pellari poteſt ab interlocutoria expreſſa, appella-
ri etiam poteſt à tacita; *Franch. in c.* 67. *ex parte*
*nu.* 4. *&* 8 *de appell. Galleſ. de forma camer. p.*
3. *cap. de liquid. ſub n.* 18. *relati per Scacciam de*
*appell. q.* 17. *limit.* 47. *membr.* 1. *nu.* 96. *ubi pul-*
*chrè.*

Tùm etiam, quia cauſa dotis nullatenùs in hoc
eſt privilegiata, ſed bene mulier agens hypothe-
caria actione pro ejus dote adversùs tertios poſſeſ-
ſores bonorum mariti, ejuſdem mariti bona priùs 71
excutere tenetur; ſecundùm communem D.D. ſen-
tentiam, de qua teſtatur *Calvin. de æquit. lib.* 2.
*d. cap.* 185. *ex nu.* 42 44. *Merlin. de pign. d. q.*
69. *à nu.* 33. *& ſeqq. latè, ubi nu.* 39. limitat hanc
concluſionem, quando tertius poſſeſſor habeat 72
notitiam de tempore, quo acquiſivit bona illa,
per anteà eſſe affecta hypothecæ dotis *Pigant. ad*
*Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rubr.* 29. *nu.* 47. *& Rubr.* 109.
*num.* 33. *D. meus Bonden. de jure municipali ad*
*Stat. Ferrar. d. obſerv.* 29. §. *Sanè in caſu lib.* 2.
*Gratian. dec.* 71. *ferè per tot. & dec.* 129. *num.* 9.
& latè tuetur *idem Zaul.* 3. *d. Rubr.* 35. *à num.*
24. *& ſeqq. tom.* 1. *Et ſororem, cui fuit à fratre*
*promiſſa*



*promiſſa dos in quantitate, quia frater neglexit do-*
*tem promiſſam ſolvere, teneri priùs excutere bo-*
*na ejuſdem fratris, antequàm deveniret contrà ter-*
*tium poſſidentem bona paterna ei obligata, & hy-*
*pothecata, fuit hìc Ferrariæ bis deciſum, & no-*
*viſſimè ſub die* 8. *Novembr.* 1694. *ut ex actis D.*
*Bartoli Notar. &c. per D. Philippum à Turre Au-*
*ditorem Eminentiſſimi Legati, in cauſa inter Re-*
73 *verendiſſ. Bertonum, & Pelliciariam, patrocinan-*
*te D. meo Magnono Collega Noſtro, & J. C. cer-*
*tè hujus ævi celeberrimo, & æterna laude com-*
*mendando*, cujus juris allegationem, utpotè *ad*
*Noſtri Statuti* interpretationem ſatis utilem, pla-
cuit hìc per extenſum tranſcribere, tenoris ſe-
quentis.

*Ferrarien. excuſſionis.*

74 DOtis cauſam ſemper, & ubique præcipuam
eſſe, ſcripſit *Pomponius Sabino in l.* 1. *ff. ſo-*
*lut. matrim. ubi Scrib. communiter.*

75 Non ita tamen, ut privilegiata ſit in omnibus,
ſed ſolùm in caſibus à jure expreſſis; ex cumulatis
per *Em. de Luca tit. de dot.*

Hinc R. Bertono tertio poſſeſſori excipienti
contrà Pelliciariam, ut excutiat bona fratris præ-
tenſi debitoris de reſiduo ſuæ dotis; non obſtat,
creditum eſſe dotale, quia in hoc non reperitur
mulier ſpecialiter privilegiata, ut poſſit agere con-
trà tertium poſſeſſorem, non excuſſo debitore
76 principali, ut notabiliter firmavit „ *gloſ. in l. ubi*
„ *adhùc verbo potior C. de jur. dot.* ibi--contrà
„ extraneos poſſeſſores rerum Viri non agitur,
niſi priùs viro excuſſo, & ibi *Cyn. q.* 11. *Aliique*
*relat. Natta conſ.* 81. *nu.* 1. *Rim. jun. conſ.* 62.
*num.* 12. *vol.* 2. *Mandel. conſ.* 97. *num.* 93. *Crot.*
de communi *conſ.* 107. *numero* 6. *Merlin. de pign.*
*lib.* 5. *q.* 69. *num.* 36. de communi in judicando,
& conſulendo. *Neguſant. de pign. quem refert,*
*& ſequitur Aliis pluribus citatis* de communi *Ca-*
*roc. de excuſſ. q.* 25. *n.* 3. *Pacif. de ſalu. inſpect.* 2.
77 *cap.* 2. *n.* 7. 8. Nedùm enim exceptio hujuſmodi
comprehendit ordinem judicii; ſed etiam jus par-
tis, quidquid ſit, an primo modo oppoſita dicatur
de apicibus juris, & requirat altiorem indaginem,
non ita in ſecundo, in tantum, quòd, ſi excluda-
tur, videatur iniquitas fieri; *Idem Pacif. ubi ſuprà*
*n.* 10. 11. 12.

78 Nec obſtat *Statutum lib.* 2. *Rubr.* 140. quo diſ-
ponitur, fœminas excluſas à ſucceſſione aſcenden-
tium, ſeù tranſverſalium, ſi non dotatas à patre,
dotandas eſſe, & pro dote ſive à patre conſtituta,
ſive à fratribus conſtituenda, dari hypothecam in
bonis paternis à die mortis patris, etiam contrà
tertium, ſine beneficio excuſſionis.

79 Quia, cùm *dictum Statutum* ſit juris commu-
nis correctorium, eo ipſo, quod tertio poſſeſſo-
ri adimit beneficium excuſſionis indultum à lege,
de quo *in l.* 1. *ff. de evict. Auth. hoc ſi debitor.*
*C. de pign. Surd. conſ.* 4. *numero* 35. *Barz. dec.*
*Bonon.* 72. *numero* 2. *cum Infinitis, qui poſſent al-*
*legari.*

80 Eſt ſtrictè intelligendum; *Alciat. conſ.* 110. *n.*
3. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 189. *n.* 81. *Sperel.*
*dec.* 135. *n.* 75.

81 Atque primò intelligendum de dote ab ipſo pa-
tre conſtituta, vel ſi de conſtituenda à fratribus
intelligendum, in quantum ipſa dos eſt in fieri,
nè matrimonium differatur, non poſtquàm fuit
ſoror à fratribus in matrimonium collocata cum
actuali promiſſione, & conſtitutione dotis ſub
obligatione bonorum ejuſdem fratris: Ità enim
important primò verba *Rubricæ*, quæ nigrum de-
clarat, ibi--*Infrà quantum tempus maſculi exclu-*
*dentes fœminas, eas dotare teneantur; Maſcard. de*
*gen. Stat. interpr. concl.* 2. *n.* 189.

Ità *proœmium*, ibi--*ne peccandi mulieribus oc-*
*caſio inferatur*: quod ſupponit non adhùc initum
matrimonium, & attenditur ad intelligentiam *Sta-* 82
*tuti, idem Maſcard. concl.* 5. *num.* 21. *& propte-*
*reà Statutum præfatum* tanquàm Juris correcto-
rium, operatur præcisè in caſu, quo loquitur,
nondùm ſororis maritatæ, & ei dotis conſtitutæ,
& ſucceſſivè intelligendum eſt, ut unicum tan-
tùm, qualem prædictum, operetur effectum, ut
quam minùs fieri poſſit, deroget juri communi;
*Abb. in c. cum dilectus de conſuet. cum Pluribus*
*per Graſſ. de effect. cleric. effect.* 1. *nu.* 1086. *Rota* 83
*dec.* 42. *num.* 5. *p.* 12. *dec.* 241. *nu.* 7. *p.* 18. *tom.*
1. *rec.*

Differunt enim inter ſe dotis conſtitutio, & 84
collocatio in matrimonium dependenter ſe habens
à Judicis officio, munita hypotheca bonorum de-
functi, de cujus ſucceſſione actum ſit favore maſ-
culorum, à dote conſtituta per ipſum fratrem om-
nimodam ſui originem trahente ab ejuſdem, &
ſui bonorum obligatione, & hypotheca, vi cu-
jus actum eſt à Pelliciaria: Prima omnimodam
ſui dependentiam habet à lege, ſeù ſtatuto, ac
officio Judicis deſuper impartiendo, ut, ibi (lo-
quendo de dote reſervata fœminis excluſis) *quibus*
*deſignare, & deſignatam conſervare teneatur Pote-*
*ſtas*: Altera à nudo facto, & promiſſione, ſeù
obligatione fratris, cujus ideò conditionem debet
ſequi, ad tradita *per D. D. in l. decem ff. de verb.*
*oblig. Marſil. in rubr. de fidejuſſ. n.* 23. *Rota dec.* 17.
*n.* 50. 51. *p.* 5. *rec.*

Secundò *Statutum* accipiendum eſt, prout ejuſ- 85
dem littera ſonat, videlicet de dote conſtituta,
ſeù conſtituenda in bonis patris, vel alterius ob-
ligati dotare, à cujus ſucceſſione fæmina excluſa
ſit, poſtquàm reſpectu filiarum declarat dotem
conſtituendam eſſe non minorem legitima, ut ibi-
*dummodò dos deſcendentium non ſit minor legitimæ*
*aliarum, ut ſit pars tertia ejus, quod quælibet ab*
*inteſtato eſſet habitura*, ipſum quandoquidem ver-
bum *ſit* eſt præciſivum ejus, in quo dos conſti-
tuenda; *gloſ. in l. amiſſione* §. *qui deficiunt in fin.* 86
*ff. de cap. diminut. & in cap. ſi quis ex deciſis, &*
*ibi Innoc. & Imol. de vita, & honeſt. cleric. Bar-*
*boſ. dict.* 323. *Schrader. de feud. p.* 10. *ſect.* 1. *n.*
127. *tom.* 2.

Atque ità ſi agamus de dote ſuccedente loco
legitimæ, ſeù portionis hæreditariæ ſemper fir-
mum eſt, agi de quota hæreditatis, ſive bono-
rum habente implicitam quæſtionem dominii, pro
qua conſultò diſpoſitum *à Statuto*, competere hy-
pothecam à die mortis defuncti, & abſque bene-
ficio excuſſionis à quocumque poſſeſſa ſint, non 87
repugnante concurrere poſſe ſimul hypothecam
cum dominio taliter qualiter conſiderato, ſecun-
dùm diverſos reſpectus; cum unum ſit dominium
proprietatis, aliud poſſeſſionis, & fructuum,
unum plenum, & abſolutum, alterum hypothecæ,
& poſſeſſionis, ſeù perceptionis fructuum, unà ſi-
mul compatibilia diverſis reſpectibus; ſecundùm
*eruditiſſimum Noſtrum Galvanum de uſufructu cap.*
27. *&* 33. *& reſpondit Rota cor. Cerro dec.* 262. §.
*quia præter quod & in rec. dec.* 182. *p.* 10.

Diverſus autem eſt caſus, quando frater non 88
in bonis paternis, neque præciſivè in ordine *ad*
*Statutum* ſororem dotat, ſed in quantitate, jux-
tà occurrens matrimonium, ſub nuda, & ſim-
plici obligatione ſui: Hæc etenim, ſicuti diverſa
à caſu

à caſu *Statuti*, eſt diverſis, & communibus re-
galis regulanda, ut exceptione non factæ excuſ-
ſionis poſſit ſubmoveri, ut benè per *Faber in Cod.*
*lib.* 3. *tit.* 19. *de inoffic. teſtam.* quem ad interpre-
» tationem dicti *Statuti* citat *Pigant. d. Rubr.* 140.
» *nu.* 26. cujus verba: Non factæ excuſſionis ex-
» ceptio non obſtat filio legitimam portionem ad-
» versùs tertium poſſeſſorem vindicanti; quo-
» niam, cum legitima ſit quota bonorum, ferre
» eſt, ut implicitam quæſtionem dominii conti-
89 » neat: ſed hoc quidem videtur accipiendum,
» ſi legitima ipſa petatur, quæ in ipſis bonorum
» corporibus debetur; nam ſi de ſupplemento
» dumtaxat agatur, & in pecunia ſolvi cæptum
» ſit, ſicut ſupplementum non niſi in pecunia
» peti poteſt, ita ab hærede, non à tertio poſ-
» ſeſſore peti debet, niſi hypothecaria exercea-
» tur, cujus conditio eſt, ut exceptione non fa-
» ctæ excuſſionis poſſit ſubmoveri. *Eundem Fa-*
*br.* ſecutus eſt *Cancer. var. reſol. p.* 1. *cap.* 13. *de*
90 *empt. & vend. nu.* 104. *poſt Caſanat. conſ.* 27. *num.*
10. & diſtinguendo in terminis *ejuſdem Statuti*,
citatus *per eundem Pigant. in iiſdem Commentariis*
*Rim. jun. conſ.* 520. *num.* 5. in motivis ſuper ex-
cuſſione facienda, quibus, etſi reſpondeat *n. n.*
*ſeqq.* reſponſiones differunt à noſtris terminis, &
» illius verba ſunt, quæ infrà: Dicitur condem-
» natum fuiſſe D. Hieronymum ad dandum D.
» Lauræ dictam ſummam in pecunia numerata,
» & non in alia re, & ſic in corporibus hære-
» ditariis, quo fit, ut D. Laura loco rerum hæ-
» reditariarum pecuniam numeratam elegerit, &
» per quamdam conſequentiam renunciaſſe dica-
» tur dictis bonis hæreditariis, vel dicitur tranſ-
» tuliſſe debitum bonorum hæreditariorum in
» aliam obligationem, videlicet pecuniæ non
» hæreditariæ.

91 Quæ ſanè interpretatio juri communi arridet,
cum quo, quantum fieri poteſt Statutum conci-
liandum eſt; *gloſ. & DD. in l.* 2. *C. de noxal. &*
*in cap. cum dilectus de conſuetud.*

92 Quoties enim mulier agit hypothecaria pro do-
te, requiritur excuſſio, quia mulier in hoc nullum
habet privilegium; ſi verò mulier agat rei vindi-
catione, & tunc excuſſio non requiritur. *Caroc. d.*
*qu.* 25. *n.* 4. 6.

93 Hinc à ſimili, ſi agatur hypothecaria excuſſio
requiritur, ut dictum eſt, ſecus ſi agatur reme-
dio *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.* ut diſtinguit *Ferrar.*
*in praxi in forma recip. libell. in act. hypotheca-*
*ria verbo exceptionem excuſſionis*, ubi aſſignat ra-
tionem differentiæ; quia actio hypothecaria poſ-
ſeſſionem avocat debitoris, & ideò æquitas ſug-
gerit, ut fiat excuſſio, ſed condictio *ex d. l. fin.*
avocat propriam creditoris poſſeſſionem, & ideo
non mirum, ſi excuſſio ceſſat; *Becc. conſ.* 84. *n.*
14. *volum.* 1. *Cancer. var. reſ. lib.* 2. *cap.* 5. *de fi-*
*dejuſſ. n.* 187.

94 Non eſt autem dubitandum, hìc actum hypo-
thecaria, quia petitum debitum ſolvi, & ad hunc
effectum immiſſio ad effectum ſubhaſtandi, ſibi-
que de ſuo credito ſatisfaciendi: condictione au-
tem *ex d. l. fin.* quando petitum, debitum ſolvi,
aut poſſeſſionem bonorum ſibi reſtitui; uti decla-
rat *Rol. à Valle conſ.* 79. *numero* 35. 36. *Ruin.*
*conſ.* 57. *numero* 1. *lib.* 1. *Cancer. d. cap.* 5. *nu-*
*mero* 188.

95 Facit ratio; nàm, ſi pro dote in pecunia ſibi
providit ſoror de obligatione fratris, conſulen-
do etiam majori ſuo commodo; cùm magis in-
terſit, mulierem dotem habere in pecunia, quàm
in bonis; *l. Aſticilinus ff. de pact. dot. l. cum à*
*Socero C. de jur. dot.* Utique convenit, conditio-
nem ſequi obligationis fraternæ ſecum habentis
onus, reſpectu tertii poſſeſſoris, excutiendi bo-
na debitoris principalis; nam aliàs circumſcrip-
ta fratris obligatione, ſicut ſoror non poſſet age-
re ad aſſequendam totam dotem in pecunia, ne- 96
que in terreno, ſed deberet eſſe contenta, ut
nequè de melioribus, nequè deterioribus bonis
aſſignaretur dos ſibi arbitrio boni viri, vel partim
de utriſque; ut de jure docet *Bald. in l. filium*
*num.* 28. *ff. de fam. herciſc. Rota deciſ.* 113. *n.* 2.
*poſt Merlin. de legitima*; eadem exceptio licitè
opponitur à tertio poſſeſſore habente cauſam à
fratre, ut aſſecuta jam dote pro dimidia in pe-
cunia, pro reliquo excutiat domum paternam;
cum indubitati juris ſit, omnem ſe tueri poſſe, 97
ne dum juribus ſibi ex ſui perſona competenti-
bus, ſed & aliis Auctoris ſui; *l. etiam ff. de ju-*
*rejur. Bart. in l. ſi tertius §. ſi quis priùs ff. de*
*aqua pluv. arc. Aymon. conſ.* 148. *nu.* 1. *Gratian.*
*diſcept.* 265. *n.* 1.

Tertiò, *Statutum* nequaquàm comprehendit ter- 98
tium poſſeſſorem Clericum, qualis R. Bertonus,
tùm ex defectu poteſtatis ſtatuentium; nam dici-
tur contrà libertatem Eccleſiaſticam eo ipſo, quod
adimit Clerico, ſeù illius conditionem deterio-
rem facit, quàm ſit de jure communi; *Auth. caſ-*
*ſa C. de ſacroſ. Eccleſ. Surd. conſ.* 2. *num.* 22. *Gar-*
*giar. conſ.* 23. *numer.* 8. *Sperell. d. deciſ.* 153. *nu.*
74. 75. etiamſi Clericus ſuccedat Laico, quia
nec ipſe tunc ſubjicitur ſtatutis, quibus Laicus ejus
Author ſubjiciebatur. *Ciof. conſ.* 20. *num.* 7. *lib.* 1. 99
*Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 2. *num.* 105. Et in
puncto Statuti denegantis tertio poſſeſſori bene- 100
ficium excuſſionis, quod non liget perſonas Ec-
cleſiaſticas; cum exceptio pertineat ad merita
cauſæ *Mandel. Alba conſ.* 374. *nu.* 19. ibi. Dein-
de eſſet expeditum, quòd hoc ſtatutum non li- 101
» garet perſonas Eccleſiaſticas, cum excuſſio
» pertineat etiam ad merita rei. Eſto ſit confirma-
tum à Papa; cùm confirmatio ſit ſolùm in forma
communi; *Graſſ. d. effect.* 2. *num.* 151. *plenè Rota*
*dec.* 52. *n.* 16. *& deciſ.* 264. *n.* 1. ubi pluries refert
deciſum *p.* 12. *rec.*

Nec dicatur, onus infixum eſſe rei, ideòque 102
tranſiiſſe in Clericum cum onere ſuo, nam quid-
quid ſit reſpectu hypothecæ, & an licèt ſtatutum
loquatur in rem, Clericum afficiat, cujus nega-
tivam ex ſententia *Sacræ Rotæ* plenè tuetur *Sperell.*
*d. dec.* 135. *num.* 78. Certum eſt, hìc *à Statuto*
vinculum, & onus, quoad excuſſionem, injectum
perſonæ ut ex littera *Statuti*, ibi -- *etiam contra* 103
*tertium poſſeſſorem, nulla facta excuſſione.* Et hu-
juſmodi beneficium videtur perſonaliſſimum, uti
competens tertio poſſeſſori ratione perſonæ in 104
tantum, quod reputetur juris naturalis, & ma-
ximam ſapiat æquitatem à lege adinventum hu-
manitatis gratia, & ad tollendos circuitus, nam
evicta re à tertio poſſeſſore, iſte veniret contra
Auctores, & ita lites multiplicarentur; ut *ex*
*Multis oſtendit Cravet. conſ.* 236. *Rimin. jun. conſ.*
402. *n.* 16. *Amat. dec. Ferrar.* 34. *n.* 2. *Mandel. d.*
*conſ.* 374. *Becc. conſ.* 84. *n.* 21. *vol.* 2.

Quapropter, *Statutum* dictum beneficium tol-
lens, non ligaret Clericum, ſivè ex defectu pote-
ſtatis, ut de ſtatuto diſponente, bona donata confi-
ſcari poſſe, donatione non obſtante; nam ſi donata
Clerico revocari non poſſunt à Fiſco, *Graſſ. de*
*effect.* 2. *n.* 289. ſivè ex defectu voluntatis, ut in 105
fortioribus terminis, relato objecto ſuper ſtatuto
prohibente, bona alienari in forenſem, ut quia 106
Clericum afficere debeat, tanquàm conceptum in
rem,



rem, ibi: *nec dicta bona poſſint alienari*, & ibi
*afficientes ſemper bona hujuſmodi, ne ſint tranſito-*
*ria in forenſes*; quia ſicuti non poſſunt eos include-
re, ità nec in dubio cenſentur ſub generalitate ver-
borum eos includere voluiſſe; ut explicat *Rim.*
*jun. conſ.* 15. *num.* 101. *& conſ.* 673. *numer.* 20.
*Laderch. conſ.* 103. *numer.* 1. *Pignat. in comment.*
*ad d. Rubr. quod non fiat translatio rerum immobi-*
*lium.* 98. *num.* 36. & de communi *Sperell. d. de-*
*ciſ.* 135. *numer.* 119. *& ſeqq. Thom. del Bene de*
*immunit. Eccleſ. tom.* 1. *c.* 8. *dubit.* 11. *ſect.* 1. *&*
*n.* 10. *Andreol. contr.* 385. *p.* 6. *Cenſal. de maled.*
*Princip.* §. 30. *num.* 35. *& deciſ. Lucenſ.* 15. *num.*
29. *Bellet. diſquiſ. cleric. p.* 1. *tit. de exempt. Cle-*
*ricor. à ſtat. ſæcul.* §. 4. *numer.* 1. *ubi concordat.*
*Card. de Luca tit. de ſervit. diſc.* 71. *num.* 5. *lib.*
4. *& tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. diſc.* 41. *num.* 195.
*lib.* 11. *D. Comes Bonden. collect. legal.* 9. *nu-*
*mer.* 2. *ubi plures adducit & ibi in Append. vol.*
2. *Rota poſt Contr. deciſ.* 116. *numer.* 7. *in rec.*
*dec.* 157. *à numer.* 23. *p.* 11. *cor. Bichio deciſ.*
466. *à numer.* 14. *ad* 73. *tom.* 2. eadem, qua
per *Nos* in principio ratione repetita, ut, cum
*Statutum* ſit juris correctorium ſtrictè interpreta-
ri, & reſtringi debeat, ut illud minùs, quàm
ſit poſſibile corrigat, ità ut ſatis ſit, quod ali-
107 quid operetur etiam modicum, ut *Sperell. ubi*
*ſuprà n.* 120. Et quando Statutum poteſt in pluri-
bus inducere correctionem juris communis, inter-
108 pretari debeat, ut in uno tantùm corrigat, atquè ità
ſatis eſſe, *hujuſmodi Statutum* corrigere jus commu-
ne, quoad Laicos, abſque eo, quod falcem immit-
tat in meſſem alienam, ut *n.* 121.

Demùm, ſi omnia ceſſarent, offerente D. Ber-
tono, quòd excuſſio fiat expenſis ſuis, undique
facienda; nam in omnibus caſibus, in quibus ceſſa-
re ſolet excuſſio, adhùc admittenda, ſi fieri peta-
109 tur ſumptibus opponentis, ut *per Gabr. de fidejuſſ.*
*concl.* 1. *n.* 43. *Rim. jun. conſ.* 402 *n.* 13. *Amat. d. dec.*
34. *n.* 2. *Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *Rubr.* 14. *n.*
13. & deciſum *in Rota Florentina, ut apud Sabell.*
*verbo excuſſio n.* 5. *verſ. & quod quando*, ubi in ter-
minis Statuti, & ibi pluries ad evitandas lites, &
expenſas, conſuluiſſe refert, non ſinè fructu.

110 Quæ ſi procedunt in fidejuſſore, quantò ma-
gis in tertio poſſeſſore, in quo, ſi in primo, ſecun-
dùm *Pleroſque* dicatur excuſſionis exceptio de api-
cibus juris, nemine diſſentiente, in altero dicitur
fundata in ſumma æquitate, ut diſtinguendo *Mer-*
*lin. de pign. d. q.* 69. *n.* 37. *Neguſant. q.* 90. *nu.* 7.
magna enim eſt inter utrumque differentia; nam
111 in ſecunda nihil eſt, quod tertio imputari poſſit, in
prima rectè imputari poteſt fidejuſſori, cur ſe obli-
gaverit pro alio, ut per *Menoch. de arbitr. l.* 1. *q.*
51. *n.* 9.

Nec dicatur, excuſſionem eſſe factam ex Rela-
tione Præconis, non inveniſſe bona, quia primò
eo pervenit executorum avaritia (quatenùs non
112 de ſolis mobilibus, ſed univerſaliter intelligenda)
ut paucis obulis, contrà veritatem fidem faciant;
ſed omninò debet citari, ſeù moneri pars, cujus in-
113 tereſt, ut vadat cum executore; poſt *Plures Fen-*
*zon. ad Stat. Urb. c.* 20. *n.* 62.

114 Inſuper, ut excuſſio dicatur legitimè facta requi-
ritur ſententia, ſeù decretum Judicis, illam legiti-
mè factam eſſe; *Idem Fenzon. ubi ſuprà numer.*
70. 71. *cum congeſtis à Sabell. verbo excuſſio*
*num.* 3.

115 Ceſſat difficultas, indicatis per tertium poſſeſ-
ſorem bonis excutiendis, productis publicis inſtru-
mentis illorum affictuum, ut *per Sabell. ubi ſuprà.*

Et ità &c.
*Salvo &c.*

*Joſeph Magnonus Advoc. Colleg. Ferrar.*

Et ſanè, adeò tertio poſſeſſori hypothecaria 116
convento, etiam ex cauſa dotis, excuſſionis com-
petit beneficium, ut ipſe, ad differentiam ſimplicis
fidejuſſoris, valeat hujuſmodi exceptionem oppo-
nere, veluti concernentem intereſſe partis, & fun-
datam in ſumma æquitate, ac peremptoriam,
etiam poſt litem conteſtatam, & in quacumque
parte judicii, ac in cauſa appellationis, imò in
executione ſententiæ, ut latè comprobatur *ab*
*Altograd. jun. contr.* 86. *ex num.* 4. *lib.* 2. *Fon-*
*tanel. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *p.* 5. *à num.*
36. *tom.* 1. *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *d. Rubr.*
29. *num.* 49. *Altimar. de nullit. Rubr.* 13. *q.* 19.
*num.* 61. *tom.* 2. *Merlin. de pign. lib.* 5. *q.* 71. *&* 72.
*per tot. Aliiſque abundè cumulatis D. meo Co.*
*Bonden. de jure municipali ad Stat. Ferrar. lib.* 2.
*Rubr.* 29. §. *ſanè in caſu pleniùs Romaguer. ad Con-*
*ciol. ad Stat. Eugub. l.* 2. *Rubr.* 31. *n.* 26. *& ſeqq.*

Et iſtam opinionem, quòd exceptio excuſſio- 117
nis poſſit opponi quandocumque etiam in exe-
cutione ſententiæ, indubitatam quoque eſſe in fi-
dejuſſore indemnitatis, vel in eo, qui promiſit quan-
tò minus à principali conſequi poterit, dixerunt
*Cyriac. contr.* 499. *à n.* 18. *ad* 27. ubi, quoad ne-
ceſſaria non eſt aliqua oppoſitio partis de hac ex- 118
cuſſione *l.* 2. Maur. de fidejuſſ. *p. p. princ.* 3. *part.*
*ſect. prælud. c.* 17. *alias* 26. *n.* 28. *fol.* 120. *& ſect.* 6.
*cap.* 3. *n.* 197. *fol.* 359. *Pigant. ad Stat. Ferrar. l.* 2.
*d. Rubr.* 14. *ſub n.* 19. *verſ. Fidejuſſor autem. Cal-*
*vin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 185. *à n.* 45. 55. *& ſeqq* ubi,
quòd ſi principaliter, & in ſolidum ſe obligaſſet 119
hujuſmodi fidejuſſor indemnitatis tunc etiam ille
teneretur; non facta excuſſione. *Magon. dec. Flor.*
38. *n.* 5. *&* 6. *& dec.* 45. *n.* 7.

Ac idem obtinere, ubicumque exceptio com- 120
petit ex tenore conventionis, traditur *à Mantic.*
*de tacit. lib.* 16. *tit.* 16. *n.* 8. *in fin tom.* 2. *Calvin.*
*de æquit. l.* 2. *d. c.* 185. *n.* 50. *ubi dat Alios.*

Quando autem mulier, vergente Viro ad ino- 121
piam, non per modum actionis principalis, ſed
per modum exceptionis, & retentionis, comparet
in judicio moto à creditoribus Viri, nondùm de
ſuo credito ſatisfactis, ad effectum aſſecurandi ſuas
dotes, tunc ſanè non tenetur ipſa mulier probare
vergentiam mariti ad inopiam, nec præmittere par-
ticulare judicium excuſſionis, & reportare decla-
ratoriam Judicis, excuſſionem factam eſſe, &
non reperiri bona ſufficientia pro ſui crediti ſatiſ-
factione, ſed ſufficit, ut doceat de jure ſuarum
dotium, ut diſtinguendo de communi teſtatur
*Merlin. de pign. l.* 3. *q.* 73. *à n.* 17. *& ſeqq. latè, &*
*facit Rota in rec. dec.* 239. *n.* 15. *p.* 19. *& Idem*
*Zaul. d. Rubr.* 35. *n.* 28. *bene.*

Undè, ſi hoc caſu, oppoſita per creditores ex- 122
cuſſionis exceptione, contra mulierem ſic excipien-
tem, Judex procedat ad ulteriora, utique ab hu-
juſmodi tacita interlocutoria denegabitur appella-
tio; cùm, nec etiam ſi Judex ſuper excuſſione ex-
preſsè pronunciaret, appellatio admitteretur; ubi
enim de jure non requiritur excuſſio, nullatenùs
appellari poteſt à Judicis interlocutoria, ſive taci-
ta, ſive expreſſa ſit, cum injuſtitiam continere non
dicatur, & ſine injuſtitia à dicta interlocutoria 123
non detur appellatio; ut ſupponunt *Omnes ſuprà*
*n.* 65. *relati*, & in hunc ſenſum ſalvari poteſt opi-
nio *Zaul. ubi ſuprà.*

124 Rursùs opinio *Zaul.* procedere poteſt in caſu, quo circumſcripta exceptione, & judicio excuſſionis bonorum mariti, Judex pronunciaret favore mulieris pro aſſecuratione ſuarum dotium, quia ab hac ſententia aſſecurationis, regulariter favore ali-
125 mentorum, quibus Uxor, & filii ſuſtentari debent, ratio *ab eodem Zaul. ibidem* conſiderata, non conceditur appellatio; S.Felic. *dec.*132.*n.*1. ubi ſubdit S. Conſilium ſic judicaſſe, quem ſecutus eſt *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. d. Rubr.* 109. *n.* 20.

226 Ut tandem ad materiam caſus noſtri revertamur, dicebam, quòd inſuper citatio cedentis in excuſſione neceſſaria erat ad effectum, ut illum afficeret, ex iis, quæ de fidejuſſoribus, & tertiis poſſeſſoribus, ac aliis omnibus intereſſe habentibus, docent *Palma Nepos d. alleg.* 44. *n.* 25. *lib.* 1. *Merlin. de pign. d. q.* 69. *n.* 6. *Pigant. ad d. Rubr.* 29. *n.* 35. *& ibidem de jure municip. D. meus Co. Bonden. d. §. Nota illud adverbium. D. meus Magnonus ubi ſuprà n.* 113. *Sabel. ſumma diverſ. d. verbo excuſſio n.* 3. *tom.* 2. *Rota apud Merlin. de pign. d. dec.* 66. *nu.* 18. *& in rec. dec.* 478. *n.* 16. *p.* 9. *tom.* 2. Et in
127 puncto ceſſionis *Prat. diſcept* 21. *numer.* 74. 76. *&* 77. *Baron. de cit. ſing.* 7. *n.* 2. *tom.* 2. *Sabel. d. verbo ceſſio ſub n.* 33. *verſ. Quod ſit neceſſaria tom.* 1.

128 Non tamen requiritur hujuſmodi citatio in principio, & proceſſu excuſſionis fiendæ; quoniam ſufficit tunc citare ſolum debitorem, qui eſt excutiendus, ſed in fine excuſſionis cum aſſignatione termini ad docendum de bonis expeditis, ſeu in illa pronunciatione tantùm, in qua pronunciari debet, excuſſionem fuiſſe legitimè factam, & eſſe deveniendum contrà cedentem fidejuſſorem, vel tertium poſſeſſorem, ut benè præ cæteris declarat *Multis* inhærens *Ciarlin. d. contr.* 95. *à n.* 9. *lib.* 1.

Nec dicatur, ad ſupra dictas diligentias ceſſionarium teneri, vel quando agitur de ceſſione nominis debitoris pro ſoluto, & loco ſolutionis facta, quæ importat ipſo jure, & ex tunc liberationem ce-
129 dentis, ac omne periculum, & damnum poſt perfectam ceſſionem contingens, transfert in ceſſionarium, dum is nominis ceſſione contentatur, *l. neceſſariò in princ. ff. de peric. & commod. rei vend. Becc. conſ.* 105. *n.* 18. *& ſeqq. l.* 1. *Altograd. d. conſ.* 37. *ſub n.* 28. *lib.* 1. *Staiban. jun. reſol.* 96. *n.* 5. *& ibi obſerv. n.* 8. *tom.* 1. *Manſ. conſult.* 625. *n.* 5. *conſult.* 626. *ante n.* 2. *& conſult.* 627. *n.* 23. *Perronus apud eund. Manſ. conſult.* 666. *ſub n.* 3. *verſ. Nec turbat. Ipſe Manſ. conſult.* 667. *n.* 10. *& conſult.* 669. *n.* 9. *l.* 7. *Poſt. deciſ. Bonon.* 59. *n.* 81. *Rota cor. Duran. dec.* 99. *n.* 4. *&* 6. *tom.* 1. *& dec.* 266. *n.* 14. *& ſub n.* 17. *verſ. Alia verò ceſſio tom.* 2. *& in rec. dec.* 343. *n.* 3. *ubi concord. p.* 15. *dec.* 334. *nu.* 12. *p.* 17. *ac dec.* 673. *n.* 2. *p.* 18. *tom.* 2.

130 Et inducitur ex ea novatio, *D. meus Co. Bonden. de jure municip. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *obſerv.* 11. *in reſponſ. ad conſult.* 669. *Manſ. l.* 7. *in §. Nihil propterea. Poſt. d. dec.* 59. *n.* 82. *Panimol. d. dec.* 18. *ead. adnot.* 1. *n.* 27. *tom.* 1. *Rota in rec. d. dec.* 343. *n.* 2. *&* 3. *p.* 15. *& cor. Duran. d. dec.* 266. *n.* 19. *in fin. tom.* 2.

131 Quo caſu, cùm agatur de juribus jam extinctis, opus eſt, ut doceatur de eorum reviviſcentia per reſolutionem ipſius ceſſionis, *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 65. *& d. dec.* 59. *n.* 48. *Rota dec.* 509. *n.* 3. *& ſeqq.*
132 *p.* 4. *tom.* 1. *rec.* mediantibus diligentiis contrà nomen ceſſum, *Becc. d. conſ.* 105. *ſub n.* 25. *in fin. & n.* 26. *lib.* 1. *Eugen. d. conſ.* 73. *n.* 9. *lib.* 1. *Poſt. d. dec.* 59. *n.* 81. Et taliter, ut ceſſionarius omnes diligentias adhibeat, *Menoch. conſ.* 778. *n.* 4. *lib.* 8. *Cy-* 133
*riac. d. cont.* 375. *à num.* 17. *lib.* 2. *Cenc. d. cenſ. q.* 72. *ſub num.* 23. *verſ. cæterum. Panimol. d. dec.* 18. *num.* 30. *tom.* 1. *Rota poſt Addit. ad Poſt. de ſubhaſt. dec.* 124. *n.* 7. *alias cor. Merlin. dec.* 639. *n.* 6. *tom.* 2. *& in rec. dec.* 202. *nu.* 8. *p.* 19. ſeu, 134
ut pleniſſimam, & exactiſſimam faciat excuſſionem, *Hodiern. d. contr.* 27. *num.* 18. *Epiſc. Rocca diſput. jur. d. cap.* 151. *num.* 1. *tom.* 2. *Capon. d. diſcept.* 314. *num.* 10. *tom.* 4. *Mel. d. obſerv.* 3. *n.* 9.

Vel, quando ſumus in caſu, in quo formalis 135
requiritur excuſſio, ut ſentit *Pigant. ad Stat. Ferr. l.* 2. *d. Rubr.* 29. *ſub n.* 34. *verſ. Quamvis ubi rigoroſa tom.* 1. *& ſunt termini Rotæ poſt Merlin. de pign. d. dec.* 66. *per tot. alias cor. Roxas d. dec.* 212. *ſeu in rec. d. dec.* 202. *p.* 9.

Secus verò, quando ceſſio facta eſt pro ſolven- 136
do, & non pro ſoluto; quia cum iſto caſu ceſſio dicatur potius importare dationem, ac reſpectivè ſuſceptionem ſimplicis mandati ad exigendum nomen, quod perſeverat in dominio cedentis, & ad ipſum illius periculum ſpectat, non autem ad ceſſionarium; juxtà diſtinctionem, de qua *Tondut. reſol. civil.* 49. *n.* 3. *Manſ. conſult.* 19. *à n.* 1. *lib.* 1. *& d. conſult.* 626. *n.* 2. *d. conſ.* 627. *n.* 3. *ad eundem. Perronus d. conſult.* 66. *n.* 1. *ubi dat alios, & Sena. Mantuæ referente D. Baruto conſult.* 670. *n.* 2. *lib.* 7. *Epiſc. Rocca diſput. jur. cap.* 145. *n.* 16. *& ſeq. vol.* 2. *Olea de ceſſ. jur. tit.* 7. *q.* 3. *à n.* 18. *& ibi Concin. in Addit. ad n.* 19. *Panimol. d. dec.* 18. *ead. Adnot.* 1. *n.* 26. 28. *tom.* 1. *Poſt. d. dec.* 59. *n.* 34. *& ſeqq. Rota cor. Duran. d. dec.* 266. *n.* 16. *&* 17. *tom.* 2. *& in rec. dec.* 47. *n.* 1. *& per tot. p.* 10. *d. dec.* 343. *numer.* 2. *p.* 15. *dec.* 335. *numer.* 12. *p.* 17. *& poſt contr. diſcept. for. dec.* 62. *numer.* 4. *ac alibi paſſim, cæterique mox adducendi.*

Tenetur quidem ceſſionarius ad diligentias, ſed 137
morales, & tales quales pro facti qualitate, non autem omninò exactas, ac per viam formalis excuſſionis, cum ſufficiat docere, ſe impleviſſe partes mandatarii, per *Card. de Luca tit. de camb. diſc.* 26. *num.* 7. *lib.* 5. *tit. de dote diſc.* 7. *num.* 10. *lib.* 6. *tit. de credit. diſc.* 64. *num.* 10. *& in ſumma num.* 234. *lib.* 8. *ac tit. de hæred. diſc.* 7. *num.* 9. *lib.* 9. quem ſequitur *Alter de Luca ad Gratian. diſcept.* 527. *ſub n.* 13. *verſ. Hinc proinde tom.* 3.

Et quando formalis excuſſio non deſideratur, 138
quo caſu hujuſmodi quoque diligentiæ ſufficiunt, ut cum agitur vigore obligationis de manutenendo nomen debitoris exigibile, *Urceol. d. conſult.* 2. *n.* 21. *Panimol. d. dec.* 18. *ead. Adnot.* 1. *n.* 24. *Rota poſt Merlin. de pign. dec.* 49. *n.* 1. *&* 2. *& cor. Bichio d. dec.* 518. *n.* 14. *tom.* 2.

Imò, quòd tunc nulla alia diligentia, & ex- 139
cuſſione præmiſſa, ſuas actiones dirigere valeat ceſſionarius contrà cedentem, ut ceſſum nomen manuteneat vigore pacti conventi, nituntur adſtruere *Staiban. jun. d. reſol.* 67. *à n.* 27. *& ſeqq. latè tom.* 1. *Manſ. d. conſult.* 625. *numer.* 6. *&* 18. *& d. conſult.* 627. *ſub num.* 25. *verſ. ſed inſuper lib.* 7. *Prat. d. diſcept.* 21. *num.* 70. *refert Sabel. d. verbo ceſſio ſub num.* 33. *verſ. Quòd ſi cedens tom.* 1. *Sanfelic. dec.* 360. *n.* 10. *&* 11. *& alii apud iſtos.*

Qui tamen nullatenus attendi merentur, cùm receptior, & verior ſit ſententia, quòd diligentiæ ſunt faciendæ, non ſolùm, ſi promiſſum ſit *manutenere debitorem verum, & realem, ſed etiam ſemper exigibilem, & ſolvendo*, ſecundùm *Andreol.* 140

contr.



*contr.* 115. *num.* 12. *& contr.* 275. *num.* 7. *Epiſc. Rocca d. cap.* 142. *num.* 2. *& ſub num.* 8. *verſ. contraria verò procedunt, & d. cap.* 151. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 2. *Urceol. d. conſult.* 2. *num.* 15. *& ſeqq. quem exornat idem Manſ. d. conſult.* 626. *à num.* 3. *lib.* 7. *Poſt. d. dec.* 59. *num.* 86. *Rota poſt diſcept. contr. dec.* 105. *num.* 6. *ubi pulchrè poſt Oleam de ceſſ. jur. dec.* 15. *num.* 10. *repetita in rec. dec.* 44. *num.* 11. *p.* 11. *& cor. Bichio d. dec.* 518. *num.* 5. *tom.* 2. *& Poſt. Mer-*
141 *lin. de pign. d. dec.* 49. *per tot.* Et certè omnes diligentiæ, *Carol. Ant. de Luca ad Gratian. d. diſcept.* 527. *numer.* 12. *tom.* 3. *Urceol. d. conſult.* 2. *num.* 38. *& in* 2. *append. num.* 3. *Cenc. de cenſ. d. q.* 72. *ſub num.* 23. *verſ. cæterum. Sabel. d. verbo ceſſio num.* 33. *ubi plures tom.* 1. *Thomat. d. dec.* 29. *num.* 19. *Panimol. d. dec.* 18. *n.* 30. *tom.* 1. *Rota cor. Merlin. d. dec.* 639. *n.* 6.
142 Ac omninò exactiſſimæ, *Hodiern. d. contr.* 27. *à n.* 18. *& ſeqq. per tot. Mel. d. obſerv.* 3. *n.* 10. *Epiſc. Rocca d. cap.* 151. *n.* 1. *tom.* 2. *Capon. d. diſ-*
143 *cept.* 314. *n.* 10. *tom.* 8. Sicquè juxtà *horum DD.* opinionem, omninò formalis requiritur excuſſio, ut etiam ſupponit *Rota apud Poſt. de ſubhaſt. dec.* 72. *num.* 6.

144 Enim verò in præſenti facti ſpecie verſamur in terminis veræ, & propriæ ceſſionis pro ſoluto, quæ intercedit, ubicumque creditor nominis ceſſione pro ſuo credito (ut nunc Furlanus) contentatur, *Rota dec.* 155. *n.* 17. *confirmata dec.* 215.
145 *per tot. p.* 15. *rec.* Et regulariter facta dicitur per nominis venditionem, vel delegationem, vel in ſolutum dationem, *Altograd. d. conſ.* 37. *ſub nu.* 28. *lib.* 1. *Becc. d. conſ.* 105. *n.* 35. *lib.* 1. *Staiban. jun. d. reſol.* 96. *n.* 5. *& ibi in obſerv. nu.* 8. *tom.* 1. *Perronus apud Manſ. d. conſult.* 666. *ſub num.* 3. *verſ. Nec turbat, & D. meus Bonden. conſult.* 668. *à num.* 6. *& ſeqq. lib.* 7. *Panimol. d. dec.* 18. *ead. Adnot.* 1. *num.* 26. *& ſeq. Poſt. d. dec.* 59. *nu.* 83. *Rota cor. Duran. d. dec.* 99. *nu.* 1. *& d. dec.* 266. *num.* 17. *verſ. Alia verò, & n.* 20. *tom.* 2.

146 Venditio, in præſenti, intervenit, quia conſenſus communis, res, & pretium in hoc negotio interceſſit, quibus venditionis, & emptionis contractum geri, eſt manifeſtum, per *tex. in §. pretium autem. inſtit. de empt. & vend. l. cum conſenſu. ff. de act. & oblig. l.* 2. *ff. de contrahend. empt.* docet in individuo *Manſ. d. conſult.* 667. *nu.* 3. *& ſeqq. lib.* 7. *D. meus Bonden. de jure municip. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *obſerv.* 11. *in d. Reſpon. ad ipſum Manſ. §. cum autem.*

147 Et ſatis eſt, quòd appareat de ſolutione certi pretii facta, ut poſſit eſſe certa venditionis probatio; ità per *tex. in l.* 16. *ff. de reg. jur. l. fin. ubi Bart. C. de præd. decur. lib.* 10. *gloſ. in verbo pretio in l. apud Celſum §. ſi cum legitima. ff. de doli mali exceptione*, proſequitur *Manſ. d. conſult.* 667. *n.* 8. & repetit *conſult.* 669. *num.* 1. ac tradit *Senatus Mant. apud eund Manſ. d. conſult.* 670. *num.* 12. *lib.* 7.

» Hìc tamen obſervandum eſt, quòd priora » duo requiſita, ſcilicet conſenſus, & res, ſunt » communia cæteris conventionibus, & ſic inter- » venire potuerunt alio reſpectu, & ad probandum » aliud negotium, quàm ad complendum » contractum venditionis, & emptionis: Ut
148 Quoad conſenſum, deſumitur *à l.* 1. *poſt princ.* » *& §.* 1. *ff. de pact. l. obligationum ſubſtantia.* » *ſi ff. de act. & oblig. ac l. non omnis. in princ. ff.* » *cert. pet. Turr. de camb. diſput.* 2. *q.* 5. *nu-* » *mer.* 21. *tom.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* » 4. *ſub num.* 2. *tom.* 1. *Poſſidon. de empt. lib.* 1. » *dub.* 1. *n.* 9. *Rota cor. Seraph. dec.* 838. *num.* 4. » *tom.* 1. Et

» Quoad rem, veluti objectum materiale omni- 149
» um conventionum, in quibus illius ratio haberi » debeat ex ſe illiuſque generali appellatio- » ne, ſatis innoteſcit; juxtà *l. ſi quis cum totum ff.* » *de except. rei jud. l. de pupillo. §. qui nunciat.* » *ff. de nov. oper. nunc. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus.* » *ff. de interrog. act.* cum ſimil. Nequit » proptereà ab illis concludens illatio deſumi » pro venditionis, & emptionis contractu; cùm 150
» ea, quæ ſunt pluribus communia, non minùs » uni, quàm aliis adaptentur, & adaptari » valeant.

» Quæ verò ad tertium ex iiſdem requiſitis, 151
» nempè pretium, conſtare debet, illud interveniſſe » pro nomine debitoris, ita ut verificetur » datum pro eo, uti pro re, quod eſt proprium » ſolius emptionis, & venditionis, *ad l.* 1. *ff. de* » *contrahend. empt. l. empt. C. eod. & l. fin. C.* » *de præd. decur. lib.* 10. *Mantic. de tacit. d. lib.* » 4. *tit.* 1. *n.* 7. *Poſſidon. de empt. lib.* 2. *dub.* 1. *n.* 5. » *ubi Concord. cum Cæteris in colluct. legal.* 5. *n.* 9. » *& colluct.* 49. *n.* 207. *vol.* 2.

» In tantum, ut ſi verificetur, quòd exburſa- 152
» tio, ſivè ſolutio pecuniarum facta ſit per modum » dandi, ad finem accipiendi nomen debitoris, » pro eo exigendo, cùm hi termini non ſint » proprii ſolius emptionis, & venditionis, ſed » conveniant aliis commerciis: benè poſſit dici facta » alia conventio, abſque eo, quod inferatur ad » contractum venditionis, & emptionis, *arg. l. naturalis.* » *ff. præſcript. l. fin. ff. cond. cauſ. dat. &* » *aliis apud Poſſidon. de empt. d. dub.* 1. *num.* 4. *&* » *dub.* 3. *ſub n.* 17. *& in fin.* ſunt formalia verba *D.*
*mei Comitis Vincentii Bondeni in d. Reſponſ. ad* 153
*Manſ. §. Quoniam cum, & §. §. ſeqq.* Qui, ob doctiſſimos labores, tàm *in ſuis celebrrimis Colluctationibus legalibus, duobus voluminibus partitis*, paſſim *à Sapientibus Scribentibus, & ſupremis Tribunalibus, etiam Sacræ Rotæ Romanæ ſequutis, & concelebratis*; Quàm *in Inſigni Opere de Præſcriptionibus Spiræ impreſſ. ac infortunium maximum, ſed non excidium paſſo*; In *Alio de Jure municipali ad Stat. Ferrar. Aliorumque Locorum*: Et *in Notis, & Adauctionibus Omnigenæ Juriſprudentiæ ad Tract. Oteri de paſcuis*: nec non *in Appendic. ad Barboſ. de Præſcript.* Et *ad Caroc. de minor. in delict. excuſand.* Ac tandem *in Opuſculis Spiritualibus obſequentiſſima Devotionis Argumenta ergà* Deiparam Virginem Mariam *Advocatam, & Patronam ſuam Clementiſſimam, & Sanctos ejus Tutelares, complectentibus*; Toti Orbi *præclariſſimus hujuſce ſæculi, & futurorum Jubar ſplendidiſſimum ab Omnibus colitur*; Et, *ſeù ſcientiæ prudentiæ omniumque virtutum pergrande exemplar ſumma veneratione ubiquè ſuſpicitur.*

Proindè tunc demùm, in ceſſione nominis fac- 154
ta erit emptio, & venditio, quando ceſſio facta fuerit pro pretio, ſivè è contra pretium ſolutum pro ceſſione, cùm tunc intrent termini venditionis, & emptionis, ut ex antecedenter adductis infert *D. meus Bonden. in ead. Reſponſ. ad Manſ. §. Etenim dictum iſtud & §. §. ſeqq.*

Rurſus obſervandum eſt, quòd nomen debito- 155
ris tunc dicitur venditum, quando pecunia, vel creditum pecuniarium fuit datum pro nomine debitoris; ſecus ſi quid aliud pro eo fuerit traditum, quia tunc dicitur potius permutatio, vel do, ut des, nec dicitur novus aliquis contractus factus, 156
nec à prima obligatione receſſum videtur, niſi



effe-

effectualis ſolutio nominis ceſſi ſequatur, optimè declarat *Surd. conſ. 145. ex nu. 34. & ſeqq. lib. 1. Manſ. d. conſult. 667. n. 10. lib. 7. Mangil. de evict. q. 80. n. 25.*

Dum igitur Peſarus ceſſionem *ideò fecit, & facere dixit, ſtante, quia ipſe declaravit, & faſſus fuit, ſe ipſum habuiſſe, & recepiſſe ab eodem Furlano, ut dicitur vulgari ſermone loquendo, un barille di tela ſangale fina, di pezze ſettanta, & il reſiduo tanta tela dell' Olmo pro pretio inter ipſas partes concordato in ſcud. 292. 25. ſicuti aderat creditum ipſius Peſari cum D. Doctore Clerico*, ſunt verba inſtrumenti ceſſionis rogati *ſub die 14. Julii 1694. per D. Ant. de Maſollis Notar. Ferrar.* nulli dubitationi locus eſſe poteſt, quin ceſſio facta ſit pro pretio, & pro debito pecuniario, ac per conſequens inducta quoque ſit ejuſdem nominis vera venditio, & emptio reſpectivè.

157 Ita quòd, licèt regulare ſit, venditionem non intervenire, cur ea non eſt expreſſa (ut in præſenti) in inſtrumento ceſſionis, ut ad ipſam inducendam eſt neceſſarium; *D. meus Bonden. apud Manſ. d. conſult. 668. nu. 6. lib. 7. & in ead. Reſponſ. ad ipſum Manſ. §. Et licèt firmaverim. Rota cor. Duran. d. deciſ. 266. n. 21. tom. 2. poſt Merlin. de pign. dec. 150. n. 3. ead. ac in rec. dec. 91. n. 3. p. 10.*

158 Nihilo minùs, ubi convento in certa ſumma pretio, ac pro pretio accepto, quis cedit nomen debitoris (ut nunc fecit Peſarus) dicitur facta ejuſdem venditio, etiamſi ſpecificè venditionis titulus non fuerit expreſſus; *Bart. in l. per diverſas. C. mandati. Manſ. d. conſult. 667. num. 9. lib. 7. D. meus Bonden. in d. Reſponſ. §. Etenim dictum iſtud. in fin. Leotard. de uſur. q. 39. n. 4. & Reliqui apud Oleam de ceſſ. jur. tit. 1. q. 4. n. 40. Rota dec. 373. ſub n. 16. p. 4. rec.*

» Et ſic venditionis contractus perfectus remanſit, quamvis in hoc actualis traditio, prout in corporalibus non ſucceſſerit, quia dum tranſferuntur per ceſſionem, & venditionem jura adversùs nomen debitoris venditum venditori competentia, ita ceſſio idem omninò operatur, quod in rebus corporalibus operatur traditio;
159 » ità inquit præciſis verbis *Manſ. d. conſult. 667. n. 4. lib. 7.* reaſſumptis *per D. meum Bonden. in d. Reſponſ. §. Hinc inane eſt ubi Concord.* quibus addo *Staiban. jun. reſol. 290. n. 41. tom. 2. Senatum Mant. apud eundem Manſ. d. conſult. 670. nu. 17. lib. 7. Poſt dec. Bonon. 55. n. 20. Rotam cor. Bichio dec. 589. n. 3. tom. 2. & in rec. d. dec. 155. n. 9. p. 12. dec. 38. n. 9. p. 18. tom. 1. & dec. 486. n. 2. 3. ead. p. 18. tom. 2.*

160 Quod dictum tamen intelligendum eſt, quando ceſſio fit pro pretio, ſive pretium datur pro ceſſione; cum tunc intrent termini venditionis, & emptionis, *ut ſuprà tactum eſt numer. 154. per D. meum Bonden. in d. Reſponſ. §. Etenim dictum iſtud.*

161 Et quando ſumus in terminis ceſſionis factæ pro ſoluto; ſecus ſi in ea, quæ dicitur pro ſolvendo; *idem D. meus Bonden. d. Reſponſ. §. Non turbante fortaſsè.*

162 Et quando ceſſio eſt pura, non quando eſt conditionalis, quia tunc non habet vim traditionis, niſi poſt conditionem purificatam.

163 Et denique, quando accedit uſus ceſſionarii, & patientia cedentis, præcipuè quando actus eſt conditionalis; ut egregiè *Juribus DD.* & rationibus congeſtis utramque declarationem exornat *D. meus Bonden. in d. Reſponſ. §. Et quia. cum §. ſeq.* ac notat *Sabel. d. verbo ceſſio numer. 27. tom. 1.*

Delegatio verò facta fuit, quia quando ceditur 164
alicui nomen debitoris, & cedens ceſſit ceſſionario omnia jura, nihil penitùs in ſe reſervando (ut propriè in caſu noſtro, tunc, licèt nullum interveniat requiſitum delegationis, de quibus in *l. 3. C. de novat. Staiban. jun. d. reſol. 96. n. 8. & ibi in obſerv. n. 10. & ſeqq. Manſ. d. conſult. 19. lib. 1. d. conſult. 625. à n. 10. apud eund. Peronus d. conſult. 666. à num. 4. & per tot. D. meus Bonden. penès ipſum Manſ. d. conſult. 668. à n. 10. & ſeqq. lib. 7. & de jure municipali ad Stat. Ferr. lib. 2. d. docum. 11. in ead. Reſponſ. §. Nequè ceſſante ad fin. ubi doctiſſimè Panimol. d. deciſ. 18. Adnot. 2. per tot. plenè tom. 1. Rota Gen. dec. 2. n. 24. Poſt. d. dec. 59. à num. 27. Rot. Rom. cor. Duran. d. dec. 266. nu. 22. tom. 2. poſt Merlin. de pign. d. dec. 150. n. 2.*

Adhuc cenſetur facta delegatio, & ideò non 165
poterit ampliùs cedens aliquid paciſci, confiteri, vel facere in ceſſionarii præjudicium, ac in iſto caſu in totum erit liberatus cedens, prout per delegationem liberatur; ut per *Surd. conſ. 22. num. 36.* ubi quod hæc eſt notabilis limitatio *ad illam l. 3. C. de novat. ac alios* reſolvit firmiter *Staiban. jun. d. reſol. 96. in obſerv. ex num. 22. ad 27. tom. 1. & d. reſol. 190. ex num. 29. & ſeqq. tom. 2.* ac habetur ex firmatis *ab Olea de ceſſ. jur. tit. 8. q. 2. n. 29. & ſub num. 34. verſ. Secundus eſt caſus, & cum pluribus Salgad. labyr. credit. p. 1. cap. 27. num. 62. Sabel. d. verbo ceſſio num. 37. 38. tom. 1. Rota dec. 316. n. 20. p. 12. dec. 351. à n. 19. p. 15. rec.*

Datio denique in ſolutum fuit inita; nam etſi 166
non poſſit dici, nomen debitoris fuiſſe datum in ſolutum, niſi expreſsè dictum ſit, quòd nomen datur in ſolutum, & poſteà ſequatur ceſſio; *Epiſc. Rocca diſput. jur. cap. 129. num. 4. & d. cap. 145. num. 19. tom. 2. D. meus Bonden. apud Manſ. d. conſult. 668. num. 7. lib. 7. Staiban. jun. d. reſol. 190. num. 7. tom. 2. Contr. diſcept. 81. numer. 5. Rota Gen. d. dec. 2. num. 26. & Rota Rom. cor. Duran. d. dec. 266. num. 23. tom. 2. cor. Roxas dec. 362. n. 5. & poſt Merlin. de pign. d. dec. 130. num. 3.*

» Veruntamen, cùm in caſu noſtro non ſolùm 167
» fuerit dictum nomen ceſſum, ſed etiam idem Furlanus fuerit per cedentem poſitus in ejus locum, & conſtitutus procurator in rem propriam, cenſetur facta in ſolutum datio, & cedens eſt liberatus, adeò quod periculum nominis ceſſi tranſeat in ceſſionarium, quod probatur *ex tex. in d. l. 3. ubi gloſ. C. de nov. Eugen. d. conſ. 73. n. 4. & 7. lib. 1. plenè Staiban. jun. d. reſol. 190. n. 19. & ſeqq. tom. 2.*

» Et ſignanter, cùm dictus Furlanus poſitus ſit 168
» in locum, & gradum Peſari cedentis, quia non ſolum dominium, ſed etiam directæ actiones in ceſſionarium fuerunt translatæ, adeò quòd cedens non poteſt ampliùs liberare debitorem ceſſum, licèt alià ex ſimplici ceſſione non transferantur; *Surd. d. conſ. 22. num. 35. lib. 1. Gozad. conſ. 38. n. 11. ubi optimè*; & ità proſequitur *Staiban. jun. d. reſol. 190. n. 25. & pulchrè Rota poſt diſcept. Contr. d. dec. 105. per tot. & præſertim n. 8.*

» Multoque magis, quia Peſarus ſuper dicto 169
» nomine debitoris nullum jus ſibi reſervavit, & ſic etiam dominium tranſtulit in beneficium dicti Furlani, quod nullo modo ſimplici ceſſioni factæ pro faciliori exactione ad majorem cautelam, ſed veræ in ſolutum dationi, ſeù venditioni convenire poteſt, licèt nulla mentio de ea in inſtrumento fuerit facta; in ſpecie tradit *Gratian. diſcept. 520. num. 21. & num. 22. tom. 3. & cum eo idem Staiban. jun. d. reſol. 190. numer. 26. & ſeq. tom. 2.* cujus ſunt præciſa verba ſignata.



Cæterùm, dato (citrà veri noxam) quòd, in præſenti, ceſſio pro ſoluto nequiret conſiderari; tùm attentis verbis ceſſionis, ibi *conſtituitque dictus Peſarus ejus Procuratorem dictum D. Furlanum præſentem &c. ad exigendum dicta ſcuta &c.* ſtante enim dicta qualitate *ad exigendum*, ceſſio in dubio præſumitur facta ſolùm pro ſolvendo;
170 *Manſ. conſult. 125. ante nu. 42. lib. 2. apud eund. D. meus Bonden. d. conſult. 668. num. 9. lib. 7. Rota cor. Duran. in ſæpè allegat. dec. 266. num. 16. tom. 2.*

171 Tùm, quia in dubio, nec etiam ceſſio cenſetur pro ſoluto, ſed pro ſolvendo, ſeù ſolutionis cauſa; *l. ubi quis ff. de conſtit. pecun. l. fin. C. de novat. Perronus apud Manſ. d. conſult. 666. num. 3. D. meus Bonden.* quem ſæpè ſæpiùs, ob ejus eximiam virtutem venerationis gratia collaudo *apud eund. Manſ. d. conſult. 668. ſub eod. num. 9. lib. 7. Epiſc. Rocca diſput. jur. d. cap. 129. ſub num. 3. & d. cap. 145. num. 18. ubi Plures tom. 2. de Luca ad Gratian. cap. 64. num. 4. tom. 1. Poſt. d. dec. 59. nu. 36. Card. de Luca tit. de credit. diſc. 27. numer. 11. & d. diſc. 64. ſub num. 9. lib. 8. cor. Duran. d. dec. 266. num. 18. tom. 2. cor. Roxas d. dec. 362. num. 16. poſt Merlin. de pign. dec. 146. num. 6. & poſt diſcept. contr. d. dec. 62. n. 3. ac in rec. dec. 392. n. 25. p. 5. & alibi.*

172 Et indubitanter, quando tractatur de puro credito, & ceſſione conſiſtente in apocha; *Altograd. d. conſ. 37. ex n. 23. & per tot. lib. 1. D. meus Bonden. apud Manſ. d. conſult. 668. ſub num. 9. lib. 7. Card. de Luca d. diſc. 64. n. 24.*

Tùm, quia per pactum expreſſum Peſarus ſe obligavit de proprio in caſu inexigibilitatis, ut ibi--*Con patto &c. che venendo il caſo, che detto Sig. Dottor Chierici per tutto il meſe di Settembre proſſimo venturo anno corrente (nempè 1694.) conforme il ſuo obligo non pagaſſe detti ſcudi 292. 25. ſarà tenuto detto Sig. Furlani convenirlo giudicialmente, e fare l'eſcuſſione reale contro detto Sig. Chierici, qual excuſſione fatta, che ſarà, non potendo eſſer ſodisfatto per tutto il meſe di Novembre dell' anno corrente, ſarà tenuto detto. Peſaro pagare à*
173 *detto Sig. Furlani &c.* ex quo Furlanus ceſſionarius in caſu inexigibilitatis eſt habiturus regreſſum contrà Peſarum cedentem, ſicque ceſſio dicitur ſimpliciter facta ad commodum ejuſdem cedentis; *d. l. ſi mandavero la 2. §. interdùm ubi ſcribentes ff. mandati, & notat in l. facta §. ſi hæres ff. ad Trebell. Surd. d. conſ. 22. n. 10. lib. 1. Graſſ. except. 25. n. 47. Maur. de reſolut. c. 5. n. 61. egregiè Salgad. labyr. credit. p. 1. d. c. 27. à n. 52. 55. Aliique relati* in puncto *Epiſc. Rocca diſput. jur. d. c. 129. n. 6. tom. 2.*

174 Undè ceſſio non eſt loco ſolutionis, neque ante ſolutionem dicitur cadere in ſolutum, etiamſi eſſet cum datione in ſolutum; quaſi contineat conditionem intrinſecam, quatenùs ceſſionarius, factis diligentiis, veriùs tunc excuſſione reali, poſſit ſolutionem conſequi à debitore, ac cedens omninò obligatus remanet, donec ſequatur exactio, & periculum nominis ceſſi, ex eo, quod debitor ceſſus non ſit ſolvendo, vel ad deteriorem deveniat fortunam, pertinet ad cedentem; ex notatis per *tex. in l. ſi convenerit ff. de pign. act. & l. nomen C. quæ res pign. oblig. poſſ. à Staiban. jun. d. reſol. q. 6. num. 10.* ubi in fin. refert ſic fuiſſe deciſum *tom. 1. Perronus apud Manſ.*
*d. conſult. 666. num. 15.* ubi etiamſi ceſſio facta ſit 175
ad communem utilitatem, ſed cedentis principaliter, & ceſſionarii in conſequentiam *lib. 7. Borgund. de evict. cap. 11. num. 4. il pr.* & ità *Pluribus cumulatis* proſequitur *Epiſc. Rocca d. c. 129. n. 7. tom. 2.*

Quod eo certiùs procedere, ubi cedens, ul- 176
trà obligationem ſolvendi de proprio in defectu ſolutionis, promiſit quoque, debitorem ceſſum eſſe exigibilem, & illum, uti talem manutenere, vel ubi favore ceſſionarii adjecta fuit cautela, de qua *infrà num. 220.* quia tunc contrahentes receſſiſſe dicuntur à natura ſimplicis, & puræ venditionis, ac ceſſionis pro ſoluto, latè tuetur *Manſ. d. conſult. 625. à n. 5. ad fin. d. conſult. 626. num. 4. & d. conſult. 627. ſub numer. 5. verſ. ſed ipſimet. lib. 7. Epiſc. Rocca d. cap. 129. numer. 20. tom. 2.*

Ex eo autem, quòd promiſſa ſit exigibilitas, 177
& ceſſionarius in caſu inexigibilitatis habiturus ſit regreſſum contrà cedentem, undè ceſſio ad cedentis commodum facta dicatur, non videtur poſſe tolli, quin venditum, vel delegatum, vel in ſolutum pro debito aliquo datum ſit nomen debitoris, ſeù ceſſio vim ſolutionis habeat, & ſit vera, & propria ſolutio; nec dicitur ceſſio habere illam intrinſecam, & tacitam conditionem, quatenùs ſcilicèt poſſit ceſſionarius à debitore exigere: ſed bene etiam eo caſu periculum, ſeù omne commodum, & incommodum poſt ceſſionem contingens ſpectat ad ceſſionarium, non verò ad cedentem; ita ut in caſu inexigibilitatis vel evictionis nominis, non poſſit ceſſionarius ad primævam actionem, ut in ſimplici ceſſione pro ſolvendo, redire; cùm ea fuerit per ceſſionem extincta, & ampliùs nequeat reviviſcere, ſed actione tantùm ex ſtipulatu, vel de evictione valeat adversùs cedentem experiri; juxtà tradita per *Bart. in l. ſi quis aliam C. d. de ſolut. Becc. d. conſ. 105. num. 25. & ſeq. lib. 1. Surd. d. conſ. 22. num. 33. & 34. ubi benè, & d. conſ. 145. numer. 28. & 29. lib. 1. Cyriac. contr. 327. num. 19. lib. 2. Belmont. dec. 125. num. 2. Rota cor. Buratt. dec. 476. n. 8.*

Certè, ubi ceſſionarius ſibi ſpecialiter reſer- 178
vavit dominium, vel ſpecialem hypothecam ſuper re data cedenti pro nomine ceſſo, vel nomen accepit cum præſervatione priorum jurium contrà cedentem, proùt illi ſpectabant ante ceſſionem, in caſum, in quem ipſe ceſſionarius non poſſet exigere, ſeù quouſque ipſi fuerit integrè ſolutum pretium, ſeù nomen ceſſum; eo caſu remanet omninò excluſa quælibet novatio, delegatio, & datio in ſolutum; quia reſervatio dominii ſpecialis hypothecæ, & priorum jurium, uſquè ad integram ſatisfactionem, directè adverſatur dationi in ſolutum, novationi, & delegationi, ſtatim ſolutionem, liberationemque inducentibus, ita in ſpecie ratiocinantur *Epiſc. Rocca d. c. 145. n. 20. tom. 2. Merlin. de pign. lib. 5. tit. q. 13. in fin. Panimol. d. dec. 18. Adnot. 2. n. 18. & 19. tom. 1. Rota cor. Roxas d. dec. 262. n. 10. & ſeq. Poſt. Contr. dec. 61. n. 3. & dec. 62. n. 6. & ſeqq. poſt Merlin. de pign. d. dec. 146. n. 11. & alibi paſſim.*

Et ſimiliter, ubi facta ſit inter partes declaratio, 179
quòd nomen ceſſum aſſignatur in pignus, & ejus exactio currere debet riſico, & periculo cedentis; quia tunc ceſſio dicitur ſimplex, & ſolutionem, vel

vel ſatisfactionem non continet, nec cedens liberatur, *Rota cor. Roxas d. dec.* 362. *poſt Contr. d. dec.* 61. *n.* 5.

180 Sed, quod tale pactum, & declaratio non repugnet cum propria natura contractus emptionis, & venditionis nominis ceſſi; per *tex. in l.* 1. *ff. peric. & com. rei vend. l. fiſtulas* §. *ult. ff. de contrahend. empt.* tradit *Barutus apud Manſ. d. conſult.* 670. *n.* 5. *lib.* 7. referens *Leotard. de uſur. q.* 48. *num.* 29. *& q.* 64. *num.* 1. *Rotam Lucenſ. poſt Altograd. jun. tom.* 1. *de unic. numer.* 24. *&* 25.

181 Tùm denique ex obſervantia ſubſecuta ejuſdem Peſari cedentis, qui poſt ceſſionem, & excuſſionem factam à Furlano, judicialiter pulſavit debitorem ceſſum; per quam obſervantiam tollitur quæcumque difficultas, & datur intelligi excluſam remanſiſſe donationem in ſolutum, & delegationem; in terminis *Epiſc. Rocca d. cap.* 145. *num.* 21. *&* 27. *ubi plenè tom.* 2. *Rota cor. Roxas d. dec.* 362. *num.* 4. *alias poſt Contr. d. dec.* 61. *num.* 4. *& alias poſt Contr. d. dec.* 61. *num.* 4. *& ibi dec.* 62. *num.* 12. *ac in rec. dec.* 103. *num.* 5. *p.*
182 18. *tom.* 1. quæ debitorem delegatum reddit immunem, ne à creditore delegante valeat impoſterùm conveniri; *Caſtrenſ. in l. ſi uſusfructus n.* 2. *ff. de novat. Epiſc. Rocca d. cap.* 145. *num.* 21. *Merlin. de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *d. q.* 13. *numer.* 13. *Rota poſt eund. d. dec.* 146. *num.* 9. *& cor. Roxas d. dec.* 362. *numer.* 13. *& in aliis ſæpiſſimè apud D. Balduc. in obſ. ad Ramon.* 62. *cap.* 2. *per tot. & in obſ. conſ.* 100. *cap.* 6. *per tot.* ubi plurima egregiè refert virium obſervantiæ in omnibus ferè materiis exemplaria.

Dato inquam, quod in præſenti ageretur de ſimplici ceſſione facta pro ſolvendo, ſeu ſolutionis cauſa, & non pro ſoluto; adhuc pro indubitato ſubſiſtit, quod Furlano ceſſionario competere non poteſt regreſſus contrà Peſarum cedentem, niſi prius oſtendat ſe adhibuiſſe omnes omninò diligentias ſuperiùs recenſitas, ſeu adverſus debitorem ceſſum pleniſſimam, & exactiſſimam, ac per conſequens formalem feciſſe excuſſionem;
183 prout (non curatis *Carolus Ant. de Luca ad Gratian. & Card. de Luca locis ſuprà relatis*; quia *Primus* ſe remittit ad *Secundum*, qui pro comprobatione ſui dicti allegat *Authoritates*, quæ nihil de illius aſſumpto loquuntur, imò potius, ut ex iis videre eſt, contrarium penitùs affirmant) extrà omnem difficultatem pro conſtanti tenent,
184 per *tex. in d. l. ſi mandavero la* 2. §. *interdum in fin. ff. mandati, & l. decem* 116. *ff. de verb. oblig.* uno ore loquentes *Ruin. conſ.* 44. *num.* 6. *&* 7. *ac* 8. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 49. *num.* 14. *Becc. d. conſ.* 105. *ſub num.* 25. *verſ. Hoc idem lib.* 1. *Eugen. d. conſ.* 73. *num.* 16. *lib.* 1. pulcherrimè *Altograd.* in contrarium allatus à *Card. de Luca d. conſ.* 37. *num.* 30. *lib.* 1. *Hodiern. d. contr.* 27. *numer.* 26. *Epiſc. Rocca d. cap.* 151. *à num.* 1. *& ſeqq. vol.* 2. *Capyc. Galeott. contr.* 14. *num.* 21. *lib.* 2. *Mel. d. obſerv.* 3. *num.* 10. *Cancer. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 6. *tit. de ſolut. num.* 169. *& ſeqq. Scaccia de commerc. & camb. d.* §. 2. *ead. gloſ.* 5. *num.* 254. *& ſeqq. Mangil. de evict. d. q.* 78. *num.* 1. *& ſeqq. Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 17. *ſub num.* 33. *Olea de ceſſ. jur. tit.* 7. *d. q.* 3. *num.* 37. *Salgad. labyr. credit. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 40. *& d. cap.* 27. *num.* 56. *Fontanell.* de quo *idem Card. de Luca dec.* 124. *&* 125. *per tot.* benè *Thomat. d. dec.* 29. *à n.* 19. *ad fin. Panimol. d. dec.* 18. *nu.* 19. *& ſeq. tom.* 1. *Ferentill. ad Buratt. dec.* 476. *num.* 17. *tom.* 2. *& Rota poſt contr. d. dec.* 62. *nu.* 13. & optimè *in rec. dec.* 231. *num.* 2. *&* 3. *p.* 17. *ac alibi.*

Et hæc concluſio pluribus etiam modis ampliatur: Et præcipuè

Primò, etiam data renunciatione beneficii ex- 185
cuſſionis, *Hodiern. d. controv.* 27. *num.* 20. *Andreol. contr.* 175. *n.* 1. *Epiſc. Rocca d. cap.* 151. *ſub n.* 1. *Zaul. ad Stat. Favent. d. lib.* 3. *ead. Rubr.* 35. *n.* 21. *tom.* 1.

Secundò, etiam interveniente juramento, *Ho-* 186
*diern. d. contr.* 27. *n.* 21. *Epiſc. Rocca d. cap.* 151. *ſub eod. n.* 1.

Tertiò, etiamſi creditum eſſet duræ exactionis, 187
& omninò ad exigendum difficile exiſteret; ex veriori ſententia, quam in puncto firmant *Menoch. conſ.* 778. *nu.* 3. *lib.* 8. *cum aliis Hodiern. d. contr.* 27. *num.* 19. *Epiſc. Rocca d. cap.* 151. *ſub eo nu.* 1. *Olea in addit. ad tract. de ceſſ. jur. fol.* 231. *Baron. de citation. d. ſing.* 7. *num.* 2. *tom.* 2. *Jovius d. ſolemn. in contr. min. gloſ.* 16. §. 11. *ſub n.* 215. *verſ. Etiamſi creditum. Rota dec.* 302. *num. p.* 19. *rec.*

Multoque magis dicta concluſio procedit. 188

Primò, ſtante, ut in noſtro caſu, præfixione termini ad faciendam excuſſionem, ſeu cùm tempus diligentiarum fuit limitatum, ex *Gratian. d. diſcept.* 527. *nu.* 7. *in fin. & ad eund. Carol. Ant. de Luca num.* 8. *to.* 3. *Urceol. in d.* 2. *append. ad d. conſult.* 2. *num.* 6. *& ſeqq.* ubi benè declarat, *Poſt. d. dec.* 59. *num.* 159. *Thomat. d. dec.* 29. *ante n.* 19. *& dec.* 61. *n.* 9. *Caputaquen. dec.* 266. *p.* 1. *Rota in rec. dec.* 352. 3. *p.* 2. *& alios in cap. ſeq. n.* 12.

Secundò, cum fuit facta ceſſionario conſigna- 189
tio, & traditio cedulæ crediti ceſſi, *Ruin. d. conſ.* 44. *num.* 6. *& ſeqq. ac per tot. Altograd. jun. d. conſ.* 37. *nu.* 17. *&* 22. *verſ. moveor quia, ac* 23. *verſ. Quando enim cedula, & nu.* 38. *verſ. Certum eſt, ac nu.* 39. *in fin. & nu.* 40. *lib.* 1. *Poſt. d. dec. Bonon.* 59. *nu.* 50. 51. quia tunc per hujuſmodi conſignationem dicitur facta translatio, & ceſſio actionis, *Alex. in l. debitorum num.* 3.
*C. de pact. Poſt. d. dec.* 59. *num.* 31. Imò ceſſio- 190
narius effectus eſt dominus nominis ceſſi, *Theſaur. qq. for. lib.* 4. *q.* 10. *ſub n.* 5.

Maximè, quando creditum ceſſum conſiſtit in 191
ſcriptura privata, quæ à cedente fuerit tradita ceſſionario, atque ideo illius exactio totaliter pendet à voluntate ceſſionarii, non cedentis, qui ſcriptura caret, ut eſt caſus *Ruin. d. conſ.* 44. *& Altograd. d. conſ.* 33. ſicuti etiam animadvertit *Poſt. d. dec.* 59. *n.* 85.

Tertiò, cum cedens tranſtulit (ut in præſenti) 192
etiam in ceſſionarium omnes actiones, fecitque eum Procuratorem in rem propriam, *Hodiern. d. contr.* 27. *n.* 29. *Thomat. d. dec.* 29. *nu.* 26. *&* 27. *ac cæteri apud ipſos.*

Quartò, cum inter partes (ut in hac facti ſpe- 193
cie) actum fuit de diligentiis, & excuſſione contrà nomen ceſſum faciendis, ut *ex Ruin. conſ.* 45. *lib.* 5. *Surd. d. conſ.* 145. *ſub n.* 20. *verſ. Quinto loco lib.* 1. concludit *Poſt. d. dec.* 59. *n.* 79. *& ſeq.* ac de hoc latiùs *infrà n.*

Quintò, quando agitur de ceſſione, quæ ſit 194
facta non ceſſionario adhuc non creditori pro majori illius cautela, & ſecuritate, & ad augmentum priorum obligationum, & cum clauſulis præſervativis; ſed ceſſionario jam verè creditori, & uti tali; per diſtinctionem latam à *Poſt. d. dec.* 59. *num.* 87.

Sextò demùm, cum ceſſio facta eſt ad commo- 195
dum cedentis, quia tunc actor ceſſionarius non



eſt admittendus contrà cedentem, niſi prius diſcuſſo eo, contra quem ceſſionem, & mandatum ſimplex habuit; quia non poteſt agere, niſi in eo, quod minus conſequi potuerit, *d. l. ſi mandavero la* 2. §. *interdum ff. mandat. Hodiern. de contr.* 27. *n.* 26. *Poſt. d. dec.* 59. *n.* 93.

Bene verum, plures ſunt caſus, in quibus ceſſionarius ad aliquas diligentias, & excuſſionem nullatenus arctatur: Quorum

196 Primus eſt, quando ceſſionarius ceſſionis tempore non habebat aliquod præſens creditum tunc maturatum, vel in futurum maturandum, nec habiturus erat, niſi ſolviſſet, ſicque quando agitur de ceſſione pro credito, quod non extabat, & incerto etiam in futurum, & ſumus in caſu, in quo nec ceſſionario à cedente facta fuit conſignatio, & traditio cedulæ, vel inſtrumenti cre-
197 diti ceſſi, quo caſu ſimplex ſola ceſſio habet potius naturam pignoris, ac ſpecialis hypothecæ, *Altograd. d. conſ.* 37. *n.* 17. *& ſeqq. & n.* 31. *& ſeq. Poſt. d. dec.* 59. *nu.* 52. *&* 53. *Rota dec.* 303. *ſub n.* 14. *p.* 1. *rec. & cor. Pegna dec.* 1541. *ſub n.* 3. *tom.* 2.

198 Quinam autem ſit actus ceſſionem inducens, & quinam pignus ſolum transferens, aut meram hypothecam conſtituens, latè ad hunc effectum excuſſionis, docent *Morott. reſponſ.* 66. *Altograd. jun. d. conſ.* 37. *à n.* 18. *& ſeqq. lib.* 1. *Poſt. d. dec.* 59. *ex n.* 104. *& ſeqq.*

199 Secundus caſus eſt, quando ceſſio apparet facta, & recepta ad magis cautum reddendum ipſum ceſſionarium, & citrà novationem, præjudicium, vel derogationem, & ad augmentum, & cum reſervatione priorum jurium quorumcumque & ſonat in acceſſionem, & continet clauſulas præſervativas; quia tunc non impeditur ceſſionarius recta via experiri primæva jura, & actionem contrà cedentem, juxtà *Pariſ. conſ.* 102. *num.* 2. *lib.* 3. *Gratian. diſcept.* 290. *num.* 25. *& ſeqq. Epiſc. Rocca diſput. jur. d. cap.* 142. *n.* 10. *tom.* 2. *Poſt. d. dec.* 59. *à n.* 72. *& ſeqq. plenè, ac n.* 89. *& ſeq.* ubi quòd ceſſionarius videtur habere electionem agendi, tàm ex prioribus juribus, quàm ex ipſa ceſſione, *& n.* 91.

200 Contrarium tamen, quoad priorum jurium reſervationem in terminis delegationis, firmare non dubitarunt *Ruin. d. conſ.* 45. *ſub nu.* 4. *&* 5. *lib.* 5. quem relatum ſequitur *Cyriac. contr.* 214. *nu.* 38. » ibi: Et in terminis noſtris, quando eſt facta delegatio, ita quòd priùs debitor non liberetur, niſi ſequuta ſolutione, quòd creditor non ſolùm poſſit, ſed imò priùs teneatur agere contrà delegatum, quàm contra delegantem, ſcribit &c. *lib.* 2. *Mel. d. obſerv.* 3. *nu.* 9. ibi: Quartò, & demùm, quia, ubi reſervationes prædictæ adhuc cum virtute ſuum operandi effectum ſtarent, non poſſent fideicommiſſarii agere contra noſtrum principalem, qui delegavit, niſi priùs judicialiter pulſato, ac firmiter excuſſo debitore delegato. *Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 33. *gloſ.* 18. *ſub n.* 3. & ſupponit *Rota poſt contr. d. dec.* 62. *numero* 13.

201 Tertius caſus eſt, quando ceſſio facta eſt ad ſolum commodum ceſſionarii, ſaltem principaliter; nam, quæ in favorem alicujus inducuntur, habent tacitam conditionem, ſi ei placuerit, plenè *Poſt. d. dec.* 59. *à n.* 91. *ad* 103.

202 Quando verò ceſſio dicatur facta ad commodum ceſſionarii, vel cedentis, vel utriuſque gratia; latè *Manſ. conſult.* 1. *lib.* 1. *& conſult.* 318. *per tot. lib.* 4. *Poſt. d. dec.* 59. *ubi proximè.*

Quartus eſt, quando inſtrumentum continet 203
obligationem cameralem, in puncto *Andreol. d. contr.* 115. *nu.* 13. *Gratian. d. diſcept.* 527. *num.* 37. *& ibi Carol. Ant. de Luca ſub nu.* 12. *verſ. quid verò tom.* 3. *Poſt. d. dec.* 59. *n.* 12. *ubi concord. & n.* 121.

Quintus, quando ceſſionario præſtitum fuit 204
impedimentum, *Ruin. d. conſ.* 44. *nu.* 6. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 42. *num.* 8. *in fin. lib.* 4. *Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc.* 32. *à nu.* 4. *Poſt. d. dec.* 59. *num.* 113. *Rota dec.* 209. *ſub numero* 6. *p.* 6. *rec.*

Eoque fortiùs, ubi impedimentum revocari, & 205
removeri non poteſt, vel ſi cedens ipſe impedimento cauſam dedit, quia tunc nec etiam tenetur ceſſionarius diligentiam adhibere ſuper revocatione impedimenti, vel aliàs contra cedentem proteſtari pro illo removendo; Cæteris omiſſis fuſè *Poſt. d. dec.* 59. *ex nu.* 114. 120. *Rota cor. Pegna dec.* 37. *num.* 11. *tom.* 1. & facit *Merlin. de pign. d. q.* 69. *ſub numero* 47. *verſ. Decimus quartus.*

Si verò impedimentum à cedente datum non 206
ſit, & diligentiis adhibitis tolli poſſit, tunc non excuſatur ceſſionarius, niſi illius revocationem curet, vel illud intimet cedenti, quatenus tollere, vel removere faciat, ut *ſuperiùs num.* 8. *& ſeqq.* dictum eſt de inhibitionibus, & in terminis ſe-
queſtri tradit *Poſt. d. deciſ.* 59. *n.* 118. dummodò 207
ipſe ceſſionarius in tempore opportuno de impedimento notitiam habeat, ut *ibid. n.* 119.

Sextus caſus eſt, quando liquidò apparet, di- 208
ligentias non eſſe profuturas; quia tunc ceſſionarius, etiamſi adverſus nomen ceſſum non fecerit diligentias, habet nihilo minus regreſſum contrà cedentem *ad l. fin.* §. *ſed quid nocet, ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſerv. l. ſi altiùs,* §. *eſt & alia, ff. quod vi aut clam, l. totum ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. l. ſi vehenda* §. *ſi ea conditione, ff. ad leg. Rhod. de jact. l. ſi plures,* §. *ſicut autem, ff. depoſit. l. in Aſia,* §. *fin. ff. eod. Epiſc. Rocca diſput. jur. d. cap.* 129. *à num.* 15. *& d. cap.* 151. *à num.* 7. *& ſeqq.* utrobique *allatos tex.* pulcherrimè, ac ſemper vidend. exornando, *tom.* 2. *Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc.* 32. *nu.* 4. *& ſeqq. ubi benè, & plures ac per tot. Olea de ceſſ. jur. tit.* 7. *d. q.* 3. *num.* 40. *Amat. dec. Ferrar.* 7. *num.* 10.
*Poſt. d. dec.* 59. *num.* 67. Imò, quando dubium 209
eſt, an diligentiæ ſint profuturæ, *Becc. d. conſ.* 105. *ſub num.* 10. *lib.* 1. *Cravett. conſ.* 83. *num.* 5. *Epiſc. Rocca d. cap.* 129. *nu.* 17. *Poſt. d. dec.* 59. *num.* 68.

Septimus, quando cedens ſtipulatus eſt ſe ſo- 210
luturum, ſi debitor ceſſus non ſolverit, quia tunc, cum dicta conditio non reſpiciat actionem, potentiam, & facultatem ſolvendi, ſed potius purum actum non factæ ſolutionis, commiſſa dicitur ſtipulatio contrà cedentem per ſolam moram debitoris ceſſi in ſolvendo, neque ſunt faciendæ ulteriores diligentiæ contrà ſolvere debentem, per *tex. ſingularem in l. fidejuſſor obligari,* §. *fin. ubi præ cæteris Bart. Alberic. Angel. & Imol. ff. de fidejuſſ. Jaſon. in l. decem ſtipulatus, nu.* 12. *verſ. circà iſtud, ff. de verb. oblig. cum aliis* in individuo, *Andreol. d. contr.* 115. *n.* 12. *& contr.* 275. *n.* 7. *meliùs Epiſc. Rocca d. cap.* 142. *per tot. tom.* 2. *Manſ. d. conſult.* 626. *n.* 4. *lib.* 7. *Caſtald. conſult.* 35. *n.* 4. *&* 5. & in terminis fidejuſſoris *Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *d. Rubr.* 14. *n.* 24. *ubi dat alios tom.* 1.

Illud quidem hoc caſu veriſſimum eſt, quod 211
cedens gravari non poteſt, niſi debitor ceſſus interpella-

terpellatus fuerit ad ſolvendum, & non ſolverit,
ut eruitur *ab eod. Epiſc. Rocca d. cap.* 141. *ſub
num.* 1. *& num.* 3. ubi præter moram debitoris,
requirit ceſſionarii petitionem *tom.* 2. & apertiſſi-
mè monet *Pigant. d. Rubr.* 14. *ſub eo n.* 24. *verſ.*
212 *Illud quidem, & verſ. denique*, ubi, quod etiam
requiritur, ut mora debitoris fuerit creditori inti-
mata.

213 Quo caſu, licet, defuncto debitore, excuſſio
regulariter debeat fieri contrà ejus hæredes, vel
hæreditatem jacentem, *Alex. conſ.* 51. *num.* 6.
*& conſ.* 100. *num.* 4. *lib.* 5. *Pariſ. conſ.* 50. *num.*
41. *lib.* 1. *quos ſequitur Mantic. de tacit. li.* 16. *tit.*
214 17. *antè nu.* 14. *tom.* 2. quia tamen conditio ne-
gativa, ſi debitor non ſolverit, cum primum de-
bitor defunctus eſt, impletur, ſtipulatio commiſ-
ſa intelligitur; quia verum eſt dicere debitorem
non ſolviſſe, & ideò hæredis excuſſio non eſt ne-
ceſſaria, ita *Mantic. ubi proximè num.* 14. & in
hunc ſenſum intelligendus eſt *Calvin. de æquit.
cap.* 114. *n.* 40. *& cap.* 274. *num.* 76. qui *Mantic.*
inhæret.

215 Si verò dictum ſit, ſi debitor ſolvere non po-
terit, tunc abſolutè comprehenduntur hæredes:
216 ſed ſi dictum ſit, ſi debitor non ſolverit, & de-
bitor fuerit interpellatus, & non ſolvit, dicitur
non ſolviſſe; ſed ſi non fuit interpellatus, neceſ-
ſe eſt ejus hæredes interpellari, ſic proſequitur
*Mantic. de tacit. lib.* 16. *d. tit.* 17. *nu.* 15. 16. *&*
17. ubi etiam, quod diverſum eſt, ſi quis pro-
miſit ſolvere quantum minùs creditor à debitore
217 conſequi poterit; quia tunc debitoris excuſſio eſt
neceſſaria; nam impotentia ſolum inſpicitur: ne-
que poteſt intelligi, quantum debitor poſſit ſol-
vere, niſi priùs conveniatur, & excutiatur,
*tom.* 2.

218 Sanè alterius debitum in ſe ſuſcipiens, ſeu con-
ſtituens ſe pro alio ſoluturum, beneficio gaudet
excuſſionis, *Jaſon. in §. in perſonam, & de con-
ſtituta, inſtit. de act. Hering. de fidejuſſ.* §. 27.
*p.* 1. *num.* 126. ubi *alios* congerit, quem ſequi-
tur *Ciarlin. contr.* 98. *num.* 3. *lib.* 1. *Gabr. tit. de*
219 *fidejuſſ. concl.* 1. *num.* 29. *&* 30. *ac num.* 101. ubi
limitat, quando quis promittit ſe ſoluturum, ut
creditor relaxet pignora capta debitori jam exe-
cutato.

220 Octavus caſus eſt, quando in ipſo actu ceſſio-
nis fit à cedente obligatio, & promiſſio non ſo-
lùm manutenendi nomen ceſſum bonum, verum,
& exigibile, ſed ultrà etiam tanquam fidejuſſor
ipſe cedens pro debitore, & tamquam principa-
lis, principaliter, & in ſolidum cum ipſo ſe ob-
ligat pro ſolutione nominis ceſſi; nam hoc caſu
ceſſionàrius evitat neceſſitatem excuſſionis, &
præcedentium diligentiarum, & ab illis prorſus
eſt exemptus per cautelam priùs inventam *à Fe-
lician. de cenſ. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *ſub num.* 14.
*verſ. Verum*, & poſteà in praxi communiter re-
ceptam *à Cenc. de cenſ. eod. tract. q.* 72. *ſub num.*
23. *verſ. Cæterùm in iis etiam caſibus, &, eis re-
latis, Urceol. in d.* 2. *append. ad d. conſult.* 2. *num.*
2. *Manſ. d. conſult.* 625. *ſub num.* 5. *& d. conſult.*
626. *num.* 4. *ubi bene lib.* 7. *Prat. d. diſcept.* 21.
*num.* 79. *Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 3. *d. Rubr.* 35.
*nu.* 23. *tom.* 1. *Sabel. d. verbo ceſſio ſub num.* 32.
*verſ. Et hodiè tom.* 1. *Panimol. d. dec.* 18. *ead.
Adnot.* 1. *n.* 19. *tom.* 1.

221 Dixi, quando in ipſo actu ceſſionis fit à ce-
dente obligatio; quia requiritur, quod obligatio
fiat in eodem ceſſionis inſtrumento; ſecus, ſi in
diverſo inſtrumento; quia tunc neceſſaria eſſet
excuſſio, ut *præ cæteris* obſervat, *pluribus rela-
tis, Sabel. d. verbo excuſſio, num.* 11. *tom.* 2.

Et licet hanc cautelam non eximere ceſſiona- 222
rium omninò à diligentiis neceſſariis pro exactio-
ne nominis ceſſi dixerit *Rota poſt Oleam de ceſſ.
jur. dec.* 15. *nu.* 10. *repetita in rec. d. dec.* 44. *nu.*
12. *p.* 11. cujus meminit *Panimol. d. dec.* 18. *ſub
num.* 30.

Ejus tamen aſſertionem non eſſe veram, quia 223
ad evitandam excuſſionem, hujuſmodi cautela
fuit inventa, ac in praxi recepta, & ſervata, ani-
madvertit ſuper *ea deciſ.* inſiſtens *Carol. Ant. de
Luca ad Gratian. d. cap.* 527. *ſub num.* 9. *verſ. In
caſu fortiori, ubi pulchrè tom.* 3. & certè *dicta de-
ciſ.* eſt contrà communem *DD. de quibus mox ſu-
prà n.* 220. ſententiam.

Sed, ſi ſimus in ceſſione cenſus, vel alterius 224
annui redditus, vel in caſu ſolutionis diſtributive
in pluribus vicibus, ſeù ratis faciendæ, & ceſſio-
narius fuerit per plures annos, vel vices negli-
gens in cenſibus, & redditibus, vel ratis exigen-
dis, unde poſtea ad inopiam redigatur debitor
ceſſus, & reddatur non ſolvendo, certè ceſſio-
narius, ſupra poſita cautela non obſtante, agere
non poterit contrà cedentem pro annuis cenſibus,
vel redditibus, vel ratis decurſis, & jam matu-
ratis annorum, & terminorum præteritorum, niſi
doceat ſe feciſſe diligentias, & quidem continua-
tas temporibus debitis, in illis exigendis, ex
traditis *ab Urceol. d. conſult.* 2. *à num.* 23. *& ſeqq.
Manſ. d. conſult.* 626. *nu.* 6. *& ſub nu.* 8. *lib.* 7.
*Carol. Ant. de Luca ad Gratian. d. cap.* 527. *ſub
numero* 12. *verſ. concludendum itaque exiſtimo
tom.* 3.

Et facit, ultra *inferiùs* tradita *in cap. ſeq.* de 225
negligentia ceſſionarii in nomine ceſſo exigendo,
quod dicitur de ceſſatione actionis adverſus fide-
juſſorem, quoties creditor diù neglexit agere, ac
ſuum creditum recuperare à principali debitore
idoneo, qui poſteà mutavit ſtatum, & effectus
fuit non ſolvendo, ad *text. in l. fidejuſſores in
id. ff. de fidejuſſ. Cyriac. contr.* 103. *num.* 28. *lib.*
1. *cum plurib. Rovit. dec.* 43. *num.* 11. *Card. de
Luca tit. de credit. diſc.* 94. *num.* 6. *lib.* 8. *tit. de
hæred. diſc.* 33. *ſub nu.* 13. *verſ. ſecus in fin. lib.*
9. *& tit. de fideic. diſc.* 161. *num.* 4. *lib.* 10. *Rota
cor. Roxas dec.* 168. *num.* 15. *& dec.* 212. *ac ali-
bi.* Quam traditionem benè pluribus modis decla- 226
rant, & limitant *Merlin. de pign. lib.* 5. *q.* 57. *per
tot. Sabel. verbo obligatio ſub num.* 34. *tom.* 3. ad
quos me remitto.

Nonus eſt caſus, quando intentatur actio pro 227
evictione: quia tunc non eſt agendum de dili-
gentiis per originalem *Rot. deciſ. cor. Merlin.* 639.
*nu.* 7. *verſ. Quia dum, alias apud Poſt. de ſubhaſt.
in Addit. dec.* 124. *num.* 8. quam relatam ſecuti
ſunt *Epiſc. Rocca d. cap.* 129. *nu.* 30. *tom.* 2. *Ur-
ceol. d. conſult.* 2. *num.* 38. *&, eo adducto, Manſ.
d. conſult.* 626. *ſub num.* 8. *verſ. Imò quod magis
eſt, & per tot. lib.* 7. *Sabel. d. verbo ceſſio, ſub n.*
33. *tom.* 1. Quidquid in contrarium ſentiant *Rota* 228
*conſult.* 7. *n.* 51. *& ſeq. Staiban. jun. d. reſol.* 67. *n.*
21. *& d. reſol.* 96. *n.* 27. *tom.* 1. *Mangil. de evict.
d. q.* 78. *in princ.*

Decimus eſt, quando ceſſionarius acceptavit 229
nomen ſub illa conditione: *ſe mi pagherà*, & ipſe
ad aliquid ſe non obligavit, nec aliquid promi-
ſit, niſi exactum, ſi quod haberet in manibus re-
ſtituere, quia tunc ad aliquas diligentias non te-
netur ceſſionarius, *Carleval. de jud. lib.* 3. *tit.* 3.
*diſput.* 26. *per tot. cum aliis Sabel. d. verbo ceſſio
ſub n.* 39. *verſ. Quod nomen. Poſt. d. dec.* 59. *n.* 103.
*Rota dec.* 231. *p.* 17. *rec.*

Undeci-



230 Undecimus, quando debitor conſignat cedu-
lam mandati (quæ tamen debitoris obligationem
non contineat, ſeu non ſit ſcriptura, vel inſtru-
mentum nominis debitoris) ſuo creditori *in riſ-
guardo del ſuo credito*, tunc dictum nomen di-
citur pignori traditum creditori, & conſequen-
ter ceſſat excuſſio; ſic præ ſe ferentibus illis ver-
bis *in riſguardo*, dum idem ſignificant, ac pro
cautione, & ſecuritate, quæ pignus important,
*l. quamvis, & ibi DD. & l. ſi convenerit in* 2. *ff. de
pign. act. Merot. d. reſponſ.* 66. *n.* 2. *Altograd. d.
conſ.* 37. *n.* 18. *lib.* 1.

231 Sed, quando debitor non ſolum nomen ſui de-
bitoris obligat, ſed ulterius creditori tradit ipſum-
met inſtrumentum, ſeu cedulam nominis cum fa-
cultate illud exigendi; ex quo contrà dictum no-
men de credito apparet; tunc indubitatum eſt
non ſimplex pignus eſſe de jure conſtitutum, ſed
ulterius ceſſionem ejuſdem nominis à debitore
creditori factam fuiſſe, quæ probatur ex inſtru-
menti traditione, *text.* eſt apertus *in l.* 1. *C. de
donat. & ibi Bald. nec non text. in l. Mævia ff. ſo-
lut. matrim. ubi etiam Bald. in princ. ibi*: Et ad-
„ do, quod eo ipſo, quod traditur inſtrumen-
„ tum, videtur facta ceſſio in præſentem, vel
„ in habentem cauſam, clarè *Aymon. conſ.* 655.
*n.* 3. *& egregiè Ruin. d. conſ.* 44. *n.* 5. *lib.* 1. ac
proſequitur *Altograd. d. conſ.* 37. *n.* 41. *juncto n.*
24. *lib.* 1. Et conſequenter intrant ea, quæ dicta
232 ſunt de diligentiis etiam per ſimplicem ceſſiona-
rium adhibendis, *l.* 1. *in fin. C. de novat. Alba
conſ.* 338. *n.* 5. *&* 6. *Altograd. d. conſ.* 37. *n.* 26. *&
ſub n.* 33. *lib.* 1.

233 Duodecimus caſus eſt, quando ceſſionarius in
actu ceſſionis nomen debitoris in ſolutum accepiſ-
ſet cum pacto, & conventione, quod onus pul-
ſandi, & cogendi debitorem ceſſum ſpectet, &
pertinere debeat ad ipſummet cedentem, non ve-
rô ad ipſum ceſſionarium, qui ſolum teneri vo-
luit exigere creditum ceſſum, ſi debitor ſpon-
tè, & abſque compulſione ei ſolviſſet; quia iſtud
pactum eſt juſtum, & à juſto, & à juſtitiæ trami-
te non devians, ut ſingulariter docet *Urceol. ad
d. conſult.* 2. *in d.* 2. *Append. nu.* 13. *& ſeq.* ubi
dicit ſibi ipſi hunc caſum accidiſſe, & ita rela-
xaſſe executionem petitam contra cedentem, non
obſtante oppoſitione facta, quod ceſſionarius nul-
las penitùs diligentias feciſſet.

234 Decimus tertius eſt, quando ceſſionario facta
non fuit à cedente conſignatio, & traditio cedu-
læ, vel inſtrumenti crediti ceſſi, ut latè tuetur
*Poſt. d. dec.* 59. *à n.* 53. *& ſeqq.*

235 Nam eo caſu nulla mora, ſeu negligentia in
exigendo, ſeù agendo contra debitorem imputa-
ri poteſt ceſſionario; quia in ejus facultate non
eſt diligentias adhibere, dum caret juſtificatione
crediti ceſſi; cum ad effectum agendi contrà no-
men ceſſum neceſſe ſit, nedum, ut ceſſionarius
doceat de jure ſuo, & ſuam perſonam legitimet,
236 ſcilicet juſtificando ſe eſſe ceſſionarium per exhi-
bitionem inſtrumenti ceſſionis, *Bald. in l. qui ſti-
pendia num.* 6. *C. de procurat. cum Aliis. Cenc.
de cenſ. d. q.* 72. *ſub num.* 23. *Poſt. d. dec.* 59. *à
num.* 54. 56. *Rota poſt eund. Cenc. dec.* 255. *n.* 5.
*ac in rec. dec.* 363. *n.* 2. *p.* 17. cum aliis apud
D. Balduc. *in obſ. ad Ramon.* 26. *à nu.* 69. *ad* 80.
*tom.* 1.

237 Quæ inſtrumenti exhibitio, ſi ceſſionarius agit
nomine cedentis, & tanquàm illius procurator,
fieri debet antè litis conteſtationem, *Surd. conſ.*
269. *n.* 25. *lib* 2. *Bertazol. clauſ.* 29. *gloſ.* 4. *n.* 31.
*& ſeq. Cenc. de cenſ. ubi ſuprà.*

Si verò agit nomine proprio, tanquàm ceſſio- 238
narius, ſufficit, quod doceat de ceſſione poſt litis
conteſtationem, *Surd. d. conſ.* 22. *n.* 29. *lib.* 1. *Ber-
tazol. d. gloſ.* 4. *n.* 31. *& ſeqq. Aliis relatis, Cenc.
de cenſ. d. q.* 72. *ſub eo nu.* 23. *Rota cor. Bichio
dec.* 514. *n.* 5. *&* 6. *tom.* 2.

Sed etiam requiritur, quod juſtificet exiſten- 239
tiam crediti cedentis per realem inſtrumenti pro-
ductionem, adeo ut non ſufficiat illud exhibere,
*d. l. ſi nomen, ubi notant ſcribentes, ff. de hæred.
vel act. vend. D. meus Bonden. colluct. legal.* 4.
*numero* 53. *colluct.* 9. *numer.* 90. *vol.* 1. *& colluct.*
30. *numero* 75. *ubi Plures vol.* 2. *Poſt. d. dec.* 59.
*numer.* 57. *Gratian. dec.* 111. *numero* 11. *in Ad-
dit. Rota poſt Cenc. d. dec.* 255. *numero* 5. *cor.
Gregor. dec.* 579. *numero* 14. *cor. Carill. dec.* 264.
*numero* 1. *cor. Bichio dec.* 131. *n.* 26. *& dec.* 204.
*num.* 18. *to.* 1. *ac in rec. dec.* 85. *n.* 10. *dec.* 387.
*numero* 11. *p.* 15. *dec.* 87. *num.* 2. *p.* 16. *dec.* 84.
*numero* 29. *p.* 18. *tom.* 1. *& deciſ.* 510. *numero* 4.
*ead. p.* 18. *tom.* 2. *D. Balduc. in obſ. ad Ramon.
ubi ſuprà.*

Verùm ad effectum, ut ceſſionarius exemptus 240
ſit à diligentiis adhibendis contrà debitorem ceſ-
ſum ratione carentiæ inſtrumenti, ſeù ſcripturæ
crediti ceſſi, juxtà doctrinam *Poſt. loco relato* exi-
gitur, quod idem ceſſionarius requirat, & inter-
pellet cedentem, ut ſibi conſignet, & tradat in-
ſtrumenta, vel ſcripturas concernentes juſtifica-
tionem crediti ceſſi; aliàs quidquam cedenti im-
putari non valet, ut habetur *à Cyriac. d. contr.*
375. *numer.* 14. *&* 15. *lib.* 3. *Becc. d. conſ.* 105.
*ſub numero* 24. *lib.* 1. *Urceol. d. conſult.* 2. *numer.*
7. *ubi Plurimos congerit, Cenc. de cenſ. d. q.* 72.
*ſub eo numero* 23. *verſ. Ideò bonum erit, &
Aliis.*

Quo caſu, licet Multi multa dicant, receptius 241
tamen eſt, quod, ſi creditum ceſſum juſtifican-
dum eſt per publicum inſtrumentum receptum à
publico Notario, undè non ſit difficile illud ha-
bere in forma probanti, tunc cedens nec etiam
tenetur inſtrumentum tradere ceſſionario, ſed ſa-
tis eſt, ut illud indicet cum expreſſione diei, &
nominis Notarii, *D. meus Bonden. d. colluct.* 4.
*numero* 4. *vol.* 1. *Cenc. de cenſ. d. q.* 72. *ſub eo
num.* 23. *Nicol. in lucubr. utriuſque jur. in civil.
lib.* 3. *tit.* 4. *q.* 118. *ſub num.* 116. *tom.* 1. *Sabel.
d. verbo ceſſio, n.* 35. *Rota cor. Seraph. dec.* 1477.
*n.* 8. *tom.* 2.

Quando verò creditum ceſſum juſtificari de- 242
bet ex aliqua ſcriptura exiſtente penès ipſum ce-
dentem, vel alibi, undè non ſit facile illam ha-
bere in forma probanti, & tunc cedens eam ſi-
militer tradere non tenetur ceſſionario, ſed ſuf-
ficit, quod eam in manibus Judicis, vel penès
Notarium cauſæ exhibeat ad effectum, ut ceſſio-
narius illam videre, & copiam habere valeat;
juxtà veriorem opinionem, quam firmavit *Rota
cor. Pegna dec.* 545. §. *iterum autem, verſ. ordi-
natum tamen in Venet. impreſſ. & dec.* 683. *in im-
preſſ. Lugdun. tom.* 1. *& cor. Seraph. d. dec.* 1477.
*ſub eo numero* 8. *verſ. Ultrà quod tom.* 2. ac do-
cet *D. meus Bonden. d. colluct.* 4. *numero* 5.
*vol.* 1.

An autem ceſſionarius repetere valeat à ceden- 243
te expenſas factas in exactione nominis ceſſi, vel
in lite, in qua ſuccubuit, quia nomen non erat
verum, vel non idoneum, diſtinguunt *Olea de
ceſſ. jur. tit.* 7. *q.* 4. *per tot. Sabel. d. verbo ceſſio
numero* 59. *tom.* 1. Sed, quod ceſſionarius pati 244
debeat incommoda in exigendo nomen ceſſum,
etiamſi illa præ ſe ferant cauſam diminutionis pre-

tii,

tii, tenet indiſtinctè *Rota poſt diſcept. Contr. d.
dec.* 105. *n.* 6.

Alii caſus, in quibus ceſſionarius excuſſionem
facere compelli non poteſt, dantur *inferiùs n.* 342.
354. 356. 359. & aliis, apud *præcitatos D. D.* vi-
dend. omiſſis.

245 Decimus quartus poſtremò caſus eſt, quando
agitatur cauſa in magnis Tribunalibus, vel apud
Judices, coram quibus proceditur *de bono, &
æquo, ac ſola facti veritate inſpecta*; quia tunc
non requiritur excuſſio, ut in ſpecie tenent *Stai-
ban. jun. d. reſol.* 96. *nu.* 20. *& ſeq. tom.* 1. *Mel.
d. obſerv.* 86. *nu.* 7. *& Alii per Anſald. de com-
merc. & mercat. d. diſc.* 32. *nu.* 24. ac generaliter
habetur *ex congeſtis per D. meum Comitem Bon-
den. collect. legal.* 49. *num.* 103. *vol.* 1. *Calvin. de
æquit. d. cap.* 114. *à num.* 1. *ad* 12. *& d. cap.* 185.
*à n.* 24. *& ſeqq. lib.* 2. *Sabel. d. verbo ceſſio, n.* 5.
*tom.* 2.

246 Contrarium autem de æquitate verius eſt, ex-
ceptionem ſcilicet excuſſionis poſſe etiam oppo-
ni in judicio ſummario, in quo proceditur, *ſo-
la facti veritate inſpecta, & de plano, ſine ſtrepi-
tu, & figura judicii*; cum verior ſit opinio, quod
exceptio hæc magis procedit ex æquitate, quàm
de rigore juris, *ex tex. in l. Moſchis, ff. de jure
fiſci, Bald. in l. ult. §. ſed & ſi quis n.* 5. *ff. com.
de leg. Capon. diſcept.* 122. *n.* 23. *tom.* 2. *Aliiſque,
quos ſequitur D. meus Bonden. d. collect.* 49. *num.*
106. *vol.* 1. *Calvin. de æquit. d. cap.* 114. *ex nu.*
14. *& d. cap.* 185. *ex n.* 28. *utrobique plenè per
tot. lib.* 2.

247 Solet tamen diſtingui, quando exceptio ex-
cuſſionis propoſita fuit per fidejuſſorem, & quan-
do per tertium poſſeſſorem; ut in primo caſu
exceptio dicatur de apicibus juris, & imputan-
dum ſit fidejuſſori, cur ſe obligaverit ex facto
proprio pro alio, cum optimè ſciret ſe teneri
versùs creditorem, & ideò hoc caſu, denegan-
da excuſſionis exceptio, ne fidem, quam credi-
tori præſtitit, fallere dicatur, quod non con-
venit: Secundo verò caſu exceptio dicitur in
ſola æquitate fundata, nec eſt, quod imputari
poſſit tertio hypothecario convento, qui nullo
jure eſt obligatus, & jus ſuum tuetur, ac proin-
dè non eſt ei denegandum hoc beneficium, de
quo propriè loquitur *allata l. Moſchis*, ut egre-
giè *per D. meum Bonden. d. collect.* 49. *à num.*
97. *vol.* 1. *Merlin. de pign. d. q.* 69. *numero* 37.
*&* 42. *ac ſub numero* 45. *verſ. Doctores, Calvin.
de æquit. d. cap.* 114. *à numero* 24. *ad* 31. ubi,
quod ſibi magis placet dicta diſtinctio, *lib.* 2. *Sa-
bel. d. verbo excuſſio numero* 4. *tom.* 2. & ſentit
*D. meus Magnonus ubi ſuprà num.* 110. *&* 111.
*ac Idem Sabel. reſol.* 91. *à numero* 3. *& ſeqq. la-
tè.*

248 Sed, licet verum ſit, quod exceptio hæc for-
tiùs opponi poteſt a tertio poſſeſſore, cum reſ-
pectu illius longè majorem contineat æquitatem,
ut bene *inter proximè Relatos* inſert *D. meus Bon-
den. d. collect.* 49. *numero* 96. 98. *&* 99. *vol.* 1.
*Calvin. de æquit. lib.* 2. *d. cap.* 185. *numero* 40.
*&* 41.

249 Nihilo minùs æquum eſt etiam eadem exceptio-
ne tueri fidejuſſorem, qui alienam ſuſcepit obli-
gationem, cum maximè non agatur de præjudi-
cio creditoris, & æquitas magis ſuggerat, ut
debitor principalis, qui commodum percepit,
priùs conveniatur, ſi ſit ſolvendo, quàm fide-
juſſor, ſic *Mantic. de tacit. lib.* 16. *tit.* 16. *ſub
numero* 4. *verſ. ſed etſi æquius. & numero* 7. *tom.*
2. *Calvin. de æquit. d. cap.* 185. *ex numero* 21. *&
ſeqq. per tot.* & ità obſervari per Senatum Tauri-
nenſem teſtatur *Oſaſc. dec.* 2. *in fin. Theſaur. dec.*
52. *ſub numero* 6. *verſ. verum*, ubi, quod idem
pluries ſtatuit *Senatus* ſavore etiam fidejuſſoris,
nullam admittendo differentiam inter fidejuſſorem,
& tertium poſſeſſorem, quod advertit *& ipſe Cal-
vin. d. cap.* 114. *n.* 28. *&* 29.

Ita tamen, quod hoc caſu excuſſio etiam in eo- 250
dem judicio fieri poteſt agendo contrà fidejuſſo-
res, ſeu tertios poſſeſſores, & principales ſi-
mul, eoſque condemnare faciendo, priùs execu-
tionem decernendo in bonis principalis, & in
ſubſidium in bonis fidejuſſorum, ac poſſeſſorum,
ſecundùm *Mel. d. obſerv.* 86. *eod. numero* 7. ubi
propriè loquitur in terminis ceſſionis, *Sabel. d.
verbo excuſſio ſub numero* 5. *verſ. Et quod quan-
dò in fin. tom.* 2. *Salgad. labyr. credit. p.* 1. *d.
cap.* 23. *nu.* 51. 57. 58. *Romaguer. ad Conciol. ad
Stat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 31. *numero* 31. *ubi pul-
chrè.*

Siquidem, excuſſionis exceptio dupliciter con- 251
ſideratur, videlicet reſpectu ordinis judicii, &
quoad jus, & intereſſe partis: Primo modo con-
ſiderata dicitur de apicibus, & continere ſubtili-
tatem quandam juris, & ideò ea non obſtante,
in judicio ſummario, & quando proceditur, *ſo-
la veritate facti inſpecta*, poterit ſimul agi con-
trà fidejuſſorem, vel tertium poſſeſſorem, & de-
bitorem principalem: ſed conſiderata reſpectu gra-
vis partis præjudicii, & intereſſe, nempè, quod
donec debitor eſt ſolvendo, non moleſtetur fi-
dejuſſor, vel tertius poſſeſſor, non concernit api-
cem juris, ſed æquitatem, ita ut, etiam quod cau-
ſa cognoſcatur, *ſola facti veritate inſpecta*, po-
terit tamen fidejuſſor, vel poſſeſſor ſe tueri iſta
exceptione, & debet admitti; cum non ſit æ-
quum, ut poſſit conveniri, donec debitor eſt ſol-
vendo, imò ſi hoc caſu excludatur exceptio, vi-
detur iniquitas fieri, ut diſtinguendo (*Pluribus
conſultò omiſſis*) *Calvin. de æquit. d. cap.* 114. *nu.*
20. 21. *&* 22. *& d. cap.* 185. *numero* 35. *lib.* 2.
*D. meus Magnonus ſuprà numero* 77. *optimè Bal-
duc. in obſerv. ad Ramon. conſ.* 71. *à numero* 82.
*tom.* 2. *plenè Cavagnol. ad Decret. Montisfer. de-
cr.* 2. *§.* 8. *numero* 10. *cum multis ſeqq. lib.* 1. *Ro-
ta Gen. dec.* 90. *numero* 10. *&* 11. *Theſaur. d.
dec.* 52. *numero* 4. *pulchrè Gratian. d. dec.* 129.
*numero* 10.

At hoc caſu neceſſaria non eſt illa judicialis, 252
formalis, & ſolemnis excuſſio, quam aliàs requi-
ri abundè oſtenſum eſt *ſuperiùs*; ſed bene Judex
poteſt ſe ſummariè, & extrajudicialiter informa-
re, & cognoſcere, an debitor principalis poſſi-
deat, & ſit ſolvendo, & quatenùs repererit ip-
ſum poſſidere, & eſſe ſolvendo, tunc mandare
debet agi priùs contrà principalem, quàm con-
tra fidejuſſorem, & tertium poſſeſſorem: ſi verò
repererit non poſſidere, & eſſe non ſolvendo,
tunc poterit Judex, abſque aliqua declaratione
ſuper diſcuſſione contrà fidejuſſorem, & tertium
poſſeſſorem procedere directè; hoc enim pacto
non tollitur ipſa excuſſionis exceptio, aut defen-
ſio fidejuſſori, & tertio poſſeſſori reſpectu ſui ju-
ris, & intereſſe; ſed tantum mutatur defenſionis
modus, & ordo cognoſcendi ſuper ipſa excuſſio-
ne reſpectu ordinis judicii juxtà alteram diſtin-
ctionem deriſam tamen, & impugnatam *à Cava-
gnol. ad d. §.* 8. *numero* 16. *cum ſeqq.* de qua
*Calvin. de æquit. d. cap.* 114. *numero* 55. *& ſeqq.
& d. cap.* 185. *numero* 34. *Ludovic. dec. Peruſ.*
45. *numero* 9. *ubi pulchrè Theſaur. d. dec.* 52.
*in fin.* ubi, quod dicta diſtinctio non eſt contem-
nenda.



nenda. Et in terminis ceſſionis, quod in *magnis
253 Tribunalibus*, & ubi proceditur, *ſola facti veri-
tate inſpecta*, non attenditur ſubtilitas omiſſionis
diligentiarum, ſed ſola ſubſtantia veriſimilis, aut
inveriſimilis exactionis ſpectatur, monet, *multis
adductis, Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc.*
32. *n.* 24.

254 Ceſſat autem omnis difficultas, quando quis
petit excuſſionem fieri ſuis ſumptibus, & peri-
culo, quia eo caſu, non obſtante, quod proce-
datur *de bono, & æquo, & ſola facti veritate in-
ſpecta*, ex æquitate excuſſio omninò eſt facien-
da, ut peculiariter monet *Capon. d. diſcept.* 122.
*n.* 23. *tom.* 2.

255 Et regulare eſt, quod in omnibus quibuſcum-
que caſibus, in quibus exceptio excuſſionis lo-
cum non habet, ſeu dubitari poteſt, an hujuſ-
modi exceptio ſit admittenda, adhuc excuſſio eſt
facienda, ubi eam petens offert expenſas, &
vult, ut debitor principalis ſuo ſumptu, & pe-
riculo excutiatur, *Ciarlin. d. contr.* 95. *numero*
22. *li.* 1. *D. meus Bonden. d. collect.* 49. *numero*
89. *&* 100. *ubi innumeros. vol.* 1. *& eo laudato,
Romaguer. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *d.
Rubr.* 31. *numero* 34. *Temmen. de lit. expenſ. cap.*
13. *numero* 47. *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.* 2. *d.
Rubr.* 29. *numero* 28. *& ſeq. Caroc. de excuſſ. p.*
2. *q.* 2. *numero* 38. ubi, quod interim excipiens
256 debet abſolvi ab obſervatione judicii, *ex dec. Ge-
nuenſ.* 90.

257 Et hanc regulam ſibi locum vindicare reſpectu
cedentis non eſt ambigendum, cum cedens, &
fidejuſſor in hac materia æquiparentur, ut *apud
Omnes* habetur, & cedens, quoad ceſſionarium
258 dicatur fidejuſſor, *ex Gratian. d. diſcept.* 527. *n.*
35. *Hodiern. d. contr.* 27. *n.* 32. *& per tot. Barz.
d. dec.* 100. *n.* 13.

259 Et ſignanter, licet nihil certius in re iſta ſit,
quam, quòd in Salviano interdicto nequaquam
admittitur exceptio excuſſionis, tàm debitoris,
quàm ejus bonorum, ut ità in praxi ſervari com-
muniter docent *Pacif. de ſalv. interd. inſpect.* 2.
*cap.* 2. *à numero* 40. *& ſeqq. Scapuc. eod. tract.
lib.* 2. *q.* 19. *per tot. & ibi Adden. Merlin. de pign.
lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 30. *numero* 39. *Ludovic. d. dec.
Peruſ.* 45. *numero* 13. *Rota cor. Seraph. deciſ.* 327.
260 *numero* 1. *tom.* 1. *ac alibi ſæpè.* Etiamſi agatur
contrà tertium poſſeſſorem, ut *inter alios* bene
explicant *Conciol. alleg.* 48. *à numero* 5. *& ſeqq.
Pluribus citatis Gab. conſult.* 100. *numero* 12. ubi,
quod nefas eſt de hoc amplius dubitare, *Pacif.
ubi proximè numero* 45. *& ſeq. Gratian. d. deciſ.*
25. *per tot. Thomat. dec.* 103. *numero* 9. & plu-
riès *Rota in deciſ. quas cum multis aliis D. D.* cu-
mulat *D. meus Bonden. d. collect.* 49. *numero* 88.
*vol.* 1. *Zaul. ad Stat. Favent. d. lib.* 3. *ead. Rubr.*
35. *n.* 9. *tom.* 1.

261 Et in terminis creditoris utili Salviano pro cen-
ſus fructibus decurſis, & à principali debitore
non ſolutis agentis contrà tertium poſſidentem bo-
na ejuſdem cenſus debitoris generaliter obligata,
& hypothecata ipſi creditori cenſus, docent *Gra-
tian. diſcept.* 38. *numero* 1. 2. *tom.* 1. *Urceol. con-
ſult.* 22. *nu.* 26. *Rota poſt Pacif. de Salv. dec.* 58.
*numero* 2.

262 » Ultrà quam quod certum eſt, & admittitur
» ferè *ab Omnibus* pro vera illa concluſio, quòd
» pro ſolutione fructuum cenſus conveniri po-
» teſt non ſolùm poſſeſſor fundi cenſui ſuppoſi-
» ti, ſed etiam poſſeſſor aliorum bonorum, quæ
» tempore creationis cenſus poſſidebantur à ven-
» ditore, & generaliter pro annua reſponſionis
» cenſualis ſolutione obligata, & hypothecata
» fuerunt abſque eo quòd fiat excuſſio prædii
» cenſui ſuppoſiti, *Gratian. d. diſcept.* 38. *per
tot. tom.* 1. *Cyriac. contr.* 541. *numero* 15. *lib.* 3.
& recitatis verbis *Urceol. d. conſult.* 22. *numero*
18. ubi etiam, quòd in practica difficile, & du-
rum eſſet contrarium obtinere, & magiſtraliter
*per tot. Boccac. de cenſ. p.* 2. *nu.* 137. *in* 2. *fund.
& p.* 3. *numero* 68. *Cenc. eod. tract. p* 2. *cap.* 2. *q.*
5. *art.* 9. *alias q.* 98. *numero* 34. *& ſeqq. ubi pul-
chrè*, & firmavit *Rota cor. Seraph. dec.* 383. *n.* 9.
*tom.* 1.

Neque hoc caſu obſtat diſpoſitio *text. in l.* 2. *C.* 263
*de pign.* qua cavetur, quòd creditor habens ge-
neralem, & ſpecialem hypothecam ſuper bonis
ſui debitoris non poſſit uti generali, niſi priùs
excutiat ſpecialem, ſeu niſi prius conſtet rem ſi-
bi ſpeciali hypotheca obligatam non ſufficere ad
ſui crediti ſolutionem, *quem textum* exornant, &
declarant *Covar. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 18. *per tot.
Prat. obſerv.* 29. *Andreol. contr.* 256. *p.* 4. *Ur-
ceol. d. conſult.* 22. *à numero* 1. *ad* 17. *& à num.*
28. *& ſeqq. Scapucc. de ſalv. lib.* 2. *q.* 20. *per tot.
Pacif. eod. tract. inſpect.* 3. *cap.* 3. *à numero* 69.
*ad* 77. *Salgad. labyr. credit. p.* 1. *cap.* 16. *ſub nu.*
24. *verſ. ex quo princ. & p.* 2. *cap.* 5. *à numer.* 4.
*& ſeqq. Merlin. de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 22. *per
tot. Aliique, de quibus Zaul. ad Stat. Favent. lib.*
3. *d. Rubr.* 35. *numero* 11. *tom.* 1. *Balducc. in ſuo
Voto deciſ.* 73. *à numero* 167. *poſt Ramon. tom.* 4. 264
reſpectu debitoris principalis, vel tertii jure do-
minii, ſeu aliter poſſidentis bona generaliter hy-
pothecata; quia *dicta diſpoſitio* emanavit ad ſo-
lum favorem, & commodum creditoris poſterio-
ris ad effectum, ut omnibus creditoribus tam an-
terioribus, quàm poſterioribus ſit conſultum, &
creditor poſterior non valeat conveniri, niſi in
ſubſidium, bonis ſcilicet ſpecialiter hypothecatis
ad debiti exactionem non ſufficientibus, ut *præ
cæteris* declarant *Urceol. d. conſult.* 22. *numero*
28. *& ſeq. Cenc. de cenſ. d. art.* 9. *numer.* 37. *Ro-
maguer. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *d. Ru-
br.* 31. *numero* 36. *Carol. Ant. de Luca de linea
legali art.* 115. *num.* 11. *& in obſerv. ad Franch.
dec.* 5. *n.* 4.

Imò, quod in terminis cenſus ejuſdem *l.* 2.
diſpoſitio nullatenus ſibi locum vindicet, quan-
do aliàs in inſtrumento cenſus non adeſt, nec eſt
expreſſa ſpecialis hypotheca, quæ eſt circumſtan- 265
tia, in qua *dictæ legis* fundamentum conſiſtit,
nam fundus cenſitus non poteſt dici, propriè
loquendo, ſpecialiter hypothecatus, ex quo ſo- 266
lùm fuerit impoſitus cenſus ſuper certis finibus de-
ſignata, juxtà formam Bullæ, & poſteà genera-
liter omnia bona ſint obligata; in ſpecie, *Gra-
tian. d. diſcept.* 38. *ſub numero* 12. *verſ. Quia, la-
tiùs Urceol. d. conſult.* 22. *numero* 19. *&* 21. ubi, 267
quòd propterea intrat communis regula, quòd
creditor ex multis bonis ſibi obligatis eligere po-
teſt, in quibus creditum ſuum conſequatur, de
qua *tex. in l. creditoris, ff. de diſtract. Card. de
Luca tit. de credit. diſc.* 126. *per tot. lib* 8. Ve-
rius tamen ipſe cenſeo particularem obligationem
fundi cenſiti, ſpecialem hypothecam, ſim- 268
plicem, & abſolutam continere, per *Covar.
var. reſol. lib.* 3. *cap.* 7. *ſub numero* 5. *verſ ſi con-
tractum, idem Gratian. diſcept.* 683. *per tot. præ-
ſertim numero* 8. *&* 9. *ac diſcept.* 853. *numer.* 86.
*& ſeqq. Merlin. de pign. lib.* 2. *q.* 93. *ſub numer.* 1.
*verſ. prima verò. Cenc. d. cenſ. q.* 23. *numero* 6. *de
quibus Rota cor. Celſo dec.* 398. *numero* 4 *ubi Con-
cord. ac rursùs poſt Zach. de oblig. Camer. dec.*
213.

213. *n.* 1. quam cum *aliis D. D.* refert *idem Ur-
ceol. d. conſult.* 22. *n.* 17. & ipſe neutrum affirmat
*ut ibid. antè n.* 23.
Sed indubitanter, etiam quando proceditur ad-
verſus poſteriorem creditorem ( ultrà alias limita-
tiones penès *allatos DD.* videndas ) *d. l.* 2. ob-
muteſcit diſpoſitio, cum utilis Salviani agitur in-
269 terdicto; juxtà communem, & in praxi magis re-
ceptam opinionem, de qua potiſſimùm teſtatur
» *Conciol. d. alleg.* 48. *numero* 9. ibi : Imò vo-
» luerunt *quamplures DD.* id non ſolùm ſibi lo-
» cum vindicare, quando creditor habens gene-
» raliter hypothecata omnia bona debitoris agit
» remedio utilis Salviani contrà poſſeſſorem bo-
» norum ut ſuprà generaliter hypothecatorum;
» verùm etiam, quando creditor habet pro ſe-
» curitate ſui crediti obligata aliqua bona ſpe-
» cialiter, & alia generaliter; quia illum non
» prohiberi agere dicto remedio utilis Salviani
» contrà bona generaliter hypothecata, abſque
» eo, quod teneatur excutere bona ſpecialiter
» hypothecata, non obſtante diſpoſitione *l.* 2.
*C. de pign. &c.* & ſequuntur in terminis cenſus
*Urceol. d. conſult.* 22. *ſub eo numero* 26. *verſ. &
quamvis*, *Adden. ad Scapuc. de Salv. lib.* 2. *q.*
20. *Thomat. deciſ. March.* 96. *numero* 19. *cum
plurib. ſeqq.* ac firmat *Rota cor. Seraph. d. dec.*
383. *numero* 9. *tom.* 1. *& in rec. dec.* 276. *num.*
5. *p.* 6. Ex quibus *obtinui in cauſa Eccleſiæ Fi-
caroli agentis præcitato remedio utilis Salviani pro
fructuum cenſus, qui decurſi, & non ſoluti fue-
rant, conſecutione adverſus D. Comitem Aven-
tum, uti creditorem poſteriorem poſſidentem bona
principalis debitoris præfatæ Eccleſiæ generaliter
hypothecata, quamvis pro parte dicti D. Comitis
acriter inſtaretur, quòd prius fundus cenſitus ex-
cuteretur; unde ipſe D. Comes Aventus, Judicis
ſententia non expectata, ultrò, fructibus decurſis
dicti cenſus ſolutis, ſuper iis bonis per eum poſſeſ-
ſis ſibi cenſum accollavit, ut ex inſtrumento recep-
to anno* 1695. *per D. Boccafolium Notar. Fer-
rar.*
270 » Prædicta verò temperanda ſunt, quando ex-
» ceptio hæc excuſſionis altiorem non requirit
» indaginem, nec longam probationem, ſed ce-
» leriter, & abſque difficultate in continenti fie-
» ri poteſt liquidatio bonorum debitoris princi-
» palis, ex quo habet tot bona, & ita expedi-
» ta, vel ſit omninò certum, aut parum ſit du-
» bium, an dictus debitor principalis ſit ſolven-
» do, quia ſtatim oculis ipſiuſmet Judicis, aut
» Nuncii apparere poſſit, & ſic ſit talis naturæ,
» ut intrà tempus inſtantiæ cauſæ principalis ex-
» pediri, & unico contextu cauſa decidi poſſit,
» ſive ipſa cauſa ſit executiva, ſive ſummaria,
» merique, ac momentanei poſſeſſorii; hoc ca-
» ſu opponi poteſt in judicio Salviani interdicti,
» aut alio quovis ſummario, & executivo.
» Non tamen, quando altiorem requirit inda-
» ginem, & longam, ac involutam liquidatio-
» nem, & diſcuſſionem bonorum principalis, quo
» caſu in dicto interdicto, & aliis cauſis ſumma-
» riis non admittitur, ita formalibus verbis con-
» trarias *DD.* opiniones conciliat *Romaguer. ad
Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.* 31. *n.* 32. &
33. ubi *plures congerit.*
271 Attamen licitum eſt poſſeſſori Salviano inter-
dicto convento, potiſſimum æquitate attenta, uti
cautela prædicta ad obtinendam excuſſionem, pe-
tendo ſcilicet eam ſuis ſumptibus fieri, retardata
interim petita immiſſione creditori, *Sabel. d. re-
ſol.* 91. *numero* 21. *Merend. contr. jur. lib.* 10.
*cap.* 1. *numero* 26. *& lib.* 24. *cap.* 48. *numero* 37.
*D. meus Bonden. d. colluct.* 49. *à numero* 89. 101.
& 112. ubi, quod ſecundùm iſtam ſententiam
fuit judicatum *vol.* 1. *& eundem* latiſſimè hanc
ſententiam defendere inquit *Urceol. in d.* 2. *ap-
pend. ad d. cap.* 22. *n. n.* 2. 3. Addo rurſus *D.
meum Bonden. ſe ipſo loco cit. allegato in tract. de
jure municip. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *d. obſerv.* 29. §.
*Vel ſi peteret verſ. Et extendebam*, & §. *ſeq.* ubi
latè defendit ſententiam prædictam certiùs locum 272
habere, ſi Salvianum interdictum fuerit cumula-
tum cum hypothecaria.
Rurſus, licèt correus, & in ſolidum obliga- 273
tus, ac fidejuſſor, qui uti principalis, & prin-
cipaliter, ac in ſolidum obligatus eſt per publi-
cum inſtrumentum guarentigiatum, ſeu forma
camerali vallatum, cum juramento, & renuncia-
tionibus *Auth. de fidejuſſ. & de duobus reis*, &
omni legum auxilio in beneficio fidejuſſorum, &
correorum introducto, ac ſpecifica diviſionis, &
excuſſionis reſpectivè renunciatione, regulariter
omninò privetur beneficio exceptionis excuſſio-
nis, & diviſionis reſpectivè, ut apud *Omnes* de
materia agentes habetur, & præſertim apud *D.
meum Comitem Bonden. d. colluct.* 49. *numer.* 95.
*vol.* 1. *Gabriel de fidejuſſ. concl.* 1. *per tot. Man-
tic. de tacit. & ambig. lib.* 16. *tit.* 16. & 17. *Zaul.
ad Stat. Favent. d. lib.* 3. *ead. Rubr.* 35. *à numer.*
14. *Conciol. & Romaguer. ad Stat. Eugub. lib.* 2.
*d. Rubr.* 31. *Caroc. de excuſſ. p.* 2. *q.* 1. & *ſeqq.
latè*, *Calvin. de æquit. d. cap.* 185. & 186. *per
tot. lib.* 2.
Veruntamen, ſi talis correus, & fidejuſſor nul 274
lam utilitatem negocii percepit, nequaquam pro-
hiberi valet, quin petere poſſit, ut ſuo ſumptu,
& periculo prius excutiatur principalis debitor,
ad quem pecunia, & utilitas negotii pervenit, ſi
ſit ſolvendo, ut pro abſoluto, & indubitato fir-
mat *Merend. lib.* 1. *contr. cap.* 1. & magiſtraliter
*Capon. d. diſcept.* 122. *à numero* 9. *& per tot. tom.*
2. *Sabel. d. verbo excuſſio ſub num.* 5. *verſ. Quia
excuſſio tom.* 2. latè de materia *Caroc. de excuſſ.
d. p.* 2. *q.* 2. *per tot.* ubi duos caſus conſiderat:
Primus, quando tota pecunia pervenit ad manus 275
unius debitoris, ſciente, & conſentiente credi-
tore, & tunc ſibi imputare debet creditor, quia
opponente alio correo, excuſſio abſolutè eſt fa-
cienda: Secundus verò, quando ignorante cre- 276
ditore tota pecunia pervenit ad manus unius ex
debitoribus principaliter, & in ſolidum obligatis;
& tunc licita eſt excuſſio, dummodò excipiens
addat, quia ad eum tota pecunia pervenit, &
hoc probet, ac offerat, ut fiat periculo, & ſum-
ptibus ſuis: Et ſi hoc non offert, gaudet bene- 277
ficio diviſionis, niſi ſimus in prohibitis, ut in fi-
lio obligato in cauſa Macedoniani, vel in mulie-
re in cauſa Vellejani, in quibus caſibus competit 278
abſolutè excuſſio ſine alia oblatione expenſarum,
& præcipuè *n.* 1. 39. 41. & 44.
Et mihi contigit in facto, quod D. Vincen-
tius Righinus de Terra Argentæ vendidit D. Jo:
Bojardo Suſenæ libras ſerici 88. 6. habita fide
de pretio, & ſimul cum ipſo R. D. Jacobus, &
Raphael fratres de Antoniolis ſe obligaverunt,
*principali principalmente, & in ſolidum &c. re-
nunciando all' Epiſtola del D. Adriano, delle no-
ve, e vecchie C. C. de fidejuſſori, e di duoi, ò
più Rei, al beneficio dell' eſcuſſione in ordine di
far quella, e delle azioni da cederſi &c. & cum
expreſſo jurame to, ac in forma Cameræ extenſa
in inſtrumento recepto ſub die* 24. *Aprilis* 1694.
*per D. Domini cum Martium Notar. Ferrar.* Diffe-
rente



rente verò principali debitore ſolutionem ſuis con-
ventis temporibus, inſtitit D. Righinus adverſus
fratres de Antoniolis; ipſi autem ad formam
*Noſtri Statuti lib.* 2. *Rubr.* 14. depoſuerunt ex-
penſas, & petierunt, prius ſuis ſumptibus, &
periculo excutiendum eſſe principalem ad for-
mam *dicti Statuti*, & nihilo minus D. Judex
pronunciavit R. D. Antoniolum gravari, quoad
fratrem verò laicum prius faciendam eſſe excuſ-
ſionem.
279 Interpoſita ſubindè per R. Antoniolum ad Em.
appellatione, objeci injuſtitiam dicti decreti; quia
*ex ejuſdem Statuti diſpoſitione* indubitatum eſt, quod
fidejuſſor quantumvis in ampliſſima forma, etiam
cum juramento, & obligatione camerali adſtrictus,
ſemper gaudet excuſſionis beneficio, ut optimè
declarat *Noſter Pigant. ibid. à n.* 21. *& ſeqq. ac per
tot. & eo, aliiſque inhærens D. meus Comes Bonden.
d. colluct.* 49. *n.* 93. ubi refert ſic pluries vidiſſe
judicatum *vol.* 1.
280 Clericum autem uti poſſe *hujuſmodi Statuto*
tanquam privilegio, nullatenus eſt ambigendum
ex notatis *per DD. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ de
conſtit. Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 1. *Rubr.* 5. *n.* 4. *ad
idem D. meus Bonden. de jure municip. & alibi ſæ-
pè in ſuis operibus.* plenè *Rota dec.* 392. *num.* 20.
*& ſeqq. p.* 18. *tom.* 1. *rec. & in aliis ſæpiſſimè:*
adeo ut *DD. mei Bondenus, & Magnonus* ſummæ
intellectus imbecillitatis eſſe de hoc dubitare fue-
rint arbitrati.
281 Fuit autem *ex adverſo* oppoſitum, quod *præ-
fatum Statutum* non præjudicat Eccleſiis, vel Ec-
cleſiaſticis bonis, & perſonis; quia à Clero non
fuit approbatum ex eo fortè, quod multa aufert
beneficia, quæ de jure communi Clericis fideju-
bentibus competere poſſunt, ex *Pigant. ibid. n.*
31. & propterà nec etiam illo Clericus uti po-
teſt ex *altera Statuti diſpoſitione lib.* 1. *d. Rubr.* 5.
282 qua ſtatutum eſt Statuta, & beneficia ex Statutis
Ferr. non prodeſſe Clericis, niſi ſint à Clero legiti-
mè approbata.
283 Facilis verò fuit reſponſio, & ſatis fuit animad-
vertere *hujuſmodi Statutum lib.* 1. *Rubr.* 5. nul-
lum, ac invalidum prorſus eſſe, tanquàm contrà
libertatem Eccleſiaſticam, de hocque non eſſe
habendam rationem, perinde ac ſi conditum
non fuiſſet, ſuſtinetque viriliter, & demonſtrare
evidenter *rationibus, & Auctoritatibus, rejectiſque
contrariis in ſua colluct. legal.* 10. *à num.* 24. *ad*
51. *vol.* 1. & repetiit remiſſivè *in colluct.* 1. *n.* 60.
*vol.* 2. *D. meus Comes Bonden. in tract. de jure
municip. ad Stat. Ferr. lib.* 1. *obſerv.* 5. *n.* 1. ubi
ultra *D. D. allatos eo in loco plurimi Alii apud Re-
centiores*, maximè *Canoniſtas, ac del Bene de immu-
nit. Eccleſ. cap.* 8. *dubit.* 8. *tom.* 1. *vidend.* & fusè
*ipſe D. meus Bonden.* idem tuetur, & exornat *in
ead. obſerv.* 5. *per tot.*
284 Ulteriùs circumſcripta *Statutaria diſpoſitione l.*
2. *d. Rubr.* 14. dicebam de injuſtitia præfatum de-
cretum ex iis, quæ tradita *ſuprà nu.* 274. cum de
jure communi, ſalvari nullatenus poſſint: circa
quod motivum, omnis difficultas reſtricta fuit ad
id, videlicet, an *ibidem* firmata obtineant, quan-
do fidejuſſor obligatus eſt per publicum inſtrumen-
tum forma Camerali vallatum, & obtinere tutiſſi-
mè firmavi ex edoctis de inſtrumento guarentigia-
to *à Portio concl. com. utr. jur. lib.* 1. *concl.* 41. *li-
mit.* 23. *Capon. d. diſcept.* 122. *num.* 11. & 14.
*Gabriel. tit. de fidejuſſ. concl.* 1. *num.* 43. *Felician.
de cenſ. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 12. ubi optimè *Aliiſque*
285 *relatis per Zacch. de oblig. camer. q.* 32. *ex n.* 11.
*& ſeqq.* ſignanter, quòd fidejuſſor, & correus in
ſolidum obligatus per publicum inſtrumentum in
forma Cameræ, & condemnatus ſimpliciter valeat
petere, etiam quando fuit decreta executio contra
omnes correos in ſolidum obligatos, quòd fiat ex-
cuſſio periculo ſuo contra correos, ad quos pecunia
devenit, docet *Boccac. de ſociet. offic. n.* 56. & 57.
*poſt ejus tract. de cenſ.* Ex quibus *D. Auditor à Tur-
re, cui hujuſce articuli per Em. commiſſa fuit cogni-
tio, ſuam in ſcriptis ad favorem R. Antonioli tulit
relationem, ac ſub die* 3. *Aprilis* 1696. *commiſſa
fuit cauſa appellationis cum clauſula, ſi quid exe-
quendum, ex actis D. Bartoli. Et quia principalis
debitor ad concordiam venit cum Reghino, hæc cau-
ſa deſerta remanſit.*
Et quamvis reſpectu fidejuſſoris ſub hac forma 286
Camerali obligati contrarium de jure communi
ſentire videantur *Zacch. de oblig. Camer. d. q.*
11. *n.* 15. *verſ. ſed contrarium, & D. meus Bon-
den. d. colluct.* 49. *n.* 94. & 95. *vol.* 1. Neuter eorum
tamen expreſſis verbis, & præciſim, etiam quando
offeruntur expenſæ, id exprimunt, & Nemo *ex
Authoritatibus* ab ipſis allatis loquuntur de excuſ-
ſione cum beneficio expenſarum, ſed generaliter, 287
quod ſtante obligatione Camerali, vel guarenti-
giata, omninò ceſſat excuſſio, quod eſt indubita-
tum, & libenter conceditur addendo etiam *Urceol.* 288
*d. conſult.* 22. *à num.* 11. 23. ubi, quod hujuſmo-
di obligatio tribuit electionem creditori rei, adver-
ſus quem agat, rejecta excuſſionis neceſſitate, &
recurrere poteſt ad generalem hypothecam omiſſa
ſpeciali, nedum contrà ipſum debitorem princi-
palem, ejuſque hæredes, ſed etiam contrà quoſ-
cumque tertios bonorum generaliter obligatorum
poſſeſſores, & *D. meo Bonden. ubi proximè collau-
dato Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 2. *ad Rubr.* 35.
*nu.* 10. *juncto n.* 6. ubi *cum Ridolp. prax. p.* 1. *c.* 14.
*n.* 348. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 41.
quod tunc incipi poteſt à captura perſonæ, etiam
nulla præcedente diſcuſſione bonorum. Imò unico 289
contextu fieri valet excuſſio perſonalis, & realis, ac
admittitur variatio contrà coobligatos de uno ad
alium, & de principali ad fidejuſſorem, ac de re
ad rem, & de perſona ad perſonam, *Romaguer. ad
Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 2. *d. Rubr.* 31. *n.* 37.
ubi declarat, quando exceptio excuſſionis altiorem 290
requirit indaginem; ſecus ſi in promptu liquidari
poteſt, & in continenti probari.
Et, quod magis eſt *D. meus Bonden. ubi ſuprà*, 291
*num.* 98. *verſ. Niſi melius*, ſubdit, quod in caſi-
bus per eum allatis, inter quos connumeratur obli-
gatio in forma Cameræ, in quibus fidejuſſori non
permittitur exceptio excuſſionis, permitti tamen
debet per modum ante dictum, illam nempè fa-
ciendo ſumptibus, & expenſis petentis illam fieri:
Et hunc ſenſum habuiſſe *eundem D. meum Co: Bond.*
pro ſua ſumma benignitate mihi metipſi aperuit.
Et *eo* rurſus *cum aliis* laudato, ita ſentit *Zaul. d.
Rubr.* 35. *n.* 12.
Certè multò fortiùs idem eſt ſtatuendum, quan- 292
do agitur contra tertium, qui non intervenit in
inſtrumento, & obligationibus guarantigiæ, vel
formæ Cameræ, latè *D. meus Bonden. d. colluct.* 49.
*ex n.* 96. *& ſeqq. vol.* 1. *Sabel. d. reſol.* 91. *n.* 21. ubi
ampliat, etiamſi ultra obligationem in forma Came- 293
ræ, vel guarantigiæ, agatur Salviano interdicto,
juncto *n.* 8. *& ſeqq.* ubi egregiè, quod, antequam
agatur contrà tertium poſſeſſorem, requiritur, 294
quod principalis fuerit in mora ſolvendi, in qua
non poteſt dici conſtitutus, niſi, ipſius liquidato
debito, interpelletur ad ſolvendum.
Cæterùm, ſi correi, & fidejuſſores expreſsè, & 295
ſpecificè huic beneficio excuſſionis cum hoc tempe-
Cc ramento

ramento expenſarum, ſive expenſarum beneficio
renunciarent, jure communi inſpecto, ceſſaret
penitus excuſſio, per *Velaſquez de Avendan. de
cenſibus Hiſpan. cap.* 94. *num.* 7. *relatum à Capon.
d. diſcept.* 122. *n.* 15. *tom.* 2.

296 Quamvis non eſſet mirum, ſi affirmaretur ne-
que ſpecialiter cum hoc temperamento expenſa-
rum huic auxilio poſſe renunciari, cum illud
non leges, aut aliquæ ſpeciales ſanctiones intro-
duxerint, ſed ipſa æquitas naturalis, ita *cum Me-
rend. d. contr.* 1. *n.* 17. edocet *Capon. d. diſcept.*
122. *à n.* 19. 21.

297 Similiter, quando difficile eſt adverſus tertium
experiri, expenſarum non ſuffragatur oblatio, *Con-
tard. in repetit. l. diffamari cap.* 3. *num.* 129. *in
ampliat.* 21. *C. de ingen. & manum.* & ſic intelligen-
dus eſt *Ciarlin. d. c.* 95. *nu.* 23. qui *Contard.* in-
hæret, & *Sabel. d. reſol.* 91. *num.* 18. *Urceol. in
2. append. ad d. cap.* 22. *n.* 4. qui *Ciarlino* nituntur.
298 Et, ea oblatione non interveniente, ſatis eſt, quod
bona excutienda non ſint penes principalem debito-
rem, aut ejus hæredes, ſed penes tertium, ut ex-
cuſſionis exceptio prorſus eliſa remaneat, ut,
*Cæteris omiſſis*, ſæpius firmavit *Rota*, potiſſimum
*cor. Celſo dec.* 212. *n.* 8. *poſt Oleam de ceſſ. jur.
dec.* 35. *num.* 7. *& in rec. dec.* 666. *num.* 11. *p.* 4.
*to.* 3. *ac dec.* 197. *n.* 9. *p.* 18. *to* 1. & optimè *Urceol.
in d. cap.* 22. *d. append.* 2. *num.* 5. Secus verò,
299 quando diſcutiendus non eſt tertius, ſed idemmet
principalis debitor, aut ejus hæredes; quia tunc,
etiamſi difficilis ſit excuſſio, oblatis expenſis, ea
evitari non poteſt, ut benè declarat utrumque ca-
ſum *Capon. d. diſcept.* 122. *ſub n.* 11. *circa med.
tom.* 2. & erui valet ex firmatis per *Gabriel. tit.
de fidejuſſ. d. concl.* 1. *numero* 43. *Mantic. de*
300 *tacit. lib.* 16. *d. tit.* 17. *num.* 43. *tom.* 2. Quod
reſpectu ceſſionarii nullam admittit ambiguitatem,
cum ipſum teneri abſolutè excutere debitorem
ceſſum, etiamſi difficilis ſit exactionis, firmatum
ſit *ſuprà n.* 187.

301 Certo certius eſt, quòd hujuſmodi oblatio ex-
penſarum non prodeſt, ubicumque liquido appa-
302 ret, quod excuſſio eſt inanis, & non profutura,
aut ſuſpicari poteſt, quod id petatur malitioſè ad
303 protrahendum judicium, ut, ſi bona excutienda
extra territorium exiſtant; ſic per originalem do-
304 ctrinam *Rotæ Ferrar. apud Amat. dec.* 34. *per tot.*
in terminis etiam *Statuti Noſtri l.* 2. *d. Rubr.* 14. lo-
quentis, unus poſt alium tradiderunt *Ciarlin. d. cont.*
95. *n.* 23. *Urceol. in d.* 2. *append. in d. cap.* 22.
*n.* 4. *Sabel. d. reſol.* 91. *ſub num.* 17. *Pigant. ad
eand. Rubr.* 14. *num.* 28. *eoque citato*, *Zaul. ad
Stat. Favent. d. lib.* 3. *ead. Rubric.* 35. *nu.* 37. *&
ſeq. tom.* 1.

305 Equidem bonorum extra territorium jus dicen-
tis exiſtentium opponi nequaquam valet excuſſio-
nis exceptio *per tex. in* §. 1. *in Auth. de fidejuſſ.*
latiſſimè *Marcabrun. ad Anguil. conſ.* 82. *n.* 103.
306 *& ferè per tot. lib.* 1. *Queſad. contr.* 25. *num.* 79.
ubi limitat, niſi hujuſmodi excuſſio pacto extitiſ-
ſet ſuppoſita, *Ciarlin. d. contr.* 95. *numero* 14.
*ubi dat plures*, *Pigant. ad d. Rub.* 14. *n.* 28. ubi,
quod id maximè obtinet, quando etiam reus eſt
307 abſens à loco judicii, *Urceol. in d.* 2. *append. ubi
ſuprà*, *Zacch. de Salar. d. q.* 108. *n.* 22. *& ſeqq.*
308 ubi, quod ſalarium ſequeſtrari, & executari valet,
quando bona debitoris in alieno territorio, & do-
minio exiſtunt, habita ſemper ratione quod tanta
pars mercedis relinquatur, quanta ſufficiens ſit pro
alimentis ipſius debitoris, & *aliis allatis*, *Zaul. ad
Stat. Favent. lib.* 3. *d. Rub.* 35. *n.* 36. *tom.* 1. *Amat.
d. dec.* 34. *per tot. Rota dec.* 229. *n.* 5. *p.* 10. *rec.*

Taliter, ut nec etiam creditor adſtringi queat 309
ad faciendam excuſſionem, quamvis locus eſſet vi-
cinus, vel ſub eodem Principe, vel Præſide, niſi
locus eſſet vicinus, vel bona ſub eodem Principe,
vel Præſide, junctimque nulla ſubeſſet excuſſionis
difficultas, *Ciarlin. d. contr.* 95. *n.* 14. *Pigant. d.
Rubr.* 14. *eo nu.* 28. ubi, quod ſecundum prædi-
ctam diſtinctionem ita vidit judicatum, *Zaul. d.
Rubr.* 35. *n.* 37. *&* 38.

In hoc autem remittitur arbitrio Judicis con- 310
ſiderare incommoditatem, & difficultatem à natura
locorum, perſonarum, & rerum, & ab aliis, quæ
poſſunt ejus animum movere, *Ciarlin. d. contr.* 95.
*n.* 15. *&* ubi etiam quod Judex debet potius incli- 311
nare, ne extra territorium fiat excuſſio, imò rarò
ſolent Judices hoc admittere, & ſi bona extra terri-
torium exiſtentia eſſent aliquo modo implicita, &
intricata, & paterentur litigium, penitus Judex
deberet excuſſionem illorum negare *lib.* 1. *Zaul. ad* 312
*Stat. Favent. lib.* 3. *d. Rubr.* 35. *ſub eo n.* 37. *tom.* 1.

Et quod creditor nequaquam excutere adſtrictus 313
ſit quæcumque alia bona extra territorium exiſten-
tia, etiam in loco vicino, vel ſub eodem Principe,
ſed recto tramite poſſit fidejuſſorem, vel tertium
poſſeſſorem convenire vigore *Stat. Cap. lib.* 2. *Ru-
br.* 12. *& Stat. Ferr. d. lib.* 2. *ea Rubr.* 14. docet
idem *Ciarlin. d. contr.* 95. *n.* 17. *& Stat. Ferr.* prius
firmavit *Amat. d. dec.* 34. *n.* 9. Et ita *in cauſa DD.
fratrum de Piſanis de Terra Ficaroli diſtrictus Fer-
rar. cum D. Nogaria fidejuſſore fuit deciſum*, *acri-
ter diſcuſſo articulo*, *dictos de Piſanis haud teneri
excutere bona debitoris principalis exiſtentia in di-
tione Mantuana*, *quamvis poſita ſint in Villa Qua-
trelli*, *immediatè* ( *dempto Pado* ) *cum dicta Terra
Ficaroli confini.*

Denique, quando ſupra dicta expenſarum re- 314
cipitur oblatio, debet de jure communi eas offe-
rens, ſeu excuſſionem prædictam petens expenſas
effectivè deponere, vel aliquid ad computum ipſa-
rum, cum proteſtatione & oblatione ſupplendi,
& ſubminiſtrandi reſiduum, *Gallerat. de renunc.
cent.* 1. *renunc.* 74. *n.* 12. *Caroc. de excuſſ. p.* 2. *d. q.*
2. *ſub n.* 39. *verſ. Et dat practicandi modum*, *&
n.* 41. *Urceol. in d.* 2. *append. ad d. cap.* 22. *n.* 6.
*Romaguer. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *d.
Rubr.* 31. *n.* 34. & *Omnes ſupponunt.*

Caſum autem propoſitum reaſſumendo dicebam 315
ulterius nos verſari in terminis propriæ, & for-
malis excuſſionis, quia tractabatur de excuſſione
conventionali, quæ eſt omnibus fortior, *Jaſon. in
l. decem n.* 1. *ff. de verb. oblig. Caroc. de excuſſ. p.*
2. *q.* 35. *ſub n.* 4. *verſ. Quarta eſt conventionalis*,
*Calvin. de æquit. d. cap.* 185. *à n.* 45. *& ſeqq. lib.* 2.
Et de qua, ut dicatur ſufficienter conſtare, rigo- 316
roſè ad illam eſt deveniendum per Judicem, nec
alio modo, quam (ut ſuperius dictum eſt) per dili-
gentias recenſitas ea probari poteſt: ita quod re-
quiratur demonſtratio, quæ neceſſariò excludat
poſſibilitatem exiſtentiæ aliorum bonorum debito-
ris ceſſi, ut firmat *Rota poſt Merlin. de pign. d. dec.*
66. *n.* 9. *&* 17. *ac per tot.* ubi ſex removet conje-
cturas, quibus probatur excuſſio legitima, alias
*cor. Roxas d. dec.* 212. *& in rec. d. dec.* 202. *p.* 9. *&
ea citata*, *Mel. alleg.* 100. *n.* 13. *lib.* 2. *Palma Ne-
pos d. alleg.* 44. *à n.* 25. 27. ubi quod ſemper requi-
ritur rigoroſa excuſſio, quando non niſi in ſubſi- 317
dium quis conveniri poteſt, *tom.* 1. *Pigant. ad Stat.
Ferr. d. Rubr.* 29. *ſub n.* 34 *verſ. Quamvis ubi ri-
goroſa*, *& ibid. D. meus Comes Bonden. de jure mu-
nicip.* §. *Nota illud adverbium legitimè.*

Neque ex eo, quod attenta contrahentium 318
conventione, realis excuſſio facienda erat intrà
termi-



terminum duorum menſium, videtur argui poſſe,
quòd eorum intentio, & mens fuerit, ut prædi-
cta excuſſio neutiquam deberet eſſe formalis, &
rigoroſa, ſed ſolùm ſimplex, & in ſolis mobilibus
aliquali forma conſummanda; ea ratione, quia ſi
facienda fuiſſet in ſtabilibus, nec etiam tempus
anni, & forſan biennii ſatis extitiſſet.

Primò, quia ſi Furlanus ceſſionarius ſtatim elap-
ſo tempore convento, judicium iniiſſet contrà de-
bitorem ceſſum obligatione camerali adſtrictum
Peſaro cedenti; utique valuiſſet etiam intrà
duos menſes, poſt tentatam executionem in mo-
319 bilibus, reportare immiſſionem in ſtabilia ipſius
debitoris ceſſi, ſicque eis ſibi ſatisfieri; cum poſſet
uti via executiva contrà debitorem ceſſum, quem-
admodum cedens potuiſſet; ex generaliter traditis
*à Franc. Palma conſ.* 72. *n.* 6. *D. meo Bonden. col-*
320 *lect. leg.* 30. *n.* 40. *&* 41. ubi quod ſecus eſſet ſi jus
executivum non cohæſiſſet inſtrumento crediti
ceſſi, ſed favore perſonæ cedentis, ſpeciali ali-
quo privilegio fuiſſet conceſſum. *Epiſc. Rocca diſ-
put. jur. d. cap.* 145. *n.* 5. *tom.* 2. *Mauſon. de cauſ.
executiv. ampl.* 21. *num.* 1. *Olea de ceſſ. jur. tit.* 5. *q.*
4. *ſub n.* 41. *verſ. ſed etiam*, *& latiùs tit.* 6. *q.* 4.
*per tot. Rota poſt Cenc. de cenſ. dec.* 490. *num.* 3.
*poſt Statil. de Salv. dec.* 141. *n.* 9. *cor. Cerro dec.*
636. *n.* 5. *tom.* 2. *& cor. Alex. VIII. Otthobon. dec.*
321 122. *n.* 3. *ac alibi paſſim.* Et in ſpecie de privile-
gio obligationis cameralis, quod competat ceſ-
ſionario, ſicuti competiiſſet cedenti, *Palma
d. conſult.* 72. *num.* 7. *Epiſc. Rocca diſput. jur. c.*
131. *num.* 1. *&* 2. *d. cap.* 145. *num.* 4. *tom.* 2. *Sa-
bel. d. verbo ceſſio ſub num.* 42. *verſ. Quod ceſſio-
narius*, *Rota cor. Pamphil. dec.* 497. *numer.* 2.
*& dec.* 647. *num.* 2. *cor. Priolo dec.* 107. *numer.*
6. *apud Poſt. de ſubhaſt. dec.* 223. *numer.* 2. 3.
*penès Zacch. de oblig. Camer. dec.* 9. *numer.* 1.
*dec.* 135. *numer.* 9. *& dec.* 188. *num.* 18. *ac in
rec. dec.* 363. *n.* 4. *p.* 17. *& dec.* 344. *n.* 2. *p.* 18.
*tom.* 1.

322 Secundò, quia terminus duorum menſium cen-
ſetur appoſitus favore Furlani debitoris faciendæ
excuſſionis; ex *tex. in l. quod in diem ff. de ſolut. l.
eum qui ff. de verb. oblig. Manſ. conſul.* 13. *n.* 9. *tom.*
1. *D. meo Bonden. collect. legal.* 48. *n.* 52. *vol.* 1.
*& cum Aliis Anſald. de com. & mercat. diſc.* 73. *n.*
29. *Rota cor. Alex. VIII. Otthobon. dec.* 205. *n.* 18.
Ac proindè indubitatum eſt, quòd mora debito-
ris ceſſi in ſolvendo Furlano, ſeù lapſus prædicti
temporis duorum menſium, quibus per Furlanum
facienda erat realis excuſſio, præjudicare nequit
323 Peſaro excuſſione reali non facta; quia, cum ali-
quid eſt implendum, nunquàm incipit currere
tempus conventum, niſi à die, quo implere obli-
gatus, implevit ex parte ſua; *per tex. in l. ædilis*
§. *fin. ff. de ædil. edict. Manſ. conſult.* 117. *n.* 35.
*& ſeqq. vol.* 2. *Poſt. reſol.* 114. *n.* 22. *&* 23. ac ità
proſequitur *Anſald. d. diſc.* 73. *n.* 30. & priùs di-
xit *diſcurſ.* 53. *n.* 24. *Rota dec.* 77. *n.* 4. *& dec.* 215.
*n.* 8. *p.* 18. *rec.*

324 Tertiò, quia promiſſio facta per Peſarum ſol-
vendi Furlano, ſi *per totum menſem Nov.* 1694.
ſatisfactionem conſequi non valuiſſet à debitore
ceſſo, non eſt ſimplex, & pura, ſed ſub conditione,
quæ oritur ex natura ipſius obligationis, nempè ſi
creditum, facta excuſſione, exigi non potuiſſet à
debitore ceſſo; juxtà *tex. in l. decem ff. de verb. ob-
lig. l. fin. ff. ſi cert. pet.* egregiè *Hodiern. d. contr.* 27.
*n.* 31. & expreſſa eſt ex iis verbis-- *Qual eſcuſſione
fatta che ſarà*, *non potendo eſſer ſodisfatto per
tutto il meſe di Novembre dell' anno corren-
te*, *ſarà tenuto*, *& obligato detto Peſaro pagare
à detto Sig. Furlani &c.* tùm, quia per ablativum
abſolutum conceptis; *l. evictis ff. de evict. l. à
teſtatore ff. de condit. & demonſtr. Sabel. var. reſol.*
74. *num.* 10. *Rota dec.* 11. *numer.* 10. *p.* 10 *&
dec.* 154. *n.* 2. *p.* 13. *rec.* tùm, quia inducunt ex 325
ſe reſpectu ad Peſarum ſtrictam, ac præciſam ob-
ligationem, & conſenſum conditionalem; ità ut
dum conditio pendet, impediatur actus fieri, &
nihil in eſſe ponatur; ità in proximis terminis *Ro-* 326
*ta dec.* 478. *n.* 13. *p.* 9. *tom.* 2. *rec.* Ac per conſe-
quens ante ſecutam juſtificationem, quòd facta ſit 327
excuſſio realis contrà debitorem ceſſum, requiſita
ad effectum conveniendi cedentem, non poteſt
cedens ſic conditionaliter obligatus condemnari,
ut proſequitur *Rota ead. dec.* 478. *n.* 14. *&* 15. *p.* 9.
*rec.*

Et tempus illud duorum menſium à contrahen- 328
tibus aſſignatum non dicitur incipere currere, niſi
poſt factam realem excuſſionem, quæ de ſui natu-
ra, & ex conventione præcedere debet, *l. tali in
princ. de jur. dot. cum ſimil. Anſald. de commerc. &
mercat. diſc.* 7. *ſub numer.* 7. *Sabel. ſumma diver.
verbo tempus n.* 6. *tom.* 4. *Rota cor. Duran. dec.* 365.
*ſub numer.* 22. *& num.* 25. *ac ſeq. tom.* 2. ſive, niſi
purificata conditione realis excuſſionis faciendæ,
*l.* 3. §. *ſi quis hæredi ff. de ſtat. liber. gloſ. in
l. illa ſtipulatione ff. de verb. oblig. Antonel.
de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 1. *Sabel. d.
verbo Tempus ſub num.* 7. *verſ. Quod tempus
tom.* 4. *Anſald. d. diſc.* 7. *num.* 7. *Rota apud Spa-
dam conſ.* 315. *num.* 11. *lib.* 2. *& cor. Coccin. dec.*
1280. *n.* 11. *& cor. Duran. d. dec.* 365. *n.* 19. *&*
20. *tom.* 2.

Neque dicatur, dicta de tempore procedere 329
poſſe, ſi dictum eſſet-- *non potendo eſſer ſadisfat-
to nel termine di due meſi*, ſecus verò cum dic-
tum ſit-- *per tutto il meſe di Novembre dell'anno
corrente*; quia hoc poſteriori caſu verificari non
poteſt, quòd tempus non incipiat currere, niſi poſt
factam excuſſionem; nam facta excuſſione poſt
*menſem Novembr.* non poteſt ampliùs incipere cur-
rere idem *menſis Novembr. ejuſdem anni*, cùm jam
fuerit elapſus.

Quoniam, cum dicitur, tempus non incipere
currere, niſi poſt actum perfectum, & conditionem
adimpletam, quæ præcedere debet, ut ſi dictum
ſit-- *nel termine di due meſi*, ſenſus non eſt, quòd
actu perfecto, & conditione adimpleta, currere
debeant ex integro, numericè, ac ſucceſſivè per
dies duo menſes; ſed quòd illud tempus nunquàm
habitum pro elapſo ante perfectionem actus, &
adimplementum conditionis, ſolum actu perfecto,
& conditione adimpleta, totaliter pro decurſo
habeatur. Itaque ſi actus perficiatur, & adimplea-
tur conditio intrà menſem, debet decurrere, &
alius menſis conventus; ſi verò actus non ſit
perfectus, nec conditio adimpleta intrà duos
menſes, illorum lapſus conſiderari non debet, ſed
tunc demùm, quando actus erit perfectus, & con-
ditio adimpleta, ſicque tunc ſolùm erit elapſum,
ſeu pro elapſo habebitur conſtitutum tempus duo-
rum menſium. Igitur, cum in caſu noſtro, 330
obligatus fuerit Peſarus ſatisfacere Furlano, ſi fa-
cta excuſſione reali, *per totum menſem Novembr.*
ſolutionem à debitore ceſſo conſequi non potuiſ-
ſet, ſenſus non eſt, ut facta hujuſmodi excuſ-
ſione poſt dictum menſem, deberet ex integro de-
currere *menſis Novembr.* ſed, quòd, ſi Furlanus
facta excuſſione intra dictum tempus, ſatisfieri ne-
quiret, labi, & expectari deberet integer *menſis
Novembr.* antequàm ſatisfactionem conſequere-
tur à Peſaro; non facta verò excuſſione intrà

tempus ejuſdem menſis, nec etiam lapſus temporis in tantillum haberi valeret, ſed tantùm facta excuſſione reali, tunc diceretur decucurriſſe *menſis Novembr.* ſeu tempus intrà illum menſem conſtitutum, & conventum.

331 Quartò, quia illa verba--*non potendo eſſer ſadiſfatto per tutto il meſe di Novembre*, qualificata per adjectionem conditionis excuſſionis realis prius faciendæ, non reſpiciunt purum, & abſolutum actum ſolutionis non factæ, veluti, ſi ſimpliciter dictum eſſet--*ſi debitor ceſſus non ſolverit*, ſeu *ſi ceſſionarius per totum menſem Novembr. ſatisfactionem conſequi nequierit à debitore ceſſo* abſque ulla adjectione conditionis excuſſionis; ſed potius reſpiciunt actionem, potentiam, & facultatem ſolvendi, ut, quando cedens promiſit *nomen*
332 *debitoris exigibile*, quo caſu, dubio procul dici non poteſt commiſſa ſtipulatio contrà cedentem per ſolam moram debitoris in ſolvendo, nec cedens eſt ſimpliciter obligatus, ſi debitor ceſſus non ſolverit intrà tempus conventum; ſed, ut committatur ſtipulatio contrà cedentem, requiritur exactiſſima excuſſio, & diligentia per ceſſionarium adhibenda adverſus ſolvere debentem, ac per lapſum temporis tunc ſolùm commiſſa cenſetur ſtipulatio, quatenus per tempus conventum ceſſionarius fecerit excuſſionem, & debitas adhibuerit diligentias; alias, etiam elapſo tempore convento eas facere, & adhibere tenetur; ut egregiè diſtinguunt *Andreol. d. contr.* 115. *n.* 12. *& d. contr.* 276. *n.* 7. *Epiſc. d. c.* 142. *per tot. tom.* 2. *Manſ. d. conſult.* 626. *per tot. l.* 7. *Caſtald. d. conſult.* 35. *n.*4. *&* 5. *vol.* 1.

333 Quintò tandem, quia ſufficit, quòd clarè de contrahentium mente non appareat, realem excuſſionem conventam, ſuper ſolis mobilibus eſſe faciendam, ſed de ea dubitetur, ad effectum, ut recurrendum ſit ad naturam ceſſionis, & obligationis; *l. ſi ità ſtipulatus. ff. de uſur. l. damni. verſ. quid in ſtipulatione. ff. de dam. infect. Hodiern. d. contr.* 27. *n.* 7. *& ſeq.* ubi benè exornat. Quæ in eo
334 conſiſtit, ut ceſſionarius nunquàm poſſit habere regreſſum contrà cedentem, niſi prius facta exactiſſima, & formali excuſſione contrà debitorem ceſſum, & obligatus facere excuſſionem realem, etiam bona ſtabilia formaliter excutiat; *ex Authoritatibus ſuperiùs abundè congeſtis.*

335 Sed, quatenus (veritate tamen illæſa) verè, in præſenti, neceſſaria non eſſet formalis excuſſio, ſemper tamen requirebatur ultrà ſimplicem relationem executoris, quòd Furlanus citaret Peſarum ad indicandum bona debitoris ceſſi, ſuper quibus fieri poſſet executio, & ea indicata, omninò excutere tenebatur, ac ſe ſatisfacere procurando ſubhaſtationem dictorum bonorum per *Rotam poſt Merlin. de pign. d. dec.* 49. *num.* 2. *&* 3. quam relatam ſequuntur *Urceol. d. conſult.* 2. *num.* 21. *Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *d. Rubr.* 29. *ſub num.* 34. *verſ. Hæc autem*; *Panimol. d. dec.* 18. *ead. Adnot.* 1. *num.* 24. *tom.* 1. & firmat *ead. Rota cor. Bichio d. dec.* 518. *num.* 14. *tom.* 2.

336 Duplex namque excuſſionis forma traditur *à D. D.* & neutra bonorum ſtabilium excuſſionem excludit. Una eſt, quod, exhibita in actis ſimplici Nuncii relatione, ſeu aliter de deficientia bonorum debitoris aliqualiter apparente, Actor citet illum, adverſus quem prætendit regreſſum, eique ſimul ſtatuere faciat à Judice terminum ad indicanda bona expedita debitoris; ſi enim in termino præfixo nulla bona fuerint indicata, excuſſio legitima ſtatim facta cenſetur, ut docet *gloſ. in l. à Divo Pio. §. in venditione, ff. de re jud. Angel. in Auth. hoc ſi debitor in fin. C. de pign. Aret. in §. ſi quis in fraudem, num.* 13. *inſtit. de action. Papien. in form. reſponſ. libell. in act. hypothec. in verbo exceptionem excuſſionis n.* 14. *& alii, de quibus Cyriac. contr.* 5. *nu.* 145. *tom.* 1. *Rota poſt Merlin. de pignor. dec.* 45. *n.* 1. *& in recent. dec.* 376. *n.* 4. *p.* 18. Et hæc ſufficit, ubi for- 337
malis, exactiſſima, & rigoroſa excuſſio non eſt neceſſaria, juxta *Authoritates mox ſuprà num.* 335. *allatas.*

Altera verò excuſſionis forma eſt tradita *ſuperiùs* 338
*n.* 51. & hanc requiri, ità quod non ſufficiat ſimplex Nuncii relatio, & citatio, ſeu interpellatio ad indicanda bona debitoris, ubi excuſſio exactiſſima, rigoroſa, & formalis eſt facienda, docent *ex* 339
*DD. ibidem cumulatis* præcipuè *Pigant. ad Stat. Ferr. d. Rubr.* 29. *ſub eo n.* 34. *verſ. Quamvis ubi rigoroſa, & Rota poſt Merlin. de pign. d. dec.* 66. *n.* 7. *&* 8. *alias cor. Roxas d. dec.* 212. *& in rec. d. deciſ.* 202. *p.* 9. Addo *D. meum Magnonum, de quo ſuprà n.* 113. *&* 114.

Quibus ſic ſtantibus, dici poſſe videtur non 340
in terminis exactiſſimæ, rigoroſæ, ac formalis, ſed in caſu qualis qualis, ac ſimplicis excuſſionis procedere, quod paſſim circumfertur, nempè, ut, ad effugiendam excuſſionem bonorum, interpelletur debitor ad indicanda bona intrà terminum per Judicem ad inſtantiam partis præfixum, quo elapſo, & indicatione non facta, probata remaneat bonorum deficientia, & inexigibilitas debitoris, ac ſucceſſivè excuſſio facta dicatur, ut *ſuperiùs n.* 59. tactum eſt; & habetur per *D. meum Bonden. d. colluct.* 6. *n.* 37. *vol.* 1. *Salgad. labyr. credit. p.* 1. *d. cap.* 23. *n.* 88. *ad fin. Merlin. de pign. lib.* 5. *d. q.* 69. *n.* 17. *Sabel. d. verbo ceſſio ſub n.* 33. *vol.* 1. *Rota cor. Merlin. dec.* 470. *num.* 3. *cor. Celſo dec.* 212. *n.* 6. *poſt Contr. d. dec.* 62. *ſub n.* 13. *ac alibi ſæpè.*

Nihilo minùs, quòd etiam in caſu formalis ex- 341
cuſſionis ſufficienter excuſſio facta dicatur, quatenùs debitor conventus, & interpellatus non indicet bona libera, & expedita, ad quæ actor ſe convertere valeat, per *Cyriac. contr.* 5. *n.* 5. *n.* 145. *&* 146. ubi *in fin* quod vidit ſic multoties practicari *lib.* 1. *Præſes Gob. conſult.* 100. *n.* 31. ubi quod ſic vidit per tres ſententias conformes *à Senatu Mantuæ* judicatum, & *Alios* firmat *D. meus Bonden. de jure Municip. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *d. docum.* 29. *§. Veruntamen.* Addo *Zacch. de ſalar. d. q.* 108. *n.* 22. ubi quod ità praxis inolevit ad effugiendam excuſſionem, *Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 3. *d. Rubr.* 35. *n.* 33. *&* 41. *ubi optimè, tom.* 1. *Eundem Gob. in tract. var. tit. de permiſſ. feud. & emphyt. alien. d. q.* 12. *n.* 38. 29. *juncto n.* 36. ubi aliam excuſſionis edocet formam.

Nec etiam urget, quod per excuſſiones ad in- 342
ſtantiam aliorum creditorum, & præcipuè ipſiuſmet Peſari cedentis factas, quibus nihil fuit inventum in bonis debitoris, ut proindè expediens, & opus fuerit pro eorum ſatisfactione devenire ad carcerationem ejuſdem debitoris, inducatur notorietas, quòd idem debitor non ſit ſolvendo, propter quod cæteri creditores ab onere ulterioris excuſſionis ſubleventur, *Sabel. d. reſol.* 91. *n.* 19. *& in ſumma d. verbo excuſſio. n.* 6. *Merlin. de pign. l.* 5. *q.* 74. *per tot. Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc.* 32. *n.* 17. *Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *d. Rubr.* 14. *n.* 26. dummodò excuſſio fiat inter legitimos contradi-
ctores; ſecus ſi inter virum, & uxorem, inter quos 343
cadit ſuſpicio fraudis, & colluſionis, ut declarat *Sabel. d. verbo excuſſio ſub eo n.* 6. *in fin. cum Rota dec.* 10. *n.* 7. *p.* 12. *rec.*





Quandoquidem; dum debitor ceſſus exivit de carcere, ſatisfacto creditore, ad cujus inſtantiam fuit carceratus, nihilo manifeſtius, quod de tempore excuſſionis factæ per Furlanum, non erat non ſolvendo, ſed benè ſolvendo, cum re vera ſolverit, & ſatisfecerit creditori, ſicuti ſolviſſet, & ſatisfeciſſet Peſaro, à quo fuit in carcere ſequeſtratus, ſivè recommendatus, ſi ad id, mediante ejuſdem carceratione, & retentione in carcere, cogi valuiſſet, nec controverſia, veriùs col-
344 luſio ſuper invaliditate capturæ cum principali creditore extitiſſet; quandò enim captura detegitur nulla, & invalida ab initio, corruunt quoque ſequeſtrationes; licet ſecus eſſet, ſi ratione formæ non obſervatæ in procedendo, ex poſt facto annullaretur; juxtà pulcherrimam diſtinctionem *Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *Rubr.* 23. *n.* 48. *ubi plures.*

345 Rurſus dicta concluſio non vindicat ſibi locum, ubi (prout nunc) fuerunt à cedente indicata bona debitoris ceſſi excutienda; nam hoc caſu, non obſtante excuſſione facta ab aliis creditoribus, adhuc excuſſio ſuper bonis indicatis eſt repetenda, ut cum *Multis* monet *Pigant. ad d. Rubr.* 14. *ſub num.* 26. *verſ. Niſi tamen, & ad d. Rubr.* 29. *n.* 30.

346 Nec, ubi excuſſio facta eſt per alios creditores ſuper ſolis mobilibus, & diligenter inquiſitum non eſt, ut in præſenti de omnibus bonis debitoris; quia, hoc caſu hujuſmodi excuſſiones non probant debitorem eſſe notoriè non ſolvendo, ex notatis, *inter cæteros, cum Jaſon in l. ſi conſtante n.* 138. *ff. ſolut. matrim. à Covar. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 6. *ſub n.* 8. *verſ. Item ſatis probatur paupertas, tom.* 2.

347 Præcipuè, cum ſimus in excuſſione conventionali, in qua ſufficit potuiſſe extare alia bona, & neceſſariò inferri debet ad non exiſtentiam aliorum bonorum, *Rota poſt Merlin. de pign. ſæpè citata dec.* 66. *nu.* 9. *&* 17. *ac per tot. ſemper ex gratia vidend.*

Ea ſanè eſt ratio, quia, ex quo debitor fuit pluries excuſſus in ſolis mobilibus, imò, eis non repertis, pro debitis carceratus, licet inferri valeat, quod ipſe non poteſt ſolvere in mobilibus, & in pecunia numerata, ac proptereà mobilium ceſſet
348 excuſſio; non tamen ſequitur, quod ſit inops, ſeu notoriè non ſolvendo, ſi ſtabilia poſſidet, & in ſtabilibus non excuſſis facienda non ſit excuſſio; Multi enim divites, ac communiter, & notoriè habiti pro divitibus non poſſunt ſolvere in mobilibus, nec habent pecuniam in contanti paratam ſolutioni, & tamen poſſident multa bona, & effectus, ideoque
349 non ſunt decocti, inopes, & non ſolvendo, ut firmatur *à Rota Rom. apud Gob. conſult. deciſ.* 19. *n.* 67. *ubi concord.*

350 Siquidem, qui ſtabilia poſſidet, nedum idoneus, & ſolvendo dicitur, verum & locuples, & tantum in pecunia habere dicitur, quantum in ſtabilibus poſſidet, per *text. ſing. in l. prope modum* 88. *ff. de verb. ſignif. benè Hodiern. d. contr.* 27. *nu.* 36. *& ſeq.* ubi concludit, quod cedens, qui promiſit nomen debitoris ceſſum exigibile, ſatisfeciſſe dici po-
351 teſt promiſſioni, quantumvis verbum *exigibile* de pecunia accipiatur, quando dictum nomen bona ſtabilia poſſidet.

Procedit in hoc autem eadem concluſio, quòd cæteri creditores adſtringi non poſſunt ad aliam
352 excuſſionem ſuper iiſdem bonis, ſive mobilibus, ſive immobilibus per alios excuſſis faciendam, ſed procedere poſſunt contra nomina debitorum, bona fidejuſſorum, & perſonam principalis debitoris, & tertios poſſeſſores reſpectivè. At ſi ſola mobilia ſint diſcuſſa, & immobilia excutienda ſuperſint, non eximuntur, quin ipſi obligati ſint eadem immobilia diligenter excutere; poſſunt quidem omittere mobilium excuſſionem, & petere directò deveniri ſuper immobilibus, quod aliàs, mobilibus prius non diſcuſſis, eis nequaquam concederetur;
juxtà ordinem *tex. in l. à Divo Pio, §. in venditio* 353
*ne ff. de re jud. Aretin. in d. §. item ſi quis in fraudem n.* 19. *&* 20. *& ibi Adden. litt. C.* ubi dictam concluſionem ita declarat *inſtit. de action. pluribus relatis, Salgad. labyr. credit. p.* 1. *d. cap.* 23. *num.* 90. de materia egregiè *Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 3. *d. Rubr.* 35. *à n.* 2. *& ſeqq. cum Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 14. *num.* 1. *cum ſeqq. Ridolph. prax. p.* 1. *cap.* 14. *nu.* 347. *Fenzon. ad Stat. Urb. lib.* 1. *cap.* 193. *n.* 7.

Quare, ſi replicaretur ceſſare quoque objectum 354
de ulterioribus diligentiis per ceſſionarium faciendis; quia, dum cedens ipſe fecit omnem diligentiam pro ſatisfactione, fruſtrà alia videtur per eundem ceſſionarium adhibenda, *Rota poſt contr. d. dec.* 62. *n.* 13. Eadem, quæ hactenus mox *ſuprà*, militaret reſponſio; dum enim cedens fecit ſolum omnes diligentias ſuper mobilibus debitoris ceſſi, nullas verò ſuper ejuſdem ſtabilibus, ceſſionarius im-
munis profectò redditus eſt ab exactiſſima, aliave 355
excuſſione ſuper mobilibus, ſed nullatenus exemptus eſt, quin ipſe ſtabilia excutere teneatur.

Minuſque ſuffragatur bona debitoris per Peſarum indicata eſſe prorſus intricata, & anterioribus debitis, ac hypothecis implicita, & obvoluta, ita quod de facili disbrigari non poſſint, nec cito, nec abſque longa mora, & non levi impenſa, quo caſu illa bona habentur, ac ſi non eſſent, nec ideo illa
excutere tenetur ceſſionarius, per celebrem *Rotæ* 356
*Jan. dec.* 156. *n.* 8. *ab Omnibus* ſecutam, & præſertim *à Staiban jun. d. reſol.* 67. *nu.* 7. *&* 22. *ac ibi in obſerv. n.* 84. *ac d. reſol.* 96. *num.* 25. *tom.* 1. *Marotta diſcept.* 28. *nu.* 9. *Mel. alleg.* 8. *num.* 1. *&* 12. *lib.* 2. *& obſerv.* 86. *num.* 1. *Cyriac. d. contr.* 327. *num.* 77. *cum ſeqq. lib.* 2. *Aliiſque innumeris citatis Epiſc. Rocca d. cap.* 130. *nu.* 18. ubi, quod
bona debitoris ſatis ad hunc effectum intricata di- 357
cuntur, quando publico creditorum concurſui fuerunt ſubjecta *tom.* 2. & ſequitur *Queſada d. contr.* 48. *nu.* 21. *plenè Salgad. labyr. credit. p.* 1. *d. cap.* 23. *à num.* 8. *& ſeqq. & p.* 2. *cap* 5. *n.* 30. *&* 31. & rurſus ſecutam *ab Altimar. de nullit. Rubr.* 13. *q.* 19. *nu.* 52. *tom.* 2. *Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc.* 32. *nu.* 30. *Romaguer. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *d. Rubr.* 31. *num.* 38. *ubi quamplures congerit, & prius Rubr.* 19. *numer.* 58. *Jovio de ſolem. in contr. min. gloſ.* 16. *§.* 11. *num.* 218. *Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 3 *d. Rubr.* 35. *nu.* 22. *tom.* 1. *Adden. ad Buratt. dec.* 476. *n.* 18. *Rota cor. Duran. dec.* 212. *num.* 16. *cor. Bichio d. dec.* 484. *nu.* 17. *impreſſa poſt vol.* 1. *colluct. legal. D. mei Comitis Bonden. dec.* 22. *ſub n.* 12. *& d. dec.* 518. *n.* 2. *tom.* 2. *apud Poſt de ſubhaſt. dec.* 51. *n.* 3. *dec.* 72. *n.* 7. *&* 8. *& in rec. dec.* 393. *n.* 14. *p.* 16.

Bona namque diſcutienda debent eſſe ſufficien- 358
tia, & expedita; ſufficientia, quæ poſſunt creditori ſatisfacere: expedita, quæ ſine controverſia poſſideri valent, ità *præter mox allatos Pigant. ad Stat. Ferr. lib.* 2. *d. Rubr.* 29. *n.* 31.

Proùt debitorem ceſſum eſſe notoriè inopem, & 359
non ſolvendo, ac ſimiliter excuſſionem non eſſe neceſſariam, *Auth. hoc ità, in fin. C. de duob. reis, l.* 3. *C. de fidejuſſ. §. ſi plures, & ibi gloſ. in verbo partes in* 3. *fallent. inſtit. de fidejuſſ. cum ſimil. Cyriac. d. contr.* 327. *n.* 71. *lib.* 2. *D. meus Co. Bonden. d. colluct.* 6. *num.* 36. *ubi Plures vol.* 1. *Marott. d. diſcept.* 28. *num.* 46. *Staiban. reſol.* 121.

*numero* 15. *tom.* 2. *Calvin. de æquit. d. cap.* 114. *à numero* 35. *ad fin. lib.* 2. *cap.* 274. *ex numer.* 64. 66. ubi, quod notorium probari per famam vicinorum poteſt, *& numero* 72. *lib.* 3. *Pigant. d. Rubr.* 14. *numero* 25. *Romaguer. ad Conciol. d. Rubr.* 31. *numero* 38. *Altimar. de nullit. d. Rubr.* 13. *ead. q.* 19. *numero* 5. *tom.* 2. *Donad. de renunc. d. cap.* 29. *numero* 117. *Zaul. d. Rubr.* 35. *numero* 35. *Sabel. d. verbo excuſſio num.* 15. *tom.* 2. *Rota cor. Celſo dec.* 233. *numero* 7. *cor. Bichio d. dec.* 484. *numero* 1. *tom.* 2. *& rec. d. dec.* 25. *nu.* 11. *p.* 11. *& dec.* 408. *nu.* 8. *p.* 14. *& ità ſæpiſſimè.*

360 Etenim, cum de jure omnia bona præſumantur libera, & ab omni nexu anterioris oneris, hypothecæ, & obligationis ſoluta, & expedita;
361 obligationes enim tanquam in facto conſiſtentes non præſumuntur, niſi ab eas allegante probentur, *l. in bello* 12. *§. factæ ff. de captiv. & poſtlim. reverſ. Cyriac. contr.* 378. *numero* 4. *&* 70. *lib.* 2.

362 Ac rursùs de jure quilibet præſumatur ſolvendo, juxtà ſententiam *gloſ. in c. bonæ il.* 1. *in verbo naturam, in fin. de elect.* & probatur *in l. ſi creditores, ff. de privil. credit. Surd. conſ.* 452. *numero* 22. *lib.* 3. *Hodiern. d. contr.* 27. *numero* 13. *D. meus Bonden. d. collect.* 49. *numero* 100. *ubi dat Alios vol.* 1. *Salgad. labyr. credit. p.* 1. *d. cap.* 23. *num.* 69. *&* 70. *Panimol. d. dec.* 18. *nu.* 10. *tom.* 1.

363 Utique non ſuffragatur ceſſionario dicere, bona debitoris ſunt intricata, & implicita, non expedita, & ſufficientia, niſi concludenter id probet, & oſtendat, in ſpecie *Cyriac. d. contr.* 327. *à numero* 72. *& ſeqq. lib.* 3. *Salgad. d. cap.* 23.
364 *num.* 67. ità, ut evidenter appareat non poſſe pro quantitate crediti prætenſi executari, *Hodiern. d. contr.* 27. *ſub numero* 45. *Merlin. de pign. lib.* 5. *d. q.* 69. *numero* 15. *Rota Jan. d. dec.* 156. *num.* 11.

365 Et aſſerenti debitorem eſſe inopem, & non ſolvendo, tanquàm fundamentum ejus intentionis, incumbit onus concludenter quoque probandi, ob dictam juris contrariam præſumptionem, *Salgad. d. cap.* 23. *à numero* 67. *& ſeqq. pulcherrimè Romaguer. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib.* 2. *d. Rubr.* 31. *ſub num.* 30. *in fin. Panimol. d. dec.* 18. *num.* 11. *Rota cor. Pegna dec.* 494. *num.* 15. *tom.* 1. *& alibi.*

366 Ultra quam quod regulare eſt ceſſionarium habere non poſſe regreſſum adverſus cedentem, niſi plenè juſtificata inexigibilitate debitoris ceſſi, ſeu oſtenſo, quod ſit pauper, & non ſolvendo, in puncto *Menoch. d. conſ.* 778. *numero* 3. *lib.* 8. *Becc. d. conſ.* 105. *numero* 28. *vol.* 1. *Altograd. d. conſ.* 37. *ſub numero* 30. *tom.* 1. *Cyriac. d. contr.* 375. *numero* 19. *lib.* 3. *Poſt. d. reſol.* 61. *num.* 6. *&* 7. *cum quibus Panimol. d. dec.* 18. *num.* 15. *tom.* 1. Addo *Belmont. d. dec.* 125. *à num.* 5. *ubi optimè.*

367 Quin imò, quod debeat præciſè conſtare per exactiſſimam diſcuſſionem bona debitoris eſſe intricata, & ipſum eſſe non ſolvendo, & ſine ea id verificari non poſſe; ita, quod non referat, ſi ceſſionarius exhibeat fidem æſtimi, nomen debitoris ceſſum, alia bona non poſſidere; ſed etiam hoc caſu, neceſſariam eſſe excuſſionem, & dari terminum cedenti ad probandam exiſtentiam aliorum bonorum, tenet cum *Surd. conſ.* 452. *num.* 21. *& ſeqq. lib.* 3. *Hodiern. d. contr.* 27. *num.* 13. *& ſeqq.*

Tandem non adverſari dicebam, pactum in noſtra ceſſione appoſitum, quod in caſu, in quo Furlanus ſatisfactionem conſequi non valuiſſet, facta excuſſione reali, tunc unica tantum præcedente citatione, eidem licitum eſſet contra Peſarum ſtatim habere regreſſum.

Nam, hujuſmodi pacto non obſtante, adhuc 368
Furlanus ceſſionarius omninò tenebatur ſupra dictas diligentias adhibere contra debitorem ceſſum, & illas cedenti denunciare; prout in terminis fortioribus, pacti ſcilicet adjecti in ceſſio- 369
ne per cedentem, qui promiſit ſupplere, ac reficere debitum, & quæcumque perſolvendi in omnem impedimenti, ceſſationiſque controverſiam, adſtruitur ſingulariter ab *Ant. Mornaccio in l. ult. n.* 2. *ff. ſi cert. pet.* ubi ſic deciſum *refert. in Senatu Pariſien.* quem ſequitur *Hodiern. d. contr.* 27. *n.* 27. *& eis citatis Epiſc. Rocca d. cap.* 151. *ſub n.* 370
15. *& n.* 16. ubi, & ipſe in caſu pacti ſolvendi per cedentem ex ſola mora debitoris ceſſi in ſolvendo, & unica tantum citatione, & intimatione contrà ipſum debitorem præcedente *tom.* 2.

Ex quibus ratione excuſſionis ſufficienter, & 371
legitimè non factæ adverſus Peſarum cedentem nequaquàm competere poſſe regreſſum Furlano ceſſionario dicebam: ad excitandum, ac obtinendum quoquè, ex abundanti, arbitrio Judicis, ſtandum eſt; nam ejus arbitrio, & prudentiæ remittitur conſiderare, an ceſſionarius uſus fuerit diligentiis ſufficientibus adverſus debitorem ceſſum; per edocta à *Merend. contr. jur. d. lib.* 24. *eod. cap.* 50. *ſub numero* 88. *verſ. ſatis ergo erit. Urceol. d. conſult.* 2. *num.* 22. Atque ita &c. *Pro veritate &c.*

*Jacobus Pellagatti Advocatus*
*Colleg. Ferrar.*

---

## CAPUT L.

### ARGUMENTUM.

Stante idoneitate nominis ceſſi, inſpecto ceſſionis, vel ſolutionis tempore, periculum ejuſdem nominis, ob negligentiam, & moram ceſſionarii in eo exigendo, ad eundem ceſſionarium ſpectat; ſecus eſt, quoties nomen ceſſum de tempore ſupra dicto fuerit omninò exigibile, & non ſolvendo.

Exigibilitas nominis ceſſi, ubi non ſit promiſſa, an, & de quo tempore præſtari debeat. Promiſſa regulariter non cenſetur, & ubi expreſsè eſt promiſſa, quanto tempore debeat manuteneri, an ad tres, vel quatuor annos, vel in perpetuum, & quid in cenſibus, & annuis redditibus, & ubi adſunt verba perpetuitatem denotantia, & evictionis promiſſio, latè, & magiſtraliter pertractatur, ac reſolvitur.

### *SUMMARIUM.*

1 *Arbitrio Judicis remittitur conſiderare, an, & quando ceſſionarius fuerit negligens in exigendo creditum ceſſum.*

2 *Ceſſionarius tenetur ſtatim excutere debitorem ceſſum.*

3 *Pactum, quod ceſſionarius teneatur facere excuſſionem contra debitorem ceſſum, eique nullam facere dilationem ad ſolvendum, firmiter eſt ſervandum.*

4 *Ceſſionarius, prorogando debitori ceſſo tempus*





*ad ſolvendum, dicitur in negligentia, & culpa, quæ nocere non debet cedenti; ſed cedens omninò remanet liberatus, limita n.* 5.

6 *Periculum nominis ceſſi in ceſſione pro ſoluto ceſſionarii damno cedere debet, ſi ſui negligentia, & culpa factum ſit deterius, ac non ſolvendo. Idem in ceſſione pro ſolvendo, n.* 7. *contra n.* 8. *diſtingue n.* 9. *&* 10. *amplia n.* 14. *limita n.* 15.

11 *Negligentia nulla imputari poteſt ceſſionario in nomine exigendo, quando nullus terminus ei præfixus fuit ad agendum, contrarium numero* 13.

12 *Damnum eo magis ceſſionarius ſentire debet, quando illi tempus diligentiarum fuit limitatum, & ſui negligentia in agendo, deterior facta fuit nominis exactio.*

16 *Debitore ceſſo, detecto non ſolvendo, reſtituenda eſt ceſſionario actio, jam extincta, ne in damno remaneat, declara n. n. ſeqq.*

17 *Cedens tenetur ſolùm præſtare nomen ceſſum bonum de jure, id eſt verum, legitimum, & efficaciter obligatum, non autem bonum de facto, id eſt exigibile, copioſum, & ſolvendo, diſtingue à n.* 22. 31.

18 *Nomine ceſſo effecto non ſolvendo ex facto cedentis, ceſſionarius habet regreſſum contrà cedentem, niſi nomen præſtetur verum, & ſimul ſolvendo, amplia n.* 19. *&* 20.

21 *Emptor tenetur ſolvere pretium venditori nominis debitoris, licet nomen non ſit ſolvendo, dummodò ſit verum, & reale, declara n. n. ſeqq.*

22 *Exigibilitas, & bonitas nominis ceſſi præſtari debet de tempore ceſſionis, ſi ceſſionarius ignoraverit, debitorem ceſſum eſſe non ſolvendo, & n.* 24. *amplia n.* 23.

25 *Solutionis tempore præſtari debet nominis exigibilitas, ubi ceſſio non eſt pura, ſed ſub conditione, vel in diem.*

*Conditione, vel conditionis tempore pendente, ſi nomen efficiatur deterius, & non ſolvendo abſque culpa, & negligentia ceſſionarii, omne periculum indè contingens totaliter ſpectat ad cedentem, diſtingue n.* 26.

27 *Idoneitas, & exigibilitas nominis ceſſi præſtari debet uſque ad tempus, quo ceſſionarius poſſit exigere.*

28 *Negligentia ceſſionarii probatur eo ipſo, quòd ipſe habuit poteſtatem agendi, & non egit.*

30 *Ceſſionarius præſumitur inquiſiviſſe veritatem crediti ceſſi, nec illam inveſtigare prætermiſiſſe.*

32 *Scientia præſumpta ceſſionarii, quòd nomen ceſſum non ſit ſolvendo, ad effectum, ut cedens non teneatur præſtare nomen exigibile, & ſovendo, non ſufficit; ſed requiritur ſcientia explicita, & concludentiſſimè probata cum omnibus ſuis qualitatibus* 33. *Et taliter etiam probata non ſuffragatur ſtante promiſſione exigibilitatis, & n.* 34.

35 *Evictionis promiſſio an ſufficiens ſit ad hoc, ut cenſeatur promiſſa nominis exigibilitas, & ceſſionarius habeat regreſſum contrà cedentem, quamvis ipſe ceſſionarius non ignoraverit nomen ceſſum eſſe non ſolvendo ad num.* 40.

36 *Regreſſus adversùs cedentem quando competit ceſſionario, competit etiam pro omni eo, quod illius intereſt, & ſub n.* 52.

41 *Ceſſionario exigente novam obligationem à debitore ceſſo, cedens liberatur, non obſtante promiſſione de faciendo illud nomen bonum, & exigibile, amplia n.* 42.

42 *Præſervatio priorum jurium, & proteſtatio de non recedendo ab illis, quando, & quomodo ſuffragetur ceſſionario ad n.* 45.

46 *Exigibilitas, & idoneitas nominis ceſſi de jure promiſſa non intelligitur, niſi expreſsè in inſtrumento ceſſionis dicatur, limita uſque ad num.* 45.

48 *De ceſſione jurium talium qualium, pacto inevictionis, clauſula, quod non niſi pro ſuo dato, & facto tantum cedens teneri voluit, quinam tractent.*

54 *Promittens, nomen ceſſum eſſe verum, vel bonum alternativè, ſufficit, quod præſtet debitorem verum, licèt deinde appareat non ſolvendo.*

55 *Pactum de manutenendo nomen debitoris ceſſum exigibile eſt dependens, & de conſuetudine* Ferrariæ: *contrarium numero* 57. *& ſeqq.*

56 Contr. diſcept. 81. n. 25. *impugnatur.*

57 *Clauſula* Quæ omnia &c. *ſolam promiſſionem manutentionis, & defenſionis nominis importat, quæ promiſſio refertur ad ſolam veritatem, & efficaciam obligationis, non autem ad nominis exigibilitatem* 58. *diſtingue à numer.* 59. 62.

*Promiſſio conſervationis indemnitatis, defenſionis, & manutentionis nominis ceſſi non importat, exigibilitatem eſſe promiſſam.*

63 *Exigibilitas promiſſa manuteneri debet, ac præſtari nomen idoneum, ſolvendo, & locuples.*

64 *Exigibilitatis promiſſio dicitur adimpleta, quando nomen eſt tale, ut facile exigi valeat, vel nihil contrà illud poſſit opponi* 65.

66 *Exigibilitatis promiſſio trahi non debet ad perpetuitatem, ſed ſufficit, quòd debitor ſit ſolvendo & exigibile de tempore ceſſionis, vel ſolutionis, & paulò poſt per aliquos annos, arbitrio Judicis decernendos, amplia numer.* 67. 69.

68 *Pactum,* ut creditum omni futuro tempore capiat, *ac alia verba tractum temporis in futurum habentia, quandoque referri poſſunt ad tempus præſens, ſive ad tempus futurum habens tamen cauſam de præterito.*

70 *Exigibilitas in annuo cenſu, ſive reddìtu præſtari debet ſucceſſivis, perpetuiſque temporibus, etiamſi non adſint verba perpetuitatem denotantia, & num.* 76. *amplia num.* 71. 72. *contrarium n.* 73. *limita n.* 74. *declara à n.* 92. *& ſeqq.*

72 *Verbum* manutenere *præ ſe fert exigibilitatem nominis promiſſam ſucceſſivis futuris temporibus, contrarium, n.* 75.

77 *Exigibilitas promiſſa per verba denotantia tractum temporis perpetuum, & ſucceſſivum perpetuis, ſucceſſiviſque temporibus in quavis ceſſione eſt manutenenda, ſatis eſt, quod verba ſint clara, quæ tamen referri debent ad promiſſam exigibilitatem, n.* 78. 79.

80 *Verba plurima denotantia tractum temporis perpetuum, & ſucceſſivum, quibus exigibilitas promiſſa perpetuò manuteneri debet, referuntur uſque ad n.* 90.

91 *Exigibilitas nominis ceſſi promiſſa cum ulteriori obligatione de proprio in caſu contrario, poſt factas diligentias, ſemper, & perpetuò durat.*

94 *Exigibilitas juris, & facti quid ſit remiſſivè.*

98 *Ceſſionario imputari non poteſt, cur ſortem cenſus irrepetibilem non exegit.*

99 *Ceſſionarius perpetuò agere poteſt adverſùs cedentem actione evictionis ad reſtitutionem ſortis cenſus ceſſi, & evicti, ac etiam ad fructus, poſt evictionem paſſam decurſos, & num.* 110.

## RESPONSUM ALIUD

*Ejuſd. D. Pellagatti in ead. Cauſa.*

1 QUoniam & Judicis arbitrio relinquitur inſpicere, an, & quando ceſſionarius moram, & negligentiam in exigendo debitore ceſſo, contraxiſſe dicatur; Urceol. in 2. Append. ad conſult. 2. n. 12. Pacif. de ſal. interd. inſpect. 3. cap. 4. n. 627. & ſeqq. Olea de ceſſ. jur. tit. 7. q. 3. nu. 39. in fin. propterea ad promovendum ipſius Judicis animum

Dicebam ulteriùs. Quòd Furlanus elapſo tempore convento, quo venerat dies ſolutionis crediti ceſſi, ſtatim non excuſſit debitorem ceſſum, prout ex natura ceſſionis tenebatur, Altograd. jun.
2 conſ. 37. ſub num. 28. lib. 1. Becc. conſ. 105. antè nu. 26. lib. 1. Scaccia de commer. & camb. §. 2. gloſ. 5. num. 254. Mangil. de evict. q. 78. nu. 1. Sed uſque ad diem 8. Novembr. Sicque per menſem, & dies octo, judicium protelavit, etiam contrà pactum in inſtrumento ceſſionis expreſſum ibi--Con queſto, che non gli poſſa fare alcuna di-
3 lazione, quod erat firmiter ſervandum; ex vulgat. jurib. ac in proximis terminis Rota poſt Merlin. de pign. dec. 66. nu. 1. alias cor. Roxas dec. 212. & in rec. dec. 202. p. 9.

4 Ac per conſequens, ex quo Furlanus prorogavit debitori tempus ad ſolvendum, ipſi adſcribenda erat negligentia, imò culpa, quæ Peſaro nocere non debebat, ſed idem Peſarus omninò remanebat liberatus; in ſpecie Theſaur. quæſt. for. lib. 4. q. 10. n. 8. Rota cor. Bicchio dec. 518. n. 15. ubi, quòd ſecus eſt, quando dilatio ad ſolvendum
5 conceſſa fuit in ventre ipſius inſtrumenti ceſſionis præſente cedente, tom. 2.

6 Dum enim ob hujuſmodi negligentiam, & culpam Furlani reſultantem ex dicta prorogatione, nomen debitoris fuit effectum deterius, & minùs idoneum, ac ſaltem in pecunia non ſolvendo, meritò ejuſdem nominis deterioratio ipſius Furlani damno cedere debebat, ut in terminis ceſſionis pro ſoluto concludunt Becc. d. conſ. 105. ſub num. 9. verſ. nec dicatur ſub num. 19. verſ. quæ cum ità & num. 21. ac 26. lib. 1. Eugen. conſ. 73. numer. 15. lib. 1. Cyriac. contr. 110. numero 7. lib. 1. contr. 374. num. 28. contr. 175. num. 15. & 16. lib. 2. & contr. 456. numer. 5 lib. 3. plenè Urceol. d. conſult. 2. à num. 27. & ſeqq. Carol. Ant. de Luca in obſerv. ad Gratian. diſcept. 527. num. 8. verſ. quando adeſt pactum. tom. 3. Salgad. labyr. credit. p. 3. cap. 11. num. 57. Theſaur. d. q. 10. num. 5. & 8. Panimol. dec. 18. Adnot. 1. num. 13. tom. 1. & eſt indubitatum apud Omnes.

7 Et quando verſamur in ſimplici ceſſione pro ſolvendo, ſeu ſolutionis cauſa, ſive ad faciliorem exactionem, in qua ceditur nomen debitoris, cujus ſolutionis dies jam ceſſionis tempore venerat, vel paulò poſt, ac ad certum tempus ventura erat; & ceſſionarius elapſo tempore debitori præfixo ad ſolvendum, tacuit, nec ipſum debitorem interpellavit ad ſolvendum, nec debitas fecit diligentias, pro eo exigendo; tunc pariter ob hujuſmodi ceſſionarii negligentiam, & culpam, nomen ceſſum fuerit effectum deterius, & non ſolvendo, eidem prorſus denegandam eſſe actionem contrà cedentem, & ipſum cedentem remanere omninò liberatum, affirmare non dubitarunt per tex. in l. decem. 75. & in l. periculum 35. ff. ſi cert. pet. Altograd. d. conſ. 37. ſub num. 29. nu. 29. & 30. lib. 1. Epiſc. Rocca diſput. jur. cap. 129. num. 12. cap. 151. num. 5. tom. 2. Manſ. conſult. 626. numer. 5. & ſub num. 6. verſ. ſed ut clarius. lib. 7. Scaccia de com. & camb. §. 2. d. gloſ. 5. nu. 255. & 263. Mangil. de evict. d. q. 78. numer. 1. benè Olea de ceſſ. jur. tit. 7. d. q. 3. num. 39. & 41. Salgad. labyr. credit. p. 3. d. cap. 11. ex num. 56. Anſald. de com. & mercat. d. diſc. 32. ſub num. 3. verſ. nec relevat. Thomat. dec. March. 29. numero 20. & 27. Belmont. dec. 125. numero 13. & 14.

Nihilo minus contrarium, præcipuè circà eum, 8
qui litteras cambii receptavit, tenuerunt Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 11. num. 5. & 8. Caſtil. contr. cap. 77. verſ. quartus caſus, & verſ. quod ſi adhuc iſtos, Hodiern. ad Surd. dec. 187. verſ. aliquo; & firmavit Rota poſt contr. dec. 62. n. 11. ubi Concord.

Pro concordia autem harum opinionum, & di- 9
ligens eſt adhibenda animadverſio, quòd non eſt lapſus temporis, aut negligentia ceſſionarii, quo ad creditum ceſſum, debitis temporibus non exactum, quæ faciat, & cauſa ſit, ut periculum ſit ipſius ceſſionarii, ſeu cauſare poſſit in ceſſionarium translationem dominii, & ſucceſſivè periculi nominis ceſſi, quod in ſimplici ceſſione pro ſolvendo perſeverat in dominio cedentis; ideoque in hoc ſenſu rectè loquuntur dicentes, quòd negligentia ceſſionarii non præjudicat: Sed eſt actio mandati pro illa lata, ſeu levi culpa, quam mandatarius, ſive ceſſionarius præſtare tenetur mandanti, ſive cedenti, ob neglectum, ſeu malè adminiſtratum mandatum, quod eſt id, quod Do-
ctores dicunt, ceſſionarium dici à cedente conſti- 10
tutum procuratorem, uti in rem propriam, & cui dicitur commiſſa cura exigendi creditum ceſſum, debitis temporibus eo modo, quo feciſſet diligens paterfamilias: Cùm ergò fuerit in culpa, ſivè lata, ſivè levi, non agendo debitis temporibus pro conſecutione crediti ceſſi; meritò debet ipſe damnum inde proveniens ſubire; atque in his terminis benè loquuntur tenentes diverſam opinionem, ut negligentia præjudicet ceſſionario negligenti; juxtà diſtinctionem priùs inventam à Card. de Luca tit. de credit. diſc. 64. nu. 10. & ſeqq. lib. 8. & poſteà amplexam ab Altero de Luca ad Gratian. d. diſcept. 527. num. 13. tom. 3. Urceol. in d. 2. Append. ad d. conſult. 2. num. 7.

Hinc non incongruum ſit advertere, fallax eſſe 11
illud aſſumptum, quòd negligentia non poteſt imputari ceſſionario, qui non exegit, quando nullus terminus ei præfixus fuit ad agendum, per doctrinam Gratian. d. diſcept. 527. n. 7. & 8. ſecutam à Thomat. deciſ. 61. n. 9. & Poſt. deciſ. Bonon. 59. n. 159. & firmatam à Rota dec. 352. n. 3. p. 2. rec.

Equidem certum eſt de jure, quòd ceſſiona- 12
rius eo magis damnum de proprio ſentire debet, quando ei fuit tempus diligentiarum limitatum, ſi per ipſius ceſſionarii negligentiam fuerit effecta deterior exactio nominis ceſſi, ut præter mox relatos, ac alios, de quibus in cap. præced. numer. 188. advertit, & Anſald. de commerc. & mercat. d. diſc. 32. num. 6. ubi refert Rotam cor. Celſo dec.



13 dec. 100. num. 5. & 6. Sed non inde ſequitur, quòd nulla negligentia imputari poſſit ceſſionario verè negligenti, quando ei nullus fuit præfixus terminus: Et doctrinam Gratiani non probari ex Auctoritatibus ab eo citatis, loquentibus indiſtinctè, & abſolutè, monet Andreol. contr. 115. nu. 7. & eidem Gratian. multipliciter reſpondet Prat. diſcept. 21. à numer. 69. ad fin. ut animadvertit Carol. Ant. de Luca in obſerv. ad eund. Gratian. in d. diſcept. 527. num. 10. & 11. tom. 3. ac ſentit Urceol. in d. 2. Append. à n. 6. & ſeqq. ubi diſtinguit, ſicuti mox ſuprà, & ſatisfacit Thomat. & Rotæ locis relatis.

Indubitanter autem, cum in actis probatur (ut
14 in caſu noſtro probatum eſt) quòd debitor ceſſus de tempore ceſſionis, ac de tempore, quo ipſe ſolutionem facere obſtringebatur, non erat inexigibilis, & non ſolvendo; prædicta procedere tuentur Ruin. conſ. 93. num. 8. lib. 5. Surd. conſ. 228. num. 16. verſ. dicens, quod ad probandum lib. 2. Becc. conſ. 37. nu. 5. verſ. ingens lib. 1. Gratian. d. diſcept. 527. numer. 36. tom. 3. Epiſc. Rocca diſput. jur. d. cap. 129. numero 13. d. cap. 151. numero 6. tom. 2. Rota cor. Bichio dec. 518. numero 16. tom. 2. & in rec. dec. 158. numer. 12. p. 15.

15 Quando verò liquidò conſtat, nomen ceſſum de tempore prædicto jam fuiſſe non ſolvendo, & omnino inexigibile, licèt ceſſionarius fuiſſet negligens, nihil ei dicta negligentia obeſſet, Epiſc. Rocca d. cap. 129. à n. 14. melius d. cap. 151. ex n. 7. & ſeqq. tom. 2. Gratian. d. diſcept. 527. n. 37. tom. 3. Paitel. expedit. 42. nu. 2. & ſeqq. Capyc. Galeot. contr. 32. n. 12. & ſeqq. lib. 1. De Marinis lib. 1. reſol. 41. & in obſerv. ad Reverter. d. dec. 430. n. 2. Salgad. labyr. credit. p. 1. cap. 27. num. 58. Olea de ceſſ. jur. tit. 7. d. q. 3. n. 40. Guzman. de evict. q. 35. n. 35. De Luca in labyr. ceſſ. jur. via 26. n. 1.

16 Etiamſi de ceſſione pro ſoluto ageretur; nam ubi debitor ceſſus detegitur non ſolvendo, major ſubeſt ratio reſtituendi ipſi ceſſionario actionem jam extinctam, ne ſcilicet in damno remaneat, ut præter proximè congeſtos, traditur à Specul. in tit. de fidejuſſ. n. 24. Surd. conſil. 143. n. 39. lib. 1. D. meo Comite Bonden. in tract. de jure municip. ad Stat. Ferr. lib. 2. obſerv. 11. in reſponſ. ad Manſ. §. cum ceſſante in fin.

17 Hæc tamen maximam difficultatem ingerere videntur; quia regulare eſt, quòd cedens, vendens, aut dans in ſolutum, aut delegans nomen debitoris, nihil aliud de jure præſtare tenetur, niſi, quod illud nomen ſit bonum de jure, id eſt, ſolum eſſe verum, & legitimum debitorem, & efficaciter obligatum, non autem de facto, id eſt, nomen eſſe exigibile, locuples, & ſolvendo, per text. expreſſum in l. ſi nomen ff. de hæred. vel act. vend. Bart. in l. unica num. 50. ff. ſolut. matrim. Becc. d. conſ. 105. num. 13. & 14. lib. 1. Hodiern. d. contr. 27. à num. 2. & ſeqq. Cyriac. contr. 169. num. 4. & 10. lib. 1. contr. 225. num. 7. & 31. & d. contr. 375. num. 11. lib. 2. Urceol. d. conſult. 2. num. 1. & in prima Append. num. 1. Epiſc. Rocca d. cap. 130. num. 2. & per tot. tom. 2. Manſ. conſult. 667. num. 25. ubi plures lib. 7. Queſada contr. 48. num. 3. & 6. & 18. & cæteros cumulatos à Panim. dec. 18. num. 21. & ibi in Adnot. 1. num. 1. Card. de Luca tit. de credit. d. diſc. 64. numer. 5. lib. 8. Rotam cor. Merlin. dec. 639. numer. 3. tom. 2. cor. Duran. dec. 404. tom. 2. cor. Buratt. dec. 476. num. 4. tom. 2. & poſt Zach. de oblig. Camer. dec. 265. num. 11. ac in rec. dec. 141. n. 11. & ſeqq. dec. 224. p. 15. dec. 393. p. 16. & dec. 399. n. 7. & 8. p. 19. ac alibi ſæpiſſimè, & Omnes ſubjiciendi.

Quod, ſi nomen debitoris redderetur minus 18
idoneum, & non ſolvendo ex facto ipſius cedentis, ſcilicet, ſi ceſſionarius excluderetur aliqua exceptione ex perſona cedentis, unde non eſſet exigibile; ſi cedens non removeret obſtaculum, creditum non redderetur verum, & ceſſionarius habere poſſet regreſſum contrà eundem, ſi non præſtaret nomen debitoris verum, & ſimul ſolvendo, Bald. conſ. 72. n. 2. lib. 3. Dec. conſ. 102. num. 1. Sabel. verbo ceſſio ſub n. 30. verſ. Tenetur tamen cedens tom. 1. Panimol. d. dec. 18. Adnot. 1. n. 8.

Etiamſi cedens proteſtatus fuiſſet, ſe nolle te- 19
neri de evictione dicti nominis; vel ceſſiſſet, vendidiſſetque nomen illud tale, quale, ut firmat
Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 13. numer. 9. & 13. 20
Cenc. de cenſ. q. 72. ſub num. 23. verſ. etiamſi proteſtaretur cum verſ. ſeq. qua de re eſt videnda Rota cor. Peutinger. dec. 323. n. 12. & in rec. deciſ. 263. n. 7. & ſeqq. ac dec. 387. n. 3. p. 19. & aliqua etiam digna obſervatione habentur à Card. de Luca tit. de uſur. diſc. 20. n. 16. lib. 5. & tit. de credit. diſc. 155. lib. 8.

Unde, quòd emptor teneatur ſolvere pretium 21
venditori nominis debitoris, licèt non ſit ſolvendo, dummodo debitum ſit verum, & reale tradunt Eugen. conſ. 73. num. 3. & per tot. lib. 1. Pacian. conſ. 50. per tot. Pariſ. conſ. 88. num. 13. vol. 1. Bald. conſ. 73. nu. 2. vol. 3. Caſtrenſ. conſ. 170. num. 2. vol. 2. Surd. d. conſ. 22. n. 35. d. conſ. 145. ſub n. 18. lib. 1. & conſ. 452. nu. 14. & ſeq. lib. 3. Cyriac. d. contr. 225. n. 7. 8. & 31. lib. 2. relati à Panimol. d. dec. 18. ead. Adnot. 1. n. 6. & 7. tom. 1.

Propterea dicendum eſt, tunc demum compe- 22
tere ceſſionario regreſſum contrà cedentem, ſi nomen ceſſum non ſit, vel detegatur non ſolvendo, quando tempore ceſſionis nomen debitoris ceſſum eſt non ſolvendo, vel omninò impoſſibilis exactionis ob fideicommiſſa, inhibitiones dotales, & alia credita anteriora tempore ceſſionis exiſtentia; junctimque ceſſionarius ignorat debitorem ceſſum eſſe non ſolvendo, vel juſtam, & probabilem ſuæ ignorantiæ cauſam allegat; nam tunc cedens tenetur non ſolùm de veritate crediti ceſſi, ſed etiam de ejus exigibilitate, quia aliàs ceſſionarius non fuiſſet contracturus, licèt nulla facta fuerit promiſſio evictionis, & exigibilitatis, ſeu nomen eſſet locuples, & ſolvendo, ut probatur à contrario ſenſu per tex. in l. promittendo 42. §. ſi à debitore verſ. ſi quis ff de jur. dot. Bart. in l. ſi cum dotem §. ſi mulier, & ibi Alex. num. 4. ff. ſolut. matrim. Barboſ. in l. æſtimatis num. 11. ff. eod. Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 42. num. 2. lib. 1. Epiſc. Rocca d. cap. 129. num. 10. ubi cum Tondut. qq. civil. q. 49. n. 10. lib. 2. notat, quòd hæc concluſio eſt notabilis, quodque pauci ad eam advertunt. Felician. de cenſ. tom. 2. lib. 2. cap. 1. ſub num. 13. verſ. deciſum fuit. Cenc. eod. tract. d. q. 72. nu. 23. verſ. declaratur etiam. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 21. ſub num. 22. verſ. Si autem debitor. Franc. dec. 108. num. 3. & ſeq. ibique de Luca num. 1. tom. 1. Panimol. d. dec. 18. ead. Adnot. 1. numero 4. ubi pulchrè tom. 1.

Quod ſibi locum vindicat, licèt cedens, ven- 23
dens, vel in ſolutum dans, vel delegans nomen debitoris ipſe etiam ejus inopiam ignoraret; quia nihilo minus ceſſionarius, propter probabilem ignorantiam,

rantiam, haberet regreſſum contrà cedentem; etenim ſi debitor non ſit de tempore ceſſionis ſolvendo, perindè eſt, ac ſi nihil ceſſum fuiſſet, ut ſubdit *Tondut. d. q. 49. n. 13. lib. 2. tom. 1. Panimol. d. Adnot. 1. n. 5.*

24 Recepta eſt enim concluſio, quòd cedens eo caſu, tenetur ſemper præſtare bonitatem, & exigibilitatem nominis ceſſi de tempore ceſſionis; *ex allatis DD. num. 14. 15. & 22.* quibus addo *Ruin. conſ. 45. numer. 4. & 5. lib. 5. Becc. d. conſ. 105. num. 19. & 25. lib. 1. Poſt. reſol. civil. 58. num. 7. Altimar. ad Ruit. conſ. 75. num. 2. & 3. lib. 1. Urceol. d. conſult. 2. num. 32. Caren. reſ. 143. nu. 10. lib. 1. Mel. obſerv. 3. num. 12. Epiſc. Rocca d. cap. 129. num. 11. tom. 2. Hodiern. d. contr. 27. num. 39. & ſeq. optimè contr. diſcept. 81. nu. 6. & ſeqq. ubi plures. Queſada d. contr. 48. num. 12. Felic. de cenſ. tom. 2. lib. 2. cap. 1. numer. 15. Cenc. eod. tract. d. q. 72. ſub num. 23. verſ. declaratur ſecundò. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 2. Rubr. 24. num. 39. & ſeq. Merlin. de pign. lib. 5. q. 21. num. 69. Tondut. d. q. 49. numer. 29. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 36. à nu. 11. & ſeqq. Oleam de ceſſ. jur. tit. 7. d. q. 3. ſub nu. 28. verſ. Primus quando quis. Panimol. d. dec. 18. num. 23. tom. 1. Rotam poſt Cenc. de cenſ. dec. 476. & dec. 506. num. 4. poſt Oleam de ceſſ. jur. dec. 36. n. 5.*

25 At ubi ceſſio nominis non eſt pura, ſed facta ſub conditione, vel per adjectionem diei, per quam inducitur & conditio, ita ut exactio nominis evadat conditionalis, impediens actionem exerceri à ceſſionario, cui propterea nulla poteſt imputari mora, aut culpa, cur nomen ipſum non exegerit, & quantitatem, ſummamque illius non fuerit conſecutus, quia tunc pendente tempore conditionis, vel ipſa conditione, ſi nomen efficiatur deterius, & non ſolvendo, abſque culpa, facto, aut negligentia ceſſionarii, omne periculum inde emergens totaliter ſpectat ad cedentem, nec ante diem, vel conditionis eventum liberatur, & nomen ceſſionarii damno cedere non incipit, niſi poſt purificatam conditionem, vel adventum diei, qua debitor ceſſus tenetur facere ſolutionem: proinde juxta ſolutionis tempus conſiderari, & ſpectari debet, an ipſe debitor ſit idoneus, & ſolvendo ex regula *d. l. neceſſario, ubi DD. communiter, ff. de peric. & commod. rei vend. Mel. d. obſerv. 3. numer. 12. & 13. ubi benè Gratian. diſcept. 514. num. 8. & diſcept. 527. num. 7. & 8. tom. 3. Epiſc. Rocca cap. 145. num. 26. tom. 2. Salgad. labyr. credit. p. 2. cap. 20. n. 43. Felician. de cenſ. d. cap. 1. numer. 16. Cenc. eod. tract. d. q. 72. ſub n. 23. verſ. Præterquam, Antonel. de temp. legal. lib. 1. d. cap. 36. num. 1. Surd. dec. 23. ſub num. 10. ad eund. Hodiern. nu. 1. & ſeq. Panim. d. dec. 18. ead. Adnot. 1. n. 3. & Adnot. 2. n. 24. tom. 1. Rota cor. Puteo dec. 124. & 126. lib. 3. ac in rec. dec. 47. num. 18. p. 10. & Omnes mox adducendi.*

26 Ita tamen, ſi idem nomen non fuerit ſimpliciter deterioratum, aut in parte diminutum, ſed in totum perierit; ſecus eſſet, ſi ageretur de periculo deteriorationis, aut diminutionis, quo caſu, conditione, vel die adveniente, omne periculum, & incommodum medii temporis, per retrotractionem ad diem ceſſionis, quæ foret ſpectanda, pertineret ad ceſſionarium, prout benè declarant *Altograd. conſ. 9. ſub numero 9. & conſ. 13. ſub num. 1. & num. 20.* ac benè *per tot. lib. 1. Hermoſil. ad l. l. Hiſpan. l. 26. gloſ. 1. 2. num. 3. tom. 1. fol. 545. Poſſidon. de empt. in Addit. lib. 1. dub. 6. ſub numero 42. & lib. 2. dub. 12. à num. 13. 14. & ſeqq. Larrea dec. 69. num. 21. cum ſeqq. lib. 2.* & *cum Aliis* egregiè *D. meus Bonden. de jure municip. lib. 2. in ead. Reſponſ. ad Manſ. §. Quod ſi.*

27 » Non ſufficit autem idoneitas tempore ceſſionis, vel ſolutionis, ſed etiam, quod debitor inveniatur idoneus tempore, quo ceſſionarius poterit exigere; fruſtrà enim ceſſionarius caveret de bonitate nominis, niſi tempus commodæ exactionis reſpiceret; hujus ſententiæ fundamentum non leve eſt, quod dictum eſt ſuprà *à n. 4. & ſeq.* nempe ceſſionarium, qui fuit negligens in exactione nominis ceſſi, non habere regreſſum contra cedentem, ex quo colligitur obligationem præſtandi bonitatem ad tempus, quo primum nomen ceſſum exigi poterit, eſſe protrahendum; ità ratiocinando ſingulariter animadvertit *Olea de ceſſ. jur. tit. 7. d. q. 3. n. 29.*

28 Et facit, quod negligentia ceſſionarii probatur eo ipſo, quod habuit poteſtatem agendi, & non egit, *Staiban. jun. reſol. 19. à n. 77. & ſeqq. tom. 2. Epiſc. Rocca d. cap. 151. ſub n. 1.*

29 » Quando verò ceſſionarius de tempore ceſſionis nominis debitoris ceſſi habet notam illius qualitatem, & ſcit non eſſe facultatibus idoneum, & ſolvendo, tunc ſi recipiat nomen pro bono, idoneo, & exigibili, illius deterioratio, non ad ipſum cedentem, ſed ad ceſſionarium pertinet, cum ſibi imputare debeat, ſi acceptaverit pro bono, & exigibili, quod ſciebat non eſſe bonum, & exigibile, ut admittunt *Omnes D. D allati num. 22.* ac ulterius *per tex. in l. inter cauſas 86. §. abeſſe ff. mandati* tradunt *Becc. d. conſ. 105. num. 18. lib. 1. Marcabrun. conſ. 63. num. 15. Mel. obſerv. 86. num. 3. Contr. d. diſcept. 81. n. 15. ubi pulchrè, Cenc. de cenſ. d. q. 72. ſub eo num. 23. verſ. Limita ſecundò, ſi ceſſionarius, Barz. dec. 110. num. 8. 9. & 10.* & recitatis verbis *Panimol. d. dec. 18. ead. Adnot. 1. n. 14. Rota dec. 124. num. 8. p. 14. dec. 141. n. 9. & 12. p. 15. dec. 399. n. 4. & ſeqq.* ubi 30 quod ceſſionarius præſumitur inquiſiviſſe veritatem crediti ceſſi, nec illam inveſtigare prætermiſiſſe, *p. 19. rec.*

31 Et ſatis eſt, quod ceſſionarius ſit in culpoſa, & ſupina ignorantia, ita ut penitùs ignoranter accepiſſe nomen non dicatur, *Cenc. de cenſ. ſub eo n. 23. verſ. Declaratur etiam, Panimol. d. Adnot. 1. eod. n. 14.*

32 Scientiam tamen præſumptam ceſſionarii nomen ceſſum eſſe non ſolvendo, non ſufficere, ſed 33 omninò requiri explicitam, & concludentiſſimè probatam, ſpecialem, & cum omnibus ſuis qualitatibus certum, & indubitatum eſt, *ad tex. in l. quod ſi nolit 31. §. qui mancipia, ff. de ædil. edict. l. quæro 40. ff. de act. empt.* in terminis *Mel. d. obſerv. 86. num. 4. Capyc. Galeot. contr. 32. n. 28. & ſeqq. lib. 1. Contr. d. diſcept. 81. numer. 12. & 13. Epiſc. Rocca d. cap. 130. numero 15. & 16. tom. 2. Rota dec. 100. numero 6. & dub. ſeqq. p. 8. & d. dec. 393. à numero 5. & ſeqq. p. 16. rec.*

34 Nec ſuffragatur etiam ſcientia explicita, & taliter probata, ſtante expreſſa cedentis promiſſione de exigibilitate creditoris ceſſi, ut latiſſimè comprobant *poſt Alios Gratian. d. diſcept. 527. nu. 6. 13. ac per tot. tom. 3. Staiban. jun. d. reſ. 67. n. 2. & ſeq. tom. 1. Mel. d. obſerv. 86. n. 5. Rota d. dec. 393. n. 7. p. 16. rec.*

35 Et quoties eſt ſpecificè, aut generaliter ampliſſimè



promiſſa evictio, & regreſſus favore ceſſionarii in caſu litium, & moleſtiarum, quibus evenientibus, non obſtante qualibet ſcientia, quod nomen ceſſum non ſit ſolvendo, favore ejuſdem ceſſionarii commiſſa dicitur ſtipulatio contrà cedentem, *ad tex. in l. ſi fundum ſciens, C. de evict. ubi gloſ. verbo convenit, & in l. ſi fratres C. com. utriuſque jud. Staiban. jun. reſol. 100. num. 26. & ſeq. lib. 1. Surd. dec. 208. ſub num. 14. Larrea dec. Granat. 74. numero 19. cum Quibus* in puncto *Epiſc. Rocca d. cap. 130. num. 14. tom. 2.* & notat *Sabel. d. verbo ceſſio ſub numer. 30. verſ. Quod licèt cedens, Calvin. de æquit. cap. 228. nu.* 36 *72. & 73. lib. 3.* & benè *Rota d. dec. 393. à num. 7. & per tot.* ubi *num. 12.* quod datur etiam regreſſus ceſſionario pro omni eo, quod illius intereſt, *p. 16. rec.*

37 Quod autem non refragetur, ut dicatur etiam promiſſa exigibilitas, ſimplex promiſſio evictionis in inſtrumento ceſſionis adjecta, quia per dictam promiſſionem cedens tenetur ſolum de realitate, & non de exigibilitate, etiamſi eſſet promiſſa evictio clauſulis ampliſſimis; cum omnes ad veritatem nominis, non ad illius bonitatem extendantur, ut per *tex. in d. l. ſi nomen, ff. de hæred. vel act. vend. l. ſi plus, §. fin. ff. de evict. l. pupilli §. Soror. ff. de ſolut.* tenent *Gratian. d. diſcept. 527. num. 4. tom. 3. Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 42. num. 2. Queſada d. contr. 48. num. 7. Hodiern. d. contr. 27. num. 9. & ſeqq. Tondut. d. q. 49. num. 1. & 2. & lib. 2. Theſaur. qq. for. lib. 3. q. 73. Cobel. de bon. regim. cap. 48. num. 28. Panimol. d. dec. 18. numero 28. & Alii,* 38 niſi fuerit etiam promiſſa evictio tàm de jure, quàm de facto; cum tunc cedens nomen debitoris teneatur præſtare non ſolum verum, ſed etiam exigibile, & facultatibus idoneum, *Roderic. de ann. reddit. lib. 1. q. 8. num. 23. Tondut. d. q. 49. num. 16. Giurba dec. 117. num. 14. Pa-* 39 *nimol. d. dec. 18. num. 29.* Quidquid in contrarium etiam hoc caſu tuetur *Hodiern. d. contr. 27. n. 11. quem laudat Queſada d. contr. 48. n. 7. in fin.*

40 Pro concordia autem dicendum eſt, quod ſimplex evictionis promiſſio operatur, ut quandocumque fuerit nomen ceſſum evictum, locus ſit promiſſioni evictionis, & favore ceſſionarii commiſſa ſit ſtipulatio ad effectum agendi de evictione contrà cedentem; non verò, ut cenſeatur promiſſa exigibilitas, & in caſu, quo nomen ſimpliciter efficiatur non ſolvendo, periculum ſit cedentis, ac liceat ceſſionario ad primævam actionem ex natura ceſſionis competentem redire, juxtà diſtinctionem traditam à *Surd. conſ. 22. num. 34. lib. 1. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 21. num. 19. Aliis citatis, Panimol. d. dec. 18. ead. Adnot. 1. n. 16. & 17. & pulchrè Rota cor. Merlin. dec. 639. n. 5. & per tot. tom. 2. & in rec. d. dec. 393. n. 8. p. 16.*

41 Certè, quando ceſſionarius non contentus de obligatione, & promiſſione cedentis novam exegit obligationem ab eodem debitore ceſſo, videtur approbare perſonam debitoris ceſſi pro bono, exigibili, mediante novo contractu, & obligatione inter eos facta, ità ut cedens non obſtante ejuſdem promiſſione de faciendo nomen illud bonum, & exigibile, liberatus exiſtat, nec ulteriùs ergà ceſſionarium de nominis deterioratione ad quidquam teneatur, ut concludunt *Menoch. conſ. 778. num. 13. verſ. quintò, & ultimò lib. 8. optimè Mel. d. obſerv. 3. numero 14. juncto num. 1. & 8. ac per tot. Caren. reſol. 143. num. 9. in fin. lib. 1. Cenc. de cenſ. d. q. 72. ſub nu. 23. verſ. limit. 3. quando ceſſionarius, Rota Gen. dec. 2. n. 3. in fin. juncto n. 19. propè med. Panimol. d. dec. 18. ead. Adnot. 1. n. 15.*

42 Ità quod eo caſu proteſtatio facta per ceſſionarium de non recedendo à prioribus hypothecis, ac juribus, emanata poſt ceſſionem in abſentia, ac ſine conſenſu cedentis, non relevat, *Mel. d. obſerv. 3. numero 6. & 15. Caren. reſol. 90. num. 36. & ſeq. lib. 1. Merlin. de pign. lib. 5. q. 30. num. 24. Chartar. dec. 13. num. 8 & 9. Rota apud Pacif. de ſalv. interd. dec. 146. ſub num. 5. verſ. non obſtat quod, ita ab eod. Mel. ibid. relat.*

43 Quod ſecus eſt, quando ceſſionarius accipit à cedente nomen debitoris cum præſervatione facta coram ipſo cedente jurium, & hypothecarum adverſus quoſcumque, & præſertim contra ipſum cedentem; quia tunc cedens non liberatur, ſed jura, & actiones adverſus eundem cedentem in ſuo robore conſiſtunt, atque ceſſionarius de eis, ceſſione non obſtante, factis tamen debitis diligentiis, experiri poteſt, *Cyriac. contr. 214. num. 29. lib. 2. Arias de Meſa lib. 1. reſol. 43. num. 2. Mel. d. obſerv. 3. num. 5. Surd. dec. 23. ſub num. 9. Hodiern. ad eundem dec. 187. ſub numero 4. in quinto requiſito, Maſtrill. deciſ. 40. num. 6. Rota poſt Contr. d. dec. 62. numer. 6. ubi concord.*

44 Vel, quando ceſſionarius noluit recipere nomen debitoris pro bono, idoneo, & exigibili, quod efficit, ut in caſu inexigibilitatis res habeatur pro integra, ex quo cenſetur ipſum non præſtitiſſe conſenſum in caſu, quo præjudicium ſentire deberet, *Pariſ. conſ. 15. lib. 1. & conſ. 109. n. 36. lib. 3. Contr. d. diſcep. 81. n. 17. Rota cor. Pegnæ dec. 856. n. 9. tom. 1.*

45 Et ſufficit, quod in actu ceſſionis ceſſionarius recuſaverit nomen liberè recipere, & proteſtatus fuerit; quoniam illa ſola proteſtatio, & recuſatio efficit, ut periculum pertineat ad cedentem, quia ſufficit, quod ceſſionarius ſe præcavere voluerit, *Gratian. diſcept. 65. antè num. 12. tom. 1. Contr. d. diſcept. 81. nu. 18. Bertazol. clauſ. 34. gloſ. 18. num. 3.*

46 Exigibilitas autem, & idoneitas nominis ceſſi, de jure promiſſa non intelligitur, niſi expreſsè in inſtrumento ceſſionis dicatur, *d. l. ſi nomen, ubi Bald. ff. de hæred. vel act. vend. Idem Bald. in l. 1. in fin. ff. ad Macedon. Becc. d. conſ. 105. n. 13. lib. 1. Urceol. d. conſult. 2. antè n. 9. Tondut. d. q. 49. nu. 25. & 26. lib. 2. Panimol. d. dec. 18. n. 24. tom. 1. Rota poſt Cenc. d. conſ. dec. 477. num. 2.*

47 Præterquàm, ubi nomen debitoris aſſignatum fuiſſet pro dote, quia tunc tenetur cedens illud præſtare exigibile, etiamſi de hoc non fuerit conventum, & hoc ex privilegio dotis, in qua in damnum Conjugum nulla cautione admittitur, aut toleratur, *Staiban. d. reſ. 67. à num. 16. d. reſ. 96. numero 27. & 28. tom. 1. & d. reſ. 190. numero 160. tom. 2. Capyc. Galeott. contr. 32. nu. 37. & 38. lib. 1. Andreol. contr. 332. numero 1. Rocca reſponſ. 97. numero 22. cent. 2. Olea de ceſſ. jur. tit. 5. numero 7. & ſeqq. & tit. 7. q. 3. numer. 9. cum Quibus, & Aliis Urceol. in Append. ad d. conſult. 2.* ubi egregiè id exornat, & ampliat, *Queſada d. contr. 48. ſub numero 24. Sabel. d. verbo ceſſio ſub numero 30. verſ. Item tenetur,* benè *Rota dec. 171. numero 14. & ſeqq. p. 18. tom. 1. rec.*

48 Et ubi cedens non ſimpliciter ceſſit jura talia qualia,

qualia, vel ſi quæ haberet, nec ſibi proſpexit per pactum inevictionis, vel clauſulam, quod non niſi pro dato, & facto ſuo tantum teneri voluit, de quibus omnibus magiſtraliter traditur ab Urceol. d. conſult. 2. à num. 40. ad fin. ſemper vidend. & paſſim habetur apud Sabel. d. verbo ceſſio ſub numero 32. & ſub num. 33. verſ. Cedens jura, & verſ. ſeqq. tom. 1. Panim. d. dec. 18. ead. Adnot. 1. numero 11. ubi dat Alios, tom. 1. Rota cor. Duran. dec. 404. ex num. 5. cor. Gregor. dec. 579. & in rec. dec. 287. dec. 453. p. 9. dec. 85. num. 15. dec. 155. & dec. 215. per tot. p. 12. dec. 509. numero 17. p. 13. dec. 393. num. 2. & 11. p. 16. & dec. 40. numero 8. p. 17.
49 rec. Sed & ulterius progreſſus fuit, & promiſit ceſſionem bonam, & validam, & facere conſentire omnem perſonam, quia ſaltem virtualiter dicitur promiſſa etiam exigibilitas, Urceol. d. conſult. 2. numero 4. ubi, quòd hoc tradere videntur relati per Arias de Meſa d. reſol. 43. n. 10. lib. 2. Maſſin. de conſiſc. bonor. q. 48. num. 47. & dixit Rota cor. Merlin. dec. 689. numer. 2. tom. 2.

50 Imò, quòd ſimpliciter promittens nomen eſſe bonum, illud eſſe ſolvendo, exigibile promiſiſſe dicatur, habetur à Bald. in d. l. ſi nomen. ff. de hæred. vel act. vend. Bart. in l. 1. in princ. ff. ad Maced. Becc. d. conſ. 105. numero 37. lib. 1. Cenc. de cenſ. d. q. 72. ſub numero 23. verſ. Ampliatur hæc concluſio, Tondut. d. q. 49. numero 30. & 31. Merlin. de pign. lib. 5. d. q. 21. numer. 71. Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 36. numero 4. & 5. cum pluribus Panimol. d. dec. 18. ead. Adnot. 1. num. 10. Rota cor. Duran. dec. 404. n. 8. & 9. tom. 2.

51 Rurſus promittens nomen ceſſum facere, habere, & tenere, non ſolum bonitatem, ſed exigibilitatem de jure, & de facto promittit, cum in hac clauſula non ſolum juris, ſed etiam facti impedimenta comprehendantur, & per conſequens
exigibilitas, Tondut. d. q. 49. numero 23. cujus
52 Authoritati innixus Queſada d. contr. 38. numero 19. & 20. firmavit in caſu controverſo Clauſulam habere, tenere, & in ſua pace poſſidere, importare idem, ac promiſſionem explicitam exigibilitatis de jure, & de facto nominis ceſſi, & dictum Authorem gladium ad radicem affixiſſe, ideoque Senatum Turritan. condemnaſſe cedentem, verius illius hæredem ad exigibilitatem præſtandam, & loco illius ad refectionem expenſarum, ac principalis quantitatis una cum fructibus, ſeu penſionibus decurſis ratione evictionis ſecutæ.

53 Ex quibus occaſionem notandi, quod affirmans, aliquem eſſe idoneum, habetur loco fidejuſſoris, ſumpſerunt Gratian. d. diſcept. 527. num. 35. tom. 3. Hodiern. d. contr. 27. num. 32. Panimol. d. Adnot. 1. n. 10.

54 » Si tamen cedens non concepit ſuam pro-
» miſſionem copulativè, ſed alternativè, promit-
» tendo tale nomen eſſe verum, vel bonum,
» eo caſu ſatisfacit ſuæ promiſſioni eo ipſo, quod
» præſtat debitorem verum cum effectu, & ſi-
» ne exceptione, licet deinde appareat non ſol-
» vendo; ſufficit enim alternativè partem eſſe
» veram, & ſic ſatis eſt nomen ceſſum eſſe ve-
» rum in ſui ſubſtantia, licet non ſit ſolvendo,
quæ ſunt fere præciſa verba Cenc. de cenſ. d. q. 72. ſub eo n. 23. verſ. limitatur autem hæc ſecunda concluſio.

55 Hinc patet falſum eſſe, quod pactum de manutenendo nomen debitoris ceſſum, vel delegatum exigibile, ſit dependens, & de conſuetudine Ferrariæ ſoleat apponi in ſimilibus contractibus, ex Conſtitutione Em. Card. Spinolæ edita ſuper Clauſulis Inſtrumentariis, ut in Clauſulario veteri fol. 17. fol. 43. & 44. prout aſſeruit Contr. d. diſcept. 81. n. 25.

Nam ibi legitur ſolum in Clauſula Quæ omnia 56
promiſſio manutentionis, & defenſionis ſequentibus verbis concepta. Quæ omnia jura d. A. obligando, ut ſuprà, ſolemni ſtipulatione promiſit d. B. præſenti, & ſtipulanti, ut ſuprà eidem B. aut ſuis, ut ſuprà, legitimè, perpetuò, ab omni perſona, & communi Collegio, & Univerſitate manutenere, auctorizare, defendere, & disbrigare, in judicio, & extrà &c. & eadem ſunt verba in
formulario novo fol. 55. & 56. nihil aliud ſane 57
importantia, quàm promiſſionem manutentionis, & defenſionis, quæ, ſicuti etiam promiſſio de
conſervatione indemnitatis, non ampliat contra- 58
ctum, & obligationem, ſed reſtringitur, & intelligitur ſolum quo ad manutentionem, defenſionem, & conſervationem nominis debitoris ceſſi reſpectu ejus veritatis, & efficaciæ obligationis. Urceol. d. conſult. 2. numer. 2. Queſada d. contr. 48. num. 7. Epiſc. Rocca d. cap. 130. ſub num. 2. Theſaur. lib. 3. d. q. 10. ſub numero 3. verſ. Clauſula Cohel. de bon. regimin. cap. 48. num. 28. Maſſin. de conſiſc. d. q. 48. numer. 46. Cenc. de cenſ. d. q. 72. ſub eo numero 23. verſ. Quam ampliant Sabel. d. verbo ceſſio, num. 30. Panimol. d. Adnot. 1. n. 2. Adden. ad Gregor. deciſ. 579. num. 14.

Et ſimplex manutentionis promiſſio non efficit, 59
ut cenſeatur promiſſum nomen debitoris bonum, ſolvendo, & exigibile, quando, nuſquam facta mentione, quod nomen ceſſum ſit ſolvendo, vel exigibile, promittitur ſimpliciter manutentio, evictio, defenſio, & conſervatio indemnitatis; li-
cet ſecus eſſet, quando ſuprà foret ſpecificè, ac 60
æquè principaliter promiſſa evictio, & debitorem eſſe ſolvendo, cum relatione ad manutentionem infrà promittendam; quia ſubſequens obligatio manutenendi, præſertim ſi verba ſint univerſalia, & indefinita, nec reſtricta (ut in d. clauſula Quæ omnia) ad meram defenſionem, complecteretur tàm veritatem crediti, & evictionem, quàm exigibilitatem, ut caſus utriuſque diverſitas benè deprehenditur ex deductis per Roderic. de ann. reddit. lib. 2. d. q. 21. n. 14. & ſeqq. junctis n. n. 20. & 21. Maſtrill. d. dec. 24. n. 9. & 10. & ita clarè diſtinguit Rota cor. Bichio d. dec. 518. n. 18. & duob. ſeqq. tom. 2. & poſt Oleam de ceſſ. jur. d. dec. 35. n. 3.

Prout etiam, quod verbum manutenere non 61
importet, quod fuerit promiſſa manutentio bonitatis, & exigibilitatis, ſi idem verbum manutenere non referatur ad verba eſſe bonum exigibile &c. ut ſi dictum ſit hujuſmodi ceſſionem eſſe bonam, & validam, benequè, validè, & legitimè geſtam, & factam, & tanquam talem manutenere &c. cum verbum manutenere referri nequeat ad verba eſſe bonam, & validam, eo quod d. verba habent orationem perfectam, & reguntur à verbo eſſe; ſed ad verba, beneque validè, & legitimè geſtam,
& factam &c. cum ultimum verbum referendum 62
ſit ad proxima, & immediatè præcedentia, non autem ad remota, & diſtantia, ſingulariter ita docet Panimol. d. dec. 18. numero 24. & 25. tom. 1.

Cæterùm, quando exigibilitas, & idoneitas 63
eſt promiſſa, tunc non ſufficit, quod debitum, & nomen ceſſum ſit verum, reale, & efficaciter obligatum, ſed requiritur etiam, ut ſit ſolvendo locuples, & idoneum, adeo ut cedens, non niſi facta ſolutione liberetur, ac ipſe teneatur manutenere ceſſionarium in iſta qualitate exigibilitatis, alias contrà eundem cedentem poſſit habere regreſſum, l. ſi venditor 39. in princ. ff. de act. empt. l. qui fundum 40. §. qui agrum ff. de contrahend. empt. Becc. conſ. 105. num. 16. lib. 1. Staiban. d. reſol. 67. num. 3. Prat. d. diſcept. 21. n. 3. tom. 1. Gratian. d. diſcept. 527. à num. 1. 14. tom. 3. Urceol. d. conſult. 2. num. 9. Epiſc. Rocca d. cap. 129. num. 8. & d. cap. 130. num. 2. & ſeqq. tom. 2. Queſada d. contr. 48. n. 18. Mel. d. obſ. 3. num. 2. contr. d. diſcept. 81. ſub num. 5. verſ. præſertim. Leotard. de uſur. q. 39. num. 52. Acoſta de privil. credit. regul. 3. limit. 5. num. 1. Antonel. de temp. legal. lib. 1. d. cap. 36. num. 3. Hermoſil. ad l. l. Hiſpan. l. 36. gloſ. 8. num. 86. Tondut. d. q. 49. num. 16. Cenc. de cenſ. d. q. 72. ſub eo num. 23. verſ. Secunda concluſio, Panimol. d. dec. 18. ead. Adnot. 1. num. 9. tom. 1. ubi dat alios plures, Rota cor. Roxas d. dec. 362. n. 9. alias poſt Contr. d. dec. 61. n. 3. & ibid. dec. 62. n. 9. & alibi ſæpiſſimè.



64 Verum exigibilitatis promiſſio tunc dicitur adimpleta, quando nomen eſt tale, ut facilè exigi valeat, ex text. in l. 1. ubi Bart. ff. ad Maced. Staiban. jun. d. reſol. 67. num. 1. & ſeqq. Mangil. de evict. q. 79. n. 12. ubi, quod exigibile repu-
65 tatur nomen debitoris, quando tale habetur, ut nihil contrà illud poſſit opponi, Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 13. num. 11. Coſta de facti ſcientia cent. 1. diſtinct. 44. num. 7. & 8. cum aliis Tondut. d. q. 49. num. 26. quos laudat, & ſequitur Queſada d. contr. 48. ſub num. 20. verſ. Exigibilitas verò.

66 Hæc autem promiſſio exigibilitatis trahi non debet ad perpetuitatem, ſed pro illius adimplemento ſufficit, quod debitor ceſſus ſit ſolvendo, & exigibilis tempore ceſſionis, vel ſolutionis, ut ſuprà, & paulò poſt aliquos annos, arbitrio Judicis decernendos, Becc. d. conſ. 105. n. 37. & 47. Prat. d. diſcept. 21. num. 67. & ſeq. Rota conſult. 7. num. 53. & 2. ſeqq. contr. d. diſcept. 81. n. 16. Epiſc. Rocca d. cap. 129. num. 18. & d. cap. 130. num. 20. ac d. cap. 142. num. 5. tom. 2. Queſada d. contr. 48. num. 12. Guſman. de evict. d. q. 35. num. 59. & ſeqq. Olea de ceſſ. jur. tit. 7. d. q. 3. ſub num. 28. verſ. ſecundus, Leotard. de uſur. q. 80. n. 40. & ſeqq. Merlin. de pign. lib. 5. d. q. 21. n. 69. Sabel. d. verbo ceſſio ſub num. 30. verſ. Quod licet cedens, & nu. 32. tom. 1. Thomat. dec. 137. n. 22. tom. 2.

67 Idque etiamſi promiſſum ſit nomen ceſſum omni tempore exigibile, quia ſi non adſint verba perpetuitatem denotantia, ſufficit nomen fuiſſe ſolvendo de tempore prædicto; juxtà Andreol. d. contr. 115. n. 4. Carol. Ant. de Luca ad Gratian. d. diſcept. 527. n. 9. tom. 3.

68 Et eſt obſervandum, quòd pactum, ut creditum omni futuro tempore capiat, vel clauſulæ ſemper, & omni tempore, ac alia verba tractum temporis in futurum habentia, quandoque referri poſſunt ad tempus præſens, ſive ad tempus futurum, habens tamen cauſam de præterito, ſeu quantum eſt de præterito, non autem, ſi ex cauſa ſuperveniente fieret, ut non caperet, ſive non ſolvendo debitor efficeretur, ex traditis à Poſt. reſol. 58. per tot. Rota d. conſult. 7. à num. 65. Carol. Ant. de Luca ad Gratian. d. diſcept. 527. ſub num. 13. verſ. in contrarium caſu, uſque ad fin. ubi exemplificat egregiè cum Leotard. de uſur. d. q. 80. n. 41. Rota poſt Cenc. de cenſ. dec. 476. num. 4.

Imò, quòd non obeſſent verba perpetuitatis, ut 69
ſemper, & perpetuò fore validam, ut potè reſtricta ad legalitatem crediti ceſſi, non autem reſpicientia promiſſam exigibilitatem. Epiſc. Rocca d. c. 142. ſub n. 5. in fin. tom. 2.

Difficultas autem in eo conſiſtit, an ſuprà firmata obtineant, quoties agitur de annuo cenſu, ſeu redditu, & in hoc contrariæ valdè ſunt opiniones.

Nam, quòd hoc caſu, debeat præſtari pro- 70
miſſa exigibilitas ſucceſſivis, perpetuiſque temporibus, etiamſi non adſint verba perpetuitatem denotantia; cum maximum adſit diſcrimen inter ceſſionem ejus, quod ſemel tantùm tradi debet, & annui redditus, cujus tradendi obligatio ſingulis annis renaſcitur; optimè ſuſtinent, utrumque caſum perbellè diſtinguentes Faber in Cod. lib. 8. tit. 11. de evict. definit. 13. in fin. verſ. poſteriore verò Andreol. d. contr. 115. nu. 10. lib. 1. Gratian. d. diſcept. 527. num. 35. tom. 3. Staiban. jun. d. reſol. 67. num. 11. Altimar. ad Rovit. d. conſ. 75. n. 6. lib. 1. Epiſc. Rocca d. cap. 129. à num. 21. ad fin. ubi plenè & magiſtraliter & d. cap. 130. numer. 21. & d. cap. 142. num. 6. tom. 2. pulchrè
Queſada d. contr. 48. num. 24. & 25. pulcherri- 71
mè Manſ. d. conſult. 627. num. 4. & 5. lib. 7. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. q. 8. numer. 23. Barz. dec. 110. num. 22. & cæteri infrà n. 76. ſubjiciendi.

Et ſufficiens eſt, quòd ſit promiſſa exigibilitas per verba tractum temporis futurum importantia; in ſpecie Hodiern. d. contr. 27. num. 15. Epiſc. Rocca d. c. 142. ſub n. 7. tom. 2. Urceol. d. conſult. 2. num. 11.

Vel, quòd ſimpliciter ſit promiſſa exigibilitatis 72
manutentio per ſolum verbum manutenere, quod nedum præ ſe fert exigibilitatem de tempore ceſſionis, ſed exigibilitatis obligationem, ſucceſſivis etiam futuris temporibus ad tempus futurum protrahit, Gratian. d. diſcept. 527. num. 15. 7. ad eund. Carol. Ant. de Luca n. 4. tom. 3. Hodiern. d. contr. 27. n. 16. Urceol. d. conſult. 2. n. 11. ubi dat alios. Tondut. d. q. 49. num. 30. & 31. Maſſin. de conſiſc. bonor. d. q. 48. num. 50. Barz. d. dec. 110. num. 20. Panimol. d. dec. 18. numer. 24. tom. 1. Rota cor. Duran. d. dec. 404. numer. 8. & 9. ac poſt Merlin. de pign. d. dec. 146. n. 17.

Contraria verò ſententia, quòd etiam hoc ca-
ſu non teneatur cedens perpetuò manutenere 73
debitorem ceſſum exigibilem, ſed tantùm reſtricta dicatur promiſſio exigibilitatis ad tres, vel quatuor annos, quibus fructus cenſus debeant exigi, firmiter tenent Merend. contr. jur. lib. 24. cap. 50. num. 82. & 83. Poſt. d. reſol. 58. num. 9. Cyriac. contr. 458. num. 6. & ſeqq. lib. 3. Urceol. d. conſult. 2. numer. 10. & 12. Manſ. d. conſult. 626. ſub numer. 6. & ſub num. 8. verſ. Quo verò ad
annuos cenſus, ubi quod ulterius cedens non te- 74
netur, niſi conſtet ceſſionarium præſtitiſſe opportunas in nomine exigendo diligentias, lib. 7. De Luca ad Gratian. d. c. 527. n. 6. & 7. t. 3. Cenſ. d. quæſt. 72. ſub nu. 23. verſ. declaratur ſecundò. Olea de ceſſ. jur. t. 7. d. q. 3. ſub n. 28. verſ. Secundus caſus. Panimol. d. dec. 18. n. 27. t. 1. Card. de Luca tit. de credit. d. diſc. 64. n. 20. l. 8. Horum plerique inhærentes opinioni Rotæ primò firmatæ poſt Cenc. de cenſ. d. dec. 476. per tot. & poſteà dec. 506. & dec. 507. & penès Oleam de ceſſ. jur. d. dec. 35. n. 4. & d. dec. 36. n. 5. cor. Merlin. d. dec. 639. n. 4. tom. 2. cor. Bichio d.

*dec.* 518. *n.* 17. *tom.* 2. *&* *in rec. dec.* 283. *n.* 14.
*part.* 11.

75 Et quòd verbum *manutenere* habeat quidem cau-
ſam, & tractum ſucceſſivum, ſed limitatum ad tem-
pus prædictum, & non in perpetuum, *Cyriac. d.*
*contr.* 458. *n.* 5. *&* 11. *ac ſeqq. lib.* 3. *Urceol. d. con-*
*ſult.* 2. *n.* 13. *De Luca ad Gratian. d. diſcept.* 527.
*n.* 7. *tom.* 3. *Panimol. d. dec.* 18. *n.* 26. *tom.* 1.

76 Sed quidquid ſit de veritate hujus concluſionis:
Prima enim ſententia magis ſuaderi videtur ex
rationibus adductis à *DD. relatis num.* 70. Qui-
bus addo *Staiban. jun. d. reſol.* 67. *à num.* 10. *&*
*ſeqq. & num.* 14. ubi in ſpecie reprobat *Cenc. de*
*cenſ. loc. cit. tom.* 1. *Leotard. de uſur. d. q.* 80. *n.*
41. ubi advertit opinionem *Cencii, & Rotæ poſt eum*
*d. dec.* 476. quæ eſt originalis, non eſſe tutam. *Ton-*
*dut. d. q.* 49. *num.* 42. ubi dicit, *dictæ Deciſ.* ſen-
tentiam ſibi duram videri in ceſſione annui reddi-
tus ex ſui natura perpetui, & *utrumque ac cæteros*
contrarium ſentientes fuſiùs confutat *Epiſc. Rocca*
*d. cap.* 129. *à num.* 18. *d. cap.* 130. *n.* 20. *&* 22. *ac*
*d. cap.* 142. *num.* 6. *&* 7. *tom.* 2. *ac Manſ.* ſibi con-
trarius defendit contrarium *in ſeq. conſult.* 627. *n.* 4.
*&* 5. *lib.* 7.

77 Certè, extra omnem difficultatem, & contro-
verſiam eſt, quòd, ubi fuit promiſſa exigibilitas
per verba denotantia tractum temporis perpetuum,
& ſucceſſivum; nedum tempore ceſſionis, & pau-
lò poſt, ſed perpetuis, ſucceſſiviſque temporibus,
in quavis ceſſione, exigibilitas eſt manutenen-
da; *Gratian. d. diſcept.* 527. *num.* 35. *ad eund.*
*Carol. Ant. de Luca n.* 6. *& ſub n.* 13. *verſ. Cedens. &*
*verſ. Dictum eſt in fin. tom.* 3. *Poſt. d. reſol.* 75. *à n.* 30.
*Epiſc. Rocca d. cap.* 129. *n.* 25. *& ſeqq. d. cap.* 130. *n.*
23. *& d. cap.* 142. *num.* 7. *&* 8. *tom.* 2. *Queſada d.*
*contr.* 48. *num.* 23. *& ſeqq. Urceol. d. conſult.* 2.
*num.* 14. *Merlin. de pign. lib.* 5. *d. q.* 21. *num.* 70.
*Leotard. de uſur. d. q.* 80. *n.* 41. *Antonel. de*
*temp. legal. lib.* 1. *d. cap.* 36. *n.* 3. *& ſeq. Olea*
*de ceſſ. jur. tit.* 7. *d. q.* 3. *ſub num.* 28. *in fin. Ton-*
*dut. d. q.* 49. *num.* 34. *Sabel. d. verbo ceſſio ſub*
*num.* 32. *tom.* 1. *Barz. d. dec.* 110. *num.* 20. *Pa-*
*nimol. d. dec.* 18. *num.* 26. *Card. de Luca tit. de*
*credit. d. diſc.* 64. *num.* 21. *lib.* 8. *Rota poſt Oleam*
*de ceſſ. jur. d. dec.* 35. *num.* 5. *cor. Duran. d. dec.*
404. *num.* 8. *&* 9. *ac in rec. d. dec.* 39. *num.* 16.
*p.* 16.

78 Et ſatis eſt, quòd verba ſint clara; *Idem Urceol.*
*d. conſult.* 2. *ſub n.* 12.

79 Et verba perpetuitatis referri debent ad promiſ-
ſam exigibilitatem, ubi ea concepta eſt ſub unica
verborum ſtructura cum copula *Et. Epiſc. Rocca d.*
*c.* 142. *n.* 8. *tom.* 2.

80 Signanter, ſi dictum ſit *omni perpetuo tempore*;
*Epiſc. Roc. d. c.* 129. *n.* 2.

81 De verbis *omni tempore*; *Idem Epiſc. Roc-*
*ca d. cap.* 129. *num.* 26. *& d. cap.* 130. *ſub n.* 23.
*tom.* 2.

82 Quando cedens obligatus eſt, *ſemper manu-*
*tenere creditum ceſſum exigibile*; *Epiſc. Roc-*
*ca d. cap.* 129. *num.* 26. *d. cap.* 130. *ſub eo nu.*
23. *Rota cor. Duran. d. dec.* 404. *num.* 8. *&* 9.
*tom.* 2.

83 Cum acceſſit obligatio, *ſemper, & perpetuò ma-*
*nutenendi ceſſionarium in pacifica, & libera exigi-*
*bilitate, tàm de jure, quàm de facto*; *Card. de Lu-*
*ca tit. de credit. d. diſc.* 164. *num.* 20. & ejus ver-
bis reaſſumptis *Alter de Luca ad Gratian. d. c.*
527. *n.* 6. *tom.* 3.

84 Si promiſſa ſit *exigibilitas, etiam ſucceſſiva*;
*Idem de Luca ad Gratian. d. c.* 527. *ſub nu.* 12.
*verſ. Concludendum itaque.*

Vel promiſſa ſit *in qualſi voglia tempo*; *Rota d.* 85
*dec.* 393. *n.* 15. *p.* 16. *rec.*

De dictione *ſemper, vel in perpetuum. Idem de* 86
*Luca ad Gratian. d. c.* 527. *ſub n.* 13. *verſ. Cedens:*
Vel *& in perpetuum*; *Rota poſt Oleam de ceſſ. jur.*
*dec.* 36. *num.* 5.

De Clauſula *omni tempore*, vel cum Dictione 87
*ſemper*; *Merlin. de pign. l.* 5. *d. q.* 21. *n.* 70. *Pani-*
*mol. d. dec.* 18. *n.* 26. *tom.* 1.

Vel cum Dictione *ſemper. & perpetuò Ur-* 88
*ceol. d. conſult.* 2. *num.* 14. *Queſada d. cont.* 48.
*ſub nu.* 23.

De verbis *perpetuò, & omni tempore*; *Rota poſt* 89
*Oleam de ceſſ. jur. d. dec.* 35. *nu.* 3. *&* 5.

Cùm cedens teneri voluit *quocumque modo, vel* 90
*temporalis moveretur*; *Epiſc. Rocca d. cap.* 130. *n.*
23. *tom.* 2.

Ulteriùs, quando nomen fuit ceſſum cum qua- 91
litate exigibilitatis, ulteriorique obligatione de
proprio in caſu contrario, poſt factas diligentias,
illa qualitas exigibilitatis ſemper, & perpetuò
durat, & operatur, ut nunquàm cedens liberetur,
niſi ſequatur exactio, ut, cæteris omiſſis, conſtan-
ter tenet *Epiſc. Rocca d. cap.* 129. *n.* 20. *ubi Plures,*
*& ſub num.* 26. *in fin. tom.* 2. plenè defendit *Manſ.*
*d. conſult.* 625. *nu.* 5. & *ſeqq. d. conſult.* 626. *n.* 4.
*& d. conſult.* 627. *ſub n.* 5. *verſ. ſed ipſimet. ad fin.*
*lib.* 7.

Sed, ut clariùs etiam veritas percipiatur, ani- 92
madvertendum eſt, quòd firmata per *Rotam poſt*
*Cenc. de cenſ. d. dec.* 476. *& ſequaces, ubi ſuprà n.* 73.
74. *&* 75. fortaſsè poſſunt recipi, vel quando nomen
debitoris fuit ceſſum cum ſimplici promiſſione de
faciendo illud verum, bonum, reſponſale, illudque
tale eſſet ceſſionis, vel ſolutionis tempore *ut ſu-*
*prà*; tunc enim ex veriſimili mente cedentis eſt præ-
ſumendum, noluiſſe cedentem perpetuò ſe obligare
ad exigibilitatem, & in his præciſis terminis lo-
quitur *Becc. d. conſ.* 105. in quo potiſſimùm ſe
fundat *Rot. in d. dec.* 476. *poſt Cenc.* & in conſimi-
libus terminis loquitur *Roſa d. conſult.* 7. *n.* 54. *& ſeqq.*
atque ità pulchriùs declarat *Epiſc. Rocca d. c.* 129.
*n.* 19. *& n.* 27. *tom.* 2. & eruditè *Queſada d. contr.*
48. *n.* 5. *&* 15.

„ Vel, quoties debitor cenſus ceſſi, progredien- 93
„ te tempore ob aliquod infortunium facultatibus
„ fuerit lapſus; non enim veriſimile videtur, ut
„ promittens exigibilitatem, ad illam perpetuò ſe
„ voluerit obligare; ſunt verba *Epiſc. Rocca d.*
„ *cap.* 129. *ſub n.* 27. *verſ. Adhuc ea diligens,*
„ *tom.* 2. & docet *Queſada d. contr.* 48. *nu-*
„ *mer.* 12.

„ Imò, quòd etiamſi cedens utramque exigi- 94
„ bilitatem juris, & facti (de qua optimè inter
„ *Cæteros ſuperiùs adductos Card. d. Luca tit. de*
„ *credit. d. diſc.* 64. *ſub num.* 12. *lib.* 8. *Urceol.*
„ *d. conſult.* 2. *per tot. Hodiern. d. contr.* 27.) pro-
„ miſerit cum Clauſulis denotantibus tractum ſuc- 95
„ ceſſivum, & perpetuum, adhuc accidens ſuperve-
„ niens ex cauſa belli, vel ſterilitatis, cedere de-
„ beat damno ceſſionarii, cum ſit caſus, qui ſequi
„ debet Dominum: eodem modo, quo ejus dam-
„ no cedere debet amiſſio cenſus in toto, vel in
„ parte ob caſualem fundi peremptionem, vel de-
„ teriorationem; & improprium videtur, quòd
„ cenſus efficiatur de dominio ceſſionarii, & ta-
„ men periculum ſit cedentis; dixit *Card. de Luca*
„ *d. diſc.* 64. *num.* 15. *&* 22. reaſſumptis forma-
„ libus verbis per *Alterum de Luca ad Gra-*
„ *tian. d. cap.* 527. *ſub num.* 13. *verſ. Bene ve-*
„ *rum, tom.* 3. & ſentit *Queſada ubi proximè*
„ *relat.*

„ Secus



96 „ Secus vero aſſerendum, cum ex fideicommiſ-
„ ſis, æreque alieno ratione dotis, vel alia cauſa,
„ ceſſionis tempore præexiſtentibus fieri non po-
„ teſt exactio; hoc enim caſu, licèt per plures
„ annos ceſſionarius redditum annuum exegiſſet;
„ actio tamen eidem remaneret adverſus ceden-
„ tem, ſi ſucceſſivis temporibus foret impedita ex-
„ actio; ità proſequitur *Epiſc. Rocca d. cap.* 129.
*ſub eo num.* 27. *verſ. Adhùc ea diligens tom.* 2. &
tradit *de Luca ad Gratian. d. diſcept.* 527. *ſub n.* 7.
*in fin. tom.* 3. *Queſada d. contr.* 48. *n.* 25.

97 Idque abſque difficultate, quando ceſſionarius
non conqueritur, nec agit adverſus cedentem pro
cenſibus annuis non exactis à debitore effecto non
ſolvendo, ſed actione evictionis, quia jus ipſum
cenſus fuerit evictum, & ab aliis occupatum,
tunc enim, quia ceſſionario imputari non valet,
cur ſortem cenſus non exegerit, quam in hujuſ-
modi redditibus non eſſe repetibilem, nemo eſt, qui
ignoret, id *Bullis Pontificiis* vetantibus; propte- 98
rea ſemper, & omni tempore aperta eſſe debet via
ceſſionario contrà cedentem, ad repetendum non
modò reſtitutionem ſortis, ſed etiam fructus, poſt
occupationem, & evictionem decurſos, pro illa 99
quantitate, quæ pro annuo cenſu fuerat in inſtru-
mento conventa, ſic declarando *d. dec.* 476. *poſt* 100
*Cenc.* firmant *Epiſc. Rocca d. cap.* 129. *num.* 22. *&*
*ſeq. tom.* 2. *plenè Urceol. d. conſult.* 2. *à num.* 29.
*ad fin. & in d.* 2. *Append. num.* 8. *Manſ. d conſult.*
626. *ſub num.* 8. *verſ. Quo verò ad ſortem ad fin.*
ubi pulchrè *lib.* 7. *Leotard. de uſur. d. q.* 80. *n.* 41.
*Panimol. d. dec.* 18. *ead. adnot.* 1. *num.* 16. *ubi Con-*
*cord. tom.* 1.

Ut ſic iterùm &c. *Pro veritate &c.*

*Jacobus Pellagatti Advocatus*
*Colleg. Ferrar.*

# F I N I S.

# ANIMADVERSIONES

## AD HOC OPUS

# DE PASCUIS, ET JURE PASCENDI.

### PRIMA.

1 QUod ſecundùm ſcripta, & concluſa ſu-
pra *in cap.* 53. ubi regiſtratur *Reſponſum*
per *Me* redditum *in cauſa Januen. Emphy-
teuſ. Utrinque Spinula* fuit *in actis D. Anto-
nii Aſſereti Notar. Rot. Januen. Civil.* judi-
catum *à DD. Judicibus Delegatis per Sere-
niſſ. Rempubl. Januenſ.* videlicet *Diſcornia*,
*Caſareggio*, & *Follia*, prævia revocatione
ſententiæ latæ *à DD. Auditorib. Rotæ Ja-
nuen.* qui ediderunt eorum *Deciſionem* in Fa-
cto, & in Jure ſummoperè peccantem, *im-
preſſam apud D. Manſ. conſult.* 718. *lib.* 8.
cui pleniſſimè fuit reſponſum per *Me ubi ſu-
prà*: prout *Mihi* innotuit, & benigniter ſcrip-
ſit *D. meus Jacobus Balduccius Auditor
ejuſd. Rotæ cum litteris datis Januæ* 12. *Ja-
2 nuar.* 1697. Undè dicta *Deciſio* in nulla erit
habenda conſideratione, nec durandum *de
conſult.* 716. & 717. *penès ipſum D. Manſ.
eod. lib.* 8. tanquam emanatis in Judicio
pendente *coram illis Auditoribus*, quorum
ſententia fuit juſtiſſimè revocata.

*Comes Vincentius Bondenus.*

### SECUNDA.

1 QUod *in fine iſtius Operis* debebat impri-
mi, & apponi *Miſcellaneum Juridicum
per Me*, Favente Deo, completum, con-
tinens OBSERVATIONES THEORI-
CO-PRACTICÆ, quibus *Sublimiores Ju-
ris Difficultates*, circà quamcunque mate-
2 riam cadentes *ſtrictè* enodantur, ac diſſol-
vuntur, ac *in Obſ.* 34. peculiariter agitur
*de Conſuetudine Mantuana*, quam locum non
habere, neque procedere, quoad Feuda me-
rè, ac ſimpliciter hæreditaria (neglectis *quin-
decim motivis* contrarium apparenter ſuaden-
tibus, utpotè, vel à propria materia extra-
neis, vel eductis à quibuſdam effectibus in-
differentibus, & reſultantibus, non admiſſa
quoque *eadem Conſuetudine*) ſequendo *Do-
3 ctrinam Sapientiſſimi æquè ac Juſtiſſimi D.
Præſidis Senatus Mantuæ Antonii Gobii in
tract. de permiſſ. feud. alien. q.* 2. *numero*
69. *verſ. ego autem cum ſeqq.* & *q.* 8. *per
tot. ac conſult. deciſiva* 10. *per tot.* & *con-
ſult.* 23. *num.* 18. & *ſeqq.* adeò demonſtra-
tur, & concluditur; ut cum ex *Clementiſſi-
4 ſimis juſſionibus Sereniſſ. Duciſſæ Mantuæ* mi-
hi injunctis cum *Ducalibus Literis ſub Dat.
Mant.* 31. *Maii* 1697. benè viderim *Reſpon-
ſum Eruditiſſimi D. Senatoris Mantua Jaco-
bi Antonii Barberii*, in re iſta ſtantis omni-
modè cum *eodem D. meo Præſide Gobio* ad
favorem *DD. Marchionum Franciſci*, &
5 *Ferdinandi Caroli qu. D. March. Sigiſmundi
Gonzagæ*, illud Juſtitiæ, ac Veritati pror-
sùs innixum cognovi, idemque poſt repeti-
tam diligentem examinationem totius mate-
riæ (tactæ etiam *in opere c.* 47. *à nu.*
189.) tanquam tale approbavi, & libenter
ſubſcripſi *Die* 15. *Junii* 1697. *Ferrar.*

Sed, ob majorem *Typi* etiam utilitatem, in *Opus* ſeparatum *idem Miſcellaneum*, exquiſito, etſi ſtricto labore in quacunque juridica opportuniori, & magis practicabili materia digeſtum, conſultius edere fuit exiſtimatum.

*Comes Vincentius Bondenus.*

### TERTIA.

QUod ſi plura *de Paſcuis*, & *Jure paſ-
cendi*, quàm *in hoc Opere* continentur,
pro deſiderio expectantur, & habere ſit in
1 votis, adeantur ultrà *Noſtrum Oterum*,
cuujus *Tractatum* nuncupat Locupletiſſimum
*Eminentiſſ. Albicius in Annot. ad Bot. co-
ram Papa Innocent. X. Pamphilio dec.* 5. *an-
te num.* 4. & ultrà *plurimos alios Doctores
allegatos in meis Notis ad eundem*, ac in
*Miſcellaneo Juridico.*

2 Ahaſuerus *Fritſchius tr.* 21. *de Jure Pratorum*, in quo agitur, *Membr.* 1. de nomine, & appellatione Prati. *Membr.* 2. De Pratorum uſu. *Membr.* 3. De Pratis cuſtodiendis, eorumque damnis avertendis: *Membr.* 4. De Pratorum irrigatione: *Membr.* 5. De Pratorum munitione: *Membr.* 6. De Pratorum oneribus. Inſuper adeſt *in eod. tract. Mantiſſa* 1. Pratorum culturam concernens. *Mantiſſa* II. Jus aquæ in noſtro fundo ortum concernens.

3 Ejuſd. *Auctoris Tract.* 22. *De Jure Hortorum, Convenatione*, & *Compaſcuis*, *ſeu Jure Compaſculationis*, & in *hoc ultimo* habentur *Diſſert. XXVIII.* circa ſubjectam materiam.

4 Ejuſd. *Auctor. Tract. XXXVII. De jure plantandi*, ubi §. 22. materia abſolvitur.

5 Ejuſd. *Auctor. Tract. XXXVIII. De jure Boſcandi*, *ſeu Lignandi*, ubi complectuntur *Membra ſex* materiam propoſitam terminantia.

6 Arnoldus *Henricus Engelbrecht. Tract. de Jure paſcendi.*

7 Benedictus *Carpzov. Juriſprud. forenſ. par.* 2. *conſt.* 41.

8 Defin. I. Ubi, quod Dominus in præjudicium ejus, qui jus paſcendi habet, fundum arare nequit.

9 Def. II. Nec Ager in præjudicium ejus, cui jus paſcendi competit, in ſtagnum commutari poteſt.

10 Def. III. Ubi, quod Ager ad culturam poteſt reduci, in quo ſervitus paſcendi non niſi eo tempore, quo fruges ſunt collectæ, conſtituta eſt.





11 Def. IV. Ubi, quod in dubio ſervitus paſcendi, non niſi eo tempore, quo fruges collectæ ſunt, conceſſa videtur.

12 Def. V. Ubi, quod Dominus fundi ſervientis agrum mutare, & in culturam aliam redigere poteſt, ſi reductio non noceat paſcuis.

13 Def. VI. Ubi, quod Prædia in culturam redigi poſſunt, invito eo, cui ſervitus paſcendi competit, ſi alia relinquantur prædia inculta, quæ ad paſtum pecudum ſufficiunt.

14 Def. VII. Ubi, quod incola pagi, qui tres manſos habet, non ſolùm in ſuis, ſed etiam communibus agris, per proprium paſtorem pecora ſua paſcere valet.

15 Def. VIII. Ubi, quod qui ſervitutem paſcendi habet in prato alieno, pecora morbida ibi paſcere nequit.

16 Def. IX. Ubi, quod Compaſcuorum jura, tempore quocunque ab una, vel altera parte revocari poſſunt.

17 Def. X. Ubi, quod quicquid una pars facit in compaſcuo mutuo, illud nec alteri prohibitum videtur.

Et *Part. IV. Conſtit. XVIII.*

18 Def. I. Ubi, quod igne comburuntur, qui paſcua venenant.

19 Def. II. Quæ tamen pœna ceſſat, ſi ex pratorum venenatione nihil damni datum fuerit.

20 Chriſtophor. *Pinickerus Tract. de Paſcuis Publicis*, & *Privatis.*

21 Dominicus *Reverendiſſ. Epiſc. Verulen. de Zaulis ad Stat. Favent. tom.* 2. multa tractat, & præcipuè *lib.* 5. *rubr.* 6. 7. *quæ ſunt binæ Obſerv. impreſſ. in hoc Opere c.* 38. 39.

22 Erneſt. *Frideric. Mollinger. Tract. de Jure paſcendi.*

23 Franciſc. *Maria Pecchius. Tract. De Servit. Ruſtic. tom.* 3. *c. IX.*

24 Quæſt. L. Ubi, An ſervitus Juris paſcendi ſit realis, vel perſonalis: & quomodo practicabitur in alienatione facienda à Dominantibus.

25 Quæſt. LI. An habens juriſdictionem alicujus Communitatis, veluti Feudatarius, ſit etiam Dominus Paſcuorum, quæ habet ipſa Communitas, & illis uti poſſit.

26 Quæſt. LII. An acquirens aliquod prædium in Caſtro, vel Villa, ubi adſunt Paſcua publica, habitans in alio loco, poſſit uti paſcuis, ubi ſitum eſt prædium illud.

27 Quæſt. LIII. An quis poſſit immittere animalia ad paſculandum poſt recollectos fructus, invito domino.

28 Quæſt. LIV. An Paſcua, quæ ſunt intra duas Communitates diverſæ Juriſdictionis, poſſint per unam ex illis immutari, & ea ad culturam reduci.

29 Quæſt. LV. An, qui conceſſit alicui ſervitutem juris paſcendi in propriis bonis, poſſit concedere alteri eandem ſervitutem, vel lignandi in proprio nemore.

30 Quæſt. LVI. De conceſſione uſus nemoris, & Paſcui *in perpetuum*; Quomodo intelligenda.

31 Quæſt. LVII. Quomodo quis uti debeat ſervitute Juris paſcendi tùm pro quantitate Animalium, & qualitate, tùm pro ratione pecudum morboſarum.

32 Quæſt. LVIII. An ſervitus juris paſcendi poſſit dividi.

33 Quæſt. LIX. In probanda quaſi poſſeſſione paſculandi in territorio alieno, qui teſtes erunt habiles.

34 Quæſt. LX. An habens ſervitutem juris paſcendi cum certo numero Animalium, ſi majori numero convento utatur, amittat ſervitutem.

35 Quæſt. LXI. An ſervitus Juris paſcendi poſſit amitti, ſine culpa Dominantis utentis paſcuis.

36 Quæſt. LXII. An Dominus ſerviens mutans Paſcua, ea reducendo ad culturam, ad aliquid teneatur.

37 Quæſt. LXIII. De Animalibus dimiſſis in Paſcuis, & occiſis.

Quas ſanè omnes Quæſtiones *Auctor* ſuo ſolito *textuali more* docto quidem, ſed antiquato, benè examinat, diſcutit, & reſolvit; ad quem ideò (non allegatum *in Notis ad Oter.* quia adhuc non viſum, licèt ſæpè ſæpiùs adduci potuiſſet) in contingentia caſuum, recurrendum erit.

38 Cæſar *Panimollus in Deciſ.* 25. *Annot.* 2. ubi quomodo ſervitus juris paſcendi competat, acquiratur, & præſcribatur.

Franciſcus *Gallus in Tractat. de Fructibus diſp.* 3. *artic.* 4. *q.* 6. *ex n.* 48. *ad ſeqq.* & *q.* 7. *ac* 8. *à n.* 57. *ad* 88. *quibus in locis plura congerit, de quibus etiam cum eo in Notis ad hunc Tractatum.*

39 Gabr. *Vaſquez. Tract. de Paſcuor. Jure.*

40 Georg. *Engelbrecth. Tract. de Jure paſcendi.*

41 Hieronymus *Reverendiſſ. Epiſc. Iſolanus Rocca in Diſput. Juris lib.* 2.

42 Cap. CLXVII. Ubi firmat, quod ſervitus Juris paſcendi, utpotè diſcontinua, non poteſt præſcribi, niſi per tempus immemorabile.

43 Cap. CLXVIII. Ubi, quod Domino prædii ſervientis non eſt licitum aliquo modo immutare antiquum ſtatutum in præjudicium illius, cui ſervitus paſcendi debetur; ideoque innovata ſunt omninò in priſtinum reducenda, vel ex Interdicto uti poſſidetis, vel actione Confeſſoria.

44 Cap. CLXIX. Ubi, quod ſervitutis forma ſuper jure paſcendi reſtricta ad boves aratorios, non poteſt à Communitate alterari non paſcuis cujuſvis generis Animalium in præjudicium dominorum contradicentium.

45 Licitum quamvis non ſit immutare antiquum ſtatum Terrarum in præjudicium Domini paſcuorum, neque uſum alterare, per quem deterior fiat ejuſdem domini conditio; id tamen non procedit, quando verſamur in jure paſcendi ex præſcriptionis beneficio quæſito; tunc enim poteſt immutari antiquus ſtatus Terrarum, ſi dominus velit illas ad culturam reducere, quia ſervitus præſcripta dici debet tacitè conſtituta ex patientia partis, quæ debet reſtringi ad ſuos limites, ſtante paſcuo inculto.

46 Terræ nemoroſæ, quoties reducitur ad culturam, non poteſt prætendi ab eo, cui ſervitus juris paſcendi debetur niſi intereſſe.

47 Horatius *Barbat. in tractat. de Diviſ. Fructuum p.* 1. *c.* 6. *ac alibi materiam iſtam agit; ac de eo pluries eſt facta mentio in Notis ad præſentem Tract.* Jacobus *Cohellius de bono regimine* multa de paſcuis edocet *in cap.* 13. *n.* 39. *c.* 35. *ex n.* 27. *c.* 50. *n.* 60. 63. 198. 200. 201. 202. 203. 207. 208. ubi, quod conceſſio juris

paſcendi in uno fundo, non extenditur ad
vineas, *& n.* 210. ubi, quod ſi Communitas
habeat facultatem vendendi jus paſcendi in
bonis ſuorum Civium, pro ſolvendis oneri-
bus Cameralibus, non tamen poteſt vende-
re glandes, ut paſcantur, cum ſint in fructu
Civium: & ſic dicit ſervatum.
48 Jo. Baptiſta *Eminentiſſ. Card. de Luca* (cujus
mentio ſæpè facta fuit *in Notis ad Oter.*) *in*
*Theatr. Verit. & Juſt. tit. de ſervitut. lib.* 4.
49 Diſcurſ. XXXV. Ubi de jure paſcendi, ſeù
jure vendendi herbas, & paſcua competen-
te Communitati, etiam in fundis, & præ-
diis privatorum cum jure prohibendi eiſdem
jus paſcendi: Et quando hoc jus compete-
re dicatur Communitatibus, ſeù aliis, ra-
tione condominii, vel ratione ſervitutis; Et
50 aliqua de præſcriptione hujus ſervitutis ju-
ris paſcendi, an requiratur immemorabilis,
ratione cauſæ diſcontinuæ, vel potiùs ſuffi-
ciat ordinaria, ratione cauſæ continuæ.
51 Diſcurſ. XXXVI. Ubi de Controverſiis ſu-
per jure paſcendi in territorio, quæ verti ſo-
lent inter Baronem, ſeù Dominum, & Vaſ-
52 ſallos, ſeù habitatores loci. Et de differen-
tia inter Baronem, ſeù Dominum haben-
tem hoc jus in ſola ratione juriſdictionali, &
ex præſcriptione, vel ratione dominii ipſius
territorii.
53 Diſcurſ. XXXVII. Ubi an Communitas, ſeù
particulares habentes jus paſcendi in fundis,
& terris apertis, ſeù campeſtribus deſtinatis
ad ſegetes, prohibere poſſint dominis, ne ſe-
pibus, vel foveis recingant, atque ad alium
uſum, puta vinearum reducant.
54 Diſcurſ. XXXVIII. Ubi de eadem materia,
An domini, & poſſeſſores agrorum, & præ-
diorum apertorum, ſeu campeſtrium, poſ-
ſint ea cum muris, ſepibus, vel foveis recin-
gere in præjudicium juris paſcendi compe-
tentis Communitati, vel civibus.
55 Diſcurſ. XXXIX. Ubi de jure paſcendi com-
petente Communitati, vel Civibus in terris,
& prædiis privatorum; Et, an poſſint ſimul
ſtare, quod dictum jus ſit Baronis, & Domi-
ni loci, & tamen, quod Communitas pro
majori pretio paſcua vendat.
56 An poſito dicto jure paſcendi, poſſint parti-
culares domini terrarum, & prædiorum im-
mutare eorum ſtatum, eaque reducere ad
culturam, ſivè ad prata pro fænis colligen-
dis, ac tali caſu prohibere paſcua.
57 Diſc. XL. Ubi, An uſus, ſeù facultas paſ-
cendi in montibus, & foreſtis, aliiſque lo-
cis campeſtribus, competens Civibus, & In-
colis loci, ſuffragetur pro animalibus exte-
58 rorum, quæ per eoſdem Cives, & Inco-
las tenentur in Socitam. Et, an dictus uſus
competat pro animalibus, quæ tenentur ad
59 induſtriam, & mercaturam. Et aliqua de pri-
vilegio, ſeù facultate competente pro ani-
malibus vaccinis potiùs, quàm pro aliis, quod-
que ab iſtis ad alia argui non poteſt.
60 Diſc. XLI. Ubi, An Communitas facere poſ-
ſit Statuta adimentia, vel reſtringentia civi-
bus, & incolis naturalem civicam facultatem
paſcendi cum eorum animalibus in patrio
61 territorio. Et an in hoc ſuffragentur privi-
legia, quæ per dohanam ejus affidatis con-
ceduntur.
62 Diſc. XLII. Ubi de uſu lignandi, ſeù paſ-
cendi, & aquandi competente Civibus, vel
63 incolis. Et an per loci Dominum prohiberi
poſſit.
64 Diſc. XLIII. Ubi de juribus, & privilegiis
Dohanæ, ſeù Dohaneriorum in prælatione
affictus, ſeù emptionis bannitarum, aliorum-
que paſcuorum; An talia privilegia locum
habeant, ubi Communitas bannitarum, ſeù
paſcuorum dominia illa vendit, ſeù locat ejuſ-
dem loci civibus, & incolis pro eorum ani-
malium uſu, & commoditate.
65 Diſc. XLIV. Ubi de iiſdem privilegiis Do-
hanæ ſuper prælatione in emptione bannita-
rum, & paſcuorum, & ne illorum domini
illa vendere, ſeù locare poſſint abſque Do-
66 haneriorum requiſitione. Ac de eorundem
privilegiorum limitatione in locationibus ad
longum tempus. Et quando talis dicatur
locatio, ut ſub hujuſmodi exceptuatione ca-
dat.
67 Diſc. XLV. *In Supplem. ejuſd. tit. p.* 2. ubi
de communione Paſcuorum, vel juris paſ-
cendi, an ſit ad libitum diſſolubilis; Vel
quatenus ea durare debeat, quomodò practi-
canda ſit.

Omnia iſta *Eminentiſſ. iſte Auctor* profundiſ-
ſima ſua Doctrina diſcurrit, & *pro Veritate,*
*ac Juſtitia* definit, & determinat.
68 Jo. *Melchior. Sachr. Tract. de jure paſcen-*
*di.*
69 Joſeph *Spera Neapolit. edidit Diſſert. de Paſc.*
*impreſſ. nunc in hoc opere c.* 40. 41.
70 Melchior *Ludovic. Wetteaholtz. Tract. de*
*Foreſt. Juriſdict.*
71 Noe *Maurer. Tract. de Jure Foreſt.*
72 Philipp. *Volck. Tract. de Foreſtali Juriſdict.*
73 Polydor. *Ripa obſ. ſing.* 333. *agit de aſſida-*
*tione animalium, & ad quid obligetur aſſi-*
*dans:* ac *obſ.* 333. *tractat. quid importet uſus*
74 *paſcui*; cum quo ſe continet *Pigant. ad Stat.*
*Ferrar. lib.* 4. *rubr.* 2. *nu.* 30. ubi concludit
pro conceſſione uſus paſcuorum, non de-
beri reſtaurum. *tom.* 2. ſed ſunt in hoc vi-
denda tradita *per Me in Miſcellan. juridic.*
*obſ.* 2.
75 Proſper *Rendella. Tract. De Paſcuis Foreſt.*
*&c.*
76 *Sebaſt. Khraiſerut. Tract. De Jure Foreſt.*

Plurimi *Alii* tractantes de præſenti *Materia, ac*
*Appendiciis ad illam*, poſſent indubitanter
cumulari: Sed ſatis eſt ut videantur, ſi vi-
deri velint apud nunc *allegatos DD. Cæ-*
*teroſque adductos in Notis ad Noſtrum Ote-*
*rum.*

*Comes Vincentius Bondenus.*

*Quarta.*

SAcra ROTA ROMANA multis in Cauſis egit de materia *Paſcuorum, & Juris Paſcendi:* ſufficiat hìc indicaſſe aliquas *Deciſiones Tanti Tribunalis*, ut ad eas in contingentibus recurri opportunè poſſit.

In Recent. *Deciſ.* 120. *& dec.* 128. *ac dec.* 458. *p.* 1.
*Deciſ.* 520. *& dec.* 632. *p.* 3.
*Deciſ.* 393. *p.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 498. *ibid.*
*Deciſ.* 300. *&* 347. *p.* 9.
*Deciſ.* 321. *p.* 19.

Coram Buratt. *deciſ.* 316. *&* 533.
Cavaler. *deciſ.* 474.
Cerro. *deciſ.* 270. *& dec.* 290.
Coccin. *deciſ.* 140. 1529. *&* 1536.




Gregor. XV. *deciſ.* 380. 407. *&* 412.
Poſt. Mel. obl. *deciſ.* 7.
Mantic. *deciſ.* 328.
Merlin. *deciſ.* 165. *&* 182.
Poſt. Merlin. de pignor. *dec.* 18.
Millin. *dec.* 235. (apud Poſt. de manut. *dec.* 87.)
Poſt. Paitel. expedit. *deciſ.* 23.
Pamphil. *deciſ.* 5. *ubi Annot. alias adducit.*
Pegna. *deciſ.* 180. 1279. 1291. *&* 1303.
Rembold. *deciſ.* 291. 352. *&* 417.
Seraphin. *deciſ.* 971. 1491.
Poſt. Spad. *conſ.* 306. *lib.* 2.
Ubald. *deciſ.* 650. 691.
Adeſt adhuc *non impreſſa Deciſio in Alatrina Juris paſcendi.* 5. *Martii.* 1674. *cor. Card. Taja.*

Haſce, uti magiſtrales collegi: Cæteras permultas quiſque ex ſe perquirat.

*Comes Vincentius Bondenus.*

# F I N I S.

# INDEX
## VERBORUM, ET SENTENTIARUM NOTABILIUM HUIC TRACTATUI OTERI
# DE PASCUIS, ET JURE PASCENDI,
*Notis, & Capitibus noviſſimè adjectis*
# A COMITE BONDENO
*ATTINENTIUM.*

A


*Ablativus abſolutus.*

IMportat conditionem. *Cap.* 49. *num.* 325.

*Abſurdum.*

Abſurdum eſt evitandum. *Cap.* 42. *num.* 28. & *c.* 47. *num.* 93.

*Abuſus.*

Quomodo corrigendi, & quibus remediis. *Cap.* 39. *nu.* 82. & *ſeqq.*

*Acclamatio.*

Acclamatio, vel querela extrajudicialis hominum miſerabilium, & pauperum in homines divites, vel opulentos, cum quibus congredi, & litigare formidant, juris paſcendi præſcriptionem interrumpit. *c.* 21. *num.* 25. Vide *verb. INTERRUPTIO juris paſcendi.*

*Acquirens.*

Acquirens non poteſt impugnare factum proprium. *c.* 47. *nu.* 170.

Primus quid poſſit facere in bonis ſibi conceſſis. *c.* 43. *n.* 141. & *ſeqq.*

Prædium in Villa, in qua adſint paſcua publica, an illis poſſit uti, ſi in alio loco habitet. *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 26.

*Actio.*

Actio, & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubjecto. *c.* 47. *n.* 234.

Actio pro uſu Paſcui publici, vel ejus proprietate, Popularis eſt, & cuilibet vicino, vel de populo competit. *c.* 29. *n.* 2. Pro damno dato contrà quem detur. *c.* 42. *n.* 48. 78. 79. & *c.* 13. *n.* 3. 4. De pauperie, & de paſtu. *c.* 42. *n.* 54. 55.

Actiones directæ remanent inefficaces apud cedentem lite conteſtata per ceſſionarium contra debitorem ceſſum. *c.* 49. *n.* 17.

Actionis translationem, & ceſſionem in ceſſionarium operatur conſignatio, & traditio inſtrumenti, ſeù ſcripturæ, vel cedulæ crediti ceſſi: Et ceſſionarius fit dominus nominis ceſſi. *c.* 49. *n.* 190. & *n.* 231.

Jam extincta per ceſſionem reſtituenda eſt ceſſionario, ne in damno remaneat, debitore ceſſo detecto non ſolvendo *c.* 50. *n.* 16. declara *nu. ſeqq.*

De Actione populari. Vide *verb. Popularis.*

Perſonalis, an detur contra concedentem tantùm, an verò contra ſingularem ſucceſſorem. *c.* 18. *n.* 12.

Non oritur ante impletam conditionem promiſſionis. *c.* 39. *n.* 54.

*Actus.*

Actus prædeceſſorum quomodo attendendi. *c.* 42. *n.* 16.

Actus cenſetur expletus cum ſuis qualitatibus: & ſecundùm naturam antecedentis. *c.* 47. *n.* 8. 9.

Actus declaratur ex mente agentis. *c.* 47. *nu.* 25. Quando ſint correſpectivi. *c.* 48. *n.* 78.

*Additamentum.*

Additamentum alicujus rei non mutat ejus qualitatem. *c.* 10. *n.* 18.

*Advocati.*

Advocati, Magiſtri, & Præceptores ſtipendiarii, ad inſtar militum, vicinitatis commodis, & emolumentis potiuntur. *c.* 4. *n.* 18.

Advocati non poſſunt retinere ſcripturas partium, vel acta proceſſus pro ſolutione patrocinii. *c.* 13. *n.* 15.

*Æquiparatorum.*

Æquiparatorum eadem eſt natura, & determinatio. *c.* 47. *n.* 212.

*Æſtimatio.*

Æſtimatio in terminis dotis quando, & quomodo habeatur pro facta. *c.* 47. *nu.* 46. *ad* 53. & *ſeqq.*

Æſtimatio damni dati quomodo facienda. *c.* 42. *à num.* 66. *ad* 70. 71. 72. & *Not. ad c.* 13. *n.* 6. 7.

Æſtimatio bonorum quæ dividuntur, ſolet fieri rigoroſo pretio. *c.* 42. *n.* 124.

Æſtimatio remiſſa arbitrio alicujus perſonæ, quomodo accipiatur *c.* 47. *n.* 49. 56. 57.





*Aeſtimatores.*

Æſtimatores antequam æſtimationem faciant, debent præſtare juramentum, & quale. *c.* 15. *n.* 24. 25.

Æſtimatores qui deponunt de damno, debent eſſe ad minus duo. *cap.* 15. *n.* 23.

Æſtimatores ſi in oppido publicè deputati non ſint, à partibus eligentur, ut de paſcui damno deponant, & judicium faciant. *cap.* 15. *n.* 26.

Æſtimatores, ſi ſunt diſcordes, non poſſunt eligere Tertium, ſed hoc ſpectat ad litigantes. *ibidem. n.* 27.

Æſtimatorum judicium, utrùm ſit appellabile, quoad utrumque effectum, traditur remiſſivè, *d. c.* 15. *n.* 29. Vide *Verb. Peritus.*

Æſtimatorum juramentum credulitatis potiùs, quàm veritatis eſt. *ibid. n.* 25.

Æſtimatores quando recuſari poſſint. *c.* 15. *nu.* 28.

*Affidati.*

Affidati qui dicantur, & de eorum materia. *c.* 39.

*Agnus.*

Agnus cum ad tonſuram venit, regulariter diverſum cum matre caput efficit. *c.* 25. *n.* 20.

*Alienatio.*

Alienatio rei quando importet revocationem diſpoſitionis de ea factæ. *c.* 47. *n.* 159. 160.

Alienatio fundi dotalis quando ſuſtineatur. *c.* 47. *nu.* 226. Quando convalidetur per mortem viri. *num.* 220. 221. Suſtinetur quando mulier pervenit ad ſenilem ætatem. *nu.* 222. Non poteſt impugnari per mulieris alienum hæredem. *n.* 223.

Alienatio in dubio præſumitur facta ex cauſa neceſſaria. *c.* 47. *n.* 227.

Bonorum minoris, & Bonorum dotalium parificatur. *c.* 47. *num.* 211. Vide *verb. Paſcua*, & *Verb. Bona* &c. 39. *n.* 16.

Alienationis verbum latè patet. *c.* 11. *n.* 29. Conventionalis, & conſuetudinaria quid ſimul operetur. *c.* 43. *n.* 89.

*Allodiale.*

Allodiale præſumitur, quidquid eſt intrà fines feudi. *c.* 41. *n.* 291.

*Animal.*

Animal quando detur pro noxa. *c.* 42. *nu.* 45. & *ſeqq.*

Animalia Agriculturæ deſervientia potuerunt in Paſcuo oppidi (ubi prædia, quæ coluntur, ſunt) paſcere. *c.* 4. *n.* 34.

Animalium numerus exceſſivus debet moderari, ut ſervetur æqualitas, & debita proportio. *Not. ad c.* 24. *n.* 9.

Animalia in alieno Paſcuo apprehenſa, utrùm à domino Paſcui detineri poſſint. *c.* 13. *n.* 12. & *n.* 17. Referuntur *Doctores* negativæ aſſertionis. *ibid.* Vide ibi *Not.* 1. 4. & *c.* 42. *à n.* 59. *ad* 67. 75. 77.

Animalia damnificantia *an* poſſint percuti, vulnerari, &c. *Not. ad c.* 19. *n.* 14. 15. 16. & occidi. *c.* 39. *n.* 4. *ac poſt tract. animadv.* 3. *nu.* 37.

Animalia inventa in Paſcuis Principis, Fiſco pro noxa traduntur. *c.* 2. *n.* 3. Clericorum *Vide verb. CLERICI. Et c.* 39. *n.* 48. & *c.* 40. *n.* 49.

Animalia damnificantia. *Vide hoc verb. in Summar. c.* 30. Et an poſſint immitti. Vide *verb. Fructus.*

Animalium capitale poſitum in ſocietate quomodo differat a capitali pecuniario. *c.* 48. *n.* 77.

*Animus*

Dereliquendi rem propriam, ex quibus præſumatur. *c.* 38. *n.* 30.

*Anſer.*

De Anſeribus, ac ſimilibus Animalibus agitur *in c.* 39. *ex nu.* 100.

*Antecedentia.*

Antecedentia declarant ſequentia. *c.* 46. *n.* 25.

*Appellatio.*

Appellatione ſublata, non intelligitur ſublatus effectus devolutivus. *c.* 12. *num.* 27. & ibi *Not. nu.* 9.

Appellatio quoad ſuſpenſivum, & quoad devolutivum tangitur. *in Not. ad c.* 12. *n.* 8.

Datur à judicio, & relatione peritorum, & non appellando inducitur acquieſcentia. *Not. ad c.* 15. *n.* 9.

An detur in judicio manutentionis: *Not. ad c.* 33. *n.* 4. Vide *verb. Sententia.*

Semper admittitur ab interlocutoria Judicis ſivè expreſſa, ſivè tacita ſuper excuſſione. *c.* 49. *nu.* 61. 65. limita *n.* 122. 123. 124.

Conceditur à tacita rejectione legitimæ exceptionis. *ibid. n.* 67.

Non datur à ſententia aſſecurationis dotis, circumſcripta excuſſionis neceſſitate. *ibid. n.* 124. 125.

Non admittitur in ſuſpenſivo à Decreto Inhibitionis Fidæ. *c.* 39. *n.* 97.

*Aqua.*

Aquam ducere ex flumine publico cuilibet conceditur. *c.* 18. *n.* 24.

*Arbitrium.*

Arbitrium ſuper uſu Paſcui ex quibus in ordinatione, ſeù *Statuto municipali* formari, vel concipi debeat. *c.* 3. *n.* 15.

*Arbor.*

Arborum inciſores ad quid teneantur, & qua actione. *c.* 38. *n.* 19. 20. & *ſeqq.* & *à nu.* 39. Folia arborum quando ſint in fructu.

*Argenta.*

Quoad Datium, ſivè Gabellam piſcium ipſi debitum, & debitam, & *n.* 35. *c.* 46. per tot. Vide *verb. Datium.*

*Argumentum.*

Argumentum à contrario ſenſu eſt validum, & operatur, ut ſi adeſſet *textus* legis. *Not. ad c.* 10. *n.* 5.

Argumentum, *ſi voluiſſet, expreſſiſſet*, procedit & in Principe. *c.* 46. *n.* 69.

Argumentum à ſimili eſt validum. *c.* 42. *n.* 14.

Argumentum à perſonis ad res, eſt validum. *c.* 45. *n.* 33.

Argumentum ab effectu eſt validum. *c.* 43. *n.* 28.

Argumentum de ſpecie ad genus, & è contra valet. *c.* 43. *n.* 29. 30.

Argumentum, ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, eſt validum. *c.* 43. *n.* 127.

Argumentum à majori non procedit in gratiis. *c.* 46. *n.* 15.

Argumentum à communiter accidentibus valet. *c.* 46. *n.* 122.

Argumentum ab uſu Patrisfamilias eſt validum. *c.* 46. *n.* 127.

Argumentum à ſolito eſt validum. *c.* 46. *n.* 132.

Argumentum à ſufficienti partium numeratione eſt validum. *c.* 46. *n.* 171.

Argumentum à particulari ad univerſale non concludit. *c.* 46. *n.* 264.

Argumentis non eſt opus in claris. *c.* 46. *n.* 283.

*Armentum.*

Armenti nomine, quid in jure noſtro ſignificetur. &

& veniat, ubi plura in propoſito ex bonis litteris recenſentur. *c.* 25. *n.* 22.

*Aſſecurator.*

Aſſecurator poteſt recipere certam mercedem. *c.* 48. *n.* 32.

*Aſſenſus.*

Aſſenſus Domini directi poſt mortem vaſſalli præſtitus non operatur in præjudicium vocatorum, & tertii. *c.* 43. *n.* 93. declara *n.* 94. 95. de eo, ac ejus viribus. *c.* 47. *à* 195. *ad* 198.

Aſſenſus vigore *conſuetudinis* redigentis bona ad inſtar allodialium, non eſt gratia, ſed obligatio. *c.* 43. *n.* 94.

Vide *verb. CONSENSUS.*

*Aſſignatio.*

Aſſignatio eſt valida ex voluntate, & poteſtate aſſignantis. *c.* 43. *n.* 65.

Aſſignatio, vel nominatio Cuſtodum non provenit à fonte juriſdictionis, ſed à domino. *c.* 19. *nu.* 2.

Aſſignatio transfert dominium. *c.* 43. *nu.* 1. 2. 3. In dubio pro validitate *aſſignationis. n.* 175.

*Attentata.*

Attentata quando exequendo ſententiam non committantur. *Not. ad c.* 33. *n.* 5.

*Auctoritas.*

Auctoritates DD. non applicabiles non attenduntur. *c.* 47. *n.* 150.

*Aves.*

Aves, ob homicidium pæna mortis puniuntur. *c.* 42. *n.* 44. Vide *c.* 39. *ex n.* 99.

*Augmentum*

Semper ſequitur naturam, & qualitatem rei, cui adjicitur. *c.* 10. *n.* 27.

*Authentica.*

*Auth. Res, quæ, C. comm. de leg.* quid, & quando diſponat, ac habeat locum. *c.* 44. *num.* 4.40. *& ſeqq.*

*Hoc niſi, C. de ſolut.* examinatur. *c.* 49. *à nu.* 23. *ad* 43. & vide *Verb. Juramentum.*

B

*Baldus.*

B*Aldi doctrina in c.* 1. *colum. fin. de forma fidelitatis*, in uſibus feudorum. *c.* 5. *n.* 23.

*Baro.*

Baro, vide hoc verb. *in Summ. c.* 40. *& c.* 41. quale jus habeat in paſcuis. *Not. ad c.* 2. *nu.* 5. 6. *& ad c.* 6. *num.* 1. *& ſeqq.* Et quale jus habeat ab aliis in illius territorio. *c.* 42. *num.* 16.

*Beneficium.*

Beneficium Principis latam admittit interpretationem. *c.* 42. *nu.* 20. declara *n.* 24. 25. & debet eſſe manſurum. *n.* 21.

*Birruarius*

Quando & quomodo puniendus, ſi exequatur mandata, non obſtante inhibitione. *c.* 34. *num.* 39.

*Bona.*

Bona publica, ſeù paſcua alienari poterunt, Regia licentia accedente. *c.* 11. *n.* 8.

Publico uſui deſtinata, domini loci Univerſitatis, & ſingulorum vicinorum formaliter non ſunt. *c.* 11. *n.* 1. *&* 2.

Viri quomodo transferantur in dotem uxoris. *c.* 47. *n.* 102. *& ſeqq.*

Vacantia regulariter ad Regem noſtrum ſpectant. *c.* 23. *nu.* 13.

Ut poſſint tradi in fundum dotalem, quid requiratur. *c.* 47. *n.* 113.

Deſtinata, & ſeparata, quando veniant in conceſſione, & legato. *Not. ad c.* 9. *n* 5. 6. 7.

Emphyteutica hæreditaria expoſcunt hæredem. *c.* 43. *n.* 101. non ſic mixta. *n.* 102. declara *à nu.* 103. *ad* 108.

A fideicommiſſo evulſa, vigore *Auth. res, quæ C. comm. de leg.* perpetuò remanent libera. *c.* 44. *n.* 4.

Quandonàm dicantur libera *c.* 44. *nu.* 37. & ſufficientia pro ſatisfacienda dote, *ibid. & n.* 38. 39.

Bonorum ſtabilium debitoris ceſſi fieri debet excuſſio, maximè ſi cum ipſo ſit lis conteſtata. *c.* 49. *n.* 16. 17. *&* 18.

Stabilia indicata omninò excuti debent. *ibid. n.* 19. 115. amplia *n.* 10. limita *n.* 33. *&* 356.

Quæ futura ſunt maximæ incommoditatis, & moleſtiæ, non tenetur creditor accipere in ſolutum. *ibid. n.* 36. amplia *n.* 37.

Ex Statuto alienari prohibita in forenſem, alienari poſſunt in Clericum forenſem. *d. c.* 49. *n.* 106.

Penès tertium exiſtentia non ſunt excutienda. *ibid. n.* 298. Idem, ſi ſint extrà territorium Jus dicentis. *ibid. n.* 305. amplia *n.* 307. limita *n.* 306. Quid, ſi ſint extra territorium in loco vicino, vel ſub eodem Principe. *ibid. n.* 309. *& ſeqq.*

Bonorum aliorum ad non exiſtentiam inferri debet neceſſariò in excuſſione conventionali. *ibid. n.* 347.

Intricata non ſunt per Ceſſionarium excutienda. *ibid. num.* 356. declara *num.* 363. 364. contrà 367.

Et ſatis intricata dicuntur ad effectum, ut ceſſet excuſſio, concurſu creditorum efformato. *ibid. n.* 357.

Excutienda debent eſſe expedita, & ſufficientia. *d. c.* 49. *n.* 358.

Omnia de jure præſumuntur libera ab anterioribus obligationibus, & hypothecis. *ibid. num.* 360.

Vide *Verb. Alienatio.*

*Bonitas.*

Bonitas, & exigibilitas nominis ceſſi, de quo tempore præſtari debeat magiſtraliter. *c.* 50. *ferè per tot.*

*Bos.*

Bos ob homicidium, morte puniebatur. *c.* 42. *nu.* 41.

C

*Campſor.*

C Ampſoribus pro cedulis banchariis licet aliquid recipere. *c.* 48. *n.* 33.

*Captura*

Annullata quando corruant ſequeſtrationes. *c.* 49. *n.* 345.

*Caſtrum.*

Caſtra dicuntur membra, & pars civitatis. *c.* 10. *n.* 5.

Dirutum utrum bona, vel privilegia amittat omninò. *c.* 23. *n.* 20.

*Caſus*

Omiſſus per ordinationem, vel ſtatutum, videtur remanere in diſpoſitione juris communis. *c.* 25. *n.* 9.

*Catulus*

Qui herbam depaſcit, diverſum cum matre caput efficit. *c.* 25. *n.* 19.

*Cauſa.*

Cauſa ceſſante, ceſſat effectus. *c.* 43. *n.* 123.


Limitata




Limitata limitatum producit effectum. *c.* 46. *nu.* 84.

Cauſa, & lis, quando dicantur ſpectare ad Univerſitatem, & non ad ſingulos. *c.* 32. *n.* 3. 4.

Actus magis attenditur, quàm ipſe actus. *c.* 45. *ex n.* 28. Univerſalis contra quos poſſit exerceri. *n.* 31. 32.

*Cedens.*

Utrum poſſit compelli jurare de calumnia, & poſitionibus reſpondere contra ceſſionarium remiſſivè. *c.* 32. *n.* 14. & ibi *in Not. n.* 3.

Cedentis, fidejuſſoris, & cujuſlibet alterius intereſſe habentis requiritur citatio, ſeu monitio, & interpellatio in excuſſione facienda. *c.* 49. *n.* 112. & prius *n.* 51. *& infrà. n.* 126. 127. declara *n.* 128.

An teneatur tradere ceſſionario inſtrumenta, vel ſcripturas concernentes juſtificationem crediti ceſſi, diſtinguitur. *ibid. n.* 241. 242.

Cedens, & fidejuſſor in materia excuſſionis æquiparantur. *d. c.* 49. *n.* 257. 258.

Non efficitur debitor pure, ſed ſub conditione oriente ex natura ceſſionis, ſi creditum ceſſum, facta excuſſione à debitore ceſſo, exigi non poſſit. *ibid. n.* 324.

Liberatus omninò remanet ex negligentia, & culpa ceſſionarii in prorogando debitori ceſſo tempus ad ſolvendum. *c.* 50. *n.* 4. limita *n.* 5.

Tenetur ſolùm præſtare nomen ceſſum bonum de jure, id eſt verum, legitimum, & efficaciter obligatum, non autem bonum de facto, id eſt exigibile, & ſolvendo. *d. c.* 50. *n.* 17. diſtingue à *n.* 22. 31.

Periculum nominis ceſſi, an, & quando ſpectet ad cedentem. *ibid. n.* 26. 32. 41. *&* 42. & priùs *à n.* 6. 15.

*Cenſus*

Creatus ſuper meliorationibus, quando ſuſtineatur. *c.* 40. *n.* 34. 35. & quid ſuper prædio, cujus medietas eſt prohibita alienari. *n.* 37.

Poteſt conſtitui, & creari ſuper jure Paſcendi. *c.* 37. *num.* 9. 10. ac ibi *Not. nu.* 7. Proponitur quædam difficultas, & objectio, cui ſatisfit. *nu.* 11.

Poteſt conſtitui ſuper juribus gabellarum, & aliis perpetuis Univerſitatis, ac officiis Portarum. *Not. ad idem c.* 37. *n.* 8. 9. 10.

Cenſus emptor pro fructibus cenſus decurſis poteſt convenire nedùm poſſeſſorem fundi cenſiti, ſed etiam poſſeſſorem aliorum bonorum ſibi generaliter hypothecatorum, maximè ſi Salviano experiatur interdicto. *c.* 49. *n.* 261. *&* 262.

Cenſus, vel alterius annui redditus in ceſſione, ſunt faciendæ diligentiæ continuatæ, ſingulis advenientibus temporibus. *ibid. n.* 224.

In annuo cenſu, ſivè redditu, exigibilitas præſtari debet ſucceſſivis, perpetuiſque temporibus, etiamſi non adſint verba perpetuitatem denotantia. *c.* 50. *num.* 70. 76. amplia *num.* 71. 72. contrarium *nu.* 73. limita *nu.* 74. declara *à nu.* 92. *& ſeqq.*

Sortem, cur non exegerit, imputari non poteſt ceſſionario. *ibid. n.* 98.

Ad ſortis reſtitutionem, ac etiam ad fructus poſt evictionem paſſam decurſos perpetuò agere poteſt ceſſionarius adverſus cedentem, actione evictionis. *ibid. n.* 99.

Impoſitus ſuper prædio, cujus medietas prohibita eſt alienari, an ſit nullus in totum, vel in parte. *c.* 40. *n.* 37.

*Certum*

De futuris judicari non poteſt. *c.* 13. *n.* 9. Eſt aliquid, vel per relationem ad aliud. *c.* 42. *nu.* 3.

*Ceſſio.*

Ceſſio an reſolvatur in totum, ubi ceſſionarius integram ſatisfactionem conſequi non valet in debitoris bonis. *c.* 49. *n.* 37. 38.

Pro ſoluto, ſeù loco ſolutionis quid importet. *ibid. n.* 129.

Ceſſione pro ſoluto facta, tenetur ceſſionarius omnes diligentias, pleniſſimam, exactiſſimam, & formalem excuſſionem facere contra nomen ceſſum. *ibid. n.* 132. 133. 134. Idem in ceſſione pro ſolvendo. *ibid. à n.* 184. 195.

Pro ſolvendo verò, ſeù ſolutionis cauſa reſolvitur in ſimplex mandatum ad exigendum nomen, cujus periculum remanet penès cedentem. *ibid. n.* 136.

Pro ſoluto quando facta dicatur. *ibid. n.* 144.

Jurium in nomine debitoris idem omninò operatur, quod in rebus corporalibus traditio. *d. c.* 49. *n.* 159. declara *n.* 160. 163.

Ceſſionem eſſe pro ſolvendo, præſumitur ex verbo *ad exigendum* in ceſſione poſito. *ibid. nu.* 170.

In dubio præſumitur facta pro ſolvendo, non verò pro ſoluto. *ibid. n.* 171. amplia *n.* 172.

Ad commodum cedentis dicitur facta, quando adverſus ipſum ceſſionarius habiturus eſt regreſſum. *ibid. n.* 173.

Loco ſolutionis quando facta non dicatur. *ibid. n.* 174. 175. 176. 177.

Simplex quando habeat naturam pignoris, ac ſpecialis hypothecæ. *d. c.* 49. *n.* 197. *&* 230.

Ex quibus actibus inducatur, ex quibus pignus transferatur, ex quibus mera hypotheca inducatur. *ibid. n.* 198. remiſſivè.

Ad commodum ceſſionarii quando facta dicatur, vel cedentis, vel utriuſque gratia. *d. c.* 49. *nu.* 202. remiſſivè.

Ceſſionis natura quid ſit. *ibid. n.* 334.

Ceſſio ubi pura non eſt, ſed ſub conditione, vel in diem, exigibilitas nominis ceſſi præſtari debet tempore ſolutionis. *c.* 50. *nu.* 25. *& per tot.*

De exigibilitate in ceſſione nominis promiſſa, ac tempore præſtanda.

De ceſſione jurium talium qualium, pacto inevictionis, clauſula, quod non niſi pro ſuo dato, & facto tantum cedens teneri voluit, quinam tractent. *d. c.* 50. *n.* 48.

*Ceſſionarius.*

Habere non poteſt regreſſum contra cedentem, niſi doceat de excuſſione, & diligentiis factis contra debitorem ceſſum. *c.* 49. *nu.* 1. ac diligentias denunciaverit cedenti. *nu.* 7. Et quidem, niſi fecerit omnes diligentias, pleniſſimam, exactiſſimam, & formalem excuſſionem contra nomen ceſſum, tàm in ceſſione pro ſoluto facta. *nu.* 132. 133. 134. quàm in ceſſione pro ſolvendo. *nu.* 137. 183. *& ſeqq.* ita ut plenè, & concludenter juſtificaverit inexigibilitatem debitoris ceſſi, & ejus paupertatem, ſeù quod non ſit ſolvendo. *nu.* 363. 366. etiamſi cedens promiſerit, facta excuſſione reali contra debitorem, ſolvere unica tantum præcedente citatione. *num.* 368. amplia *num.* 369. 370.

Cogi non poteſt accipere in ſolutum bona ſtabilia debitoris ceſſi non ſufficientia pro integra ſui crediti ſatisfactione. *d. c.* 49. *n.* 37. 38.


Ceſſio-

Ceſſionario jura competentia adverſus cedentem per ceſſionem pro ſoluto extincta manent. *ibid. nu.* 131.

Quatuordecim caſus cum nonnullis declarationibus, & limitationibus reſpectivè exponuntur, aliique dantur remiſſivè, in quibus ceſſionarius ad nullas diligentias, & excuſſionem adſtrictus eſt, ſed immediatè, & directo agere valet contra cedentem. *d. c.* 49. *à num.* 196. *ad num.* 246. alius datur caſus. *n.* 355. alius *n.* 356.

Ceſſionario, qui caret inſtrumento, & juſtificatione crediti ceſſi, imputari non poteſt negligentia, & mora in exigendo nomine ceſſo. *ibid. n.* 235. declara *n.* 240.

An, & quando teneatur exhibere inſtrumentum crediti cedentis, & ipſius ceſſionis. *ibid. num.* 236. 239.

An repetere valeat à cedente expenſas factas in exactione nominis ceſſi, vel in lite, in qua ipſe ſuccubuit. *ibid. n.* 243. 244.

Ceſſionario competit via executiva, quæ competebat cedenti. *ibid. n.* 319. diſtingue *n.* 320. ſicuti eidem prodeſt obligationis cameralis virtus. *n.* 321.

An uſus fuerit diligentiis ſufficientibus adverſus debitorem ceſſum, remittitur Judicis arbitrio. *d. c.* 49. *nu.* 371. Idem an, & quando fuerit negligens in exigendo creditum ceſſum. *c.* 50. *n.* 1.

Statim excutere tenetur debitorem ceſſum. *d. c.* 50. *num.* 2. Ita ut prorogando debitori ceſſo tempus ad ſolvendum, dicatur in negligentia, & culpa, qua cedens omninò liberatus remanet. *ibid. num.* 4. limita *nu.* 5. declara, diſtingue, amplia, & limita *nu.* 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *&* 15.

Ceſſionario reſtituenda eſt actio jam per ceſſionem extincta, ne ipſe in damno remaneat, debitore ceſſo detecto non ſolvendo. *d. c.* 50. *num.* 16. declara *nu. ſeqq.*

Ceſſionario ignorante, debitorem ceſſum eſſe non ſolvendo, exigibilitas, & bonitas nominis ceſſi præſtari debet de tempore ceſſionis. *ibid. n.* 22. *&* 24. amplia *n.* 23.

Ceſſionarii negligentia probatur eo ipſo, quod ille habuit poteſtatem agendi, & non egit. *ibid. nu.* 28.

Præſumitur inquiſiviſſe veritatem crediti ceſſi, nec illam inveſtigare prætermiſiſſe. *ibid. n.* 30.

Ceſſionarii ſcientia præſumpta, nomen ceſſum non eſſe ſolvendo, qualis eſſe debeat, & quid operetur. *d. c.* 50. *à n.* 32. 40.

Ceſſionario, quando competit regreſſus adverſus cedentem, competit etiam pro omni eo, quod illius intereſt. *ibid. num.* 36. *& ſub num.* 52.

Ceſſionario quando, & quomodo ſuffragetur præſervatio priorum jurium, & proteſtatio de non recedendo ab illis. *ibid. n.* 42. *ad* 45.

Ceſſionario imputari non poteſt, cur ſortem cenſus irrepetibilem non exegit. *ibid. n.* 98.

*Civis.*

Cives vocantur Municipes. *c.* 7. *nu.* 4. & quando uti poſſint paſcuis. *Not. ad c.* 3. *n.* 2. 3. etiamſi dominium univerſale ſpectet ad Baronem. *nu.* 6. De cive unius territorii ſubjecti uni Principi, conſiderando, ut cive, nec ne, reſpectu alterius territorii ejuſdem Principis. *Not. ad c.* 4. *n.* 5.

In dubio eſt pronunciandum quem eſſe civem *ibidem. n.* 6.

Poſſunt creari, & non creari à Civitate venientes aliundè. *Not. ad c.* 5. *n.* 2.

De novo aggregati, etiam quoad paſcua quomodo conſiderentur. *Not. ad c.* 10. *n.* 9. 10.

Civis litigans pro ſuo intereſſe contra Univerſitatem, tenetur contribuere expenſas contra ſe. *Not. ad c.* 29. *ex n.* 3.

Vide *verb. FAMULUS. Vicini.*

Ex privilegio tenentur ad ſolutionem Fidæ majoris, prout forenſes. *c.* 39. *n.* 34. 38.

*Civilitas*

Acquiritur ratione officii, & miniſterii ab Advocato, & Medico. *Not. ad c.* 7. *n.* 1. 2. 3. declara *nu. ſeqq.*

Vide *Verb. Domicilium. Vicinitas.*

*Civitates,*

Villæ, ſeù cætera oppida, circa uſum Paſcui, ſtatuta, & ordinationes facere poſſunt. *c.* 12. *n.* 1. Quod ampliatur. *ibid. n.* 2. Etiam ſi circa alias res juriſdictionem non habeant. *ibid.*

Civitate condemnata, etiam ſuburbia in condemnatione videntur comprehenſa. *c.* 10. *n.* 7.

Civitatis ſtatuta, & conſuetudines comprehendunt vicaneos, & comitatenſes. *ibid. n.* 6.

Civitas poteſt concedere civilitatem, & eam denegare venientibus aliundè. *in Not. ad c.* 5. *n.* 2. & quomodo *n.* 4. *& ſeqq.*

Quæ dicuntur de Civitate, proportionabiliter, dicuntur de vicis, ſuburbiis, & diſtrictu. *Not. ad c.* 10. *n.* 2. 3. Et quid de vicis ſeparatis *nu.* 4. 6. & de novo aggregatis. *n.* 8.

*Citatio,*

Seù monitio, & interpellatio cedentis, fidejuſſoris, & cujuſlibet alterius intereſſe habentis requiritur in excuſſione. *c.* 49. *nu.* 51. 112. 126. 127. 128.

*Clauſula.*

Clauſulæ *Ad habendum: In infinitum*: & *quibus dederit*, poſitæ in emphyteuſi Eccleſiaſtica examinantur. *c.* 43. *n.* 8. 15. 26. *ad* 31. 51.

*Ad habendum* &c. importat facultatem alienandi. *c.* 47. *n.* 72.

*Citrà præjudicium*, quid operetur. *c.* 46. *n.* 223. 226. 227.

*Diligentiis factis*, quid importet. *c.* 49. 332.

*Et gratia ſpeciali*, in inveſtitura, quid importet. *c.* 47. *n.* 138.

*Fecitque & conſtituit procuratorem*, transfert dominium. *c.* 47. *n.* 73.

*In fine poſita* refertur ad omnia præcedentia. *c.* 42. *n.* 22.

*In ſolidum* inveſtitura utriuſque conjugis denotat bona non fuiſſe conſtituta in dotem. *c.* 47. *n.* 141. & ut quis habeat dominium habituale. *n.* 153.

*Non obſtante aliquo*, derogat omnibus, quæ obſtare poſſunt; etiam quoad alienationem fundi dotalis. *c.* 47. *n.* 206. 207.

*Omni meliori modo* ſupplet titulum inſtitutionis. *c.* 43. *à n.* 111. *ad* 115.

*Pro jurato*; ſeù *ſincerè*, & *fideliter*, examinatur. *c.* 47. *à n.* 202. *ad* 213.

*Prout littera jacet in Statuto*, quid operetur. *c.* 43. *n.* 117.

*Quæ omnia* &c. poſita in inſtrumento ceſſionis nominis quid importet. *c.* 50. *n.* 57. *ad* 62.

*Rebus ſic ſtantibus*, cujus ſit efficaciæ. *c.* 47. *num.* 188.

*Sincerè*, *& fideliter.* Vide *Pro jurato.*

*Sine præjudicio juris tertii*, continetur in inveſtitura. *c.* 43. *n.* 138. declara. *n.* 139. 140.

*Si qua mihi juſta cauſa*, quando operatur, ut concedatur reſtitutio in integrum. *c.* 45. *n.* 92.



*Clericus.*

Clerici, & Monachi, an ſicut cæteri cives, & vicini Paſcuo publico uti poſſint. *c.* 8. *n.* 1. *&* 2. declara, ut *in Not. n.* 2.

Clerici, & Monachi, cives, & vicini reputantur, & quare, *ibid. n.* 6. & *in Not. ad c.* 8. *n.* 1.

Clerici, quoad artem ſericam. *c.* 38. *n.* 37. 38.

Clerici, & Monachi, licèt Civitatis munera non ſubeant, onera tamen ſpiritualia ſubeunt. *c.* 8. *num.* 4.

Clerici, & Monachi contribuere tenentur in collecta, vel ſalario cuſtodis terminorum. *ibid. n.* 11.

Clerici, & Monachi, quemadmodùm pro ſuis pecoribus alendis Paſcuo publico potiuntur, ità & pœnis, & ordinationibus uſus Paſcui obnoxii ſunt. *ib. n.* 10.

Clerici, & Monachi utrum obſtricti ſint legibus, & ordinationibus circà uſum Paſcui conditis, ſicut cæteri vicini, & cives. *ib. n.* 7.

Clericis quare Decima fructuum perſolvatur. *d. c.* 8. *n.* 5.

Clericorum, vel Monachorum pecora in Paſcuo vetito inventa, an detineri poſſint; & quis Judex hujus rei notionem habeat, ſæcularis, an verò Eccleſiaſticus. *ibid. n.* 8. *&* 12. *& c.* 13. *n.* 31. ac *in Not. ad c.* 8. *n.* 3. *& ſeqq.* ubi rejicitur *Oter. & Card. de Luca. ac n.* 8. *& ſeqq.* afferuntur per extenſum *Decreta S. Congr. Immunit.* pro Judice Eccleſiaſtico.

Clericis adimens Statutum id, quod eis competit de jure communi, dicitur contrà libertatem Eccleſiaſticam. *c.* 49. *n.* 98.

Hæres laici non ſubjicitur Statutis, quibus laicus ejus author ſubjiciebatur. *ib. n.* 99.

Clerici, & Perſonæ Eccleſiaſticæ non ligantur Statuto denegante tertio poſſeſſori beneficium excuſſionis. *ibid. n.* 100. Nec Statutis confirmatis à Papa in forma communi. *n.* 101. Nec Statuto loquente in rem, & reſpectu hypothecæ. *n.* 102. Nec Statuto diſponente bona donata confiſcari poſſe, donatione non obſtante. *n.* 105. Nec Statuto prohibente bona alienari in forenſem. *n.* 106.

Clerici non poſſunt uti tanquàm privilegio *Stat. Ferrar. l.* 2. *Rubr.* 14. *ibid. n.* 281. 282. contrarium *n.* 280. *&* 283.

Clericum non afficere *Statutum Ferrar. lib.* 2. *Rubr.* 140. in ea parte, ubi diſponit, fœminis excluſis pro dote dari hypothecam in bonis paternis à die mortis patris, etiam contrà tertium ſine beneficio excuſſionis, magiſtraliter, & ſingulariter defenditur. *d. c.* 49. *à n.* 98. *& ſeqq.*

Clericis non officit *Stat. Ferrar. lib.* 1. *Rubr.* 5. ſed idem Statutum eſt invalidum, nullum, & tanquàm ſi conditum non fuiſſet. *ibid.* 282. 283.

Vide verb. ANIMALIA. *& c.* 39. *n.* 48.

Clerici, an teneantur ad ſolutionem Fidæ. *c.* 39. *n.* 48. & quando poſſint dare operam arti ſericæ. *c.* 38. *n.* 37. 38.

*Collecta*

Imponenda pro intentando retractu ab Univerſitate, à quibus ſolvi debeat. *Not. ad c.* 30. *n.* 1. Pro extirpandis Locuſtis, à quibus ſit ſolvenda. *c.* 39. *& n.* 123.

*Colluſio*

Litigantis ex quibus arguatur. *c.* 29. *n.* 9.

*Commune*

Dicitur proprium, ſivè noſtrum impropriè, & per juris fictionem. *c.* 34. *n.* 8.

Non dicitur propriè noſtrum. *ibid. n.* 4.

Dicitur proprium in re individua. *ib. n.* 13.

Communia pluribus non minùs uni, quàm alteri adaptantur, & adaptari valent. *c.* 49. *n.* 150.

*Communio*

Mater eſt diſcordiæ, & frequenter plura jurgia ſolet excitare. *c.* 22. *n.* 1. Quomodo intelligatur, vide ibi *Not. n.* 9. 10.

Seù ſocietas perpetua libero arbitrio, de rebus propriis diſponendi, opponitur. *ib. n.* 4.

Litigia nullo præſtantiori fædere, quàm diviſionis conquieſcunt. *ib. n.* 7.

Communionis perpetuæ pactum, vel gravamen non obligat. *d. c.* 22. *n.* 5.

Vide *Verb. Nullus.*

*Communitas*

Paſcui omni tempore ſeparari poteſt ex aliquorum ſententia. *c.* 22. *n.* 9.

Paſcui ſeparari non debet, nequè poteſt, ſi jure ſervitutis fuerit legitimè acquiſita, & præſcripta, vel ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam, approbata. *ibid. n.* 10.

Uſus Paſcui ut mutetur, an ſufficiat conſenſus majoris partis ſociorum, an verò omnes debeant conſentire, explicatur. *c.* 16. *n.* 23.

Paſcui uſus, omnibus ſociis conſentientibus, legimè poteſt immutari, & in aliud emolumentum converti. *ib. n.* 21.

Vide *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 60. 61. *& Verb. Univerſitas.*

*Communiter.*

Communiter quod poſſidetur, naturaliter negligitur. *c.* 31. *n.* 2. *& c.* 42. *n.* 127.

*Compaſcuum.*

Materia compaſcuorum, ultrà contenta *in hoc Indice in ſuis Verbis*, habetur, ac traditur, *poſt tractat. animadv.* 3. *n.* 3. 16. 17.

*Compenſatio*

In diviſione, quando in dubio præſumatur. *c.* 42. *n.* 125.

Quando non detur. *c.* 48. *n.* 112. & competit debitori, non autem retentio. *n.* 114.

*Conceſſio.*

Si ſit favorabilis, eſt latè interpretanda. *c.* 46. *n.* 200.

Quando dicatur facta per importunas preces. *c.* 46. *n.* 246. *& ſeqq.* ubi & è contrà.

Juris paſcendi regulariter concipi ſolet per hæc verba, *Para ſus ganados. c.* 24. *n.* 9. Conceſſa in perpetuum quomodo intelligatur. *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 30.

Quælibet metiri debet ex natura contractus. *ib. n.* 6.

In conceſſione facta, videntur comprehendi, & venire ea omnia, quæ concedens in re conceſſa habebat. *c.* 23. *n.* 9. & etiam deſtinata ad rem ipſam, licèt ab ea ſeparata, *Not. ad c.* 9. *n.* 5. 6. 7. Vide *verb. DISPOSITIO.*

*Conceſſum.*

Tantùm dicitur, quantùm expreſſum. *c.* 47. *num.* 147.

*Condemnatio.*

Condemnatio in expenſis non comprehendit damna, & quando ſecus. *Not. ad c.* 15. *n.* 3. *& ſeqq.* Vide verb. EXPENSÆ.

*Conditio.*

Conditionis qualitates quæ ſint. *c.* 46. *n.* 77. 91.

Suſpenſiva ex quibus inducatur, & reſolvatur, *c.* 43. *à n.* 119. *ad* 130. *& ſeqq.*

Voluntaria expoſcit merum factum. *c.* 43. *n.* 125.

Conditionem ſui debitoris creditor ſequi tenetur. *c.* 49. *n.* 85.

Conditione pendente, impeditur actus fieri, & nihil in eſſe ponitur. *ib. n.* 326.

Conditionaliter obligatus ante purificationem conditionis conveniri non poteſt. *ib. n.* 327.

Conditione, vel conditionis tempore pendente, ſi nomen efficiatur deterius, & non ſolvendo abſque culpa, & negligentia ceſſionarii, omne periculum indè contingens totaliter ſpectat ad cedentem. *c.* 50. *n.* 25. diſtingue *n.* 26.

Sub conditione, vel in diem ceſſione facta, præſtari debet exigibilitas nominis ceſſi de tempore ſolutionis. *d. c.* 50. *n.* 25.

*Conducens.*

Conducens ab aliquo rem propriam, tanquam alienam quid agat. *c.* 47. *n.* 104.

*Confeſſio.*

Confeſſio, vel reſponſio poſitionum facta à perſonis ſpecialiter nominatis à Conſilio, ſeù Univerſitate, utrùm prætextu erroris revocari poſſit per Conſilium. *c.* 32. *n.* 20.

Confitens rem ſuam eſſe alterius, ſibi non præjudicat. *c.* 47. *n.* 33.

Facta in precibus plenè probat. *c.* 42. *n.* 87.

Prævalet omnibus probationibus. *d. c.* 42. *n.* 88. nec impugnari poteſt à confitente. *n.* 89. 90. 91. amplia *n.* 93. 94.

Procuratoris Conſilii generalis, ſeù Syndici an Populo præjudicet. *c.* 32. *n.* 16.

*Confirmatio*

Generalis Statutorum quando teneat. *Not. ad c.* 12. *n.* 1. 2. 4. Nihil dat *c.* 46. *n.* 204. *& ſeq.*

*Confratres*

*De la Meſta*, ob vicinitatem, ex ſpeciali privilegio eis indulto, ad damni ſatisfactionem non tenetur. *c.* 14. *n.* 8.

*Conjectura.*

Conjecturis non eſt opus in claris. *c.* 43. *n.* 74.

*Connexorum*

Idem eſt judicium, & eadem reputatur qualitas. *c.* 10. *n.* 28.

*Conſenſus*

Ab errore excluditur. *c.* 47. *n.* 38.

Sociorum in mutatione communitatis Paſcui uſus, an noceat poſtea venientibus, & aliis qui paſcentium hæredes non ſunt, neque ab eis cauſam habent. *c.* 16. *n.* 22.

Domini directi quando non dicatur deficere, nec requiratur. *c.* 43. *à n.* 66. *ad* 73. quando poſſit impetrari poſt mortem diſponentis. 83. 87. *& ſeqq.* quando deprehendatur ex hac datione, & aliis. *n.* 135. *& ſeq.*

Vocatorum ad fideicommiſſum quando operetur in eorum præjudicium. *cap.* 44. *num.* 95. *& & ſeqq.*

Conſenſus, & res non ſunt requiſita propria emptionis, & venditionis, ſed communia ſunt cæteris conventionibus. *c.* 49. *n.* 148. 149.

*Conſequitur.*

Conſequitur quis ex perſona alterius, quod ex ſua conſequi non valet. *c.* 26. *n.* 6.

*Conſilium.*

Conſilia oppidorum ſtatuere poſſunt, & pœnas infligere pro uſu Paſcui. *c.* 3. *n.* 4.

Seù Oppidum ſolet de ſtylo nominare tres vicinos, qui in paſcui publici lite poſitionibus reſpondeant. *c.* 32. *n.* 17.

Seù Univerſitatis renuens nominare vicinos, qui poſitionibus in Paſcui publici lite reſpondeant, vel ſi nominati reſpondere recuſent, an habeatur pro confeſſo. *c.* 32. *n.* 19.

*Conſors,*

Vel ſocius debet præferri in venditione rei (in qua communitatem habet) extraneo pro eodem pretio. *c.* 30. *n.* 7.

*Conſortium*

Quando inducatur, & afferat prælationem. *Not. ad c.* 30. *n.* 2.

*Conſuetudo*

Genuenſis redigens bona emphyteutica Eccleſiaſtica ad inſtar allodialium, affertur, & examinatur. *c.* 43. *n* 84. 85. 86. *& ſeqq. à n.* 142. 150. 170. *&* 180.

Mantuana circa feuda non procedit in feudis merè hæreditariis *in fin. oper. Animadv. II.* & tangitur *in c.* 47. *à n.* 189. Quænam ſit iſta Conſuetudo. *c.* 47. *n.* 189. 190. 191.

Sivè ordinatio municipalis pro uſu paſcui ligat etiam forenſes. *c.* 12. *n.* 22.

Semper attenditur circa uſum, & modum paſcendi. *c.* 3. *n.* 2. *&* 3. ac *Not. n.* 1. 3. *& c.* 6. *n.* 14. & ibi *Not. n.* 7. 8. & de illius probatione *n.* 9. & quid in alieno territorio. *c.* 42. *n.* 29.

Conſuetudine introduci poteſt, ut oppidum convicinum poſſit compelli, ut recipiat in ſuis Paſcuis pecora alterius oppidi certo pretio, *c.* 27. *n.* 8.

Conſuetudini, ſeù ordinationi municipali circa detentionem, vel incluſionem animalium eſt ſtandum. *c.* 13. *n.* 24.

*Contractus.*

Contractus verba ſunt ſemper ſpectanda in materia monetali. *c.* 45. *n.* 4. Injuſtus, quando ſit ad æquitatem reducendus. *n.* 51.

Trinus, ſeù trium contractuum in ſocietate ad caput ſalvum, examinatur. *c.* 48. *per tot.*

Trinus pro ſocietate ad caput ſalvum, quando celebratus dicatur. *c.* 48. *n.* 129. 130.

*Contradictio*

Quælibet ſufficit ſivè in re, ſivè in verbis ad declarandum animum. *c.* 21. *n.* 18.

*Contrahentes*

Præſumuntur ſe conformare ſolito loci, in quo fit contractus. *c.* 43. *n.* 69 151. & diſpoſitioni Statuti. *c.* 47. *n.* 54. ac conſuetudini Patriæ. *n.* 194.

Quando poſſint ſe decipere. *c.* 42. *n.* 122. 123.

Contrahentium mens potiùs attenditur, quàm veritas. *c.* 47. *n.* 85.

Contrahens cum muliere nobili non debet manere deceptus. *c.* 47. *n.* 216.

Contrahentium de clara mente quando non conſtat, recurrendum eſt ad naturam obligationis. *c.* 49. *n.* 333.

*Contrarietas.*

Contrarietas, & repugnantia, ut evitetur, fit interpretatio. *c.* 42. *n.* 36.

*Contraventio.*

Exactio contraventionis eſt actus juriſdictionis. *c.* 40. *n.* 118. à quibus fieri poſſit. *ibid. & n. ſeq.*

*Correus.*

Correus, & in ſolidum obligatus, ac fidejuſſor, qui ſe principaliter, & in ſolidum obligavit cum juramento, & forma Cameræ, & in ampliſſima forma, de jure communi non gaudet beneficio diviſionis, & excuſſionis reſpectivè. *c.* 49. *n.* 273. declara *n.* 275. 277. 278. limita *n.* 274. 276. Quid in terminis *Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rubr.* 14. *ib. n.* 279.

*Creditor*

Non tenetur accipere in ſolutum bona, quæ ſibi futura ſunt maximæ incommoditatis, & moleſtiæ. *c.* 49. *n.* 36. Nec bona ſtabilia non ſufficientia pro integra ſui crediti ſatisfactione. *ibid. n.* 37. & quid de bonis, quæ non inveniunt emptorem. *ibid. à n.* 22. 23. *& ſeqq.*

Sequi tenetur conditionem ſui debitoris. *ibid. nu.* 85.

Ex multis bonis ſibi obligatis eligere poteſt, in quibus creditum ſuum conſequatur. *d. c.* 49. *n.* 267.

Aliis creditoribus prodeſt excuſſio per unum ex creditoribus facta. *ib. n.* 342. diſtingue *n.* 343. limita *n.* 345. *ad n.* 348. declara *n.* 352.

Creditorum concurſu efformato, bona debitoris ſatis intricata dicuntur ad effectum ut ceſſet excuſſio. *ibid. n.* 357.

Non præſumitur diù recipere, quod ſibi non debetur, & è contrà dicitur de debitore. *c.* 48. *n.* 124.

*Culpa.*

In culpa, & negligentia quando dicatur ceſſionarius. *c.* 50. *n.* 4. 11. *& alibi.*

Quando præſumatur in dante pecuniam alteri. *c.* 48. *n.* 104.

*Cuſtos.*

Cuſtodes in paſcuo ponere poſſunt, qui in eo jus ſervitutis, vel communitatis habent. *c.* 19. *n.* 3. *& ibi Not. n.* 1. de qualitatibus horum cuſtodum. *n.* 5. *& ſeqq.*

Cuſtodes ponere regulariter poteſt quodlibet Oppidum, ſeù Communitas. *ibid. n.* 4.

Cuſtodibus Paſcui, ſeù terminorum, nulla tribuitur juriſdictio. *ibid. n.* 6.

Cuſtodum nominatio, & poſitio non provenit à fonte juriſdictionis, ſed à dominio. *ibid. n.* 2.

Cuſtodum ſalaria perſolvi debent ex bonis communitatis. *ibid. n.* 5.

Paſcui publici, quando poſſit pœnam incurſam à pecudibus concordare inſcio Judice. *ibid. n.* 11.

Publicus juratus integram fidem circa damnum præſtitum, & à pecudibus cauſatum facit. *ibid. n.* 12. *& in Not. n.* 10. 11.

Cuſtos publicus Paſcui non poteſt animalia pignorata detinere, ſi ei tradantur alia pignora. *ib. n.* 14.

Poteſt apponi ab his, quibus debetur decima, ad excludendas fraudes. *Not. ad c.* 19. *n.* 2. & ab his qui poſſunt percipere fructus. *n.* 3.

D.

*Damnum*

CEſſat, ceſſante patrimonii diminutione. *cap.* 46. *n.* 113. non eſt in alterius damno quod dependet à voluntate alterius. *n.* 114. *& ſeqq.*

Damna in condemnatione reſtitutionis rei veniunt, ex aliquorum ſententia, qui referuntur. *c.* 15. *n.* 11.

Damni appellatione an veniant expenſæ. *c.* 15. *n.* 17.

Damni auctor, ubi non conſtat, fruſtrà de ejus ſatisfactione inquiritur. *c.* 14. *n.* 1. dic tamen ut *in Not. ibid. n.* 1.

Damnorum datorum pœnæ regulantur primò à Stat. & Conſuetudine. *c.* 42. *n.* 51. 52. 53. ubi aliqua Statuta recenſentur.

De damnis perſonaliter datis agitur latè, & plenè *ab Epiſc. de Zaul. in cap.* 38. *per tot.* Sicuti & de damnis datis à beſtiis, ſeù animalibus. *in c.* 39. pariter *per tot.* ac utrobique multa notabilia traduntur.

In nomine ceſſo contingens quando ſpectare debeat ad ceſſionarium, & quando ad cedentem. *c.* 50. *n.* 4. 6. 12. 16. *& ſeqq. ac n.* 26.

Damni æſtimatores quando conſuetudine, vel ſtatuto municipali ſunt aſſignati, eis fides eſt adhibenda. *c.* 15. *n.* 21.

Damni ſatisfactio per quas actiones peti poſſit, & in quibus caſibus quælibet earum competat. *c.* 13. *n.* 3. 4. *& c.* 42. *n.* 48.

Damni ſatisfactio quomodo fieri debeat, proponitur. *c.* 13. *n.* 2. *& c.* 42. *à n.* 66. *ad* 70. Et liquidatio quomodo fiat. *ib. n.* 66. *ad* 72. vide *verb. ÆSTIMATIO*, & *Not. ad c.* 15. *n.* 7.

Damnificator Paſcui, qui ex proprio perſonæ facto damnum in paſcuo facit, ab ejus cuſtode detineri, & perſonaliter pignorari poterit. *c.* 19. *n.* 17.

Damnis agrorum ſpecialius ſolet per ordinationes municipales provideri. *c.* 14. *n.* 5.

Refectio pro damnis in ſententia quando intret. *Not. ad c.* 15. *n.* 1. 2. 3.

Damni traditur deffinitio, & eſſentia. *c.* 15. *n.* 1.

Damni traditur duplex differentia, & ſpecies. *ib. n.* 2.

A pecudibus in paſturagio factum an debeat ſatisfieri habito reſpectu ad tempus damni præteriti, an verò futuri temporis ſit conſideratio habenda, diſputandum proponitur. *c.* 13. *n.* 5. *& c.* 42. *n.* 69. 70.

In ſententia, quandoque expreſſum ineſt, quandoque verò legale, & quomodo executio debeat fieri ut perſolvatur. *c.* 15. *num.* 18. quid ſi fuit facta condemnatio in expenſis, an ſub eo veniat damnum. *Not. ibi n.* 3. *& ſeqq.*

In Paſturagio, vel ſegetibus factum, ubi non conſtat à quibus pecudibus factum fuerit, Paſtori, vel viciniori domino pecudum imputandum eſt, & plura in comprobationem adducuntur. *c.* 14 *n.* 2. *& in Not. n.* 1.

Quod afficit fundum, vel agrum, reſpicit dominium; quod verò afficit fructus, ad commoditatem, & uſum ſpectat. *c.* 15. *n.* 3.

Quod contingit, non venit in conſideratione quando à principio actus ita ſe habet ad lucrum, ſicut ad damnum. *c.* 13. *n.* 9.

Quod ex ſententia, vel condemnatione, reſtitui debet, intelligitur non ſolùm ante, & poſt litis conteſtationem, verùm poſt ſententiam, uſque ad executionem præſtitum, & cauſatum. *c.* 15. *n.* 16.

Quod pecudes tempore detentionis receperint, perſolvi debet à detentatore, ſivè pignorante. *c.* 13. *n.* 30.

Ut liquidetur, probatio ſolet fieri per teſtes, inſtrumenta, & per æſtimatores (vulgo *Apreciadores*). Et in hac liquidatione quis ordo debeat ſervari, & quæ exceptiones admittantur, & ad liquidationis judicium ſpectent, traditur remiſſivè. *c.* 15. *n.* 19.

Ut quis ob vicinitatem perſolvere imperetur, prius debet verificari malefactorem certum inveniri non poſſe. *c.* 14. *n.* 7.

Utriuſque ſpeciei poteſt conſiderari in Paſcuo. *c.* 15. *n.* 4.

Vide cætera *in verb. ÆSTIMATORES.*

*Datio in Solutum.*

Datio in ſolutum dicitur venditio, ſeù vicem illius habet. *c.* 44. *n.* 42.

Non poteſt dici facta in ceſſione nominis, niſi expreſsè dictum ſit quod nomen datur in ſolutum. *c.* 49. *n.* 166. limita *nu.* 167. *cum nn. ſeqq.*

Etiam cum datione in ſolutum, ceſſio non eſt loco ſolutionis quando ceſſionarius factis diligentiis, ſeù in caſu inexigibilitatis, habiturus eſt regreſſum contra cedentem. *ibid. nu.* 174.

amplia *n.* 175. 176. contrarium *n.* 177.
Dationem in ſolutum, delegationem, & novationem excludit dominii, vel ſpecialis hypothecæ reſervatio, vel propriorum jurium præſervatio contra cedentem. *ibid. n.* 178. Itidem Datio in ſolutum, & delegatio arguitur non facta ex quo cedens poſt ceſſionem pulſavit debitorem ceſſum. *n.* 181.

*Datium.*

Datium, ſivè gabella tranſitus piſcium debetur Communitati ARGENTÆ, & quando, & in quibus locis latè *c.* 46. *per tot.*
Vide verb. *VERBA SUPPLICATIONIS.*

*Debitor.*

Debitorem ſuum nemo poteſt propria authoritate capere. *c.* 19. *n.* 16.
Qui negavit, & negat debitum, an beneficio *Auth. hoc niſi* ſit dignus. *c.*49.*n.*34.35. & de materia *d. Auth. à n.* 22. *ad n.* 42.
Debitoris ceſſi inexigibilitas, & paupertas juſtificari debet plenè, & concludenter per ceſſionarium, ut habeat regreſſum contra cedentem. *ib. n.*366. *& à n.* 363. *& ſeqq.*
Debitore ceſſo detecto non ſolvendo, reſtituenda eſt ceſſionario actio jam extincta, ne remaneat in damno. *c.*50.*n.*16. declara *nn. ſeqq.*
Debitorem eſſe exigibilem, & ſolvendo, de quo tempore ſufficiat in ceſſione nominis. *d.c.*50. ferè per tot. magiſtraliter.

*Debitum*

Alterius in ſe ſuſcipiens, ſeù conſtituens ſe pro alio ſoluturum, beneficio gaudet excuſſionis. *c.* 49. *n.* 218. limita *n.* 219.

*Decima*

Eccleſiaſtica debetur ex Paſcuo, & ejus fæno, gramine, ſeù herbis. *c.*35.*n.*1. & ibi *Not. n.* 2. *&* 3. ubi de Agnis. *ac n.* 4. ubi de lana.
Eccleſiaſtica debetur ex omnibus fructibus terræ. *ibid. n.* 2.
Eccleſiaſtica debetur ex lacte, butyro, & caſeo pecudum, & in qua quantitate. *ibid. n.* 14. *& in Not. n.* 4.
Eccleſiaſtica non debetur ex fæno, vel herbis à pecoribus in Paſcuo conſumptis, vel depaſtis. *ibid. n.* 7.
Eccleſiaſtica pecudum, cui Eccleſiæ, & Parochia debeat perſolvi, an ei in cujus territorio ſunt, Paſcua (ubi paſcuntur) an ubi reſident domini pecudum. *d.c.*35.*n.*15.
Eccleſiaſtica tunc debetur ex fæno, & herba quando in faſciculis ad domum perducitur, vel alicui venditur. *ibid. n.* 6.
Eccleſiaſtica tripliciter cauſatur ex pecudibus in Paſcuo depaſcentibus, quia triplex in eis fructus conſideratur; fætuum, lactis, & lanæ. *ibid. n.* 10.
Eccleſiaſtica perſolvitur ex lana pecudum, & pro ea, unum ex decem velleribus. *d. cap.* 35. *num.* 13.
Eccleſiaſtica, ut debeat perſolvi ex fæno, vel herbis Paſcui, attendenda eſt, & multum operatur conſuetudo. *ibid. n.* 8.
Paſcui utrum ſit prædialis. *ibid. n.* 4.
Decimæ animalium prædiales reputantur. *ibid. n.* 17.
Decimæ Eccleſiaſticæ pecudum, dividuntur inter parochias, in quarum territorio, & paſcuis per certum tempus depaſcuntur. *ib. n. fin.*
Vide Verb. Paſcua.

*Decimus*

Fœtus quomodo dari debeat pro decima. *cap.* 35. *n.* 11.

*Deciſum*

Non dicitur, quod non fuit diſcuſſum. *c.* 47. *n.* 118.

*Declaratio*

Quod nomen ceſſum aſſignatur in pignus, & ejus exactio currere debet *riſico, & periculo* cedentis operatur ceſſionem eſſe ſimplicem, & non pro ſoluto. *c.*49.*n.*179. contrarium *n. ſeq.*
Decreti quid importet. *c.* 42. *n.* 6.
Quando poſſit fieri uno, & alio tempore. *c.* 43. *n.* 128.

*Decoctus*

Non dicitur, qui ſtabilia poſſidet, nec inops, nec non ſolvendo, quamvis pecuniam non habeat in contanti paratam ſolutioni. *c.*49. *n.* 349.

*Decretum.*

Decreti bini declaratio, quid operetur. *c.* 42. *n.* 13. 14.
Decreti extenſio, quando facienda, *c.*42.*n.*8.9. Et quid ſi ſit factum ex ſola audititione privilegii Univerſitatis. *c.* 42. *n.* 7.
Tranſactum in rem judicatam, quando declarari poſſit. *ib. n.* 14. 15.

*Defectus*

Conſenſus domini directi, quando à tertio poſſit opponi. *c.*43.*n.*10. *ac n.* 73. 80. *& ſeqq.*

*Defenſa,*

Quarè ſic dicta. *c.*1.*n.*24. & ibi *lex* 13.*tit.*7.*l.*7.*novæ Recopilat.* intelligitur. *ibid.*
Traditur qualitas, & ſignificatio defenſæ, ſecundum leges Regni. *ib. n.* 23.
Vide *c.*38. 40. 41.

*Defenſio*

Aliqua competit, etiam in delicto prætenſo notorio. *c.*38.*n.*17.

*Delegatio.*

Delegationis requiſita quænam ſint remiſſivè. *c.*49. *n.* 164.
Facta dicitur, licèt nullum ex requiſitis *l.*3.*C. de novat.* intervenerit, quando cedens ceſſit omnia jura nihil penitùs in ſe reſervando. *ib.n.*165. Quando excluſa ſit. *n.* 178. 181.
Reddit immunem debitorem delegatum, ne à creditore delegante valeat in poſterum conveniri. *ib. n.* 182.

*Demanium.*

Demanium quando detur. *Not. ad c.*30.*n.*3. & in *ipſo c.* 30. *pariter n.* 3.
In demanialibus territoriis an uſus intelligendus ſit, etiam quoad induſtriam. *c.*40. *n.* 92.
Demanialium uſus debet eſſe liber civibus, & habitatoribus. *c.* 40. *n.* 103.
Univerſitas num poſſit facere defenſam in territorio demaniali. *c.* 40. *n.* 103.

*Demarcatio.*

Demarcationes limitum Paſcui, probante ejus dominium. *c.* 28. *n.* 6.
Limitum Paſcui debet fieri præcedente citatione Opdidi, vel Domini circumvicini. *ib. n.* 3.
Terminorum Paſcui ad dominum ſpectat. *ibid. n.* 1.

*Derogatio*

Fideicommiſſi deſtruit ejus ſubſtantiam. *c.* 44. *n.* 2. quando ſolum dicatur initiativè facta. *n.* 3.
Fideicommiſſi ex quibus corruat. *c.*44.*n.*25. *& ſeqq. ac n.* 46. 47. 48. 78. 79.

*Deſidia.*

Deſidia, negligentia, vel colluſio litigantis, ex quibus convincatur. *c.* 29. *n.* 9.

*Deſtinatio*

Tetritorii cujuslibet oppidi ad Regem ſpectat. *c.* 9. *n.* 3.
Deſtinatione territorii facta, quidquid intrà limites ejus invenitur, & comprehenditur, illius cujus eſt territorium, præſumitur eſſe. *c.* 9. *n.* 5.
Territorii facti eſt, ſic non præſumitur, ſed de ea debet conſtare. *ibid. n.* 4.
Deſtinationes paſcuorum pro aliquo fundo, etſi ſeparatorum ab illo, veniunt in ejus conceſſione, & legato. *Not. ad c.* 9. *n.* 5. 6. 7.

*Deterioratio.*

Deteriorationes quando cum melioramentis compenſetur. *c.*15. *n.* 20.

*Dictio.*

Dictio *Niſi. c.* 44. *n.* 39.
*Però*, ſeù *Tamen*, eſt adverſativa. *c.*46. *n.*29.30.
*Quando*, an importet conditionem. *cap.* 39. *n.* 53. 55.
Quouſquè denotat temporalitatem. *c.*39.*n.*56.
*Suis*, *Suum* denotat dominium. *c.*42.*n.*18.
*Tantùm*, eſt taxativa. *c.*42.*n.*38.
Vide *Verb. Verba in ſpecie.*

*Dies.*

Dies certus debet aſſignari ut locatio Paſcui publici concludatur. *c.* 31. *n.* 5.

*Diligentia.*

Diligentiæ per ceſſionarium factæ denunciandæ ſunt cedenti. *c.* 49. *n.* 7. limita *n.* 13. *&* 14.
Exactiſſimæ an, & quando ſint neceſſariæ in ceſſione pro ſoluto, & pro ſolvendo. *d. c.*49.*n.*132. 134. 137. *& a n.*183. *& ſeqq.* Et quid in annuo cenſu. *n.* 244.
Inutiles, & non profuturæ per ceſſionarium ſunt adhibendæ. *ibid. n.* 208. amplia *n.* 209.
*Diligentiis factis*, vel excuſſione contra debitorem, obligatio ſolvendi quid importet. *ibid. n.* 332.
Diligentias aliquas facere non tenetur ceſſionarius in exigendo nomine ceſſo, quando ipſe cedens fecit omnes diligentias. *d. c.*49. *n.* 353. declara *n.* 355.

*Diſpoſitio.*

Diſpoſitio ceſſat, ceſſante mente diſponentis. *c.* 47. *n.* 29.
Alicujus legis, quoties in uno loco per frequentiam actuum contingentium fit, non localis, ſed univerſalis debet haberi. *c.*26.*n.*10.
Regulatur, extenditur, & ampliatur à cauſa motiva diſponendi. *c.*46.*n.*73.
Omnis regulariter comprehendit bona præſentia, non futura. *c.* 24. *n.* 3.
Diſpoſitio, vel conceſſio (quantumvis favorabilis) licèt quandoquè extendatur ad futura, non tamen ubi in præjudicium Tertii vertitur. *ib. n.* 4.
Ut ſuſtineatur, præſumitur facta ex titulo meliori. *c.*43. *ſub n.* 151.

*Diſtrictus.*

Diſtrictus maximè in favorabilibus ſe habet prout Civitas. *Not. ad c.* 10. *n.* 3.

*Dives*

Dicitur qui ſtabilia poſſidet.

*Diviſio.*

Diviſionis beneficio an, & quando gaudeat correus in ſolidum obligatus cum juramento, in forma Cameræ ampliſſima. *c.* 49. *à num.* 273. *ad n.* 276.
Diviſionis Paſcui duplex caſus conſideratur, alter cum ſit diviſio inter dominum ſylvæ, nemoris, & termini, & eos, qui communitatem habent; alter verò quando fit inter conſocios, & reſolvitur quæſtio. *c.* 22. *num.* 4. De ea latè *in Not. ib. n.* 1. *& ſeqq.*
Paſcui, & communitatis diſſolutio an in jure peti poſſit, proponitur diſputandum. *ib. n.* 2.
Bonorum probatur inter fratres præſumptionibus, & conjecturis. *c.*42. *n.* 82. de quibus agitur. *n.*84.85.87.99. 100. 101. 103. 104.105.106. 107. 108. 109. 110. ubi de diuturna poſſeſſione bonorum ſeparatim cum perceptione fructuum, quæ præſumptio declaratur *à num* 111. *ad* 119.
Iſta probatur etiam inter fratres per tacitos actus. *c.* 42. *n.* 83. & per verba enunciativa. *n.* 102.
Vide cætera *in verb.* PASCUI.
Qui dicit de inæqualitate diviſionis, eam probare debet. *c.*49. *n.*119.

*Doctores*

Declarati, vel aliter expenſi.

*Alberic. in l. Imperatores, ff. de ſervit.* declaratur. *c.* 3. *n.* 13.
*Andreol. contr.*253. reprobatur. *c.* 43. *n.* 52.
*Balduccius (Jacobus Forolivienſis, Auditor Rotæ Genuæ)* laudatur. *c.*46.*n.*321. *& ſæpè alibi.*
*Bellon. conſ.* 30. declaratur. *c.* 43. *n.*46.
*Bertazzol. conſ civ.*71. declaratur. *c.*45.*n.*72. *& conſ.* 104.*n.*73. refellitur. *c.* 43. *n.* 42. *& in crim. conſ.* 207. expenditur. *c.* 46. *n.* 274.
*Bonden.* (*Vincentius Comes & Eques Chriſti Argentanus*) ſæpè laudatur, & ejus *Opera Legalia* recenſentur *in c.*49. *num.* 153. quibus additur *Miſcellaneum Juridicum Opus egregium.*
*Calderonus (Antonius Gabr. Favent. Auditor Rotæ Ferrar.)* ex calamo *Amanuenſis* laudatur quandoque *in hoc Opere*, ut in *c.* 42. *in init. poſt Summarium.*
*Camerinus Nicolaus Advocatus Carpenſis laudatur. c.* 42. *ſub fine Summarii, ſeù ſub num.* 130. *ibid.*
*Caren. reſol.* 68. declaratur. *c.*45.*n.*76.
*Cephal. conſ.* 31. in terminis monetæ march. affertur. *c.*45.*n* 13.
*Contr. diſcept.* 81.*n.*25. impugnatur. *c.*50.*n.*156.
*Ab Eccleſ. (Franciſc.) conſ.*30.*n.*2. inter conſ. feudal. diverſ. declaratur. *c.* 47. *n.*62.
*Eugen. conſ.* 72. *ſub n.* 12. *lib.* 2. ponderatur. *c.* 46. *n.* 109.
*Fachin. conſ.*100. *ſub n.* 8. examinatur, & rejicitur *c.*43.*n.*116.
*Fatinellus de Fatinellis Illuſtriſſ. Prælatus Curiæ Romanæ vot.* 6. *poſt Pigant. ad Stat. Ferrar.* rejicitur *c.*46. *per tot.* & ejus ſententia fuit revocata. *n.* 323.
*Franch. dec.*228. examinatur. *Not. ad c.*25.*n.*1.2.3.
*Gabr. conſ.* 164. *lib.* 1. declaratur. *c.*45. *n.*70. & rejicitur *n.* 71.
*Gall. de fructib. diſp.*4.*art.*1. *q.* 5. *à n.* 58. rejicitur. *c.* 48. *n.*17. *& ſeqq. ex n.* 26. 70. *& ſeqq.*
*Gatt. conſ.* 17. declaratur. *c.* 45 *n.* 75.
*Gobius Antonius Mantuanus Digniſſimus Præſes Senatus Mantuæ* laudatur *in fin. Oper. Animad.* 2. *n.* 3. *in tract. de monet. q.* 8. ponderatur. *c.* 45. *n.* 77. *& conſult.* 131. *ſub n.* 38. 39. declaratur. *c.* 47. *n.* 146.
*De Luca Card. tit. de uſur. diſc.* 1. rejicitur. *c.*48. *ex n.*16.26.70. *& ſeqq.* quomodò loquatur *n.* 49.
*Idem Card. de Luca tit. de camb. diſc.* 26. *n.* 7. *& alibi* impugnatur. *c.*49. *n.*183.
*De Luca Melphicten. ad Gratian.* diſcept. 527. tom. 3. impugnatur. *ibid.*
*Magnonus Joſeph Ferrar. Advocatus* laudatur. *c.*49. *à n.*73. *uſque ad n.* 115.
*Manent. dec.* 60. affertur, declaratur, rejicitur, & in quibus caſibus poſſit procedere. *c.* 43. *n.* 143. uſque ad 174.

*Manſ. conſult.* 166. *lib.* 2. *&* *conſult.* 258. *lib.* 3. declaratur. *c.* 43. *nu.* 50. *conſult.* 391. *& conſult.* 392. ( quæ poſterior eſt *Boſcoli* ) declaratur. *c.* 45. *nu.* 74. *conſult.* 659. *lib.* 7. notatur. *c.* 44. *num.* 40. *conſult.* 716. *&* 717. *lib.* 8. notatur. *eod. c.* 43. *nu. fin.* nec de eo in iſtis locis eſſe curandum, dicitur *in fine Oper. animadv.* 1. *nu.* 1. 2. *& conſult.* 718. quæ eſt *deciſio Rotæ Januenſ.* impugnatur ex profeſſo *per tot. idem c.* 43. & ab ea fuiſſe receſſum cum revocatione ſententiæ, obſervatur *in Animadv.* 1. *in fine Oper.*

*Mel. alleg.* 78. *nu.* 17. *lib.* 2. declaratur. *c.* 47. *nu.* 146.

*Menoch. conſ.* 545. refellitur. *c.* 43. *n.* 42.

*Oter. de paſc. c.* 9. *& c.* 13. *n. fin.* rejicitur. *in Not. ad idem. c.* 9. *à n.* 3. *ad* 14.

*Pelagatti Jacobi J. C. & Advocat. Ferrar.* duo dantur *Reſponſa. c.* 49. *&* 50. *per tot.*

*Rimin. jun. conſ.* 402. *lib.* 4. rejicitur. *c.* 44. *nu.* 88.

*Rocca ( Epiſc. Iſolanus ) diſp.* 99. *lib.* 2. rejicitur. *c.* 48. *ex nu.* 16. 26. *& ſeqq.* quomodo loquatur. *n.* 49.

*Rota Romana* in rec. *dec.* 427. *p.* 9. *& dec.* 209. *p.* 10. declaratur. *c.* 43. *n.* 53. 54.

*Rota Romana poſt Oleam de ceſſ. jur. deciſ.* 15. *n.* 10. *aliàs in rec. dec.* 44. *nu.* 12. *p.* 11. rejicitur. *c.* 49. *nu.* 222. 223.

*Cor. Cerro dec.* 226. 271. declaratur. *c.* 43. *n.* 53. 54.

*Senatus Mant. poſt q.* 8. *Gob. de monet.* expenditur *c.* 45. *num.* 78. *& deciſ. in cauſa Agnella, & Gonzaga la* 2. declaratur. *c.* 47. *nu.* 76. 116. *& ſeqq.*

*Spada conſ.* 183. *lib.* 3. rejicitur. *c.* 43. *n.* 48.

*Surd. dec.* 156. rejicitur. *c.* 44. *n.* 81.

*Id. conſ.* 335. *lib.* 3. declaratur. *c.* 45. *nu.* 68. 69.

*Venturin. conſ.* 45. ponderatur. *c.* 45. *n.* 73.

*Zaul. ( Epiſc. Verulen.* laudatur meritò *in argum. c.* 38. ) *& ad Stat. Favent. lib.* 3. *Rubr.* 6. *à n.* 24. *& ſeqq.* notatur. *c.* 49. *n.* 66. 69. declaratur. *nu.* 122. *& ſeqq.*

*Doctorum Auctoritas.*

Doctoris auctoritas ſine contradicente eſt ad inſtar legis. *c.* 43. *n.* 144.

*Doctrinæ.*

Doctrinæ in terminis tollunt omnem difficultatem. *c.* 46. *n.* 276.

*Dohana. Dohanerii.*

Quoad Fidam, ejuſque ſolutionem, & cætera eos in hac materia concernentes. *c.* 3). *num.* 13. *cum multis ſeqq. & poſt tract. Animadv.* 3. *num.* 64. 65.

*Domicilium.*

Domicilia plura quoad eumdem. *Not. ad c.* 4. *n.* 4. & reſpectu Officialium. *Not. ad c.* 7. & famulorum, *ibi n.* 7. *& ſeqq.* Et Militum ſtipendiatorum. *c.* 4. *n.* 16.

Vide *verb. Vicinitas.*

*Domini*

Oppidorum in eis non habitantes, Paſcuo publico uti non poſſunt ſecundum aliquos. *c.* 6. *n.* 12.

Oppidorum in eis non habitantes, an paſcuo uti poſſint. *ibid. n.* 1.

Oppidorum per Gubernatores, Judices, Officiales, ſeù miniſtros à ſe conſtitutos, habitare in ſuis Oppidis dicuntur. *c.* 6. *n.* 3.

Domino regulariter competit libera bonorum alienatio. *c.* 11. *n.* 3.

Dominorum alicujus Oppidi, & incolarum, ſeù vicinorum, magnum eſt diſcrimen. *c.* 6. *n.* 9.

Dominus beſtiarum quando teneatur de damno dato ab illis. *c.* 42. *nu.* 49. *& ſeqq.* ac *c.* 39. *à n.* 1.

Dominus agri, collectis fructibus, an poſſit illum ſepibus, aut parietibus vallare, & clauſuris munire, vel pratum facere, proponitur, & reſolvitur remiſſivè. *c.* 16. *n.* 5.

Agri, collectis fructibus, non prohibetur pro libito plantare. *ibid. n.* 11.

Dicitur, qui partem habet in re. *c.* 34. *n.* 11.

Domini, & famuli unius tantùm perſonæ, & vicini loco habentur. *c.* 7. *n.* 18.

Dominus non eſt veriſimile, quod abdiceet à ſe dominium ſuorum bonorum. *c.* 47. *n.* 30.

Oppidi contributioni ad conſtructionem pontium, & murorum æquè cum ſuis vicinis obnoxius eſt. *c.* 6. *n.* 6.

Oppidi in Paſcuis regulariter nihil aliud habet, niſi ut duplex vicinus. *c.* 9. *n.* 14.

Oppidi majora ſuſtinet onera, quàm quilibet alius vicinus. *c.* 6. *n.* 5.

Oppidi, qui in eo juriſdictionem habent, Paſcuorum dominium ex eo non cenſentur habere. *c.* 9. *n.* 13.

Paſcui privati, quomodo & cuſtodem ponere poſſit, & talis cuſtos qualiter pignorari debeat. *c.* 19. *n. fin.*

Pecudum ad damni ſatisfactionem in alieno paſturagio facti omni jure obſtrictus eſt. *c.* 13. *n.* 1.

Dominus, qui animalia retenta ab eo, qui damnum fuit paſſus, tranſportaverit, furti tenetur. *c.* 13. *n.* 23.

Animalis occiſi imputat corium, & carnem in computum valoris. *Not. ad c.* 19. *n.* 17.

Territorii, etſi in aliquo loco particulari habitet, in omni parte territorii habitare cenſetur. *c.* 6. *nu.* 7.

Territorii non poteſt Paſcua ad culturam reducere, nec vites plantare, nec modum paſcendi quoquo modo pervertere, ſeù immutare. *c.* 16. *n.* 2.

Vaſſallorum, & in Oppido ſuo habitantium caput eſt. *c.* 6. *n.* 4.

Quando compellantur vendere domos ſuas. *c.* 27. *n.* 7.

Non poſſunt arare fundum in præjudicium habentis jus paſcendi. *poſt tr. animadv.* 3. *n.* 8.

Quomodo, & quando poſſint agros ad culturam reducere, ſi alius habeat jus paſcendi. *poſt tr. animadv.* 3. *n.* 10. *& ſeqq. & n.* 45.

Qui conceſſerunt ſervitutem paſcendi in propriis bonis, an eam aliis concedere poſſint. *poſt tract. animadv.* 3. *num.* 29. ubi etiam de ſervitute lignandi.

Vide *verb. Mutatio. Servitus Terræ.*

*Dominium*

Rei legatæ tranſit recta via in legatarium etiam ignorantem. *c.* 43. *n.* 155. 156.

Dominii titulus eſt perpetuus. *c.* 43. *n.* 156.

Cum hypotheca ſecundum diverſos reſpectus ſimul concurrere poteſt. *c.* 49. *n.* 87.

Dominii, vel ſpecialis hypothecæ reſervatio, vel priorum jurium præſervatio contra cedentem, excludit novationem, delegationem, vel in ſolutum dationem. *c.* 49. *n.* 178.

Paſcuorum non cenſetur habere Dominus Oppidi, habens in eo juriſdictionem. *c.* 9. *n.* 13. ac vide *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 25.

*Domus.*

Domum ſuam vendere compellitur quis pro conſtructione Eccleſiæ, vel Monaſterii. *c.* 27. *nu.* 7.

*Donatio.*

Donata Clerico confiſcari non poſſunt à Fiſco ex *Statuto* diſponente bona donata confiſcari poſſe, donatione non obſtante. *c.* 49. *n.* 104.

Inter virum, & uxorem quomodo prohibita, & de ejus natura. *c.* 47. *num.* 106. *ad* 112. 175. 176.

*Dos*

Eſt priùs detrahenda de fideicommiſſo univerſali, quàm de particulari. *c.* 44. *à nu.* 31. *ad* 44.

Doti non tribuitur majus privilegium, quàm legitimæ. *c.* 44. *n.* 34.

Ad dotem conſtituendam præſumuntur ſufficientes fructus fideicommiſſi. *c.* 44. *n.* 35. 36.

Pro ſatisfacienda dote quando bona dicantur libera. *c.* 44. *n.* 37. *& ſeqq.*

Vide verb. AUTH. RES, QUÆ.

Dos eadem non debet diverſo jure cenſeri. *c.* 47. *num.* 22.

Dotis mutatio, & novatio quando non expediat uxori. *c.* 47. *n.* 87.

Nullum habet privilegium reſpectu bonorum feudalium. *c.* 47. *n.* 165.

In dotem uxoris quando bona viri transferantur. *c.* 47. *n.* 102. *& ſeqq.*

Promiſſa filiæ per patrem non poteſt diminui, etiam ea conſentiente. *c.* 47. *num.* 123. 142. limita *num.* 144.

Poteſt alienari validè, uſque ad medietatem. *c.* 47. *n.* 217.

Dotis, ſivè bonorum dotalium alienatio æquiparatur alienationi bonorum minoris. *c.* 47. *nu.* 211.

Dotalis fundus. Vide verb. FUNDUS DOTALIS: Ejus alienatio quando convalidetur, nec poſſit impugnari. *c.* 47. *n.* 200. 220. *ad* 223. 226.

Dotis ſuæ pro aſſecuratione agens mulier hypothecaria contra tertios, excuſſionis exceptione repellitur. *c.* 49. *n.* 71. 76. limita *n.* 72.

Dote in quantitate à fratre promiſſa ſorori, tenetur ſoror prius excutere bona ejuſdem fratris antequàm deveniat contra tertium poſſidentem bona paterna ipſi ſorori hypothecata, & hoc non obſtante *Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rubr.* 140. & ità bis deciſum refertur, & comprobatum. *c.* 49. *à n.* 73. *ad* 97. amplia ubi tertius eſt Clericus. *à n.* 98. *& ſeqq.*

Dotis cauſa ſemper, & ubique præcipua eſt, non eſt tamen privilegiata in omnibus, ſed ſolùm in caſibus à jure expreſſis. *c.* 49. *n.* 74. 75.

Dotis conſtitutio, & collatio in matrimonium, quomodo differant inter ſe. *c.* 49. *n.* 84.

Ad dotem mulieri agenti rei vindicatione, non objicitur excuſſionis exceptio. *c.* 49. *n.* 92.

Dotem habere in pecunia, quàm in bonis, magis intereſt mulieri. *ibid. n.* 95.

Aſſignari debet non de melioribus, neque de deterioribus bonis, ſed partim de uriſque, arbitrio boni viri. *ibid. n.* 96.

Dotes ſuas ad effectum aſſecurandi mulier comparens in judicio moto à creditoribus mariti, per modum exceptionis, non tenetur probare vergentiam Viri ad inopiam, nec judicium excuſſionis præmittere. *ibid. n.* 121.

*Dubium.*

Dubius eventus quando æſtimabilis ſit. *c.* 13. *nu.* 10.

In dubio pro dote eſt judicandum. *c.* 43. *n.* 176.



pro reo, & poſſeſſore. *n.* 177. pro validitate aſſignationis. *n.* 175. & pro validitate cujuslibet actus. *ibidem.*

E.

*Edictum.*

Edictum juſtum eſt obſervandum, & reiterandum. *c.* 46. *n.* 242. 254 255. *&* 303.

*Effectus*

Eſt magis attendendus, quàm verba. *c.* 46. *n.* 56. *& ſeqq.* ac diſcretivè. *n.* 59.

*Emphyteuſis*

Ex pacto, & providentia, quomodo non alteretur. *c.* 43. *à n.* 8.

Eccleſiaſtica quando tranſeat ad hæredes extraneos. *c.* 43. ex *n.* 15. 34. *ad* 40.

Quando conſideretur ut locatio tranſiens ad extraneos. *c.* 43. *n.* 20. 21.

Ex obſervantia quando denotetur hæreditaria. *c.* 43. *n.* 35. 36.

Eccleſiaſtica hæreditaria poteſt conſtitui in dotem, etiam ceſſante ſubſidio. *c.* 43. *n.* 82.

Vide BONA EMPHYTEUTICA. CONSUETUDO GENUENS. HÆRES; *verſ. qui non eſt.*

*Emphyteuta.*

Emphyteuta diſponens de re emphyteutica, cenſetur ſe conformare conſuetudini loci. *c.* 43. *n.* 151.

*Emptio,*

Et venditio tunc dicitur facta in ceſſione nominis, quando facta eſt pro pretio, ſivè è contra pretium ſolutum pro ceſſione. *c.* 49. *num.* 151.

Pretii tamen ſolutione facta per modum dandi ad finem accipiendi nomen pro eo exigendo, poteſt dici facta alia conventio, quàm ſola emptio, & venditio. *ibid. n.* 152.

*Emptor.*

Emptorem, ex quo bona debitoris non repeſiunt, debitor non dicitur inexigibilis. *c.* 49. *n.* 21. limita *n.* 32.

Tenetur ſolvere pretium venditori nominis debitoris, licèt nomen non ſit ſolvendo, dummodò ſit verum, & reale. *c.* 50. *n.* 21. declara *nn. ſeqq.*

Acquirit dominium rei, habita fide de pretio, etiam eo non ſoluto. *c.* 47. *n.* 168. Non poteſt impugnare factum venditoris. *n.* 169. amplia, & declara. *n.* 170. 171. 172. *& ſeqq.* poteſt uti juribus venditoris. *n.* 183.

Quando debeat eſſe ſollicitus de inveſtimento. *c.* 44. *n.* 80. *& ſeqq.*

Utitur juribus venditoris ad ſe tuendum. *c.* 47. *n.* 183. 240.

*Entia*

Non ſunt multiplicanda ſine neceſſitate. *c.* 43. *n.* 115.

*Enunciativa.*

Enunciativa facta in inſtrumento, quando ſit erronea, nec obſtet. *c.* 47. *n.* 136.

*Error.*

Error facti, vel juris excludit initium, & progreſſum præſcriptionis. *c.* 45. *n.* 43.

Quando dicatur probatus. *c.* 47. *n.* 37.

Referentis non ſpectatur. *ibid. n.* 137.

Contrà confeſſionem geminatam non poteſt allegari. *c.* 42. *n.* 93. de ratione. *n.* 94.

*Eventus.*

Eventus futuri quandò conſiderentur. *c.* 44. *nu.* 90.

*Evictio.*

Quem de evictione tenet actio, eundem repellit exceptio. *c.* 47. *n.* 225. ſub evictione ad favorem emptoris, quæ cadant. *n.* 135.

Evictionis promiſſio an ſufficiens ſit ad hoc, ut cenſeatur promiſſa nominis exigibilitas, & ceſſionarius habeat regreſſum contrà cedentem, quamvis ipſe ceſſionarius non ignoraverit nomen ceſſum eſſe non ſolvendo. *c.* 50. *à n.* 35. *ad* 40.

Evictionis actione ceſſionarius perpetuò agere poteſt adverſus cedentem ad reſtitutionem ſortis cenſus ceſſi, & evicti, ac etiam ad fructus poſt evictionem paſſam decurſos. *ibid. nu.* 99. *& n.* 100.

*Exceptio.*

Exceptio eſt de regula. *c.* 46. *n.* 33.

Excuſſionis, reſpectu ſimplicis fidejuſſoris dicitur dilatoria, & ante litis conteſtatam eſt opponenda. *c.* 49. *nu.* 68. Tertius autem poſſeſſor, & fidejuſſor indemnitatis, vel is, qui promiſit quantò minùs à principali conſequi poterit, poteſt eam in quacunque parte judicii, etiam in cauſa appellationis, & in executione ſententiæ opponere. *n.* 116. 117. *& ſeqq.* Prout quandocunque opponi valet, quando competit ex conventione. *n.* 120.

Excuſſionis oppoſita reſpectu ordinis judicii dicitur de apicibus juris, & requirere altiorem indaginem; ſecùs ſi opponatur reſpectu juris, & intereſſe partis. *ibid. n.* 77. *& ex n.* 251. *& per tot.* de materia excuſſionis.

*Excommunicatio*

Quid ſit, & ejus ſubjectum. *c.* 39. *nu.* 132. *& ſeqq.* ubi etiam de excommunicatione Locuſtarum.

*Excuſſio*

An ſit facienda in alia Provincia ſubjecta eidem Principi. *c.* 44. *à n.* 86. *ad n.* 91.

Quid, & quotuplex ſit, ejus natura, & forma: quando exactiſſima, & formalis requiratur; quando ſufficienter, & legitimè facta dicatur, & plurima alia de excuſſione reſpectu potiſſimum ceſſionarii facienda, fuſo calamo, & magiſtraliter pertractantur. *in tot. cap.* 49.

Vide *verb. Correus. Bona. Exceptio. Exiſtentia. Expenſæ. Hæres. Hæreditas. Inops.*

*Executor.*

Executoribus duobus, licèt meliùs ſit excuſſionem fieri; ſufficit tamen ſi per unicum tantùm ſit facta. *c.* 49. *n.* 52.

Executoris, ſeu Nuntii relatione, an, & quando probetur excuſſio. *ibid. n.* 54. *uſque ad n.* 60. *& n.* 112. *&* 335. *ac* 339.

Vide *verb. Birruarius.*

*Exemplum.*

Exemplis utrum ſit judicandum. *c.* 34. *nu.* 19. vide *ibi Not.* 3. 4.

*Exigibilitas.*

Inexigibilis debitor non dicitur, ex quo ejus bona non reperiunt emptorem. *c.* 49. *n.* 21. limita *nu.* 32.

Debitoris quando remaneat ſufficienter probata. *ibid. n.* 340.

Exigibilitate promiſſa, dicitur ſatisfactum promiſſioni, ſi debitor ſtabilia poſſidet. *ibid. num.* 351.

Nominis ceſſi an præſtari debeat, de quo tempore ſit præſtanda, maximè in cenſibus, & annuis redditibus; quando promiſſa dicatur, quid ejus promiſſio importet, & alia plurima de exigibilitate, per totum ferè *cap.* 50.

*Exiſtentia*

Ad non exiſtentiam aliorum bonorum inferri debet neceſſariò in excuſſione conventionali. *c.* 49. *n.* 347.

*Exitus*

Quid ſit, & quarè ſic dictus. *cap.* 1. *n.* 22.

*Expenſæ.*

De expenſis factis pro alendis animalibus retentis. *Not. ad c.* 13. *n.* 8. 9.

Condemnatio in expenſis non comprehendit damna, & quando ſecus. *Not. ad c.* 15. *nu.* 3. *& ſeqq.* Vide verb. CONDEMNATIO.

Expenſas factas in exactione nominis ceſſi, vel in lite, qua ceſſionarius ſuccubuit, an repetere valeat à cedente. *c.* 49. *n.* 243. 244.

Expenſis oblatis in omnibus quibuſcunque caſibus in quibus ceſſat excuſſio, ſeu dubitari poteſt an ſit admittenda, nec ne, ſemper debet fieri. *c.* 49. *nu.* 255. amplia *nu.* 257. 271. 273. *cum multis ſeqq.* limita *à nu.* 295. *uſque ad nu.* 314.

*Experientia*

Eſt rerum magiſtra. *c.* 46. *n.* 306.

*Expoſitus*

Puer in loco expoſitionis acquirit originem. *c.* 4. *n.* 10.

*Expreſſum*

Id dicitur, quod ſolùm verificari poteſt. *c.* 43. *n.* 25. & quantum eſt expreſſum, tantùm dicitur volitum. *c.* 47. *n.* 135.

*Extremum.*

Extremis verificatis pro aliquo, media incluſa ejuſdem præſumuntur. *c.* 9. *n.* 9.

*Exul.*

Exul ad tempus, an dicatur vicinus loci in quo ante exilium habitabat. *c.* 4. *n.* 26.

## F.

*Factum.*

Factum proprium nullum poteſt impugnari. *c.* 47. *n.* 185.

*Facultas*

Regia debet præcedere in alienatione paſcui publici. *c.* 11. *n.* 10. Vide verb. LICENTIA.

Regia ad alienandum, ſi in eadem die appareat confecta, in qua alienatio, prior intelligitur facultas, quàm alienatio. *c.* 11. *n.* 11.

Regia an præſumatur, ubi de ea non conſtat. *c.* 11. *n.* 12.

Regia ex communiori ſententia ſcripturam requirit. *ibid. n.* 16.

Regia in ſcriptura, vel alienatione, quæ excedit centum annorum metas, præſumitur præceſſiſſe, etiam ſi per ſcripturam non enuncietur. *c.* 11. *n.* 18.

Paſcendi competens civibus quænam ſit. *Not. ad c.* 3. *n.* 3. & quando non operetur. *n.* 45.

Libera vendendi coanguſtari non debet. *c.* 30. *nu.* 9.

*Falſitas.*

Falſitatis ſuſpicio in civilibus habetur pro falſitate. *c.* 44. *nu.* 11. & quibus augeatur. *à nu.* 12. *ad* 24.

Potiùs præſumitur quàm inveriſimilitudo. *c.* 44. *n.* 15.

Scripturæ in parte una influit in alteram. *ib. n.* 20.

Ad probandam falſitatem plura junguntur. *c.* 44. *nu.* 24.

*Familia*

An conſiſtat in uno, vel duobus famulis. *c.* 4. *nu.* 31.



*num.* 30.

*Fæmina.*

Fæminæ veniunt appellatione hæredum quorumcunque. *c.* 43. *n.* 63. 64.

Eſt incapax feudi maſculini. *c.* 47. *n.* 164.

Vide *verb. FEUDUM.*

*Famulus.*

Famuli dominorum an dicantur vicini loci, in quo dominus habitat. *c.* 4. *n.* 26. *& Not. ad c.* 7. *ex n.* 7.

Mercenarii, & ſervitores Prætorum, & Magiſtratuum, cæterorumque Officialium, vicini, & habitatores dicuntur, & Paſcuo publico in loco ubi commorantur, frui debent. *c.* 7. *n.* 12. *& ibid. Not. ex n.* 7.

Mercenarii ſicut cæteri vicini à muneribus publicis non excuſantur. *ibid. n.* 13.

Mercenarii nec viciniratem recipiunt, nec munera publica ſubeunt. *ibid. n.* 16.

Mercenarii frequenter nec animum permanendi in oppido habent, nec ullam bonorum ſubſtantiam. *ibid. n.* 17.

Famuli, & dominus unius tantùm perſonæ loco habentur. *ibid. n.* 18.

Famuli ſecundùm certam diſtinctionem (quæ tradinur) vicini, vel cives reputantur. *ibid. n.* 19.

*Feudum.*

Feudi refutatio poteſt fieri in coinveſtitutum, etiam ſine aſſenſu domini. *c.* 47. *n.* 128. 130.

Feudi, & emphyteuſis ceſſio, & alienatio, quando poſſit fieri, ſine conſenſu domini. *ibid. n.* 129. 130.

Feudi natura poteſt mutari de maſculino ad fæmininum à domino directo ad preces vaſſalli. *ibid. n.* 163.

Feudi maſculini fæmina eſt incapax. *c.* 47. *n.* 164. Vide in verb. FÆMINA *ubi ſupra.*

Feudalia bona non poſſunt tradi in fundum dotalem. *d. c.* 47. *n.* 115. vide *n.* 193. 194.

Feudale præſumitur quidquid eſt intra fines feudi. *c.* 9. *n.* 8. & *c.* 40. *n.* 141. 142.

Vide alia in Summar. alphabet. *c.* 41. *n.* 141. cum multis ſeqq. in hoc verb.

*Fideicommiſſarius.*

Fideicommiſſario quando ſit concedenda immiſſio. *c.* 44. *n.* 1. & quando retentio rei reſtituendæ. *c.* 40. *n.* 30.

*Fideicommiſſum.*

Fideicommiſſi bona, quoad dotem. Vide verb. *Auth. res, quæ,* & verb. DOS.

Fideicommiſſa quando, & quomodo ſupponantur poteſtati Principis ſupremi. *c.* 44. *à num.* 56. *ad* 74.

Fideicommiſſi derogatio ſuſtinetur, ſi adſit cambium, & recompenſa. *ibid. n.* 70. *& ſeqq.* declara ſi ſit ſervata forma ipſius derogationis. *n.* 78. 79.

Fideicommiſſa, quoad alienationem cum cambio non concedendam à Principe. *d. c.* 44. *n.* 74. *ad* 77.

Vide *verb. Legitima.*

*Fidæ, & Diffidæ*

Materia in propoſito animalium plenè tractatur *in c.* 39. 40. 41. & de obligatis ad ſolutionem Fidæ latè agitur *in eod. c.* 39.

*Fidejuſſor*

Ante litem conteſtatam opponere debet exceptionem excuſſionis. *c.* 49. *n.* 68. *&* 110. limita in fidejuſſore indemnitatis. *num.* 117. *ad* 119. Idem quando excuſſio competit ex conventione, qui tunc quandocunque opponi poteſt. *n.* 120.

Liberatus remanet, quoties creditor diù neglexit agere contra principalem debitorem idoneum, qui poſteà effectus ſit non ſolvendo. *d. c.* 49. *n.* 225. limita *n.* 226. remiſſivè.

Et cedens in materia excuſſionis æquiparantur. *ibid. n.* 257. 258.

Principaliter, & in ſolidum obligatus cum juramento in forma Cameræ, ac alia ampliſſima, an, & quando juvari poſſit excuſſionis beneficio, latè *ibid. à n.* 273. *ad n.* 291.

*Filius*

Quando ſit excluſus à feudo, & emphyteuſi ex diſpoſitione patris. *c.* 43. *nu.* 105. 106. 118. ex immixtione in bonis, ſit hæres patris. *c.* 47. *n.* 224.

*Fines*

Sunt ponendi per lineas rectas. *Not. ad c.* 28. *n.* 1. & de modo eos ponendi. *ibid. n.* 2. ac de materia eorum remiſſivè. *n.* 3.

Paſcui, ut noti ſint, debet ſignum quoddam (quandò demarcatio ſit) conſtitui, vel erigi, & qua forma ſit conſtituendum. *c.* 28. *n.* 4.

*Fœtus*

Decimus in ordine naſcendi. Vide verb. *Decimus.*

*Forenſis.*

Forenſes quando teneantur pœnis ſtatutariis pro damnis datis. *Not. ad c.* 12. *n.* 5.

Quoad ſolutionem Fidæ. *c.* 39. *n.* 38. *& ſeqq.*

Quando ob ignorantiam non excuſetur. *c.* 12. *ſub n.* 22.

*Forma*

Servanda in interlocutoria Judicis pronunciantis excuſſionem eſſe legitimè factam, quænam ſit. *c.* 49. *n.* 51.

Excuſſionis duplex traditur. *ibid. num.* 336. *&* 338.

*Fructus.*

Fructus Paſcui dicitur gramen, ſeù herba. *c.* 36. *n.* 2. Vide verb. *Glandes. Herba.*

Poſt recollectos fructus, an poſſint immitti animalia ad paſculandum invito domino. *poſt tr. animadv.* 3. *n.* 27.

*Frumentum.*

Tempore neceſſitatis quiſque compelli poteſt, ut frumentum, quod ſupereſt, juſto vendat pretio. *c.* 27. *n.* 5. ubi ampliatur.

*Fundus Cenſitus*

An priùs ſit excutiendus, antequam conveniantur poſſeſſores aliorum bonorum generaliter hypothecatorum. *c.* 49. *à n.* 262. 268.

*Fundus Dotalis.*

Quando, & ex quibus excludatur, nec poſſit dici conſtitutus. *c.* 47. *à nu.* 2. *ad* 39. *nu.* 43. *& ſeqq.*

Quomodo reſtituatur uxori. *d. c.* 47. *n.* 24. quando præſumatur. *nu.* 43. 44. 46. *& ſeqq. ac nu.* 66. *uſque ad* 82. ad eum tradendum, quid requiratur. *c.* 47. *n.* 113. pro eo non poſſunt dari feudalia. *nu.* 115. quando ejus alienatio ſuſtineatur. *nu.* 226.

Vide *verb. Alienatio.*

*Furtum.*

In domo præſumitur factum à vicinis. *c.* 14. *ſub n.* 2. & ibi *Not. n.* 2. declara *n.* 3.

## G.

*Gabella*

Tranſitus animalium debetur. *Not. ad c.* 34. *nu.* 1. 6. Vide verb. *MONTAGIUM, La- cium.*

*cium.*
Nòviter conceſſa, & continuatio gabellæ antiquæ, in quo differant. *c.* 46. *n.* 111.
Solvere *gabellan*, & ſolvere *gabellæ*, differentia. *ibid. n.* 179. *& ſeqq. ac ex n.* 186.
Gabella *Groſſa*, & *Gabella generalis* in *Statu Ferrar.* quænam ſit, quomodo, quando, & ubi ſolvatur. *c.* 46. *n.* 5. 65. 118. *ad* 129. 149. 153. 159. 179. *& ſæpiùs etiam.*
Non datur ei, per cujus territorium non ſit tranſitus. *c.* 46. *n.* 129. 268.
Conceſſio eſt odioſa. *ibid. n.* 154. vide *nn. ſeqq. & ex n.* 197.
Solita, & antiqua eſt favorabilis. *d. c.* 46. *n.* 195.
In materia Gabellarum obſervantia ſpectatur. *d. c.* 46. *n.* 211.
Duplex non debetur in eodem loco pro eadem re. *ibid. n.* 89. quando nequeat verificari. *n.* 90.
Pro conceſſione Paſcuorum, interveniente pretio debetur, & à quibus. *c.* 36. *n.* 9. 10.
Quando de venditione herbæ debeatur. *c.* 36. *n.* 9.
Vide *verb. Vendita.*

*Gabellarius.*
Gabellario primo, an ſecundo ſit ſolvenda gabella. *Not. ad c.* 36. *n.* 1. *verſ. & de quæſito.*

*Geminatio.*
Geminationis vis, & efficacia. *c.* 47. *n.* 149.

*Glandes*
Sunt in fructu Civium, nec Communitas habens facultatem vendendi jus paſcendi in bonis illorum, non eam habet vendendi jus paſcendi glandes. *poſt tract. Animadv.* 3. *ſub nu.* 47. *in fin.*

*Gratia*
Quomodo probari debeat. *c.* 44. *num.* 7. conceſſa contrà ſolitum eſt ſuſpecta de falſo. *num.* 10. quando non fuiſſet conceſſa à Principe. *n.* 17.
Gratiæ conceſſæ de plenitudine poteſtatis à Vaſſallis poſt devolutionem, ſunt parvi momenti. *c.* 44. *n.* 69.
Verba in Gratiis valent quantum ſonant. *c.* 46. *nu.* 11.
Principis non debet eſſe inanis, ſed utilis. *d. c.* 46. *nu.* 53.

*Grex.*
Gregis nomine quid ſignificetur, & quis numerus pecudum gregem conſtituat. *c.* 25. *n.* 21.

H

*Habitare.*

HAbitare dicitur qui per alium habitat. *c.* 4. *num.* 28.
In Oppido dicitur qui per aliquod tempus abeſt, cum tamen animum redeundi habeat. *d. c.* 4. *n.* 25. 28.
Propriè non dicitur in loco qui unum, vel duos ſervos tantum ibi habet. *c.* 8. *n.* 18.

*Habitatio*
Majoris partis anni eſt neceſſaria ut quis Paſcuo oppidi poſſit potiri. *c.* 4. *n.* 23.
Debet eſſe ſtabilis, non rara, vel momentanea. *ibid. n.* 24.
Principaliter conſiſtit, & conſervatur animo. *ibid. n.* 27.

*Habitator*
Oppidi pluribus modis quis dicitur. *c.* 4. *n.* 22.
Oppidi an dicatur ſcholaris qui cauſa ſtudiorum in eo reſidet, & quid de exule ad tempus, de famulis, & adoptivis. *c.* 4. *n.* 26.

*Hæres. Hæreditas.*
Hæres, & hæres hæredis non poteſt impugnare confeſſionem defuncti. *c.* 47. *n.* 167.
Hæredum, & ſucceſſorum appellatione, qui veniant. *c.* 43. *n.* 13. *& nu.* 63. ubi de fœminis, *&* 64.
Hæres hæredis tenetur ſervare factum defuncti etiam quoad bona propria. *c.* 43. *num.* 98. 99. 100.
Qui non eſt hæres non habet jus in bonis emphyteuticis hæreditariis. *c.* 43. *à nu.* 101. *ad* 108. ubi etiam de bonis emphyteuticis mixtis.
Non poteſt redarguere teſtatorem de mendacio. *c.* 47. *nu.* 228. *& ſeq.* Nec poteſt impugnare alienationes de ſuis bonis factas à teſtatore. *n.* 233. ſed factum illius tenetur ſervare. *nu.* 233. 234.
Contra hæredes, vel hæreditatem jacentem defuncti principalis debitoris fieri debet excuſſio. *c.* 49. *num.* 213. 215. limita *nu.* 204. declara *nu.* 216.

*Herba.*
Herba, ſeù gramen Paſcui fructus eſt. *cap.* 36. *num.* 2.
Vide verb. FRUCTUS. Quando dicatur locata, ſeu vendita, & pro ea debeatur gabella. *c.* 36. *n.* 8. 9.

*Homo.*
Homo digniſſima omnium creaturarum. *c.* 18. *n.* 6.
Non dat pecuniam ad mercantiam, ſine ſpe lucri. *c.* 48. *n.* 3.

*Hortus.*
De jure Hortorum agitur, *poſt tract. animadv.* 3. *nu.* 3.

*Hypotheca*
Pro paſcuis, alimentis animalium, & damnis datis, quando detur. *Not. ad c.* 13. *ex nu.* 10. *ad* 14.
Cum dominio ſecundùm diverſos reſpectus ſimul concurrere poteſt. *c.* 49. *n.* 87.
Hypothecæ ſpecialis, vel dominii reſervatio contra cedentem excludit novationem; delegationem, vel in ſolutum dationem. *ibid. n.* 178.
Hypothecæ ſpecialis, ac pignoris naturam, quando habeat ſimplex ceſſio. *ibid. n.* 197. 230.
Hypothecam generalem, & ſpecialem habens ſuper bonis ſui debitoris an teneatur prius excutere ſpecialem, quàm generalem; fusè. *d. c.* 49. *à n.* 263. *ad* 272.
Hypothecis, & anterioribus obligationibus libera omnia bona de jure præſumuntur. *ibid. n.* 360.
Hypothecaria mulier agens contra tertios pro aſſecuratione ſuæ dotis, excuſſionis exceptione repellitur. *c.* 49. *n.* 71. 76. limita *n.* 72.
Hypothecaria quando actum dicatur. *ibid. num.* 94.
Cum hypothecaria, ſi *Salvianum interdictum* fuerit cumulatum, eo certius intrat (expenſarum facta ſubminiſtratione agenti) excuſſio. *ibid. n.* 272.
Datur in pecudibus pro paſturagii mercede. 1. 13. *n.* 29.

I.

*Idoneitas.*

IDoneitas, & exigibilitas nominis ceſſi, quando, & de quo tempore præſtari debeat ceſſionario per cedentem. *c.* 50. *ſparſim per tot.*
*Idoneus.*



*Idoneus.*
Idoneus, & ſolvendo, immo dives dicitur qui ſtabilia poſſidet. *c.* 49. *n.* 350

*Immemorialis*
Præſcriptio procedit in rebus uſui publico deſtinatis. *c.* 17. *nu.* 2. & ſic in paſcuis publicis. *ibid.*
*Not. nu.* 2. non requiritur inter privatos. *n.* 7. 8. 9.
Præſcriptio tantum operatur quantum privilegium, ſeu principalis conceſſio. *ibid. n.* 7. *ac in Not. n.* 2. & de aliis ſuis effectibus. *c.* 42. *n.* 29. *& ſeqq. ac c.* 45. *n.* 62. *& ſeqq.*
Præſcriptio quomodo articulari, & probari debeat. *c.* 17. *n.* 23. *& Not. ad c.* 6. *n.* 9. Excluditur à ſolo rumore contrario. *c.* 45. *n.* 90. Vide cætera in verb. PRÆSCRIPTIO.

*Immiſſio*
Quibus requiſitis concurrentibus concedatur fideicommiſſario. *c.* 44. *n.* 1. *& n.* 99. 100.

*Immittens*
In Paſcua plures pecudes, quàm ſtatuto, vel conſuetudine fas ſit, aut morbo laborantes, puniri debet, & à paſturagio expellitur. *c.* 3. *n.* 25.

*Immunitas.*
Immunitatis, ſivè exemptionis conceſſio ſtrictè debet intelligi. *c.* 34. *n.* 9.
Eccleſiæ quando competat egreſſo ab illa. *c.* 38. *ſub n.* 4.

*Impedimentum.*
Impedimenti ſibi præſtiti in exactione nominis ceſſi ſuper revocatione an, & quando ceſſionarius teneatur diligentiam adhibere, vel aliàs contrà cedentem proteſtari pro illo removendo. *c.* 49. *n.* 205. 206. *&* 207.

*Incerta*
Sunt cuncta mortalium. *c.* 44. *n.* 92.

*Incola. Incolatus.*
Ad effectum paſcendi, quomodò acquiratur. *c.* 3. & ibi *Not. n.* 1. 2. 3.
Incola eſt idem, ac Vicinus *in hoc Tract. c.* 4. *ſub n.* 4. Vide *verb. Vicini. Vicinus. Vicinitas*, & *poſt tr. animad.* 3 *n.* 14.

*Indefinita.*
Indefinita æquipollet univerſali. *c.* 42. *nu.* 19. *& c.* 46. *n.* 176.

*Inexigibilis, Inexigibilitas.*
Inexigibilis debitor non dicitur, ex quo ejus bona non reperiunt emptorem. *c.* 49. *n.* 21. limita *n.* 32.
Inexigibilitas debitoris ceſſi, & ejus paupertas, ſeù quod non ſit ſolvendo juſtificari debet plenè, & concludenter per ceſſionarium, ut habeat regreſſum contra cedentem. *d. c.* 49. *nu.* 366. *& à n.* 363. *& ſeqq.*

*Inhibitio*
Dotalis, ſeù alterius generis præſentata executoribus an, & quando ſufficiat ut excuſſio legitimè facta dicatur. *c.* 49. *nu.* 5. 8. *ac num.* 10. *& ſeqq.*

*Inops.*
Inops, & non ſolvendo, ac decoctus non dicitur ſtabilia poſſidens, quamvis pecuniam non habeat in contanti paratam ſolutioni. *c.* 49. *n.* 349.
Inops, & notoriè non ſolvendo, quando eſt debitor non intrat excuſſionem, *ibid. nu.* 359. *& n.* 365. ubi declaratur.

*Inſpectio*
Ocularis ſeparat omnem probationem. *c.* 46. *nu.* 358.

*Inſtitutio.*
Inſtitutionis titulus ſuppletur à clauſula *omni meliori modo. c.* 43. *à nu.* 111. *ad* 115.

*Inſtrumentum.*
Inſtrumenta plura probant etiam inter alios. *c.* 42. *n.* 103.
Habens pro ſe, habet intentionem probatam. *c.* 43. *n.* 4. Ejus vires. *n.* 5. 6. facit rem claram. *c.* 45. *n.* 8.
Inſtrumenti, ſeù ſcripturæ, vel cedulæ crediti ceſſi conſignatio, & traditio operatur tranſlationem, & ceſſionem actionis, & ceſſionarius ſit dominus nominis ceſſi. *c.* 49. *n.* 190. 231.
Inſtrumento, & juſtificatione crediti ceſſi carenti ceſſionario negligentia, & mora in exigendo nomine ceſſo, imputari non poteſt. *ibid. n.* 235. declara *n.* 240.
Inſtrumenta ceſſionis, & crediti cedentis an, & quando, & per quem exhiberi debeant. *ibid. à n.* 236. *ad n.* 242.

*Interdictum.*
Vide *verb. Interim. Salvianum. Uti poſſidetis.*

*Intereſſe.*
Intereſſe habentis, cedentis, fidejuſſoris monitio, citatio, & interpellatio requiritur in excuſſione. *c.* 49. *nu.* 51. 112. 126. 127. declara *n.* 128.
Eſt taxatum *Mant.* 7. *pro* 100. *c.* 48. *n.* 39.
Dicitur liquidatum ex inſtrumento ſocietatis. *nu.* 48. & ex inſtrumento cenſus. *ibid. & n.* 119. 120.
Ut debeatur quando ſit neceſſaria interpellatio. *c.* 48. *n.* 113. & quando non ſint neceſſaria requiſita *Caſtrenſis. c.* 48. *n.* 120.

*Interim*
Interdictum cujus ſit naturæ, & quarè ſic dictum. *c.* 33. *n.* 1. & ibi *Not. n.* 1. ubi, quod alias vocatur manutentio, ſeù mandatum, de manutenendo.
Interdictum qua ratione fuit adinventum. *ibid. nu.* 3.
Interdictum pluribus in caſibus competit, ſed in materia, & litibus Paſcui frequentiſſimum eſt. *ibid. n.* 4. & in *Not. n.* 2. 3.
Interdictum præparatorium judicii poſſeſſorii eſt. *ibid. n.* 5.
Interdictum ut competat quid probari debeat. *ibid. n.* 6. & *in Not. n.* 2.
Interdicti in judicio non diſceptatur quis ſit juſtus, aut legitimus poſſeſſor; ſed de tuendo poſſeſſore agitur, *ibid. n.* 7.
Interdictum ut competat, requiritur, quod quis probet naturalem poſſeſſionem: non enim ſufficit civilis, aut ficta. *ibid. num.* 8. *& in Not. nu.* 2.
Interdicti judicium quomodò agitetur, & proceſſus ſuper eo in Curia noſtra peragatur, & de forma ſententiæ in hoc interdicto ferendæ. *ibid. n.* 10.

*Interlocutoria.*
Interlocutoriæ revocatio, & declaratio bis permittitur. *c.* 42. *n.* 14.
Judicis ſuper excuſſione eſt neceſſaria. *c.* 49. *nu.* 44. *& nu.* 114. amplia *nu.* 45. declara *num.* 46. 47. limita. *nu.* 48. Ejus forma quænam ſit. *ibid. nu.* 51. Quando expreſſa eſſe debeat, & quando tacita per proceſſum ad ulteriora ſufficiat. *nu.* 61. *uſque ad nu.* 64. Sive tamen expreſſa, ſive tacita ſit, ſemper ab ea datur appellatio. *nu.* 65. limita *nu.* 122. 124.
Ab expreſſa ubi appellari poteſt, à tacita etiam poteſt appellari. *ibid. n.* 70.
*Inter-*

*Interpretatio*

Sumi debe tad evitandam contrarietatem. *c.* 42. *n.* 36. Deſtructiva, & non conſervativa gratiæ eſt rejicienda. *c.* 46. *n.* 313.

*Interruptio.*

Interrumpi præſcriptionem, vel dormire ſatis diverſum eſt *apud Doctores*: & quid in utroque caſu. *c.* 21. *n.* 24. Et de hac interruptione, remiſſivè *ibi in Not. n.* 1.

Non operatur poſt completam præſcriptionem. *Not. ad idem c.* 21. *n.* 5.

Paſcendi dupliciter poteſt cauſari. *c.* 21. *n.* 1.

Naturalis quæ ſit, & ejus exempla traduntur. *ibid. n.* 2. Civilis quæ dicatur, & ejus traditur duplex differentia. *ibid. n.* 3.

Judicialis quæ ſit, & quæ extrajudicialis; cujus exempla proponuntur. *ibid. n.* 4. *&* 5.

Cauſatur ex titulo vitioſo, vel mala fide. *ibid. n.* 8. Non cauſatur autem per actum violentum. *Not. ad idem c.* 21. *n.* 4.

Naturalis ut cauſetur, neceſſarium eſt, quod impeditus, vel turbatus contradictioni acquieſcat, & non reclamet. *ibid. n.* 9.

Naturalis non cauſatur ex actu omninò violento, & de facto quando ex eo quo durat violentia, aut metus, querelam ponere, ſeù reclamare turbatus perhorreſcit. *ibid. n.* 10.

Non cauſatur quando turbatus in continenti recuperat poſſeſſionem, vel ad eam redit. *ibid. n.* 11.

Civilis in jure paſcendi, querelam in judicium deductam expoſcit. *ibid. n.* 12.

Præſcriptionem non impedit quando turbatus in poſſeſſione, vel querelatus adhuc continuavit poſſeſſionem vel in ejus favorem (lite nota) fuit lata ſententia. *ibid. n.* 13.

Juris Paſcendi, an ex acclamatione, denunciatione, vel querela extrajudiciali producatur, & & formetur. *ibid. n.* 14. *cum duob. ſeqq.* ubi referuntur fundamenta negativæ partis. *& n.* 17. aſſertivæ opinionis.

Cauſatur ex contradictionibus, ſeù acclamationibus extrajudicialibus, ex aliquorum Doctorum ſententia, qui referuntur. *ibid. n.* 20.

Utrùm in præſcriptione immemoriali dari poſſit. *d. c.* 21. *n.* 26. 27.

Conſiderabilis eſt tantum quando præſcriptio eſt in fieri, non verò quando perfecta. *ibid. n.* 28. *&* 29.

Ex unico contradictionis actu cauſatur. *ibid. n.* 31.

Quomodo probetur. *ibid. n.* 32.

Non cauſatur ex actu nullo. *ibid. n. fin.* Nec ex actu violento, *ibid. Not. ad. c.* 21. *n.* 4.

*Inveriſimilia*

Non ſunt attendenda. *c.* 46. *num.* 43. *& c.* 48. *n.* 5.

*Inveſtitura*

Præ ſe fert aſſenſum domini. *c.* 43. *n.* 79. continet, & quando, clauſulam *ſine præjudicio tertii. n.* 138. 139. 140.

Inveſtituram rei propriæ ſuſcipiens, quid agat. *c.* 47. *n.* 105.

Ex gratia ſpeciali quando non ſit concedenda. *d. c.* 47. *n.* 121. 138. *& ſeqq.*

Conceſſa viro, & uxori in ſolidum, quomodò ſuſtineatur. *ibid. n.* 124. 125.

*Judex*

Ut delegatus Principis, an procedere poſſit declarationem decreti. *c.* 42. *n.* 6.

Sæcularis adeundus eſt (ſecundùm aliquos) pro exactione pœnarum contrà Clericorum pecora. *c.* 8. *n.* 12. Et contrarium. *n.* 13. & reſolutio quæſtionis. *n.* 14. vide tamen *Notas ibid.*

Judicis arbitrio remittitur conſiderare, an excuſſio bonorum exiſtentium extrà territorium ſit facienda, & quomodo regulari debeat. *c.* 49. *à n.* 310. *& ſeqq.* Item an ceſſionarius uſus fuerit diligentiis ſufficientibus adverſus debitorem ceſſum, *ibid. n.* 371. Item an, & quando ceſſionarius fuerit negligens in exigendo creditum ceſſum. *c.* 50. *n.* 1.

Judices alicujus oppidi, vicini reputantur, & ut tales durante officio, Paſcuo uti poſſunt, *c.* 7. *n.* 6. *&* 7. Referuntur Doctores hujus opinionis. *& n.* 8. aſſignatur ratio. Vide *ibid. Notas.* Contra Judices quando præſumatur. *c.* 39. *n.* 94. Quales ſint eligendi. *n.* 95.

In delicto notorio quomodo procedat. *c.* 38. *n.* 18.

Vide *Verb. Viſitatio.*

*Judicium.*

Judicii ad obſervatione interim abſolvi debet petens excuſſionem fieri propriis expenſis. *c.* 49. *num.* 256.

Manutentionis. *Vide Verb. Interim. Manutentio. Sententia.*

*Jura*

Competentia ceſſionario adverſus cedentem per ceſſionem pro ſoluto, extincta manent. *c.* 49. *num.* 131.

Jurium ceſſio in nomine debitoris idem omninò operatur quod in rebus corporalibus traditio. *ibid. n.* 159. declara *n.* 160. 163.

Jurium priorum præſervatio contra cedentem excludit novationem, delegationem, vel in ſolutum dationem. *ibid. n.* 178.

*Juramentum*

De calumnia ſolet peti, & præſtari ſuper Paſcui lite (quod de veritate dicenda ſolet nuncupari) & an per partes remitti poſſit. *c.* 32. *n.* 10.

Juramento damni paſſi quando ſit ſtandum. *c.* 38. *n.* 43. *& c.* 42. *n.* 74. 76.

In litem datur ſocio contra ſocium. *c.* 48. *nu.* 46.

Præſumptum dolo præſtitum expenditur. *d. c.* 48. *n.* 62.

A juramento obtenta abſolutione, beneficio, *Auth. hoc niſi &c.* potitur, qui illi renunciavit, & in pecunia ſolvere promiſit. *c.* 49. *n.* 27. *ad* 42. & latè de materia *D. Auth. à n.* 22. *ad* 43.

*Juriſdictio*

Oppidi, & dominium ejus, vel Paſcui, res prorſus diverſæ ſunt. *c.* 9. *n.* 15. & ex illa non infertur ad iſtud *n.* 13.

Proclamata facere eſt actus juriſdictionis. *c.* 40. *n.* 117. Plura de Juriſdictione vide *in Summar. alphabet. cap.* 41. *n.* 228. *& ſeqq. in hoc Verbo.* Eſt probanda ab eo qui illam dicit habere. *c.* 41. *n.* 267.

*Jus Fruendi*

Concedi alicui diverſum eſt, quam quod ei concedantur fructus. *c.* 23. *n.* 2.

Jus idem conſideratur partis quoad partem, quod de toto ad totum. *c.* 26. *n.* 7.

*Jus Lignandi,*

Ac hauriendi aquam quomodo præſcribatur. *c.* 42. *n.* 33. *& poſt tract. animadv.* 3. *n* 5. *& n.* 4. ubi de jure plantandi. Vide *poſt tract. ead. animadv.* 3. *n.* 62. 63.

*Jus Paſcendi.*

Juri Paſcendi aſſentire, & acquieſcere videtur qui cum poſſit, nec pignorationem facit, nec querelam in judicio deducit. *c.* 21. *n.* 22.

Juris Paſcendi ſervitus quanto tempore præſcribatur. *c.* 18. *n.* 15.

Juris Paſcendi conceſſio facta alicui Oppido, utrum perpetua debeat reputari. *c.* 23. *n.* 3.

Juris Paſcendi conceſſionis verba debent ſemper attendi. *d. c.* 23. *n.* 8.

Juris Paſcendi in conceſſione, ſemper debent attendi ejus verba, conſuetudo, aut ſtatutum municipale. *c.* 24. *n.* 12.

Quando interrumpatur naturaliter. *c.* 21. *n.* 6. Quomodo præſcribatur. *c.* 42. *n.* 32.

Habens in aliquo loco non habet jus pernoctandi in illo. *Not. ad c.* 18. *n.* 3. nec jus aquandi. *n.* 4. ubi nec poteſt paſcere pecora morbida. *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 15. Cætera *in verb. PASCENDI JUS, & poſt tract. animadv.* 3. *n.* 33. *& ſeqq. ac n.* 49. *& ſeqq.*

Commune an ſit diſſolubile. *ib. n.* 67.

Individuum eſt quoad ſervitutem, ſed quoad commoditatem diviſionem recipit. *c.* 22. *n.* 8.

Jus Paſcui per actus ſingulorum de Univerſitate non acquiritur Univerſitati. *c.* 20. *n.* 5.

Jus Paſcui in dubio videtur conceſſum, habito reſpectu ad numerum animalium, quæ quis habebat tempore conceſſionis. *c.* 24. *n.* 1. & reſolvitur quæſtio. *n.* 10. *& n.* 11. ſatisfit argumentis contrariis.

*Jus Prælationis,*

Seu retractus pro Paſcuo locato, an procedat in fratribus *de la Meſta*, remiſſivè *c.* 31. *n.* 27. Vide *verb. PRÆLATIO.*

L

*Laudemium.*

AN debeatur ex diviſione paſcui, ſeu alterius rei. *c.* 22. *n.* 16. & ibi *Not. n.* 11.

Laudemii ſolutio facit ceſſare titulum lucrativum. *c.* 43. *à n.* 145.

*Legalitas*

Librorum quomodo diſpungenda. *c.* 48. *n.* 106. Vide *verb. LIBER.*

*Legatum*

Alicujus fundi, comprehendit etiam paſcua, & bona ei deſtinata, licèt ſeparata. *Not. ad c.* 9. *n.* 5. 6. 7. Quoad dominium tranſit in legatarium etiam ignorantem. *c.* 43. *n.* 155. 156. eſt tranſmiſſibile ad hæredes. *n.* 157.

Paſcuorum an comprehendat jus aquandi. *Not. ad c.* 18. *n.* 4.

*Legitima*

Non detrahitur à fideicommiſſo particulari. *c.* 44. *num.* 33.

*Ex Stat. Genuæ* poteſt relinqui ſine titulo inſtitutionis. *c.* 43. *n.* 110.

Legitimam filio vindicanti adverſus tertios poſſeſſores non obſtat non factæ excuſſionis exceptio; ſecus ſi legitimæ petatur ſupplementum, vel in pecunia ſolvi cæptura ſit, vel hypothecaria exerceatur. *c.* 49. *n.* 89. 90.

*Legitimatio*

Facit vicem. *Not. ad c.* 4. *n.* 3.

*Læſio*

Ultra dimidiam, quando adeſſe dicatur. *c.* 42. *n.* 123.

*Lex.*

Lege non omnes caſus comprehendi poſſunt. *c.* 30. *n.* 10.

Legum intentio ſemper malitiis, & delinquendi occaſioni occurrit. *c.* 19. *n.* 9. Mutatio quid cauſet. *c.* 39. *n.* 82.

Quando aliquid diſponit ſub aliqua qualitate, ſeu præſuppoſito, qui ſe fundat in ea, debet priùs præſuppoſitum, & qualitatem probare. *c.* 10. *n.* 13.

Ubi prohibet præſcriptionem, lapſus temporis immemorialis non purgat prohibitionis vitium. *c.* 17. *n.* 12.

Ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. *c.* 25. *n.* 10.

Diſpoſitio pro aliquo loco quando debeat haberi ut lex univerſalis. *c.* 16. *n.* 10.

*Leg. fin. C. de acquir. poſſeſſ.* remedio intentato, ceſſat excuſſio. *c.* 49. *n.* 93. Condictione quando actum dicatur, *ibid. n.* 94.

*Leg.* 2. *C. de pign.* fundamentum in ſpeciali hypotheca conſiſtit. *ib. n.* 265.

*Auth. hoc niſi debitor. C. de ſolut.* materia latè examinatur. *ibid. à n.* 22. *ad* 43.

*Auth. res quæ, C. comm. de leg.* Vide *verb. Authent.*

*Liber.*

Librorum legalitas quomodo diſpungenda. *c.* 48. *n.* 106. Vide *verb. LEGALITAS.*

*Licentia.*

Licentia Principis pro vendendis bonis Communitatis præſumitur per lapſum 30. annor. *Not. ad c.* 11. *n.* 3. ſic pro vendendo bonis feudalibus. *n.* 4. pro validitate ceſſionis ad repulſam fiſci. *n.* 5. pro valida acquiſitione facta à forenſe. *n.* 6. pro vendendis bonis aſſequutis ex Salviano. *num.* 7. pro confirmatione Statutorum loci ſubjecti. *n.* 8. Amplia etiamſi dictæ licentiæ debeant dari in ſcriptis. *n.* 9.

Ordinarii pro renunciatione Monialis, juxta *Conc. Trident.* præſumitur poſt ann. 30. *Not. ad c.* 11. *n.* 10.

*Licitatio.*

Licitatio (vulgò *Poſtura del quarto*) utrum habeat locum in locatione Paſcui publici. *c.* 31. *n.* 18. Et an poſt licitationem admittatur plus offerens. *Not. ad idem c.* 31. *n.* 5.

Quartæ partis pluribus in locis ex conſuetudine admittitur, & hoc juri, & rationi convenit. *c.* 31. *n.* 21. 22. utrum citrà conſuetudinem admitti debeat. *ibid.*

Licitatione paſcui publici facta, utrum admittatur novus licitator, & an primus poſſit variare. *c.* 31. *n.* 6.

*Licitator*

Primus Paſcui publici, utrum pro eodem pretio præferri debeat licitatori ſecundo. *c.* 31. *n.* 23. *cum duob. ſeqq.*

*Limites.*

Limitum, & finium terminorum omni tempore maxima cura fuit habita. *c.* 28. *n.* 8.

*Lis*

Non purgat prohibitionis vitium. *c.* 17. *n.* 12.

Super Paſcuo publico regulariter ſolent intentari, & proſequi ab Oeconomo, & Procuratore univerſitatis cum ejus ſufficienti mandato, & tunc quid juris ſit; & ex ſententia in hoc judicio lata, quis effectus, & contra quem reſultet. *c.* 29. *num.* 14.

Lites ſuper uſu, vel proprietate Paſcui publici, duplici via ſolent intentari. *ibid. n.* 1.

Pro litibus evitandis eſt ſemper ſumenda interpretatio. *c.* 46. *n.* 49.

*Locata*

Seu vendita herba Paſcui, in tali locatione, ſola patientia percipiendi in fundo, vel abſtrahendi ab eo herbam, ſeu gramen, conſideratur. *c.* 36. *n.* 5.

*Locatio*

Paſcui publici, non omnibus eſt permiſſa, & quæ perſonæ ab ea arceantur. *c*.31. *n*. 10. & 11. *cum trib. ſeqq.*

Paſcui publici debet fieri præcedentibus præconiis, & per quos dies debeant fieri. *c*. 31. *n*.7. vide remiſſivè *in Not. ibid.n*.2.3. ubi etiam de conſenſu omnium civium.

Paſcui publici debet fieri perſonæ idoneæ, & de pœnis ſtatutis contra eos, qui legi in hoc prohibenti fraudem faciunt. *c*.31. *n*. 17. & ibi *in Not. num*. 4.

Seu venditio æquè naturaliter cadit ſuper jure percipiendi fructum. *c*.36. *n*.3.

Seu, venditio an contracta videatur ſuper jure percipiendi herbam, vel gramen ex Paſcuo, ex conjecturis deſumitur, quæ tres ſunt potiſſimæ. *ib*. *n*. 6. & *ſeq*. ubi de herba, antequam naſcatur alicui conceſſa.

Vel conductio Paſcui publici ſi ab aliquo non prohibito facta fuerit, & poſteà conductor ſuſceperit officium, ob quod à tali conductione arceatur, an ſemel ſuſceptum perficere poſſit. *c*.31.*n*.16.

Locationis, ſeu venditionis contractus in herbis Paſcui, frequens admodum eſt. *c*. 31.

De perſonis prohibitis à conductione paſcui publici. *ib*. *n*.10. 11.

*Locator.*

Locatores antiqui Regalium bonorum, utrum præferantur novis. *c*.31. *n*.26.

Locatori paſcui competit hypotheca ſuper animalibus paſtis. *c*.13.*n*.29. & ibi *Not*. *n*.13.14.

*Locuſta.*

Locuſtarum natura, malignitas, & fugatio plenè examinatur *in c*.39.*n*.103. & *ſeqq*.

*Locus.*

Locorum vicinorum conſuetudines, & ſolita ſpectantur. *c*. 46. *n*. 255.

*Locutio*

Imperfecta non admittitur in Imperatore, & Principe. *c*.42.*n*.28.

M

*Magis.*

MAgis, & minus non variant ſpeciem. *c*. 46. *n*. 162.

*Magiſtratus*

Municipalis quis dicatur. *c*. 7. *n*. 4.

Et Judex frequenter in oppido habitat, & reſidere debet. *ib*. *n*. 5.

Durante officio vicinus reputatur, & Paſcuis publicis potiri poteſt. *ib*. *n*. 6.

Per tempus officii videtur habere animum habitandi. *d*. *c*.7.*n*.9.

Vide cætera *in verb*. *PRÆTOR*, & *verb*. *JUDEX*.

*Magiſtri.*

Et Præceptores ſtipendiarii, ad inſtar militum, vicinitatis commodis, & emolumentis potiuntur. *c*.4.*n*.18.

*Mala Fides.*

Continuata excludit præſcriptionem. *c*.45. *n*.46.

Superveniens poſt completam præſcriptionem, non officit. *c*.21. *n*. 28. 29. nec in foro fori, nec in foro poli. *Not*. *ad c*. 21. *n*. 6.

*Mandatum.*

In ſimplex mandatum ad exigendum nomen, cujus periculum remanet penes cedentem, reſolvitur ceſſio pro ſolvendo ſeu ſolutionis cauſa. *c*. 49. *n*. 136.

Quando exequi nequeat contra diffidatum. *c*. 39. *n*. 77.

*Manutentio*

Competit Univerſitati in quaſi poſſeſſione paſculandi. *Not*. *ad c*. 9. *n*.4.

Vide de Materia *verb*. *INTERIM*, ubi latè, & *Verb*. *Appellatio*. *Judicium*. *Sententia*.

*Matrimonium.*

Collatio in matrimonium, & dotis conſtitutio, quomodo differant inter ſe. *c*. 49. *n*. 84.

*Melioramenta*

Sunt propria emphyteutæ. *c*. 40. *n*. 39. ubi de eorum permiſſa hypotheca, ac poſſunt ſubjici cenſui. *n*. 36.

*Mens*

De clara mente contrahentium, quando non conſtat, recurrendum eſt ad naturam obligationis. *c*.49.*n*.333.

*Mercatores.*

Ob duplex onus præjudicantur. *c*. 46. *n*. 101. 102.

Sunt ſagaces, pro ſe eximendis à gabellis. *d*. *c*. 46. *n*. 130.

*Mercatura*

Exercetur cum parte, ſeu ſpe lucri. *c*.48.*n*.4.

*Merces*

Gabellabiles non poſſunt differri per loca inſolita. *c*.46.*n*.235.236.272.273.

*Milites*

In Oppido, ubi commorantur, uberiori emolumento in Paſcuis quàm cæteri vicini frui debent. *c*. 4. *n*. 17.

Vide *Verb*. *Domicilium*.

*Minor.*

Minoris bona quando validè alienentur. *c*. 47. *n*. 208. 209.

*Monachus.*

Monachi an Paſcuo publico, ſicut cæteri vicini, & cives uti poſſint. *c*.8. *n*.1. & 2.

Vide *cætera in verb*. *CLERICUS*.

*Monaſteria*

In Oppidis ubi habent domos culturæ deſignatas (vulgo Granias) utrum Paſcuo, ſicut alii vicini frui poſſint. *c*.8.*n*.15.16.

Paſcuo utuntur, quoad animalia culturæ (vulgo *de ſu labranca*) in terminis, & Paſcuis illius loci, & Oppidi, ubi habent domos culturæ, quæ noſtro idiomate dicuntur *Granias*. *c*.8. *n*.19.

Tantum in loco ubi ſunt conſtructa vicinitatem conſequuntur, & Paſcuis publicis potiri poſſunt. *ibid*. *n*. 17.

*Moneta*

Præciſa poſita in obligatione quomodo conſideranda tempore ſolutionis. *c*.45.*n*.11.12. 13.37. Quid operetur centenaria, & immemorabilis, in ſolutionibus factis cum monetis inferioris bonitatis, & valoris. *n*. 15. *uſque ad n*. 58.

Doctores tractantes de materia monetali examinantur. *c*.45. *n*.68. & *ſeqq*. *uſque ad n*.78.

*Monitio*,

Citatio, & interpellatio cedentis, fidejuſſoris, ac alterius cujuſlibet intereſſe habentis requiritur in excuſſione. *c*.49.*n*.51.112. 126. 127. declara *n*. 128.

*Montagium*

Quid ſit, & de ejus antiquitate. *c*.34.*n*.2. Vide *verb*. *GABELLA*. *Tranſitus*.

Quare perſolvatur traditur ratio. *ib*.*n*.17. & ibi de ejus introductione.

Quod non debeat perſolvi pro pecudibus tranſeuntibus de ſuo Oppido ad compaſcuum commune per alienum territorium, variis ſupremi Conſilii reſcriptis, & ſententiis eſt deciſum. *ibid*. *n*. 18.

*Mora*,

Et negligentia in exigendo nomine ceſſo imputari non poteſt ceſſionario, qui caret inſtrumento, & juſtificatione crediti ceſſi. *c*.49.*n*.235. declara *n*. 240.

Principalis debitoris requiritur, in qua non poteſt dici conſtitutus, niſi interpellatus ſit ad ſolvendum antequam agatur contra tertium. *ibid*. *n*. 294.

Sola debitoris in ſolvendo adimpletur conditio, ſi debitor non ſolverit, quæ reſpicit purum, & abſolutum actum ſolutionis non factæ. *ibid*. *n*.210. 214. 331. declara *n*.211.212.215.

Per ſolam moram debitoris in ſolvendo, ac lapſum temporis an, & quando ſtipulatio contra cedentem ſit commiſſa. *ibid*. *n*. 331. & 332.

*Mors*

Habet vim juramenti. *c*. 47. *n*. 219.

*Mulier*

Ut poſſit bona tradere in fundum dotalem quid requiratur. *c*. 47. *n*. 113.

Nobilis non admittit ſexus fragilitatem. *ib*. *n*. 215. 216.

Agens hypothecaria contra tertios pro aſſecuratione ſuæ dotis, excuſſionis exceptione repellitur. *c*. 49. *n*.71.76. limita *n*. 72.

Mulieri agenti rei vindicatione pro dote non objicitur excuſſionis exceptio. *ib*. *n*. 92.

Comparens in judicio pro aſſecuratione ſuæ dotis non tenetur, quando comparet per modum exceptionis adverſus mariti creditores, probare vergentiam Viri ad inopiam, nec judicium excuſſionis permittere. *ibid*. *n*. 121.

*Mutatio*

Servitutis paſcendi, & ut reducatur fundus ad culturam licitè, an & quando permittatur, nec ne. *c*.16. & ibi *Not*. *n*.1.2.5. & *poſt tract*. *animadv*. 3. *n*. 10. & *ſeqq*. *ac n*.43.56. *Vide verb*. *Servitus Domini*.

N

*Natura*

CEſſionis, quid ſit. *c*. 49. *n*. 334.

Naturalis ratio, ſivè æquitas pro lege habetur. *c*. 30. *n*. 11.

*Natus*

In aliquo loco, cum fortaſſis mater per illum tranſiret, an acquirat naturalitatem, traditur remiſſivè. *c*. 4. *n*. 6.

*Neceſſitas.*

Neceſſitatis tempore poterunt vicini compelli ut frumentum, quod illis ſuperſit, juſto pretio vendant, quod procedit etiam in Eccleſiaſticis perſonis. *c*.27.*n*.5. & 6.

*Negativa.*

Probatur ex inſpectione, & lectura ſcripturæ. *c*. 44. *n*. 6. Vide *Not*. *ad c*. 19. *n*. 11. & quoad non interventum ſolemnitatum. *c*.47.*n*.96.

*Negligentia*

Et mora in exigendo nomine ceſſo quando imputari non poſſit ceſſionario. *c*. 49. *n*. 235. 240.

In negligentia dicitur ceſſionarius prorogando debitori ceſſo tempus ad ſolvendum. *c*. 50. *n*.4. limita *n*. 5.

Negligentia an imputari valeat ceſſionario in exigendo nomine ceſſo, quando illi nullus terminus, ac tempus ad agendum fuit præfixum. *d*. *c*. 50. *n*. 11. 13. Quid conditione pendente. *n*.26. Et quomodo hujuſmodi negligentia remaneat probata. *n*. 28.

*Nemus*

Quid ſit, & comprehendat. *c*.1.*n*.25. & ibi *Not*.*n*.5. ubi quod etiam nuncupatur LUCUS.

*Nobilis*

Litigans ſuper nobilitate, an teneatur ad collectas contra ſe. *Not*. *ad c*.29.*n*.4.5.

Pro nobilibus bene ſentiendum. *c*.47.*n*.40.

*Nomen.*

Nominis ceſſione ubi creditor pro ſui credito contentatur, intervenit ceſſio pro ſoluto. *c*. 49. *n*. 144.

Nominis venditio fit intervenientibus conſenſu, re, & pretio. Et ſatis eſt, quod appareat de ſolutione certi pretii ut dicatur facta nominis venditio. *d*.*c*.49.*n*.146.147. declara *n*.151.152. & *n*.154.

Debitoris ut venditum ſit an requiratur, quod detur pecunia, vel creditum pecuniarium. *ib*. *n*. 155. 156.

Nominis venditio non dicitur interveniſſe, niſi fuerit expreſſa in inſtrumento. *ib*.*n*.157. limita *n*.158. Idem de nominis datione in ſolutum. *n*. 166. limita *n*. 167. *cum duob*. *ſeqq*.

Nominis ceſſionem eſſe pro ſolvendo, præſumere facit verbum *ad exigendum ib*. *n*. 170.

Nominis dationem in ſolutum, vel delegationem non eſſe factam arguitur, ex quo cedens poſt ceſſionem pulſavit debitorem ceſſum. *ibid*. *n*. 181.

Nominis ceſſi periculum in ceſſione pro ſoluto an, & quando ceſſionarii damno cedere debeat. *c*.50. *à n*. 6. 15.

Nominis ceſſi exigibilitas quando præſtari, & de quo tempore debeat; quando promiſſa cenſeatur, & alia ſimilia plura *per totum ferè d*. *c*. 50.

Nomina vicinorum qui congregantur in Conſilio, & conſentiunt alienationi Paſcui publici, in actis ejus inſcribi debent. *c*. 11. *n*. 23.

Nomina, & Cognomina quomodo probentur, *c*.39.*n*.27.

*Notarius.*

Notarii verba quando dicantur verba contrahentium. *c*. 42. *n*. 92.

*Notæ*

Dicuntur, quando aliquid ſcribitur compendioſè. *Not*. *ad c*. 37. *n*. 14.

*Notorium*

Quid, & quotuplex ſit, & quomodo ad effectum excuſſionis probetur. *c*.49. *n*.49. & 50.

*Novatio*

Inducitur ex ceſſione pro ſoluto, ſeu loco ſolutionis. *c*.49.*n*.130. Ex quibus excludatur. *n*.178.

*Novitates*

Periculoſæ, & calamitoſæ. *c*.39.*n*.90.91.

*Nullus*

In communione perpetua ſtare cogitur, præſertim ſi ex ea ſibi damnum reſultet. *c*.22.*n*.3.

O

*Oblatio*

MAjor poſt licitationem an admittenda. *Not*. *ad c*.31.*n*.5.

*Obligatio*

Solvendi factis diligentiis, vel excuſſione contra debitorem, quid importet. *c*.49.*n*.332.

Obligationis ad naturam recurrendum eſt quando non conſtat de clara mente contrahentium. *ib*. *n*. 333.

Obligationibus ab anterioribus, & hypothecis, omnia bona de jure præſumuntur libera. *ibid. num.* 360.
Tanquàm quid facti non præſumitur, ſed probari debet ab eam allegante. *ib. n.* 361.
Obligationem novam à debitore ceſſo, ceſſionario exigente, cedens liberatur. *c.* 50. *n.* 41. amplia. *n.* 42.

*Obligatio Cameralis*

Impedit quod debitor, eoque minus cedens allegare non poſſit. *Auth. hoc niſi. C. de ſolut.* beneficium. *c.*49.*n.*30.
An, & quando ceſſare faciat excuſſionem. *ib. à n.* 273. 290.
Tribuit electionem creditori agendi adversùs quoſcunque obligatos, rejecta excuſſionis neceſſitate, & variandi de re ad rem, de perſona ad perſonam. *ib.n.*288.289.
Obligationis Cameralis virtus prodeſt Ceſſionario, ſicut cedenti. *ib.n.*321.

*Obligatus*

In ſolidum, principaliter, cum juramento in forma Cameræ, ac alia ampliſſima an, & quando gaudeat excuſſionis beneficio. *c.*49. *à n.* 273.291.
Conditionaliter ante purificationem conditionis conveniri non poteſt. *ib. n.* 327.

*Oblivio*

In facto proprio intra decennium non præſumitur. *c.*48.*n.*109.

*Obreptio*

Cujus ſit naturæ, & operationis. *c.* 44. *n.* 55.

*Obſervantia*

Subſequuta ſupplet omnes defectus ſolemnitatis. *c.*11.*n.*28.
Interpretativa proxima, quid operetur, *c.* 46. *n.*210. *ad* 218. *& ſeqq.* declarat mentem contrahentium. *c.* 47. *n.* 79. *& ſeqq.* ubi quod & manifeſtat formam, & naturam contractus etiam dotalis fundi. *n.* 82.

*Officialis.*

Officiali publico jurato in his quæ ad officium ſuum ſpectant, creditur. *c.* 19.*n.*13.

*Officium*

Semel ſuſceptum, non obſtante impedimento ſuperveniente, quando perfici poſſit. *c.*31. *n.*16.

*Omiſſum*

In contractibus habetur pro omiſſo. *c.* 47. *n.*134.

*Opinio*

Magis communis conſtituit concluſionem approbatam. *c.* 43. *n.* 41.

*Oppida,*

Et villæ Regiæ Coronæ, à Rege noſtro poſſunt condonari privatis. *c.*17.*n.*8.
In rebus contentis in territorio ſuo habent pro ſe præſumptionem juris non ſolum quoad dominium univerſale, verum etiam quoad particulare, & idem in poſſeſſione. *c.* 9. *n.* 6. 7.
Semper deſtinationem territorii, & pertinentiarum ſolent habere. *d. c.*9.*n.*2.
Oppidi cujuslibet pertinentiæ ex aſſignatione Principis, vel ex conſuetudine, & uſurpatione communi deducuntur. *c.* 9. *n.*1.
Oppido deſolato, Paſcua ejus ad quem pertineant, & cui applicari debeant. *c.* 23. *n.* 10. *& n.* 11. conſtituuntur pro declaratione quæſtionis tres caſus. *ib.*
Donato, & conceſſo omne illud, quod in territorio comprehenditur, & limitibus clauditur, conceſſum, & donatum intelligitur *c.* 9. *n.* 10.
Penitus diruto, & vicini in alio loco ædificaverint, vel habitationem ſuam tranſtulerint, utrum Paſcua priſtini loci diruti conſervent. *c.* 23. *n.* 22.
Seù caſtro conceſſo cum ſuis pertinentiis, utrum veniant Paſcua. *c.* 9. *n.* 21.
Alteri æquè principaliter adjici, aut aggregari, vel acceſſoriè diverſum eſt, quoad uſum Paſcui. *c.*10.*n.*29.
Civitas, aut Villa quando ob vicinitatem teneantur ad ſatisfactionem damni, vel inſultus in confinibus præſtiti. *c.*14. *n.*3. *&* 4.
Oppidum compaſcuum utrum poſſit recipere vicinos de novo venientes, in præjudicium communitatis, traditur remiſſivè. *c.* 16. *n.* 30.
Convicinum, Oppido deſolato, cum quo communitatem habebat in Paſcuis, utrum privativè acquirat Paſcua. *c.* 23. *n.* 18.
Deſolatum, ſi iterum populetur, utrum Paſcua, quæ habebat, quaſi poſtliminio recuperet, diſputandum proponitur. *d. c.*23.*n.*19.
Habens proprietatem terminorum Paſcui communis in uſu cum alio Oppido, non poteſt in præjudicium communitatis plantare hos terminos, nec ad culturam reducerei, nec locare certo pretio exteris, aut gratis concedere. *c.*16. *num.* 14.
Habens diffuſius, vel ſuperabundans Paſcuum, quàm neceſſitas ſua ſatagit, an compellatur quod ſibi ſupereſt Oppido vicino egenti certo pretio (citrà conſuetudinem) vendere.*c.*27.*n.*10.
Dominus Oppidorum quando habeat dominum terrarum Gerbidarum. *c.* 9. *n.*20.
Vel Villa communitatem habens in Paſcuo, eo vendito per Principem, an habeat retractum. *c.*30 *n.*17.18.
Vide *Verb. Vendita.*

*Oppoſita.*

Oppoſitorum, ſivè contrariorum natura. *c.* 46. *n.* 194.

*Ordinatio*

Per tempus immemoriale cuſtodita, & obſervata, confirmatione Regia non indiget, quia præſumitur. *c.* 12. *n.* 11.

*Ovile*

Quid ſignificet, & comprehendat. *c.*25. *n.*23.

P

*Pactum.*

UT alter ex conjugibus habitet in aliquo loco examinatur. *Not. ad c.* 5. *n.* 3. 7. 8.
Quod onus pulſandi, & cogendi debitorem ceſſum ſpectet ad cedentem, non verò ad ceſſionarium, validum, & juſtum eſt. *c.*49.*n.*233.
Quod ceſſionarius teneatur facere excuſſionem contrà debitorem ceſſum, eique nullam facere dilationem ad ſolvendum, firmiter eſt ſervandum. *c.*50.*n.*3.
De manutenendo nomen debitoris ceſſum, exigibile eſt dependens, & de conſuetudine Ferrariæ. *ib. n.*55. contrarium. *n.*57. *& ſeqq.*
Ut creditum omni futuro tempore capiat creditor, ac alia verba tractum temporis futurum habentia, quandoque referri poſſunt ad tempus præſens, ſive ad tempus futurum, habens tamen cauſam de præterito. *d.c.*50.*n.*68.

*Papa.*

Papa, cæteris Principibus, difficiliùs aufert jus tertii. *c.*46.*n.*17.

*Pars*

Una ſcripturæ declarari debet ab alia. *c.* 42. *n.* 37.

*Parum.*

Et nihil æquiparantur. *c.* 46. *n.* 202. non conſiderantur. *n.* 203.

*Paſcua, & Jus Paſcendi.*

Paſcendi jus in alieno agro an mobile, an verò immobile reputetur. *c.*37. *n.* 2.
In alieno agro, nec mobile, nec immobile verè, & propriè dicitur, ſed jus quoddam incorporale. *ib. n.* 3.
In alieno agro, quandoque ordinario tempore poterit præſcribi. *c.* 18. *n.* 28.
In communitate quid individuum dicitur.*c.*34.*n.*16.
Individuum eſt quoad ſervitutem, ſed quoad commoditatem diviſionem recipit. *c.* 22. *n.* 8.
Non poteſt mutari in præjudicium communitatis. *c.* 16. *num.* 1. Vide verb. MUTATIO, PRÆDIUM.
Quæri poteſt obligatione perſonali. *c.* 18. *n.* 10.
Quod competit cuilibet vicino in pratis, ſeu defenſis publicis, nec ſervitutis, nec uſusfructus ſpeciem continet, ſed eſt jus quoddam incolatus, quod in utendo nemoribus, & paſcuis publicis, & communibus unicuique ex vicinis communiter competit. *c.* 37. *n.* 1.
Quando ceſſet, ſi dominus prædii indigeat omnibus paſcuis. *Not. ad c.*16. *n.*6.
Differentia inter depaſci jure ſervitutis, & jure civicæ facultatis. *Not. ad c.* 17. *n.* 9.
An acquiratur Univerſitati per particulares, & è contrà. *Not. ad c.* 20.*n.*1.2.3. *& ad c.*21. *n.* 3.
Tanquam quid immobile reputatur, quia rebus ſoli ineſt. *c.* 37. *n.* 8.
Paſcendi modus conſuetudine metiri debet.*c.*3.*n.*2.
Ex diverſis ſtatutis, ſeù conſuetudinibus regitur. *ib. n.* 3.
Paſcua, Magiſtratus, Ordinis, & Militiæ de Calatrava quomodocunque pretio accedente concedantur; ſemper Gabella debetur. *c.*36. *n.* 9.
Paſcua Patrimonii Regalis, dicuntur rei privatæ. *c.* 2. *n.* 4.
Patrimonii Regalis quarè ſic ſoleant nuncupari. *ib. n.* 5.
Privata, verè, & propriè, quæ ſint. *ib. n.* 9. *& in Not. c. p. n.* 5. *ac c.* 2. *in Not. n.* 3.
Ad uſum deſtinata etſi ſeparata à fundo, veniunt in iſtius conceſſione, & legato. *Not. ad c.* 9. *n.* 5. 6. 7.
Propria Univerſitatis, quare dicantur publica. *c.*2. *n.* 8.
In dubio præſumuntur Univerſitatis Loci, in quo reperiuntur, quoad proprietatem. *Not. ad c.* 2. *n.* 5. *& ad c.* 9. *n.* 1. *&* 2. ubi de ratione, immò quoad poſſeſſionem. *n.* 3. & quoad manutentionem. *n.* 4.
Paſcua publica abuſivè (quæ vulgo vocantur *Proprios del Conſejo*) utrum poſſint locari. *c.* 31. *n.* 1. *&* 3.
Publica alienari poterunt, Regia licentia accedente. *c.* 11. *n.* 8. & traditur ratio. *n.* 9.
Publica, an dividi debeant inter cives, & incolas pro modo poſſeſſionum, & prædiorum.*c.*2.*n.*13.
Publica dicuntur communia civitatis. *c.*2. *n.* 6.
Publica, nec ab Univerſitate, ſeu Oppido, nec à Domino, nec ejus vicinis alienari regulariter poſſunt. *c.* 11. *n.* 4. *&* 5. expenduntur plura jura in propoſito. *ib.*
Publica præſcribi poſſunt quoad uſum, & communitatem, cum tamen ſemper maneant publica. *c.* 17. *n.* 31.
Publica quando jure præoccupationis acquiri valeant, traditur. *ib. n.* 32.
Publica quando vicinorum uſui non deſerviant, & vocantur *Proprios del Conſejo*. *c.*2.*n.*7.
Publica, quæ ſunt ejuſdem qualitatis cæterorum villæ bonorum (quæ vulgò vocamus *Proprios del conſejo*) 40. annis præſcribi poſſunt. *c.* 17. *num.* 34.
Paſcua publica, quæ. *c.* 2. *n.* 2. *& Not. n.* 2.
Publica ſecundum indigentiam uniuſcujuſque civis, vel vicini, patere debent. *c.* 3. *n.* 6.
Publica villæ, Civitatis & cujuſque Oppidi quando præſcribi poſſunt. *c.* 17. *n.* 25. *& n.*27.
Paſcua ſi ad culturam redigantur, vel vineta in eis plantentur, ſemper debetur ex fructibus Decima Eccleſiaſtica. *c.* 35. *n* 5.
Paſcua ſunt in duplici differentia. *c.*2. *n.* 1.
Paſcua, terræ, Gerbidæ, & alii termini cujuſcunque Oppidi, & villæ, à Principe poſſunt alienari, & ipſum Oppidum & villa. *c.* 30. *n.* 2.
Paſcui diviſio facienda non eſt ſi ex ea damnum grave, vel inæqualitas maxima partibus reſultet. *c.* 22. *n.* 12.
Paſcui diviſione facta inter vicinos, ſeù conſocios, utrum debeatur laudemium. *ib. n.* 16.
Paſcui diviſio quomodo facienda, & quis modus in ea ſervandus, ubi an ad perſonas incolas, an verò ad numerum pecudum, & gregum, an verò ad poſſeſſiones, & prædia attendi debeat; diſcutitur. *d. c.* 22. *n.* 15.
Paſcui herba, ſeù gramen, ſi pro certo pretio antequam naſcatur per unum, vel plures annos concedatur, locatio erit, non venditio. *c.*36. *n.*7.
Paſcui herba, ſeù gramen ſi poſtquam naſcitur, ſeù demonſtratur, per aliquod pretium concedatur, venditionis contractum ſortitur, & ideo ex eo Gabella debebitur. *ib. n.* 8.
Paſcui jus an varietur quando vicus à civitate eximitur. *c.* 10. *n.* 16.
Paſcui jus obligatione perſonali competens an detur contra concedentem tantum, an verò contra ſingularem ſucceſſorem. *c.* 18. *n.* 18.
Paſcui lis dicetur ſingulorum utilitatem reſpicere, ſi in tali Paſcuo vicini poſſunt animalia ſua immittere, & quilibet in eo commoditatem habent. *c.*32. *n.* 6.
Paſcui lis tunc ad Univerſitatem ſpectare dicitur, ſi Paſcuum ſit ex bonis (quæ vulgo vocamus *Proprios del Conſejo*) *c.*32. *n.* 5.
Paſcui publici alienationem neceſſariò debet facultas Regia præcedere. *c.* 11. *n.* 10.
Paſcui publici alienationi regulariter jus reſiſtit. *ib. n.* 14.
Paſcui publici alienatio ut fiat, duæ partes vicinorum convenire debent. *ib. n.* 22. *&* 26.
Paſcui publici in alienatione, facilius præſumuntur cæteræ ſolemnitates, quàm Regia facultas. *ibid. n.* 27.
Paſcui publici uſus cuilibet civium, vel vicinorum communis eſt. *c.* 3. *n.* 5.
Paſcui publici uſus proponitur thema. *d. c.* 3. *n.* 1.
Paſcui qualitas exponitur. *c.* 1. *n.* 26.
Paſcui venditi Gabella an perſolvenda ſit Gabellario illius anni, in quo herba fuit vendita; an verò illius anni, in quo fuit ſecta. *c.* 36. *n.* 10.
Paſcui uſus quare habitantibus in Oppido concedatur. *c.* 6. *n.* 11.
Paſcuis publicis non ſufficientibus ad pecora vicinorum alenda, quid faciendum. *c.* 3. *n.* 12.
Paſculantes in paſcuo prohibito an ultrà pœnam, ſtatuto, vel ordinatione municipali impoſitam, ad damni ſatisfactionem teneantur. *c.*12. *n.*14. *&* 15. ubi referuntur Doctores.
Paſcuo publico cives, ſeù vicinos uti, non abuti debere. *c.* 3. *n.* 11.
Paſcuo publico, quomodo vicini uti debeant ad ſua pecora alenda. *c.* 3. *n.* 7.

Paſcuorum diviſio an jure peti poſſit. Vide in *verb. DIVISIO.*

Paſcuorum uſus vicinis communis eſt : & an iſta communitas ſufficiat, ut jus retractus competat. *c.* 30. *n.* 5.

Paſcuum publicum locari debet plus licitandi. *c.* 31. *n.* 9.

Paſcuum ſecundum numerum pecudum ſolet concedi. *c.* 3. *n.* 8. 9.

Paſcuum ſi aliquis ad culturam redegit, vel plantavit, utrum ſolvendo intereſſe liberetur, an verò neceſſariò debeat ad priſtinam reddere formam. *c.* 16. *n.* 26. & 27.

*Paſturagium.*

Paſturagio locato competit pro mercede conventa hypotheca in pecudibus. *c.* 13. *n.* 29.

*Pater*

Quando poſſit prælegare uni filio emphyteuſim. *c.* 43. *nu.* 150. 152. ubi ſi poteſt diſponere ad favorem extranei, magis poteſt ad favorem filii.

*Pecora*

Poſita in ſocidam (vulgò *en Alpaceria*) non ſunt communia ratione proprietatis, ſed fati. *c.* 26. *n.* 14.

*Pecudes*

Vel animalia ſingillatim per capita, vel gregatim, ſeù nomine collectivo, & univerſali ſolent demonſtrari, & ſtatuto, ſivè ordinatione notari, vel mulctari. *c.* 25. *n.* 11.

Pecudibus, ſeù animalibus detentis, quidquid lactis, lanæ, vel alterius emolumenti præſtiterint, in alimentis eorum compenſandum venit. *c.* 13. *n.* 28.

Pecus nomen generale eſt, & omnium animalium gregatim paſcentium quamlibet ſpeciem comprehendit. *c.* 25. *n.* 24.

*Pecunia*

Non dicitur conſtituta in fundum dotalem. *c.* 47. *n.* 21.

Recepta *per metterla à frutto*, quomodo conſideretur. *c.* 48. *n.* 125.

Inveſtienda in effectibus habetur tanquam ſpecies. *ibid. n.* 121.

*Periculum*

Nominis ceſſi in ceſſione, quando ceſſionarii damno, & quando cedentis cedere debeat. *c.* 50. *n.* 6. & *ſeqq. ac ferè per tot.*

*Peritus.*

Peritis in arte qualibet in re credendum eſt. *c.* 15. *n.* 22.

Ab illorum judicio, & relatione datur appellatio, & non appellando inducitur requieſcentia. *Not. ibid. n.* 9.

*Permiſſum*

Uno modo non videtur alio conceſſum. *c.* 42. *n.* 13.

*Permutatio*

Bonorum fideicommiſſi, etiam utilior, eſt interdicta, ſi adſit particularis prohibitio alienandi. *c.* 44. *n.* 93. 94.

Quando fieri contingat in nominis ceſſione. *c.* 49. *n.* 155. 156.

*Perſona.*

Quis conſequitur ex perſona aliena, quod non conſequitur ex propria. *c.* 26. *n.* 6.

*Pignus.*

Pignoris naturam quando habeat ceſſio, & quid importet aſſignatio nominis in pignus. *c.* 49. *n.* 179. 180. 197. 198. 230.

*Piſtor*

Tenetur coquere panem pro familia quæ erat tempore factæ obligationis. *Not. ad c.* 24. *n.* 2.

*Plures*

Si in ſolidum habeant jus agendi, uno agente, jus alterius conſumitur. *c.* 29. *n.* 6.

*Plus,*

Aut minus conſtituit diverſam ſpeciem. *c.* 25. *n.* 4.

*Pœna*

Contrà paſculantes in Paſcuo vetito an ceſſet quando animalia non ſunt ibi apprehenſa; quod noſtro Hiſpano ſermone idem ſignificat, *Si les vale la huyda c.* 12. *nu.* 23. 24. & 25. ubi traditur certa diſtinctio, qua reſolvitur quæſtio. & *ibi Not. nu.* 8. ceſſat, ſi animalia per tranſcurſum exierint à proprio territorio, damnum inferendo in alieno territorio. *c.* 39. *ſub nu.* 46.

Frequenter in ordinationibus pro uſu Paſcui ſolet apponi. *c.* 12. *n.* 12.

Quinti ex conſuetudine juſtificatur. *c.* 12. *num.* 21.

Quinti ex immemoriali conſuetudine pluribus in locis viget, & ſuſtinetur. *ibid. n.* 19.

Quinti ovium, ſeù cæterorum animalium in vetito Paſcuo, ſeù termino depaſcentium an ſtatuto, ſeù ordinatione municipali imponi poſſit. *d. c.* 12. *n.* 16.

Quinti ſemper exoſa, & rigida viſa eſt. *ibid. nu.* 17.

Augentur, & minuuntur juxtà temporum viciſſitudines. *Not. ad d. c.* 12. *n.* 10.

Pænam lege impoſitam concordare, & componere Judex non poteſt. *c.* 19. *n.* 10.

Contrà paſculantes in Paſcuo, vel tempore vetito, utrum augeri, minui, vel remitti poſſint. *d. c.* 12. *n.* 30. *cum duob. ſeqq.*

Diverſæ, adverſus finium ſeù limitum motores ſunt ſtabilitæ. *c.* 28. *n.* 9.

Impoſitæ contrà Paſculantes in termino vetito, cui applicentur. *c.* 12. *n.* 25. Impoſitæ contra gregem in Paſcuo vetito an habeant locum, ſaltem pro rata contra pecudes numero pauciores, quam gregem conſtituant. *c.* 25. *n.* 1. 25. 26.

Pro uſu Paſcui condemnatio, & exactio exequibilis eſt abſque metu, & periculo attentati. *d. c.* 12. *n.* 26.

Stabilitæ de jure Regni contra moventes, ſeù turbantes, vel confundentes terminos, an appellatione remota exequi debeant. Et utrum comprehendant Clericos, remiſſivè. *c.* 28. *nu.* 12.

*Popularis*

Actio quæ dicatur. *c.* 29. *n.* 3.

Actionis lis utrum juramento vicini, vel unius de populo litigantis poſſit decidi, & deffiniri. *ibid. n.* 10. & *n.* 11. traditur vera reſolutio quæſtionis. *ibid.*

Popularium actionum natura, & qualitas quæ ſit. *d. c.* 29. *n.* 4.

*Populus*

Nunquam moritur, & ſemper cenſetur unus, & idem, cujus rei traduntur varia exempla. *c.* 23. *n.* 4.

Propter gentem conſideratur. *ibid. n.* 21.

*Porcus*

Ob homicidium ſuſpenditur *in Burgundia. c.* 42. *n.* 42.

*Poſitiones.*

Poſitionibus adverſarii (cum quo litigat) poteſt Procurator Concilii, ſeù Œconomus reſpondere. *c.* 32. *n.* 12.

Poſitionum reſponſiones in lite Paſcui plurimum ad ejus facilem expeditionem, & veritatis indagationem conducunt. *c.* 32. *n.* 11. De illarum materia, remiſſivè ibi *in Not. n.* 2. & *ſeqq.* ubi de cedente, ſindico, & ruſticis.

*Poſſeſſio.*

Poſſeſſionum modus, ſeù quantitas attenditur circà conceſſionem uſus Paſcui. *c.* 3. *n.* 16.

Probatur per appoſitionem cuſtodum. *Not. ad c.* 19. *n.* 4.

Partis quando inferat ad totum. *c.* 45. *n.* 29.

Turbatio ſimplex poſſeſſionis non operatur interruptionem juris paſcendi. *c.* 21. *n.* 7.

*Poſſeſſor*

Quilibet in dubio videtur proprio nomine poſſidere. *c.* 20. *n.* 2.

*Poteſt*

Quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum. *c.* 26. *n.* 11.

*Prati*

Apud veteres magna fuit æſtimatio. *c.* 1. *n.* 19.

Duplex differentia aſſignatur. *ibid. n.* 17.

Fænum, ſeù defenſarum herbæ, inter fructus connumerantur. *c.* 35. *n.* 3.

Prato prima, & potiſſima fuit attributa Agricultura. *c.* 1. *n.* 20.

An fundi appellatione veniat. *ibid. n.* 21.

Quid ſit, & ejus etymologiæ ratio oſtenditur. *c.* 1. *n.* 16. & *Not. n.* 7.

Sicaneum aptius eſt fæno, quàm riguum. *ibid. n.* 18. Tota materia pratorum videatur remiſſivè poſt tractat. *Animadv.* 3. *n.* 2.

*Præcedentia*

Declarant ſequentia. *c.* 46. *n.* 25.

*Præceptores*

Alicujus artis ad inſtar militum vicinitatis commodis, & emolumentis potiuntur. *c.* 4. *num.* 18.

*Præconia*

Non ſunt neceſſaria in Oppido, ubi non adeſt Præco, dummodo edictum ponatur, vel alio modo locatio, & ejus dies manifeſtetur. *c.* 31. *n.* 8.

*Prædia.*

Prædii nomine quid comprehendatur. *c.* 18. *n.* 2.

Pro paſcuo an poſſit reduci, & quando ad culturam. *Not. ad c.* 16. *nu.* 5. Vide *Carpzov. in fin. Oper. animadverſ.* 3. *def.* 1. 2. 3. *Pecch. ibi q.* 62.

Prædiorum modus utrum attendatur in conceſſione Paſcui reſpectu jugerum terræ, vel eorum valoris, & æſtimationis. *c.* 3. *n.* 18.

*Præjudicium*

Quando non ſit conſiderabile, nec allegabile. *c.* 46. *n.* 134. 135.

*Prælatio*

Quoad locatores antiquos. Vide *verb. LOCATORES.* & *Not. ad c.* 31. *nu.* 6. 7. Quoad retractum. Vide verb. *JUS PRÆLATIONIS:* Et ratione conſortii. *Not. ad c.* 30. *n.* 2.

*Præſcriptio*

Centum annorum in quibus rebus Civitatis procedat. *c.* 17. *n.* 13.

Etiam immemorabilis in materia monetarum, & ſolutionum quando ceſſet. *c.* 45. *num.* 18. 19. 20. 21. 35. 42. Quando non poſſit induci favore Communitatis, & Populi. *c.* 45. *nu.* 24. 38. 39. 87. & *ſeqq.* Non datur contrà poſſidentes. *nu.* 25. 26. 42. *ad* 45. Deſtruitur ex actibus contrariis, & diffformibus. *n.* 30. 38. 39. In materia monetali quid importet *n.* 34. Contrà recipientem monetam inferiorem, quænam requiſita deſideret. *nu.* 47. 54. Si ſit irrationalis etiam immemorabilis non attenditur. *n.* 50. Non curatur in re clara. *n.* 55. In annuis præſtationibus quot præſcriptiones requirantur. *n.* 91. Eſt præſidium iniquitatis, & circumventionis. *n.* 94.

Eiſdem Regulis quibus conſuetudo, metitur. *c.* 17. *n.* 6. ſed vide *c.* 45. *ex n.* 59.

Immemorialis an requirat bonam fidem. *c.* 17. *n.* 22.

Immemorialis in actibus negativis, & meræ facultatis, an incipere debeat ab actu contradictionis. *c.* 18. *n.* 27. Vide *c.* 45. *n.* 53. 54.

Immemorialis producit præſumptionem juris, & de jure. *c.* 17. *n.* 21.

Immemorialis. Vide cætera *in verb. IMMEMORIALIS.*

Iſta prout & centenaria quid operetur ſi ſolutiones fuerint factæ in monetis inferioris valoris. *c.* 45. *n.* 15. *uſque ad n.* 58.

Interrumpitur per querelas pauperum extrajudiciales contrà divites in materia juris paſcendi. *c.* 21. *nu.* 25. Quid poſſit in jure paſcendi in alieno territorio. *c.* 42. *n.* 29.

Nunquam extenditur de perſona ad perſonam. *c.* 20. *n.* 3.

Semel completa non deſtruitur niſi per tantum tempus contrarii uſus per quod fuit acquiſita, & cauſata. *c.* 21. *nu.* 30. neque ei ſic completæ officit mala fides ſuperveniens. *Not. ad c.* 21. *nu.* 6.

Seù conſuetudo immemorialis habet vim privilegii, data capacitate ad poſſidendum in eis qui præſcribere intendunt. *c.* 17. *n.* 15.

Immemoriali qui juvantur, titulum allegare tenentur. *c.* 17. *n.* 19. 20.

Per legem ſublata etiam immemorialis ex aliquorum ſententia videtur excluſa. *ibid. nu.* 14. & *n.* 18. Ubi traditur vera reſolutio quæſtionis. *ibid.*

Præſcriptionem dormire, vel interrumpi ſatis diverſum eſt apud Doctores, & quid in utroque caſu. *c.* 21. *n.* 24.

Immemorialis duplex traditur effectus alter acquiſitionis, alter probationis dominii. *c.* 17. *n.* 16. *cum ſeqq.*

Quænam ſint impræſcriptibilia. *c.* 17. *ex n.* 1. ubi dantur limitationes.

*Præſumptio*

Mali juris oritur contra eum qui differt experiri. *c.* 42. *n.* 128.

Duæ ſufficiunt quando aliquid iis mediantibus poteſt probari. *c.* 42. *n.* 114.

*Pretium*

Bonorum venditorum ab altero fratre non poteſt compenſari. *c.* 42. *n.* 120.

Quando dicatur non interveniſſe. *c.* 47. *num.* 49. 56. 57.

Pretii ſolutione facta per modum dandi ad finem accipiendi nomen pro eo exigendo, poteſt dici facta alia conventio, quam ſola emptio, & venditio. *c.* 49. *n.* 152.

Emptor tenetur ſolvere venditori nominis debitoris, licet nomen non ſit ſolvendo, dummodo ſit verum, & reale. *c.* 50. *nu.* 21. declara *nn. ſeqq.*

*Prætor,*

Magiſtratus, & Judex per tempus officii videtur habere animum habitandi. *c.* 7. *n.* 9.

Magiſtratus, & Judex vicinorum caput eſt. *ibid. nu.* 2.
Magiſtratus, & Judex utrum durante officio publico paſcuo uti poſſit, & vicinus reputetur. *d. c.* 7. *n.* 1.
Et Judices, durante officio, vicini reputantur, & Paſcuis publicis potiri poſſunt. *ibid. n.* 6.
Magiſtratus, Judices, & cæteri Officiales an te ne ntur ad onera aliorum vicinorum, traditur remiſſivè. *d. c.* 7. *n.* 11.

*Primus*

Acquirens quid poſſit facere de bonis ſibi conceſſis. *c.* 43. *n.* 141. 145. *& ſeqq.*

*Princeps*

Sine cauſa jus Communitatis tollere, ſeù immutare non poteſt. *c.* 16. *nu.* 16. prout nec poteſt permittere quod in alienas vineas immittantur animalia aliorum ad paſcendum. *Not. ad c.* 2. *n.* 4.
Principis licentia. Vide *verb. FACULTAS, LICENTIA.*
Quando gratiam non conceſſiſſet. *c.* 44. *n.* 17.
Quando cenſeatur circumventus. *ibid. n.* 29.
Supremus quid poſſit, & non poſſit facere circa ultimas voluntates, & fideicommiſſa. *d. c.* 44. *à n.* 56. *ad* 74.
Ob privatam utilitatem non poteſt adimere dominium alicui, etiamſi interveniat cambium. *d. c.* 44. *n.* 72.
Non cenſetur concedere privilegium redolens dubitationem. *c.* 46. *n.* 46. 48. 50. Debet occurrere litibus ſubditorum. *n.* 48.
Aſſertioni eſt ſtandum. *d. c.* 46. *n.* 66.
*Si voluiſſet, expreſſiſſet*, ſicut in aliis expreſſit. *d. c.* 46. *n.* 69.
Voluntas ut ſalvetur, verborum ſignificatio non attenditur. *ibid. n.* 95. 96. 97.
Eſt propter Populum, ejuſque utilitatem. *ib. n.* 142.
Præſumitur juſtitia plenus. *d. c.* 46. *n.* 233.
Principis proprium eſt privilegia conceſſa confirmare. *d. c.* 46. *n.* 303.

*Privilegium*

Univerſitatis. Vide verb. UNIVERSITAS.
Conceſſum pro ſe, & familia, non extenditur ad familiam auctam. *Not. ad c.* 24. *n.* 3.
Conceſſum habitatoribus, aut Civibus, extenditur etiam ad futuros. *Not. ad c.* 24. *n.* 4. 5. 6.
Incipiens eſſe damnoſum, & irrationabile, debet reduci. *Not. ad c.* 24. *n.* 8.

*Probatio*

Impoſſibilis, & irrevelans non attenditur. *c.* 46. *n.* 108.

*Procurator*

Conſilii, ſeù Oeconomus generalis Univerſitatis non indiget ſpeciali mandato ad jurandum de calumnia. *c.* 32. *n.* 15.
Seu ſyndicus Univerſitatis eſt perſona legitima ad litigandum ſuper jure Paſcui publici. *c.* 29. *nu.* 15.
Seu ſyndicus Univerſitatis utrùm poſſit deferre adverſario, cum quo litigat juramentum in litem, & an confeſſio Syndici, vel Procuratoris Univerſitatis præjudicet. *c.* 29. *n.* 16.
Seu Syndicus Univerſitatis utrùm reſpondendo poſitionibus adverſarii, vel juramentum calumniæ præſtando, Univerſitati præjudicet. *d. c.* 29. *n.* 17.
Subſtitutus ab Oeconomo, vel Procuratore Conſilii, ſeu Univerſitatis, an poſſit jurare de calumnia, & poſitionibus reſpondere, quando ſubſtituens jam juravit, remiſſivè. *c.* 32. *n.* 15.
Univerſitatis, vide *verb. SYNDICUS.*
Procuratoris generalis Conſilii confeſſio, an Populo præjudicet. *c.* 32. *n.* 16.

*Proemium*

Attenditur ad intelligentiam Statuti. *c.* 49. *num.* 82.
Declarat mentem agentis, & regit, ac reſtringit totam diſpoſitionem. *c.* 47. *n.* 26. 28.

*Prohibitio*

Juris Paſcendi facta contra particularem de Univeſitate non producit jus contra Univerſitatem. *c.* 20. *n.* 4.

*Promittens*

Solvere quantum minùs creditor à debitore conſequi poterit, conveniri non poteſt, niſi facta excuſſione. *c.* 49. *n.* 217.
Nomen ceſſum eſſe verum, vel bonum alternativè, ſufficit quod præſtet debitorem verum, licet deindè appareat non ſolvendo. *c.* 50. *nu.* 54.

*Proteſtatio.*

Præſervatio priorum jurium, ac proteſtatio de non recedendo ab illis quando, & quomodo ſuffragetur ceſſionario. *c.* 50. *n.* 42. *ad* 45.

*Provincia.*

Provinciarum diverſitas in Principe ad quid conſideretur. *c.* 44. *n.* 85.

*Proviſio*

Quoad unum ex petitis importat prohibitionem quoad aliud. *c.* 42. *n.* 13.
Hominis, ſeu contrahentium facit ceſſare proviſionem legis. *c.* 47. *n.* 59. declara *n.* 60. *& ſeqq. ac n.* 65.

*Publica*

Bona Civitatis, quandoque centenariam exigunt præſcriptionem. *c.* 17. *n.* 35.
Jura, & quæ Reipublicæ expediunt, derogari non debent. *c.* 5. *n.* 3.
Utilitas, & vicinorum conſervatio attendenda eſt. *c.* 30. *n.* 8.
Utilitas, privatæ debet anteferri. *c.* 27. *n.* 4.
Res non poſſidentur à privatis formaliter. *c.* 17. *num.* 11.
Publico uſui deſtinata impræſcriptibilia ſunt. *ibid. n.* 1.

*Pullus*

Qui non eſt lactaneus diverſum cum matre caput efficit. *c.* 25. *n.* 19.

Q

*Qualitas*

ADiecta verbo debet verificari ſecundum tempus verbi. *c.* 39. *n.* 57. 58. Non expreſſa cenſetur conſultò omiſſa. *c.* 47. *n.* 133.
Agri (utrum ſit Paſcuum, an verò rumpi poſſit) ex quo tempore cognoſcatur, traditur remiſſivè. *c.* 16. *n.* 25.
Non ſunt non entis. *c.* 46 *n.* 64. 70.

*Quantitas*

Jugerum terræ, vel valor utrum pro uſu Paſcui attendi debeat, Judicis arbitrio relinquitur. *c.* 3. *n.* 24.

*Quærimoniæ,*

Seù querelæ pauperum contra divites. Vide *verb. ACCLAMATIO, & INTERRUPTIO JURIS PASCENDI.*

*Quod*

Alteri prodeſt, & mihi non nocet, facere teneor. *c.* 27. *n.* 11.





R.

*Racemi, & Racematio.*

QUando illos colligere liceat, & iſta prohiberi non poſſit in Vineis. *cap.* 38. *ſub n.* 27. 28. 31. *ad* 34.

*Ratihabitio*

Univerſitatis in actibus ſingulorum inducitur ex eo, quod Officiales publici ſciverint, & non contradixerint, & habetur loco mandati. *c.* 20. *num.* 16.
Æquiparatur mandato ſpeciali. *Not. ad c.* 20. *n.* 4. 5. De illius probatione. *n.* 6.

*Ratio*

Ubi eſt eadem, cadit eadem juris diſpoſitio. *c.* 46. *n.* 253. 315. Naturalis quid operetur. *c.* 30. *n.* 11.
Inſubſiſtens non attenditur. *c.* 46. *n.* 260.

*Recipiens*

Minus quàm ſit ſuum creditum, poteſt petere, quod deeſt. *c.* 45. *n.* 41.

*Refutatio.*

Refutatio feudi. *c.* 47. *n.* 128. Habet qualitates ultimæ voluntatis. *n.* 159. 160.

*Regreſſus*

Adverſus cedentem quando competit ceſſionario, competit etiam pro omni eo, quod illius intereſt. *c.* 50. *n.* 36. *& ſub n.* 52.

*Regula.*

Regulæ eſt ſtandum donec probetur contrarium. *c.* 46. *n.* 165.

*Reintegranda.*

Reintegrandæ remedium non competit ei, qui ſuo conſenſu, licet nulliter, ob defectum ſolemnitatum, cecidit à poſſeſſione. *c.* 47. *n.* 1.

*Rei Vindicatio.*

Rei vindicatione mulieri agenti pro dote non objicitur excuſſio. *c.* 49. *n.* 92. Prout nec filio legitimam vindicanti adverſus tertios poſſeſſores; ſecus ſi legitimæ petat ſupplementum, vel in pecunia ſolvi cæptum ſit, vel hypothecaria exerceatur. *c.* 89. 90.

*Relatio*

Ad quæ fiat. *c.* 42. *n.* 22. & relatum continetur in referente. *n.* 5. quando non fiat ad præcedentia tantum. *n.* 23. fit cum omnibus qualitatibus. *n.* 34. 100.
Relati, & referentis eſt eadem vis, & potentia. *n.* 3. eſt in referente de verbo ad verbum. *n.* 4. magis attenditur relatum quàm referens. *n.* 4. *& c.* 47. *n.* 137.

*Remiſſio*

Mercedis, ſeù reſtaurum quando detur conductori gabellarum. *c.* 46. *n.* 100. Et quid in paſcuis; poſt *tract. animadv.* 3. *nu.* 74. Et quid ob damnum cauſatum à locuſtis. *c.* 39. *n.* 107. *& ſeqq.*

*Reſcriptum*

Principis debet intelligi ſecundum diſpoſitionem juris. *c.* 46. *n.* 278. Fiat *in forma* quid importet. *c.* 40. *n.* 83.

*Reſervatio*

Intelligitur quatenus jus reſervatum competat. *c.* 43. *n.* 139. 140.

*Reſidendi*

In certo loco conventio, quamvis jure communi valida ſit, jure tamen Regio, attenta *l.* 1. *tit.* 9. *libr.* 7. *recopil.* admitti non debet. *c.* 5. *n.* 16.

*Res.*

Rem non habere, & inutilem habere ſunt paria. *c.* 46. *n.* 152. Res publicæ non poſſidentur à privatis formaliter. *c.* 17. *n.* 11.
Propriam conducens ab aliquo, quid agat. *c.* 47. *num.* 104.
Communis poteſt donari. *c.* 40. *n.* 98.
Et conſenſus non ſunt requiſita propria emptionis, & venditionis, ſed communia ſunt cæteris conventionibus. *c.* 49. *nu.* 148. 149. Vide verb. *Unuſquiſque, & Verb. Animus.*

*Res Judicata.*

Rei judicatæ authoritas maxima eſt. *c.* 22. *n.* 11. & de ea in *c.* 24. *n.* 10. ac priùs in *Not. ad c.* 29. *n.* 10.

*Reſpublica.*

Reipublicæ intereſt cives locupletes habere. *c.* 5. *n.* 10.
Intereſt civibus, & vicinis quamlibet civitatem, ſeù villam repleri. *c.* 5. *n.* 4.

*Reſtaurum.*

Vide *Verb. Remiſſio.*

*Reſtitutio.*

Ad reſtitutionem rei condemnatus, fructus tanquàm damna præſtare tenetur. *c.* 15. *n.* 10.
Verbum utrùm ſatisfactionem damni contineat. *ibid. n.* 8.
Rei debet fieri attento priſtino ſtatu. *ibid. n.* 9.
Utrum competat Oppido, ſeù villæ contrà novem dies ad retrahendum Paſcuum. *c.* 30. *n.* 15.
In integrum èx clauſula *Si qua mihi*, quando detur ignoranti. *c.* 45. *n.* 92.

*Retentio*

Animalium majus periculum continet quàm cæterarum rerum. *c.* 13. *nu.* 16. *& c.* 40. *n.* 23.
Animalium pro alimentis, & Paſcuo eis præſtito tempore retentionis, vel incluſionis, licita eſt. *ibid. n.* 26. *& c.* 40. *ex n.* 20.
Animalium, ſivè incluſio in vetito Paſcuo depaſcentium, jure Regni indiſtinctè cuſtodibus Paſcui permiſſa eſt. *ibid. n.* 25. & vide *c.* 40. *nu.* 11. *& ſeqq.*
Regulariter eſt prohibita, nec una res pro alia detineri poteſt. *ibid. n.* 14.
Faciliùs datur quàm actio. *c.* 47. *n.* 238.
Retinere non poſſunt Advocati ſcripturas partium, vel acta proceſſus pro ſolutione patrocinii. *c.* 13. *n.* 15.
Vide *Verb. Fideicommiſſarius.*

*Retractus.*

In nihilo, domino rei præjudicat. *c.* 30. *n.* 10.
Pro Paſcuo vendito intrà novem dies intentari debet. *ibid. n.* 14.
Ut competat, neceſſarium eſt, quod quis habeat in re partem aliquam, ſeù jus ſicut dominus. *ibid. n.* 12.
Utrum habeat locum ſuper jure Paſcendi, remiſſivè. *c.* 37. *n.* 12. & ibi *Not. n.* 11. 12. 13. Vide *verb. JUS PRÆLATIONIS.*
Retrahere an poſſit Oppidum, vel villa venditis Paſcuis in una ſcriptura, uno pretio, quædam ex eis, & alia emptori relinquere. *c.* 30. *num.* 16.

*Retrotractio*

Quando permittatur. *c.* 43. *à n.* 91. *ad* 122.

*Revocatio*

Diſpoſitionis rei particularis per ultimam voluntatem quando inducatur per alienationem ipſius rei. *c.* 47. *n.* 159. 160.

*Reus.*

In dubio pro reo poſſeſſore eſt judicandum. *c.* 43. *num.* 177.

*Rex*

Noſter invictiſſimus in toto iſto Regno, & omnibus ejus finibus fundatam habet intentionem. *c.* 9. *n.* 17. *&* 19.

*Rubrica*
Statuti nigrum ejus declarat. *c.* 49. *n.* 81.
*Ruſticus.*
Depoſitiones ruſticorum multum ſunt attendendæ, & admodum proficiunt ad comprobandum Paſcui dominium; & ibi de fama antiqua, & præſumptione juris. *c.* 28. *n.* 7.
Quoad reſponſiones ad poſitiones. *Not. ad c.* 32. *nu.* 6.

S.

*Salarium*

SEqueſtrari, & executari valet quando bona debitoris extra territorium exiſtunt. *c.* 49. *nu.* 308.
*Saltuarius*
Locus quis dicatur. *c.* 1. *n.* 15. Quis autem ſit ſaltuarius, ſivè camparius. *ibid. Not. n.* 3. & de ejus electione. *n.* 4. *& in Not. ad c.* 19. ubi *n.* 5. *& ſeqq.* afferuntur *Rubricæ Stat. Ferrar.* de illo tractantes.
Saltuenſes coloni qui ſint. *c.* 1. *n.* 14.
Fundi qui dicantur. *ibid. n.* 13.
Saltus quandoque pro agro ſumitur. *ibid. n.* 12.
Saltus quare dicatur æſtivus. *d. c.* 1. *n.* 11.
Quid ſit, & ejus etymologia. *ibid. n.* 10. *& in Not. n.* 2. 3.
*Salvianum Interdictum.*
In Salviano interdicto nequaquam admittitur exceptio excuſſionis. *c.* 49. *n.* 259. amplia. *n.* 260. 261. diſtingue *n.* 270. limita. *n.* 271. 272.
Salviani interdicti remedio cenſus emptor pro fructibus cenſus decurſis poteſt convenire nedum poſſeſſorem fundi cenſiti, ſed etiam aliorum bonorum ſibi generaliter hypothecatorum. *ibid. n.* 262.
*Scholaris*
Qui cauſa ſtudiorum in Oppido reſidet, an vicinus ſeù civis illius loci dicatur. *c.* 4. *n.* 26.
*Scientia*
Actus utilis, vel damnoſi ubi non adeſt contradictio, vel proteſtatio approbationis vim obtinet, cujus rei traduntur exempla. *c.* 20. *n.* 17.
Debiti proprii ex quibus inducatur. *c.* 45. *n.* 22. 23.
Actuum ſingulorum vicinorum quando præſumatur in Univerſitate, & ejus Officialibus. *c.* 20. *n.* 19.
Præſumitur quando actus ſunt geminati. *ibid. n.* 21.
Regulariter non præſumitur. *ibid. n.* 18. ex quibus tamen deducatur. *c.* 46. *n.* 34. *& ſeqq.*
Teſtamenti non infert ſcientiam contentorum in eo. *c.* 44. *n.* 26.
Fideicommiſſi non infert ſcientiam ſpecificam qualitatum illius. *n.* 27.
Præſumpta ceſſionarii quod nomen ceſſum non ſolvendo ad effectum ut cedens non teneatur præſtare nomen exigibile, & ſolvendo, non ſufficit, ſed quænam eſſe debeat. *c.* 50. *n.* 32. 33. 34.
*Scire*
Aliquid ſine ejus qualitatibus eſt neſcire. *c.* 44. *n.* 28.
*Scriptura*
Relata cum omnibus in ea contentis eſt in referente. *c.* 42. *n.* 5.
Una pars declaratur per aliam. *c.* 42. *n.* 37.
Falſa in una parte præſumitur falſa in totum. *c.* 44. *n.* 20.
Scripturæ, vel cedulæ, vel inſtrumenti crediti ceſſi conſignatio, & traditio quid operetur. *c.* 49. *n.* 190. 231. Et an cedens eam teneatur tradere ceſſionario. *ibid. n.* 241. 242.

*Sententia*

Condemnationis damni duos caſus ſolet continere, & primus eſt quando in ſententia damni præſtiti mentio expreſſa, ſeù condemnatio non fit. *c.* 15. *n.* 5.
Contra unum lata in re individua, aliis conſortibus, & conſociis nocet, vel prodeſt: ſed hoc procedit quando is qui litigavit plenè fuit defenſus, & non perſunctoriè, vel negligenter. *c.* 29. *n.* 7. 8.
Comprehendit omnia quæ in naturalem conſequentiam veniunt. *c.* 15. *n.* 14.
Eſt certa per relationem ad acta. *c.* 42. *n* 3.
Debet interpretari ſecundum juris diſpoſitionem. *c.* 46. *n.* 288.
Lata contra caſum legis uti injuſta non attenditur. *d. c.* 46. *n.* 290.
Injuſta eſt revocanda. *ibid. n.* 311.
Debet interpretari ut minus noceat. *c.* 15. *n.* 13. Et in dubio pro illius revocatione eſt ſtandum. *c.* 43. *n.* 178. amplia *n.* 179. 180.
In qua præcipitur, quo quis agrum, vel Paſcuum reſtituat, vel in priſtinam qualitatem reducat, an ſaltem virtualiter damni ſatisfactionem contineat. *c.* 15. *n.* 6.
Lata contra Civitatem, vel villam, utrum noceat, vel proſit ejus vicis. *c.* 29. *n.* 24. 25.
Lata contra Oppidum non ſolum nocet vicinis præſentibus, verum etiam futuris. *c.* 29. *nu.* 21.
Lata ſuper interdicto *Interim*, in nihilo præjudicat proprietati, vel judicio poſſeſſionis. *c.* 33. *n.* 9.
Lata ſuper interdicto *Interim*, à qua extitit appellatum, an abſque metu attentati exequi poſſit. *ibid. n.* 11.
Injuſta non meretur nomen ſententiæ. *c.* 45. *n.* 3.
Lata ſuper uſu, vel proprietate Paſcui publici contra unum de populo utrum noceat ipſi Oppido, vel Univerſitati, vel proſit. *c.* 29. *n.* 5.
Lata ſuper uſu, vel Communitate Paſcui, cum certo Oppido, non nocet alteri conſocio communitatem habenti. *c.* 16. *n.* 29.
Non recipit extenſionem, niſi quatenus ex ea aliquid neceſſariò infertur. *c.* 15. *n.* 12.
Per quam fuerunt aſſignati, & conſtituti limites in Paſcuo lata contra Oppidum, poterit exequi contra novos vicinos, qui limites illos turbarunt. *c.* 29. *n.* 22.
Super ſtatu, & in actione populari quando faciat jus quoad omnes. *Not. ad c.* 29. *n.* 8.
Reſtitutionis rei ex vi comprehenſiva importat damni ſatisfactionem. *c.* 15. *n.* 15.
Super nobilitate quando faciat jus, vel non quoad omnes. *Not. ad c.* 29. *n.* 6.
*Sequentia*
Reſtringuntur à ſuperioribus. *c.* 42. *n.* 37.
*Sequeſtrum.*
Sequeſtrari, & executari valet ſalarium quando bona debitoris extra territorium exiſtunt. *c.* 49. *n.* 308.
In Feudis, & regalibus quomodo permittatur. *c.* 41. *n.* 180. *&* 205. An Judicis decretum requirat. *ibid. n.* 200.
*Sericum*
An ſit fructus terræ. *c.* 38. *ex n.* 35. Clerici quando poſſint dare operam arti ſericæ. *n.* 38.
*Servi.*
Servi quot, tot hoſtes. *Not. ad c.* 7. *n.* 8.
*Servitus.*
Servitutem habens in communitate juris paſcendi non poteſt immutare ſervitutis uſum. *c.* 16. *n.* 18. Quod ampliatur *ibi nu.* 19. Vide *verb. MUTATIO.*
Decennio inter præſentes, & viginti annis inter abſentes, quandoque acquiritur. *c.* 18. *n.* 21.
Omnes ſervitutes antiquo jure inuſucapibiles fuerunt judicatæ. *ibid. n.* 16.
Omnes, ſeù jura magis propriè immobilium rerum naturam redolent, & ſortiuntur; undè alienari debent cum ſolemnitatibus rerum immobilium, & eodem tempore quo res immobiles uſucapiuntur. *c.* 37. *nu.* 4. 5. & *ibi Not. ubi latè.*
Perſonales cum perſona extinguuntur, & perſonæ contemplatione formantur. *c.* 18. *n.* 7.
Aquæductus ordinario tempore præſcribitur. *ibid. nu.* 22.
Juris Paſcendi realis, non perſonalis eſt. *ibid. n.* 8. Et traditur ratio. *n.* 9. Vide *Not. ad idem c.* 18. *n.* 2. ac poſt *tract. animadv.* 3. *n.* 24.
Non poteſt concedi ab uno ex ſociis in præjudicium communitatis. *c.* 16. *n.* 31.
Quomodo quis uti poſſit ſervitute juris paſcendi, & ſi ſit conceſſa in perpetuum quomodo intelligatur. *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 30. 31. an ſit dividua. *n.* 32. An amittatur paſcendo cum majori numero animalium, pro quibus fuit conceſſa. *n.* 34. Et de alia amiſſione. *n.* 35.
Servitus juris paſcendi eſt diſcontinua. *poſt tract. animadv.* 3. *nu.* 42. eſt realis. *c.* 40. *nu.* 107.
Quando poſſit alterari, nec ne. *d. animadv.* 3. *n.* 44.
Perſonalis quæ ſit. *c.* 18. *n.* 5.
*Sexus*
Fragilitas non conſideratur in fœmina nobili. *c.* 47. *n.* 215. de effectu. *n.* 216.
*Simulatio*
Poteſt allegari, & quando à ſucceſſore particulari. *c.* 47. *n.* 179.
*Singula*
Singulis ex quibus verbis referantur. *c.* 42. *ſub nu.* 27.
Singuli de Univerſitate quid diverſum conſtituunt, quàm ipſa Univerſitas. *c.* 20. *n.* 12.
*Socida.*
De Socidæ contractu plures ſcripta fecerunt, non tamen quæſtionem (de qua *in cap.* 26. inquiritur) tetigerunt. *c.* 26. *n.* 1. & vide ibi *Not. n.* 1. ubi quod facultas paſcendi competens alicui non porrigitur ad animalia quæ habet in ſocidam. *& n.* 2. ubi quod benè porrigitur ad animalia empta ad induſtriam, & mercaturam. Vide *poſt tract. animadv.* 3. *ex n.* 57.
Quæ dicatur bona, & legalis. *Not. ad c.* 26. *n.* 4. non tenet ſi fiat ad caput ſalvum, niſi interveniant tres contractus, de quibus *in Not. ad c.* 26. *n.* 4. 5. 6. *& in c.* 48. *n.* 9. 10. 11. *& ſeqq. ac per tot.*
*Societas*
Quando ineatur, & poſſit iniri etiam ad caput ſalvum, non obſtante *Bulla Sixti V. c.* 48. *n.* 7. 8. 9. *& ſeqq. n.* 51. *ad* 57. 68. 79. 129. *ac per tot.*
Societatis capitale quando poſſit recuperari ante lapſum temporis pro quo fuit poſitum. *c.* 48. *ex n.* 40. *ad* 45. 118.
Non præſumitur deperditum. *n.* 81. ſed ſalvum cum lucro. *n.* 84.
Societate contracta, damnum debet eſſe commune. *c.* 26. *n.* 9.
Societatis in contractu, continuo omnes res communicantur, & dominium tranſit in partiarium. *ibid. n.* 8.
De Societate *ad caput ſalvum*, latè diſſeritur. *Not. ad c.* 26. *n.* 5. 6. *& in c.* 48. *per totum.*
*Socius.*
Socii mei ſocius, meus ſocius non eſt. *c.* 26. *n.* 13.
In perſonalibus nihil communicatur, nec transfertur ad eum ratione ſocietatis, ubi plura in propoſito comminiſcuntur, & ſimilia, ſeu exempla traduntur. *ibid. n.* 15.
Incapax propter ſocietatem ſocii capacis efficitur capax, & conſequitur immunitatem à collectis, quam ex ſua perſona non habebat. *ibid. num.* 3.
Non poteſt conſocio ſervitutem Paſcui acquirere, neque uſum aptiorem, vel uberiorem reddere. *c.* 16. *n.* 28. Vide ibi *Not. n.* 9.
Socii bonorum habent partem in qualibet gleba. *c.* 42. *n.* 101.
Aſſecuranti capitale quantum ſit remittendum. *c.* 48. *n.* 31.
Aſſecuratus de ſuo capitali à conſocio quantum poſſit percipere. *c.* 48. *n.* 35. *& ſeqq.*
Qui poſuit capitale quando non conſequatur intereſſe conventum etiam cum tribus contractibus. *ibid. n.* 45.
Quando poſſit diſcedere à ſocietate. *c.* 48. *n.* 47. 48. 101.
Qui tenetur per ſe ipſum negotiari, non poteſt negotiationem alteri committere. *c.* 48. *n.* 85. intellige *n.* 88. *& ſeqq.*
Non poteſt implicare capitale in diverſa negotiatione conventa. *c.* 48. *n.* 95. 96.
*Solemnitas*
Actus non præſumitur ex tempore ubi de ea conſtare debet per ſcripturam. *c.* 11. *n.* 15.
Extrinſeca actus non præſumitur ex diuturnitate temporis quotieſcunque actui jus reſiſtit. *ibid. n.* 13.
Extrinſeca actus ex decennii curſu ubi non adeſt præjudicium Tertii, ubi verò adeſt, ex 30. annorum curriculo ex aliquorum ſententia præſumitur. *ibid. n.* 20.
Subſtantialis, & principalis actus ex diuturnitate temporis non præſumitur. *ibid. n.* 17.
Extrinſecæ quæ ſeorſum, & inſtrumento ſeparato intervenire poſſunt ex tempore immemoriali, abſque dubio præſumuntur. *d. c.* 11. *n.* 19.
In conceſſione rei Eccleſiaſticæ quando non requirantur. *c.* 43. *n.* 60.
Requiſitæ in alienatione ſtabilium minoris, & Eccleſiæ, requiruntur etiam in vendendis ſervitutibus realibus. *Not. ad c.* 37. *ex c.* 4.
*Solitum*
Non ſe habet ut Statutum. *c.* 46. *n.* 12.
*Solvens.*
Solvens de pluri quam ſit ſuum debitum, repetit, aut compenſat. *c.* 45. *n.* 40.
*Solutio*
Facta de moneta non faciente valorem taxatum eſt contra juſtitiam. *c.* 45. *nu.* 5. 14. 20. 21. 35. De difficultatibus in materia ſolutionis reſpectu monetarum. *n.* 6. 7. De ſolutione conventa in certa moneta pro aliqua re ei dicitur proportionata. *n.* 10. Quid operetur centenaria, & immemorabilis, ſi ſolutiones fuerint factæ in

ctæ in monetis inferioris valoris. *c.* 45. *n.* 15. *uſque ad* 58.
Solutionem recipiens in ſolidis novæ monetæ non æquivalentibus ſolidis monetæ antiquæ ſibi debitis, ſibi non præjudicat. *c.* 45. *n.* 21.
Factæ pro aliquo intereſſe non faciunt licitum quod eſt illicitum. *c.* 48. *nu.* 123. declara *nu.* 124.

*Sonus.*

Sono tubæ vocandi ſunt vicini, ſeu cives ad Conſilium, & eis aſſignari debet terminus ad deliberandum an velint præſtare conſenſum alienationi Paſcui publici. *c.* 11. *n.* 21.

*Soror*

Cui fuit à fratre dos promiſſa in quantitate teneatur prius excutere bona ejuſdem fratris antequam deveniat contra tertium poſſidentem bona paterna ipſi ſorori hypothecata, & hoc non obſtante *Stat. Ferr. lib.* 2. *Rubr.* 140. maximè ubi ille tertius eſt Clericus, & ita *bis deciſum* refertur, & comprobatur ſingulariter, ac egregiè. *c.* 59. *à n.* 73. *ad n.* 106.

*Spes*

Niſi de præſenti ſit formata, æſtimari non debet. *c.* 13. *n.* 8.

*Spicæ.*

Quando liceat cuilibet eas colligere. *c.* 38. *n.* 27. *ſub n.* 31. *ad* 34.

*Spoliatus*

Quando non reſtituatur. *c.* 41. *n.* 258.

*Stabilia.*

Stabilium bonorum debitoris ceſſi fieri debet excuſſio maximè ſi cum illo lis ſit conteſtata. *c.* 49. *à nu.* 16. 18. Et multò magis ubi ſint indicata. *nu.* 19. 115. amplia *n.* 20. limita *n.* 33. *&* 356.
Poſſidens non dicitur decoctus inops, & non ſolvendo quamvis pecuniam non habeat in contanti paratam ſolutioni. *ibid. num.* 349. Immò dicitur idoneus, & ſolvendo, ac dives. *nu.* 350. Ex exigibilitate promiſſa dicitur ſatisfactum promiſſioni, ubi debitor ſtabilia poſſidet. *nu.* 351.

*Statuta*

Non admittunt fictionem, ſed veritatem. *c.* 45. *num.* 86.
Seù ordinationis mens, & intentio potius quàm verborum tenor attendi, & inſpici debet. *c.* 25. *n.* 3.
Seù ordinationis verba intelligi debent ita ut evitetur abſurdum. *ibid. n.* 5.
Verba ſi ſunt obſcura, humanior ſemper interpretatio eſt ſumenda *ibid. n.* 7.
Statuto, vel ordinationi frequenter ſolet imponi pœna pro ſingulis pecudum capitibus depaſcentibus, & tunc quid de agno, vel vitulo lactaneo, utrum cum matre faciat unum caput. *d. c.* 25. *n.* 12. 13.
*Stat. Ferrar. lib.* 1. *Rubr.* 5. prohibens ne Clerici uti valeant Statutis non acceptatis à Clero, eſt invalidum. *c.* 49. *n.* 282. 283.
*Statutum Ferrar. lib.* 2. *Rubr.* 14. affertur, & latè examinatur. *c.* 48. *per tot.* Non afficit Clericos. *c.* 49. *n.* 281. Nec eo Clerici uti poſſunt tanquam privilegio. *nu.* 282. Contra. *nu.* 280. 283. Illius vigore fidejuſſor quando gaudeat beneficio excuſſionis. *n.* 279. & de eodem. *n.* 313.
*Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rubr.* 132. §. *quod ſi creditum.* declaratur. *c.* 45. *ex n.* 82.
*Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rub.* 140. quid diſponat circa hypothecam dotis. *c.* 49. *à n.* 78 108. *lib.* 4.
*Stat. Ferrar. Rubr.* 25. affertur. *Not. ad c.* 14. *n.* 5. *eod. lib.* 4. *Rubr.* 35. affertur *in Not. ad c.* 15. *nu.* 8. *eod. lib.* 4. *Rubr.* 6. 8. 14. 15. 31. 57. affertur *in Not. ad c.* 19. *ex n.* 5. 13. 14.
*Stat. Ferrar. Gabell.* quoad ARGENTAM, affertur. *c.* 46. *n.* 280. 281.
*Stat. Ferrar. Gabellarum* fuit confirmatum à Papa. *c.* 46. *n.* 284.
*Stat. Genuæ* circa legitimam filiorum affertur. *c.* 43. *n.* 110.
*Stat. Mantuæ in rubr. de dote, & dot. reſtit.* affertur. *c.* 47. *n.* 52. 55.
*Stat. Mant. Rubr. in quibus caſib. & qualiter uxores.* affertur. *c.* 47. *n.* 95. 97. 98.
*Stat. Mant. Rubr. de donat. inter vir. & uxor.* affertur. *c.* 47. *n* 108 109.
*Stat. Mant. Rubr. de Dote per marit. lucranda*, affertur. *ibid n.* 114. 117.
Circa uſum Paſcui à majori parte populi factum an noceat vicinis abſentibus, remiſſivè. *c.* 12. *n.* 5.
Uti lex eſt ſervandum. *c.* 46. *n.* 285 286.
Favorabile laicorum etiam ad Eccleſiaſticas perſonas extenditur. *c.* 8. *n.* 3.
Quo Paſcui uſus fæminis interdicitur, iniquitatem continet. *c.* 12. *n.* 4.
Sivè ordinatio municipalis circa utenſilia, & cætera omnia (in quibus periculum eſt in mora) vel ab antiquo cuſtodita, vel obſervata, confirmatione Regia non indiget. *ibid. n.* 9.
Sivè ordinatio municipalis, utrum confirmatione Regia indigeat. *ibid. nu.* 6. Vide verb. CONFIRMATIO.
Sivè ordinatio pœnalis ſuper uſu Paſcui, ſtrictè debet interpretari. *c.* 25. *n.* 6.
Vel lex prohibens præſcriptionem intelligi debet de ordinaria, non verò de immemoriali, niſi expreſſè caveatur. *c.* 17. *n* 3.
Juris communis correctorium ſtrictè eſt intelligendum. *c.* 49. *n.* 80 Statuti *Rubrica* nigrum ejus declarat. *n.* 81. Statuti *proœmium* ad illius intelligentiam attenditur. *n* 82.
Juris communis correctorium operatur præcisè in caſu quo loquitur, & intelligendum ut unicum tantum effectum, & quid modicum operetur, ut quantum fieri poteſt, deroget juri communi. *ibid. n.* 83. 107. 108.
Quantum fieri poteſt conciliandum eſt cum jure communi. *ibid. nu.* 91.
Dicitur contra libertatem Eccleſiaſticam eo ipſo, quod Clericis adimit, quod eis competit de jure communi. *ibid. n.* 98.
Statutis, quibus laicus ſubjiciebatur, Clericus hæres ejuſdem laici non ſubjicitur. *ib. nu.* 99. Nec ſtatuto deneganti tertio poſſeſſori beneficium excuſſionis. *num.* 100. *& ſeqq.* Nec Statutis laicorum confirmatis à Papa in forma communi. *ibid. nu* 101. Nec ſtatuto loquente in rem, & reſpectu hypothecæ. *nu.* 102. Nec Statuto diſponenti bona donata confiſcari poſſe donatione non obſtante. *num.* 104. Nec Statuto prohibenti bona alienari in forenſem. *num.* 106.

*Stipulatio*

Contra cedentem an, & quando commiſſa ſit per ſolam moram debitoris in ſolvendo, ac ſolum lapſum temporis. *c.* 49. *n.* 331. 332.

*Stylus*

Qui in Curia noſtra habetur ſuper contraventione rei judicatæ (qua vulgo dicitur *Contravencion de carta executoria*) & quomodo ſuper ejus querela procedatur. *c.* 29. *n.* 23.

*Subreptio*

*Subreptio*

Quando inducatur, cujus ſit naturæ. *c.* 44. *à n.* 45. *ad* 53.

*Subſtantia*

Feudorum quænam ſit. *c.* 41. *n.* 287.
Si deſideretur nomen nequaquam eſſe debet. *c.* 41. *n.* 289.

*Suburbium.*

Id, quod dicitur de Civitate, dicitur etiam de ſuburbiis, maximè in favorabilibus. *Not. ad c.* 10. *n.* 3.

*Succeſſor*

In Principatu quoad geſta prædeceſſorum. *c.* 42. *n.* 16.
Quando non afficiantur præſcriptione. *c.* 45. *n.* 57.
Singularis, an teneatur actione perſonali in materia juris paſcendi. *c.* 18. *n.* 12.

*Sumptus*

Facti in lite agitata ſuper uſu Paſcui publici debet diſtribui, vel impertiri inter vicinos, ſi non ſint bona propria Oppidi, ex quibus perſolvantur. *c.* 29. *n.* 19.
Facti pro Paſcui publici lite, ex quibus bonis perſolvi debeant. *c.* 29. *n.* 18.

*Superfluitas*

Quando potius toleranda. *c.* 46. *num.* 295. 297. 300.

*Superiora*

Reſtringunt ſequentia. *c.* 42. *n.* 37.
Superioris Juriſdictio per Judicem inferiorem ex pœnæ adjectione juvari poteſt. *c.* 41. *n.* 124.

*Supplicatio*

Sine præjudicio, quando ſententia exequi jubetur, utrum adhuc ſupplicari poſſit, & de ſtylo Curiæ noſtræ, & in propoſito referuntur caſus. *c.* 12. *n.* 29.
Quomodo ſit interpretanda. *c.* 46. *nu.* 44. 45. 54. 144.

*Suppoſitum.*

Suppoſito ceſſante ceſſat diſpoſitum. *c.* 47. *num.* 143.
De quo diſputatur, abjicitur. *c.* 48. *n.* 28.

*Sylva*

Cædua, etiam Palaris vocatur. *c.* 1. *n.* 6.
Cædua quæ ſit. *ibid. n.* 4.
Glandiaria, quandoque non dicitur *Paſcua*, ſed *cædua. ibid. n.* 9.
Paſcua, etiam comprehendit Glandiariam. *ibid. nu.* 8.
Paſcua quæ ſit. *ibid. n.* 7.
Quid ſit in genere. *ibid. n.* 2.
Duplex traditur ſpecies alia cædua, alia Paſcua. *ibid. n.* 3.
Cæduæ materiam qui Doctores diſputaverint, referuntur. *ibid. n.* 5.

*Syndicus*

Non reſpondeat poſitionibus. *c.* 29. *n.* 17. *& Not. ad c.* 32. *nu.* 4. Super re dubia Univerſitatis tranſigere poteſt. *c.* 11. *n.* 35. De illius materia remiſſivè. *c.* 29. *n.* 9.
Univerſitatis, an deferat juramentum in litem adverſario. *c.* 29. *n.* 16. & juramentum calumniæ. *n.* 17.

## T.

*Taurus*

OB homicidium lapidatur ex lege Moſaica. *c.* 42. *n.* 43.

*Tempus*

Damni dati ad ejus ſatisfactionem inſpici debere probatur. *c.* 13. *n.* 6.
Favore debitoris cenſetur appoſitum. *c.* 49. *nu.* 322.
Non incipit currere niſi à die quo implere obligatus implevit ex parte ſua. *ibid. n.* 323. declara *nu.* 330.
Aſſignatum à lege, vel à partibus ad aliquid faciendum non currit niſi poſt factum, & actum, qui natura ſua debet præcedere. *ibid. n.* 328. declara *n.* 330. Prout conceſſum reſpectu certæ cauſæ, vel conditioni non currit, niſi cauſa illa, & conditio prius exiſtat. *n.* 329. declara *n.* 330.
Extrà tempus conventum, quando facienda ſit excuſſio. *ibid. n.* 332.
Ad ſolvendum ceſſionarius prorogando debitori ceſſo, dicitur in negligentia, & culpa. *c.* 50. *n.* 4. amplia quando tempus ad agendum ceſſionario fuit præfixum. *n.* 12.
De quo tempore exigibilitas nominis ceſſi ſit præſtanda. *ibid. à nu.* 22. & per *totum ferè d. cap.* 50.
Quodnam ſit longum in acquirendis ſervitutibus. *c.* 18. *n.* 21.

*Terminus.*

Civitatum, dicuntur termini vicorum. *cap.* 10. *n.* 3.
*Termino* verbum quid ſignificet. *c.* 34. *n.* 5.
Sivè aggerum, qui Paſcui pecorum deſerviunt; proponuntur varia nomina, & vocabula. *c.* 1. *n.* 1.

*Territorium*

Proprium non dicitur quod eſt commune. *c.* 34. *nu.* 6.

*Terræ*

Gerbidæ, & montuoſæ (vulgò *Valdios*) in cujus dominio cenſeantur an Univerſitatis, an verò domini Oppidi. *c.* 9. *nu.* 16. *& nu.* 18. ubi quædam diſtinctio in propoſito traditur. *& nu.* 20. De earum mutatione non permittenda. *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 45. 46.

*Tertius Poſſeſſor.*

Tertio poſſeſſori indultum eſt excuſſionis beneficium à lege. *c.* 49. *nu.* 79. Et ipſe tueri ſe poteſt nedum juribus ſibi ex ſui perſona competentibus, ſed & aliis Auctoris ſui. *nu.* 97. Ac beneficium eidem excuſſionis competens videtur perſonaliſſimum, reputatur juris naturalis, & maximam ſapit æquitatem. *nu.* 104. *& nu.* 110. 111. 247. 249. Ita ut exceptionem excuſſionis quandocunque opponere valeat. *n.* 116.
Adverſus tertium quando difficile eſt experiri, an ceſſet excuſſio. *ibid. à n.* 297.

*Teſtamentum.*

Scientia teſtamenti non infert notitiam contentorum in eo. *c.* 44. *n.* 26.

*Teſtator*

Poteſt diſponere de bonis hæredis. *c.* 47. *n.* 230. non præſumitur fruſtra diſponere quidquam. *c.* 43. *n.* 126.
Si fuiſſet interrogatus ità reſpondiſſet, valet argumentum. *n.* 127.

*Teſtes.*

De immemoriali deponentes, cujus ætatis eſſe debeant. *c.* 17. *nu.* 24. Pro Domino qui non ſint idonei. *c.* 40. *nu.* 102. In probanda ſervitute juris paſcendi qui teſtes ſint habiles. *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 33.
Unicus probat contra inducentem. *c.* 48. *n.* 102.
Univerſitatis admittuntur pro Univerſitate. *Not. ad c.* 32. *n.* 1.

*Textus*

*Textus.*

Vide *Authentica* : & *Indicem particularem Jurium :* in quo plurimi *Textus Legum* afferuntur, & pro eorum intellectu loca *Operis* indicantur.

*Titulus*

Lucrativus quando ceſſet. *c.* 43. *à nu.* 145. non oritur ab exactoribus alieno nomine. *c.* 45. *n.* 17. 48.

Inurilis partium voluntatem declarat. *c.* 41. *nu.* 178.

Quando requiratur. *c.* 41. *n.* 209.

Ex poſſeſſione præſumitur. *ibid. n.* 2. 79.

*Totum*

Qui dicit nihil excludit. *c.* 42. *n.* 2.

*Traditio*

Vera, & actualis non datur in juribus merè incorporalibus, & loco traditionis habetur ceſſio. *c.* 37. *n.* 7.

*Tranſactio*

Etiam in rebus alienari prohibitis quandoquè admittitur. *c.* 11. *n.* 37. *& n.* 38. ubi traditur diſtinctio quædam in propoſito.

Non ſemper continet alienationem. *ibid. n.* 36.

Quandoquè *donatio* dicitur. *ibid. n.* 32.

Speciem habet alienationis. *ibid. n.* 31.

Tranſigere de rebus Eccleſiaſticis Prælati regulariter non poſſunt. *ibid. n.* 33.

Tranſigere ſuper Paſcuo publico an unum Oppidum poſſit cum alio. *ibid. n.* 30. & an Univerſitas *Not. ad c.* 11. *n.* 11. Vide *verb. SYNDICUS.*

*Tranſitus*

Impedire, & gravem gabellam imponere, ſunt paria. *c.* 46. *n.* 98. 99. Per fundum vicini fieri nequit. *c.* 38. *n.* 1. *& ſeqq.* ubi limitationes.

*Tributa.*

Regi debita, etſi præſcribi regulariter prohibentur, non tamen ex hac prohibitione immemorialis præſumptio excluditur. *c.* 17. *n.* 6.

*Turbatio*

Simplex poſſeſſionis non operatur interruptionem juris paſcendi. *c.* 21. *n.* 7. & an fiat per contradictionem verbalem. *c.* 40. *n.* 115.

*Turpis*

Eſt pars, quæ non congruit univerſo. *c.* 41. *n.* 295.

V

*Velle*

NOn præſumitur quis, quod facere non poteſt. *c.* 47. *n.* 119.

*Vendere.*

Vendendi libera facultas. Vide in *verb. LIBERA.*

Rem propriam invitus nemo tenetur, & quando hoc limitetur. *Not. ad c.* 27. *n.* 2. Infertur ad plura tempore neceſſitatis. *eod. c.* 27. Vide *Verb. Frumentum.*

*Vendita*

Equa, ſivè vacca, venditus etiam videtur vitulus, & in venditione comprehenſus. *c.* 25. *n.* 16.

Equa, ſeù vacca, aut aſina, non debetur Gabella pro vitulo, ſivè pullo lactaneo. *ibid. n.* 18.

Villa, ſeù Oppido cum juriſdictione, utrum vicinis competat jus retractus, & pro eodem pretio ſit eis redimendi facultas, & referuntur *Doctores. c.* 30. *n.* 3. & *ibi in Not. n.* 3.

*Venditio.*

Venditionis contractus à mera voluntate procedit, & ſic invitus nemo regulariter vendere compellitur. *c.* 27. *n.* 1.

Contractus, ſi appelletur donatio, non erit talis; ſic è contrà. *c.* 41. *n.* 284.

Contractus quandoque neceſſarius eſt, veluti, quando publica utilitas ineſt. *c.* 27. *n.* 3.

Herbæ, ſeù Paſcui. Vide *in Verb. LOCATIO:* & in ea ſunt præferendi Cives, ſi Baro habeat facultatem privativè liberam ad uſum. *Not. ad c.* 27. *n.* 3.

Nominis, quando facta dicatur. *c.* 49. *a n.* 146. *ad* 157.

*Venenans*

Paſcua, igne comburitur. *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 18. declara. *n.* 19.

*Verba in genere*

Contrahentium ſunt teſtimonia eorum mentis. *c.* 46. *n.* 9. Contractus ſunt ſemper ſpectanda. *n.* 4.

Statuti clara non indigent interpretatione. *c.* 45. *n.* 85.

Supplicationis Communitatis ARGENTÆ pro datio piſcis afferuntur. *c.* 46. *n.* 1. 2. Examinantur. *n.* 5. *& ſeqq. ac alibi, ut in Summario.*

Ubi non conveniunt non convenit diſpoſitio. *d. c.* 46. *n.* 18. 92. 93.

Sunt intelligenda ſecundum ſubjectam materiam, & eo reſpectu quo fuerunt prolata. *ibid. n.* 19. 20. 214. *& ſeqq.* Et ſecundum locum ubi actus venit explicandus. *n.* 23.

Continuativa quomodo intelligenda. *ibid. n.* 27. 28. 86.

Sunt intelligenda ſecundum intellectum magis aptum. *d. c.* 46. *n.* 51.

Sunt interpretanda contra fundantem ſe in illis. *ibid. n.* 60. 61.

Verborum à proprietate non eſt recedendum. *ibid. n.* 190. 193.

*Verba in Specie.*

Verbum illud *A quien* denotat reſtrictionem. *c.* 16. *n.* 9.

*Ad exigendum* in nominis ceſſione facit præſumere ceſſionem eſſe pro ſolvendo. *c.* 46. *n.* 170.

*Alla quale*, ſunt relativa. *c.* 46. *n.* 75.

*In riſguardo del ſuo credito*, ſolam cautionem, ſecuritatem, & pignus important. *c.* 49. *n.* 230.

*Manutenere* præ ſe fert exigibilitatem nominis promiſſam ſucceſſivis futuris temporibus. *c.* 50. *n.* 72. contrarium. *n.* 75.

*Pro utilitatibus, & pro uſu ante dictis*, quid importent. *c.* 42. *n.* 27.

*Sit*, eſt præciſivum. *c.* 49. *n.* 86.

*Veriſimile*

Quod non eſt, non eſt credendum, nec attendendum. *c.* 47. *n.* 31. 32. *& c.* 48. *n.* 5.

*Veritas.*

Ceſſionarius præſumitur inquiſiviſſe veritatem crediti ceſſi, nec illam inveſtigare prætermiſiſſe. *c.* 50. *n.* 30.

*Vetuſtas*

Erroris quando importetur à præſcriptione, conſuetudine, & alio lapſu temporis. *c.* 45. *n.* 80. 81.

*Via*

Executiva quæ competit cedenti an, & quando competat ceſſionario. *c.* 49. *à n.* 319. 321.

*Vicanei*,

Seù vicini villæ exemptæ, non ſubeunt onera realia, ſeù perſonalia civitatis. *c.* 10. *n.* 24.

Vicanei (vulgo *los aldeanos*) an Paſcuis civitatis cui ſubjacent, potiri poſſint. *ibid. n.* 1.

Et Civium æqualis, & reciprocus debet eſſe Paſcuorum uſus. *ibid. n.* 2.

*Vici*

Paſcuis civitatum non potiuntur neque earum ordinationibus, pœnis, & ſtatutis gubernantur quando ex deſtinatione, conſuetudine, aut præſcriptione ſeparationem, & diſtinctionem habent. *c.* 10. *n.* 15. & vide *Not. n.* 4. 5. 6. 7.

Seù caſtra dicuntur membra civitatis. *ibid. n.* 5. *&* 14. & de iſtis vide *Not. n.* 2. *& ſeqq.* ubi *n.* 8. agitur de Vicis de novo aggregatis. Vide infrà in verb. VICUS.

*Vicini*

Alicujus Oppidi, licet uſum Paſcui habeant communem, non tamen poſſunt dici domini. *c.* 30. *n.* 13.

Cives, & ſingulares de Univerſitate in cauſa principaliter eam tangente, regulariter in teſtes admitti poſſunt: quod non procedit ſi cauſa, & lis ſingulorum commodum quoquo modo reſpiciat. *c.* 32. *n.* 1. *&* 2.

Et ſingulares de Univerſitate, vel concilio in teſtes admitti poſſunt, ſi actus (in quo teſtificantur) veriſimiliter exteris ſit ignotus. *ibid. n.* 9.

In lite Paſcui publici ſui Oppidi, ferè ſemper ſunt teſtes ſuſpecti, quod maximè procedit in ruſticis, qui naturaliter ſunt contentioſi, & ad lites parati. *ibid. n.* 8.

Non convocantur (ut vulgò dicimus, *à Conſejo abietto*) in civitatibus, ſeù Oppidis numeroſis, ſed tantum Decuriones, & Officiales Concilii. *c.* 11. *n.* 24.

Nominati à Conſilio ut poſitionibus reſpondeant, poſſunt petere terminum ad deliberandum, quid ſint reſponſuri, & conſulere Advocatum. *c.* 32. *n.* 21.

Seù cives nominati à Concilio, ut poſitionibus reſpondeant in Paſcui publici lite, utrùm concordes eſſe debeant in poſitionum reſponſione, ut Concilio præjudicent. *ibid. n.* 18.

Et cives non admittere, iniquum, & contra rationem reputatur. *c.* 5. *n.* 6.

Vicinorum qualitates conſiderandæ etiam in emptione. *Not. ad c.* 14. *n.* 4.

Et Cives quoſdam admittere, & alios reprobare videtur eſſe monopolium. *c.* 5. *n.* 8.

Non admittere, jure reprobatur, & ſpeciem ſervitutis continere videtur. *ibid. n.* 9.

Noviter venientes admittere, an teneatur Oppidum quodlibet. *ibid. n.* 1. *&* 2.

Vicinorum duæ partes ad minus debent convenire, ut alienatio Paſcui publici fiat. *c.* 11. *nu.* 22.

Vicinorum, qui congregantur in Conſilio, & conſentiunt alienationi paſcui publici, nomina in actis inſcribi debent. *ibid. n.* 23.

Vide *Verb. Civis. Domicilium. Habitator.* Cum *in hoc Tract.* Vicini accipiantur *pro Civibus, Habitatoribus, Incolis, & ſimil.*

*Vicinitas*

Acquiritur ex eo, quod quis ſtipendiariam militiam in aliquo Oppido exerceat. *c.* 4. *n.* 16.

Acquiritur per ſententiam. *ibid. n.* 15.

Acquiritur pluribus modis, & primo per nativitatem. *ibid. n.* 5.

Contracta origine, & nativitate potentior eſt omni alia. *ibid. n.* 7. & eſt immutabilis. *ibid.*

Contrahitur per matrimonium. *ibid. n.* 13.

Et domicilium ex habitatione decennii contrahitur. *ibid. n.* 11. *&* 12.

Et domicilium originis ſemper retinetur, etiam ſi quis in alio Oppido inhabitet. *ibid. n.* 8.

Et domicilium per Baptiſmum contrahitur tàm quoad ſpiritualia, quàm quoad temporalia. *ibid. n.* 9.

Et domicilium pluribus in locis abſque actu receptionis inducitur. *ibid. n.* 20.

Poteſt denegari. *c.* 5. *n.* 11. *&* 12.

Vicinitas ut acquiratur per matrimonium, utrum ſit neceſſarium, quod maritus larem, & bona ſua tranſtulerit ad locum, ubi matrimonium contraxit. *c.* 4. *n.* 14.

Denegare ex avaritia, & ambitione procedit. *c.* 5. *n.* 7.

Vicinitatis ratione quando quis ad ſatisfactionem damni à pecudibus præſtiti teneatur. *c.* 14. *n.* 1. *cum ſeqq.* Vide *Verb. Domicilium*, & *Civilitas, quæ cum Vicinitate confunditur; prout & cum Incolatu.*

*Vicinus*,

Seù Civis de novo veniens, & admiſſus non poteſt gravari pacto, ſeù fidejuſſione adſtringi, ut vicinitatem conſervet, & in Oppido neceſſariò maneat, nec ſub tali prætextu ei vicinitas differri, aut denegari poteſt. *c.* 5. *n.* 14.

Oppidi communitatem in Paſcuo alterius habentis, an pro pecudibus in ſocidam (vulgo *En Alparceria*) conceſſis mercedem ſolvere teneatur. *c.* 26. *n.* 1. *& per tot.* Et reſolvitur quæſtio. *n.* 16. *cum duob. ſeqq.* ubi ponitur triplex caſus ſectio.

Pauper, & inops qui pecora non habet, ut paſcuo publico Univerſitatis fruatur, an teſtis eſſe poſſit in cauſa, & lite Paſcui publici, remiſſivè. *c.* 32. *n.* 7.

Pluribus in legibus Regni invenitur. *c.* 4. *n.* 2.

Pro eo qui propè alium habitat quandoque accipitur. *ib. n.* 3.

Qui habet plura prædia in aliquo Oppido, cum tamen ibi non habitet, Paſcuo uti non poterit. *ibid. n.* 33.

Quis dicatur. *ibid. n.* 4. *&* 19.

Seù unus de populo, ſi litem egit pro uſu Paſcui publici, & obtinuit, utrum poſſit à vicinitate, vel cæteris convicinis repetere ſumptus in lite factos. *c.* 29. *n.* 12.

Idem eſt quod Incola. *c.* 4. *ſub nu.* 4. & verbum *Vicinus* explicatur ſecundum communem uſum loquendi. *ibid.*

Ut quis dicatur, & reputetur, non eſt neceſſe, quod in oppido habitet, ſed ad hoc ut paſcuo potiatur, cum vicinitate requiritur habitatio. *c.* 4. *n.* 21.

Si litigat ſuper uſu Paſcui pro jure ſuo cum Univerſitate, tenetur contribuere contra ſe in ſumptibus litis ab univerſitate factis. *c.* 29. *n.* 20.

Vide *verb. Vicini.*

*Vicus*

Abſque licentia civitatis (cui ſubjacet) compromittere, ſeu tranſigere ſuper Paſcuis non poteſt. *c.* 10. *n.* 8.

Per exemptionem non amittit jus Paſcui in terminis civitatis, aut villæ à qua eximitur. *ibid. n.* 17. 21. ubi referuntur Doctores hujus aſſertiones ſequaces, & opponitur quædam objectio, ſatisfit. *n.* 22.

Tenetur ad contributionem, ad quam civitas. *ibid. n.* 10.

Unitus, an Paſcuis civitatis, qui unitur, & an civitas ejus Paſcuis uti debeat, diſputationi exponitur. *ibid. n.* 25. Vide ſuprà in *verb. VICI.*

*Vidua.*

Vidua an Paſcuo publico uti poſſit, & vicinitatis commoda retineat. *c.* 4. *n.* 36. Retinet civilitatem viri defuncti, *Not. ad c.* 4. *n.* 7.

*Vinea.*
De qualitate Vinearum, earumque fructibus, & liquidatione illorum valoris. *c.* 38. *à n.* 23.
Vide *Verb. Uva.*
Conceſſio juris paſcendi in unc fundo, non extenditur ad vineam. *poſt tract. Animadv.* 3. *ſub nu.* 47.

*Vir*
Non eſt veriſimile, quod abdicet à ſe dominium propriorum bonorum. *c.* 47. *n.* 30.
Viri bona quomodo transferantur in dotem uxoris. *ibid. n.* 102. *& ſeqq.*

*Viſitatio*
Confinium Paſcui, Prætorum, ſeù Judicum cujuſlibet civitatis, villæ, ſeù Oppidi, curæ debet eſſe. *c.* 28. *n.* 2.
Status tempore ad quid proſpiciatur. *c.* 46. *nu.* 292.

*Vitia*
Semper erunt donec homines erunt. *c.* 39. *n.* 85. ſed ne corrigantur, infertur ad plura. *ex num.* 86.

*Vitulus*
Si herbam depaſcit, diverſum cum matre caput efficit. *c.* 25. *n.* 19.
Vel agnus qui decimatur lactatus eſſe debet. *c.* 35. *n.* 12.

*Una*
Via alicui aliquo jure denegata, alia ad id admitti non debet. *c.* 26. *n.* 12.
Una pars diſpoſitionis, alteram declarat. *c.* 46. *num.* 26.

*Unio.*
Unionis natura, & vis expenditur. *c.* 10. *n.* 26.

*Univerſitas*
Corpus myſticum dicitur, & ex vicinis ſingularibus formatur, & per eorum actus operatur. *c.* 20. *n.* 6.
Poteſt vendere paſcua publica cum licentia Principis, quæ non præſumitur, niſi concurrente centenaria. *Not. ad c.* 11. *n.* 1. immò cum ſola tricennaria. *n.* 3. quando, & quomodo poſſit tranſigere ſuper paſcuis, aliiſque bonis. *n.* 11.
Decuriones an poſſint interdicere uſum paſcui incolis. *Not. ad c.* 16. *n.* 7.
An poſſit facere Statutum adimens incolis civicam facultatem paſcendi. *Not. ad c.* 16. *n.* 8.
Quando poſſit ſe redimere. *Not. ad c.* 30. *n.* 3.
Vide *Verbum Vendita.*
Sivè Communitas à præjudiciis eſt ſublevanda. *c.* 46. *n.* 128. 194.
Ex actu, vel delicto ſingulorum vicinorum ejus quandoquè puniri, & damnari poteſt. *c.* 20. *n.* 7.
Ex facta particularium regulariter prægravari non poteſt. *ibid. n.* 22.
Poteſt pro ſolutione fiſcalium functionum vendere nemora etiam retinentibus vicinis. *c.* 11. *n.* 37. Et quæ concurrere debeant in hac alienatione. *n.* 40. *& ibi in Not. n.* 1. 2.
Si expreſsè mandavit, decrevit, vel ordinavit, quod vicini aliquem actum facerent, tunc de eorum actibus, abſque dubio tenetur, & ſibi acquirit, vel præjudicat. *c.* 20. *n.* 14.
Quælibet eſt corpus fictum. *c.* 23. *n.* 5.
Jus per unum conſervatur. *c.* 20. *n.* 8.
Privilegium amittitur ex uſu, vel actu contrario particularium, *ibid. n.* 10.
Ratihabitio. vide in *verb. Demanium RATIHABITIO. Communitas.*
Poſſit-ne immutare paſcua quæ habet cum alia Univerſitate. *poſt tract. animadv.* 3. *n.* 28.

*Unus*
De Populo, ſi litem egit pro uſu Paſcui publici, & obtinuit, utrum poſſit ab Univerſitate, vel cæteris convicinis repetere ſumptus in lite factos. *c.* 29. *n.* 12.

*Unuſquiſque*
De re ſua liberè diſponere poteſt. *c.* 27. *n.* 2.

*Vocati.*
Vocatorum in inveſtitura jus quando ceſſet. *c.* 43. *n.* 97.

*Voluntas.*
Voluntatis ſuppoſito ceſſante, ceſſat illa. *c.* 46. *n.* 106.
Et poteſtas in omni actu requiritur. *ibid. n.* 293.
Hominis eſt ambulatoria uſque ad mortem. *c.* 47. *n.* 112.
Eſt metienda à poteſtate. *d. c.* 47. *n.* 120.

*Uſuarius*
An teneatur probare juriſdictionem, quam dicit habere. *c.* 41. *n.* 267.

*Uſucapi*
Rem, vel longo tempore quæri, idem eſt quoad effectum. *c.* 18. *n.* 20.

*Uſus.*
Uſui publico deſtinata impræſcriptibilia ſunt. *c.* 17. *n.* 1. limita *n.* 2.
Bonorum cujuſlibet Conſilii, aut Oppidi tàm ſtatus plebejorum, quàm nobilium, æqualis eſſe debet. *c.* 16. *nu.* 17. & ad quem effectum. *ibid.*
Uſusfructus conſideratur in jure Paſcendi, eſt tamen cauſalis, non formalis. *c.* 23. *n.* 7.
In juribus incorporalibus habetur pro traditione, & quandam juris poſſeſſionem inducit. *c.* 18. *n.* 17.

*Utilitas.*
Utilitati publicæ, commerciis eſt favendum. *c.* 43. *n.* 180.
Publica præfertur privatæ. *c.* 46. *n.* 266.

*Uti*
Poſſidetis interdictum, cui detur. *c.* 41. *n.* 212.
Poſſidetis, ita poſſideatis. *ibid. n.* 171.
Vide *verb. Interim. Manutentio, & poſt tract. animadv.* 3. *n.* 43.

*Uva*
Surripiens uvam ex aliena vinea ad quid, & quando teneatur. *c.* 38. *n.* 6. *& ſeqq.*

*Uxor*
Retinet civilitatem viri prædefuncti. *Not. ad c.* 4. *n.* 7. In dubio tenetur ſequi virum. *Not. ad c.* 5. *n.* 9. Vide *verb. PACTUM.*
Nullam habet actionem pro reintegratione fundi dotalis, ad bona viri. *c.* 47. *n.* 92.
Obligatio pro viro eſt nulla, non ſervatis ſolemnitatibus Statuti. *c.* 47. *n.* 98.
Permiſſio ut vir inveſtiatur de ſuis bonis, an importet donationem. *ibid. n.* 156.
Comparens in judicio moto à creditoribus mariti per modum exceptionis, ad effectum aſſecurandi ſuas dotes, non tenetur probare vergentiam viri ad inopiam, nec judicium excuſſionis præmittere. *c.* 49. *n.* 121.
Infrà annum luctus, quando ſint Uxori præſtanda alimenta. *c.* 40. *n.* 93.

F I N I S.